SUMMA

SANCTI THOMÆ

HODIERNIS ACADEMIARUM MORIBUS ACCOMMODATA

SIVE

CURSUS THEOLOGIÆ

JUXTA MENTEM DIVI THOMÆ

INSERTIS PRO RE NATA DIGRESSIONIBUS IN HISTORIAM ECCLESIASTICAM

OPERA ET STUDIO

F. CAROLI RENATI BILLUART

RKVINIENSIS, ORDINIS FF. PRÆDICATORUM, S. THEOLOGIÆ DOCTORIS, ETC.

EDITIO NOVA, ACCURATE EMENDATA

Acedunt index ***testimoniorum ex bibliis desumptorum indexque generalis et alphabetieut rerum atque verborum.***

TOMUS III

PROSECUTIO TRACTATUS DE INCARNATIONE; TRACTATUS DE MYSTERIIS CHRISTI ET DE GRATIA

PARISIIS

APUD VICTOREM LECOFFRE, BIBLIOPOLAM

90, VIA DICTA BONAPARTE, 90

1886

PROSECUTIO TRACTATUS

DE INCARNATIONE.

D. Th. a Q. 10 ad 39.

DISSERTATIO X.

DE SCIENTIA BEATA ANIM/E CHRISTI.

D. Th. Q. 10.

Omittimus hic q. 9 D. Th. in qua quaerit 1° an Christus habuerit scientiam creatam ut sic ; 2° an beatam ; 5° an infusam ; 4° an acquisitam : quia oauc et duas sequentes dissertationes a tribus ultimis articulis incipiemus. Quoad vero primum articulum hujus quæstionis nonæ, S. Doctor in illo articulo non loquitur de scientia stride sumpta, sed generaliter sumpta pro quacumque creata intellectus cognitione. Pro quo

Suppono ut certum de fuie, fuisse in Christo scientiam seu intellectionem creatam; definitum est enim contra Monothclitas in sexta synodo act. 4. omnia in Christo esse duplicia, id est, duas naturas, cl *unamquamque proprietatem naturalem habere... humanam omnia quæ humana sunt absque ullo peccato:* ergo et intellectionem creatam. *Palet* etiam ex S. Script. Joan. 8 dicit Christus de Patre : *Scio cum, et sermonem ejus servo;* servabat autem sermonem ejus per actiones creatas ut homo : ergo sciebat eum per scientiam creatam. Insuper oravit Christus, meruit, et alia multa fecit ut homo quæ sicut non sine actu voluntatis creatæ,ita nec. sine actu intellectus creati fieri potuerunt.

Hic q. 9. n. 1. o. — *Suadetur ratione.* Christus assumpsit perfectam humanitatem : atqui ad perfectionem humanitatis requiritur quod ,.ctu inlelligat intellectione sibi propria cl naturali : ergo. *Prob. min.* 1° Natura humana est in potentia ad intellectionem: atqui quod est in potentia ad aliquid, imperfectum manet si non reducatur ad actum · ergo. 2° Intellectus est propter intellectionem creatam ut finem, omnis enim potentia est propter suam operationem : atqui potentia frustrata suo fine est imperfecta : ergo.

Utrum autem intellectus Christi humanus potuerit de potentia Dei absoluta intclligerc per increatam Dei intellectionem?

P. negative. Patet ex Epist. Agathonis papæ relata act. 4 sextæ synodi, ubi sic habetur: « Non potest angelica natura di-» vinam habere voluntatem aut humanam, » neque humana natura voluntatem Dei vel » angeli: » ergo nec Dei cognitionem,cum eadem sit ratio de cognitione ac de voluntate.

Prob. ratione. Intelligere est actus vitalis, seu est vivere et quidem gradu perfectissimo : atqui implicat intellectum creatum vivere vita seu actu alieno : ergo. *Patet min.* quia vivere est moveri ab intrinseco tanquam a principio radicali vitæ; implicat autem naturam divinam uniri humanitati ut principium radicale vitæ ejus, alias deberet ipsi uniri ut forma physice eam informando , quod repugnat. Ergo. De his late Joannes a S. Th. disp. H, a. 1; et nos de beatitudine a. 4, ‹ 1. Require ibi.

ARTICULUS I.

Utrum scientia beata fuerit in Christo, et quando?

Sicut in Christo triplicem agnovimus gratiam , unionis scilicet, personalem et capitalem, ita et scientiam triplicem agnoscimus , utpotc beatam quæ est visio Dei beatifica, infusam et acquisitam. De prima modo est quæstio. Unde

Dico 1°. Christus habuit scientiam beatam.

ibid. a. 2. o. — Colligitur e.x variis S. Scripturæ locis Joan. 17 dicit Christus : *Pater, quos dedisti mihitvolo ut ubi ego*

eum et illi sint mccum, ut videant claritatem meam quam dedisti mihi. Idem repetit cap. 12 et 14. Item ibid. c. 5 sic habetur: *Nemo ascendit in coelum nisi qui descendit de calo, Filius hominis qui est in calo,* id est, in paradiso seu statu beatitudinis. Idem colligitur maxime ex verbis præcederAibus ejusdem cap. ubi Christus volens persuadere Nicodemo sibi ut testi oculato esse credendum, dicit ipsi : *Quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur:* atqui loquebatur et testabatur ut homo : ergo sciebat et videbat ut homo; quomodo enim potuisset testari ut homo, si non vidisset ut homo? siquidem vox testimonii debeat correspondes cognitioni. Iterum Joan. c. 8 dicit Christus de Patre : *Scio eum et sermonem ejus servo:* ut homo sermonem servabat : ergo ut homo eum sciebat; et quidem non solum cognitione quoad an est, quam potuit habere per scientiam infusam , sed cognitione quoad quid est, scientia enim est de quidditate: talis autem cognitio Dei quidditativa non habetur nisi per scientiam beatam.

ibid. — *Suadet* etiam *ratio* petita ex unione hypostatica. Ratione unionis hypostalicæ , Chii-tus constituitur instrumentum excellens per modum capitis influentis gratiam et gloriam in membra Ecclesiæ, assumitur ad supremum esse, et intime conjungitur causæ ac fonti totius gratiæ : atqui hoc triplici titulo exigebat scientiam beatam: ergo.*Prob. min.*ex primo titulo. Id quod est in potentia, reducitur ad actum per id quod est in actu : ergo decebat eum (pii influit gloriam per modum capitis ct instrumenti excellentis, eam actu in se præhabcrc.

Nec refert de ratione instrumenti non esse ut habeat actu formam quam producit, quia agit in virtute causæ principalis. Etsi enim id verum sit de instrumento ut sic, si tamen agatur de instrumento excellentissimo quod sit capax illius forms, ut est Christus beatitudinis, convenit ut illam actu in se præhabeat : unde S. Th. non infert quidem hoc esse necesse : sed quod oportuit, quia decebat.

Prob. min. ex secundo titulo. Decebat naturam ad supremum esse elevatam, ad supremam operationem elevari : atqui hæc est visio beata : ergo.

Hio q. 7. a. 1. — *Prob. min.* ex tertio titulo. Quanto aliquid receptivum est propinquius causæ influenti, tanto magis et perfectius participat ejus influxum. Ergo vi conjunctionis intimæ D^o fonti totius gratiæ per unionem hypostaticam, Christus participavit perfectissimam gratiam qtiæ est gratia consummata per gloriam.

Confirmatur. Quod dignius est, quod excellentius, concedendum est Christo si non repugnet lini Incarnationis: atqui visio beatifica est quid dignius et excellentius, nec fini Incarnationis, scilicet redemptioni generis humani, repugnat: sufficiebat enim ad redemptionem generis humani Christum fuisse viatorem quoad gloriam corporis passibilis : ergo.

Hic q. 54. a. 4. — *Dico* 2°. Christus a primo instanti suæ conceptionis habuit scientiam beatam.

ib. in a. s. c. — *Prob.* ex illo Psal. 641 *Beatus quem elegisti et assumpsisti,* quod secundum glossam refertur ad humanam Christi naturam : atqui humanitas Christi a primo instanti suæ creationis assumpta fuit a Verbo : ergo.

Prol). etiam ex rationibus præcedentibus. Visio beata competebat Christo homini , quia vi unionis hypostaticas erat caput Ecclesiæ, assumptus erat ad esse supremum, et intime conjunctus causæ gratiæ : atqui hæc omnia habuit in primo instanti conceptionis, per unionem hypostaticam : ergo.

Confirmatur pariter ut supra. Quod dignius, quod excellentius est, fini Incarnationis non repugnans, concedendum est Christo: atqui dignius et excellentius est animæ Christi ab instanti conceptionis fuisse beatam quam aliquando bcatitudine caruisse; neque hoc fini Incarnationis repugnat , ut dictum est : ergo.

Obj. 1". Concedere debemus Christo id quod est perfectius : atqui perfectius est habere gloriam ex meritis (piam sine meritis, et merita Christi nonnisi morte ejus fuerunt consummata, ut dictum est superius : ergo. Unde Luc. 24 duster: *Nonne oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam?* Et Apocal. 5 dicitur Christum, qui occisus est, accepisse gloriam et divinitatem. Et Joan. 17 : *Clarifica me, Pater, claritate quam habui antequam mundus esset apud te.*

Hic q. 19. a. 5. q. — *J{, D. maj.* Con»

cedendum est Christo id quod perfectius | est, nisi sit tale quid cujus carentia magis dignitati Christi ct perfectioni praejudicet, quain per meritum accrescat, *C. maj.* secus, *N. maj.* unde ncc gratiam, nec scientiam, nec beatitudinem animae, nec divinitatem meruit ; quia cum meritum non sit nisi ejus quod nondum habetur, oporteret quod Christus aliquando istis caruissct quibus carere magis diminuit dignitatem Christi quam augeat meritum.

Ad auctoritates S. Scriptura;, 7L has et similes intelligendas esse vel de corporis gleria, vel de resurrectione, vel de manifestatione divinitatis etnominisexaltatione.

Obj. 2°. Summum gaudium stare non potest cum summa tristitia : atqui Christus tempore passionis summe tristatus est, juxta illud Matth. 26 : *Tristis est anima mea usque ad mortem :* ergo tunc gaudium beatificum non habuit, adeoque nec visionem beatam, ex qua tanquam proprielas necessario resultat.

Hic q. 46. a. 8. in 5. 2. 1-4. q. 2. a. 5. et alibi — *Ii.* Juxta sententiam communem ex D. Th. *D. maj.* Summum gaudium stare non potest cum summa tristitia naturaliter, *C. maj.* sunt enim contraria : supernaturaliter, *subdistinguo.Si* sint in eadem potentia circa idem omnino objectum, *C.* si sint in diversis potentiis et circa diversa objecta, seu idem objectum sub diversa ratione, Ar. *et D. min. ad sens. maj. N. conscq.* Igitur anima Christi secundum partem superiorem summe gaudebat ex visione bcatificx, et secundum partem inferiorem summe tristabatur de peccatis hominum et sua passione. Item summe gaudebat de passione ut erat utilis redemptioni hominum , et tristabatur de illa ut erat naturae dissentanea; quod non repugnat de potentia Dei saltem absoluta : *cujus ratio a priori est ;* quia secundum Philosop. 7 Ethic, omnis tristitia impedit delectationem per quamdam redundantiam, quatenus nocumenlurr unius potentiæ in aliam refluit; talis autem redundantia subjiciebatur imperio et libera voluntati Christi : unde tunc impedivit ne gaudium partis superioris difflueret in inferiorem; et c converso, ne dolor inferioris irrueret ad superiorem.

ARTICULUS II.

Utrum anima Christi per scientiam leatam comprehenderit dicinam essentiam , aut saltem eam clarius videat quam qualibet alia creatura ?

Hic q. 10. o. 1. o. — *Dico* 1°. Christi anima non comprehendit nec comprehendere potest divinam essentiam. *liatio est;* quia comprehendere divinam essentiam, est eam cognoscere in quantum cognoscibilis est : atqui anima finita qualis est anima Christi non potest cognoscere divinam essentiam in quantum est cognoscibilis : cat enim infinite cognoscibilis : ergo.

Unde damçata est ut erronea in concil. Basileen. sess. 22, antequam dissolveretur, hæc propositio Augustini de Roma, archiepiscopi Nazareni : *Jnima Christi videt Deum tam clare et intense sicut Deus videt seipsum ;* et hæc damnatio approbata fuit a Nicolao V qui successit Eugenio IV.

Dices. S. Isidorus c. 59, alias 42 in Exod. dicit: *Sola sibi integre nota est divinitas et humanitati suscepta:.* Et ne putetur error typography, notat Isidori scholiasles octo manuscripta sic habere. Ergo.

Respondent quidam legendum esse *humanitas suscepta.* Verum licet ita legatur lib. 1 de Summo bono cap. 5, quilocu* male citatur ad marginem D. Th. legitur tamen prout referimus loco citato in Exod. Unde.

ibid, nd 1. — Λ. S. Tsidorum sic locutum fuisse propter excellentissimam cognitionem Christi, integramque dixisse ; non quod fuerit divinitatis comprehensiva, sed quod fuerit maxima inter possibiles de lege Dei ordinaria.

Sylvius existimat id posse intelligi de humanitate ratione divinitatis, secundum interpretationem I). Th. in 5, d. 14, q. 1, a. 2, quæstiunc. 1, ad 1. Pater Nicolai opinatur Isidorum hoc dixisse ex opinione apud aliquos tunc recepta, quod per intellectum divinum inlelligerct anima Christi. De quo art. præced. Phira huc spectantia require tract, de Deo, dissert. 4, a. 9.

ibid. n. 4. o. — *Dico* 2°. Anima Christi clarius videt divinam essentiam quam ulla alia creatura. *Itatio est ;* quia perfectio visionis Dei attenditur penes majorem intensionem luminis gloriæ, ut traditur de

beatitudinc : atqui Christi animæ ratione unionis ad Verbum, lumen gloriæ perfectissimum fuit communicatum, licet tamen non ita perfectum quin de potentia Dei absoluta potuerit dari perfectius, utpote quia finitum, ut dicit Auctor ad 5 : ergo.

Dico 5°. Fuit tamen visio Christi beata ejusdem speciei cum visione beatorum.

Colligitur ex Epist. Rom. 8, ubi dicimur *cohæredes Christi.* Et patet, quia procedit a potentia et lumine ejusdem speciei ac nostra, versaturque circa idem formale objectum.

ARTICULUS III.

Utrum Christus per scientiam beatam cognoscat omnia in Cerbo?

IE. η. 2. o.—*Dico* 1°. Christus per scientiam beatam non videt omnia possibilia in Verbo.

ibid. — *Probatur.* Cognoscere omnes effectus possibiles in causa, vi cognitionis ipsius causæ, est ipsam causam comprehendere : atqui anima Christi, ut dictum est, non potest Deum, qui est causa omnium possibilium, comprehendere : ergo. *Prob. maj.* Cognoscere omnes effectus possibiles vi cognitionis causæ, est cognoscere quousque talis causa potest et non ultra : ergo est adæquatc eam cognoscere adeoque comprehendere.

Utrum autem per scientiam infusam extra Verbum omnia possibilia cognoverit? */lespondebimus infra negative,* dum de scientia infusa.

Q. 10. a. 2. ct 5. o. — *Dico* 2°. Anima Christi per scienliajn beatam cognovit in Verbo omnia præsentia, prætcrita ct futura , nedum habitualiter, sed etiam actualiter.

ibid, ad 2. o.—*Prob. prima pars.* Anima Christi per scientiam beatam cognovit omnia quæ ad suum statum pertinent : sed existentia secundum quamcumque temporis differentiam ad ejus statum pertinent : ergo. *Maj. patet exdictisin* tract, de Deo, disseri. 4, a. 10, § 2. Hæc enim scientia conceditur omnibus beatis, cum debeat satiari omnis naturalis eorum appetitus : ergo *a fortiori* Cbnsto. *Prob. min.* Christus qua homo est caput Ecclesiæ, finis universi, dominus cœli et terræ, judex vivornm ei mortuorum : atqui pertinet ad caput habere notitiam membrorum, ad finem intellectualem cognoscere media ad se ordinale, ad dominum cognoscere, subditos suos, ad judicem cognoscere omnia quæ spectant ad suum tribunal, quales sunt omnes et singuke actiones et cogitationes; et licet aliquæ subsecutura sint extremum judicium, quia tamen pertinent vel ad primum in beatis, vel ad pœnam in damnatis, cognosci debent a judice, cujus est vel pcenas imponere, vel præmia dispensare.

Secunda pars est contra quosdam qui, propter rationes solvendas in argumentis, volunt in animam Christi non cognoscere omnia actualiter, seu uno actu omnia simul, sed quasi habitualiter,hoc sensu quod omnia in Verbo sint ita præsentia, ut anima Christi possit quodlibeL eorum quando placuerit cognoscere, licet non possit omnia simul : sicut dicitur quis perfectus theologus qui, licet omnes conclusiones theologiæ simul non contempletur, potest tamen pro libitu quam voluerit contemplari. *Contra quos.*

Prob. secunda pars conclusionis. 1° Ex S. Aug. ultimo de Trinit. cap. 16, de homine in statu beatitudinis loquens et *a fortiori* de Christo, sic ait : « Non erunt » volubiles nostra cogitationes, sed om» nem scientiam nostram uno simul con» spectu videbimus. »

Prob. 2° *ratione.* Scientia beata qua Christus prætcrita, præsentia cl futura cognoscit, mensuratur ælernitatc, quæ nullam successionem aut mutationem admittit ; unde omnes actiones et intellectiones angelorum ct hominum, licet quoad ducationem propriam sint successivae, sunt tamen præsentes simul in Verbo secundum nunc æternitatis. Ergo.

3° Christo debet concedi omnis perfectio possibilis : atqui quod omnia in aliqua temporis differentia existentia cognoscat simul, est perfectio possibilis : ergo. — 1. p. q. 12. a. 10. — *Prob. min.* Quod intellectus noster non possit omnia seu plura simul cognoscere, provenit ex eo quod illa per plures species cognoscat : atqui Christus omnia in Verbo per unam speciem cognoscit : ergo.

Confirmatur hæc ratio. Si esset In casu posito aliqua repugnantia, ideo quia cognitio Christi deberet esse infinita, aut quia ipse Christus debuisset habere attentionem infinitam : atqui neutrum sequitur ex sententia nostra, *ut patebit ex sol. object.* Ergo.

4° Non est ratio cur ill.c potius cognoscantur a Christo quam istæ, cum omnes «qualiter repraesententur in Verbo. Ergo.

Quoti autem hæc nostra assertio sit I). Th. *patet* ex eo quod art. præced. æquiparal scientiam Christi beatam scienliæ visionis Dei quoad naturam scibilium : atqui Deus scientia visionis omnia simul in aliqua temporis differentia existentia actualiter cognoscit : ergo.

Solvuntur objectiones contra primam conclusionem.

Obj. 1°. Ex cognitione omnium possibilium in Verbo non sequitur comprehensio divinæ omnipotentis : ergo ruit fundamentum nostra conclusionis.

Prob. ant. 1° Omnia possibilia possunt cognosci in Verbo majori et minori claritate : atqui minori claritate cognita non comprehenduntur : ergo. *Prob. maj.* Tum quia singula possunt cognosci majori et minori claritate, ergo omnia collective ; tum quia quæ continentur virlualiter in angelo inferiori, minori claritate cognoscuntur ab ipso quam ab angelo superiori, et ab isto quam a Deo. Ergo.

Prob. 2° *primum ant.* Ex cognitione omnium quæ formatter in Deo continentur, v. g. omnium attributorum, non sequitur comprehensio illius : ergo nec ex cognitione omnium quæ eminenter in ipso continentur, scilicet possibilium.

Prob. 5°. Ex cognitione omnium possibilium extra Verbum non sequitur comprehensio divinæ omnipotenti® : ergo nec ex cognitione eorum in Verbo.

Prob. 4°. Ex cognitione omnium quæ Deus videt per scientiam visionis non sequitur illius scienti® comprehensio. Ergo.

Prob. 3°. Ex cognitione omnium possibilium in Verbo non sequitur comprehensio inlensiva illius, sed tantum extensiva quæ non repugnat. Ergo.

Prob.6°. Cognilaomnipotcntia sub omni connexione ad creaturas, restat adhuc cognoscibilis sub connexione identitatis cum exteris attributis. Ergo.

A. A7, *ant. Ad primam probat. N. maj. Ad primam probat. N. conseq.* Disparilas est, quod nulla sit repugnantia singulos effectus divise posse cognosci in divi» essentia, secundum plures vel pauciores rationes, adeoque minori vel majori claritate, minori vel majori penetratione divinæ essentiæ : repugnat autem omnes collective cognosci nisi cognoscantur omni modo, non solum quoad substantiam, sed etiam quoad omnes modos et rationes possibiles; alias non omnia omnino possibilia cognoscerentur, contra hypothesim conclusionis: posito autem quod omnes sic omnino cognoscantur, cognoscilurper consequens omnipotentia Dei omni modo quo est participabilis, nec majori claritate penelran potest, adeoque comprehenditur. *Ad seeundam probat, ejusdem maj. similiter N. conseq.* Quia cognitio effectuum in angelo inferiori ut in causa, ut sil adæquala, non debet esse major quam cognoscibilitas istius angeli; ct cum hæc non sit maxima et summa, potest dari altera major et clarior. At cognitio omnium effectuum possibilium in omnipotentia Dei, debet adæquare illius omnipotenti® cognoscibilitatem qua major dari non potest, utpote summa et infinita.

Ad secundam probat, principalis ant. N. conseq. Disparitas est; quod ea quæ formaliter continentur in Deo possint cognosci quidditative, absque eo quod necessarium sit ea cognosci comprehensive, quia sunt do apparentibus manifeste ; ita ut visa essentia quamvis debili et finito modo, ea quæ formaliter in Deo insunt cognoscantur. At vero quæ eminenter tantum continentur in Deo ut in causa, non possunt cognosci quidditative, nisi simul et comprehensive, quia non sunt de manifeste apparentibus, sed latent in causa : unde eorum cognitio non habetur nisi vi penetrationis causæ. Ideoque ut omnes eifectus possibiles in causa eminenter contenti cognoscantur, requiritur adæqnata illius causæ penetratio, adeoque et ejus comprehensio.

Ad tertium, N. conseq. Non enim infertur comprehensio causæ nisi ex cognitione effectuum in ipsa et ex ipsa; quia nisi isto modo cognoscantur, causa non cognoscitur quantum est cognoscibilis, quod requiritur ad ejus comprehensionem.

Ad quartum, .V. iterum conseq. Disparitas est, quod omnes effectus existantes aut futuri non sint terminus adæquatus scienliæ visionis, cum per eamdem scientiam possit Deus plures produccreel videre:

at vero omnes· effectus possibiles collectivo sunt terminusadxquatus omnipotentis Dei.

Ad quintum, D. ani. Ex cognitione om» nium possibilium in Verbo non sequitur comprehensio inlensiva illius explicite, *transeat;* implicite, -V. Non possunt enim attingi omnes effectus possibiles in causa infinita, nisi omnis et infinita ejus partii ipabilitas penetretur adaequate, quod est eam comprehendere, et ad quod requiritur lumen infinite intensum.

Ad sextum, N. ant. Videns enim omnes creaturas possibiles in omnipotentia Dei, illam intuitive cognoscit; implicat autem eam intuitive cognosci, nisi cognita connexione quam habet cum exteris attributis quibuscum idenlilicatur.

Inst. contra quartam resp. Omnes effectus possibiles non sunt terminus adæquatuscognoscibilitatis omnipotentiae, restant enim adhuc cognoscendi effectus impossibiles. Ergo.

B. N. ant. Ad probat, dico effectus impossibiles non posse cognosci neque in se, neque in omnipotentia Dei, sed cognosci per effectus possibiles, sicut negationes cognoscuntur per formas oppositas.

Obj. 2°. Anima Christi videt per scientiam beatam quidditative omnipotentiam Dei : ergo videt in ea omnes effectus possibiles. *Prob. conseq.* Cognoscens quidditalive aliquam essentiam, debet cognoscere omnia ejus essentialia sine quibus stare non potest : atqui omnes crcaluræ possibiles ita sunt omnipotentis essentiales, ut una deficiente non stet eadem omnipotentia : ergo. *Prob. min.* Unica creatura possibili, v. g. una formica deficiente, omnipoteniqi non esset participabitis eo modo quo nunc est ; nam de potente producere hanc formicam fieret non potens, de continente illam non continens. Ergo.

B. N. conseq. Ad probat. 1). maj. Cognoscens quidditative aliquam essentiam, debet cognoscere omnia ejus essentialia formalité!' in ea contenta, *C.* virlualitcr eminenter in ea contenta, ;V. Hoc enim pertinet ad comprehensionem. Stat autem quod quis videat quidditative hanc omnipotentiam et non penetret illam, quod est comprehendere; quia juxta principium D. Th. infinitum nequit a finito adxquari, bene tamen infinitum potest a finito attingi.

Porro ratio radicatis disparitatis data· inter formaliter et virlualitcr contenta hac est, quod, quæ in Deo sunt formaliter eamdemhabent cognoscibilitatem, utpote ejusdem actualitatis actus puri et ejusdem indivisibilis esse : unde probant Thomiste contra Scolistas unum attributum non posse videri sine alio. At vero quæ sunt in Deo virlualitcr tantum, scilicet possibilia, habent diversam cognoscibilitalcm ; quia juxta inæqualem perfectionem creatura possibilis, distinguitur inæqualis cognoscibilitas in potentia in qua virlualitcr existit, magis enim relucet virtus divina in perfectiori creatura quam in imperfectiori, ita ut qui perfectiorem seu phires penetrat in divina virtute, debet habere perfectiorem visionem et perfectius lumen.

Obj. 5°. Coloss. 2 dicitur de Christo : *In quo sunt omnes thcsaurusapienlia?*. Ergo.

II. hæc verba in tota sua latitudine verificari de Christo ratione divinitatis.

Confer quæ dixi in tract, de Deo , dissert. 4, a. 9 et 10, § 4.

Solvuntur objectiones contra secundam conclusionem.

Obj. 1° ab auctoritate. Mare. 15 dicitur : *De die autem illa nemo scit, neque angeli in coelo, neque Filius, nisi Paler.* Psalm. 54: *Quæ ignorabam interrogabant me.* Jerem. 11 : *Non cognovi quia cogitaverunt super me consilia.*

Ex Patribus. Cyrillus in pluribus locis et præsertim lib. 9 Thesauri cap. 4 : « Ver» bum, inquit, humanam ignorantiam sns» cepit, et ut homo ignorat diem judicii, » imo et ignorabat ubi corpus Lazari erat. » Similia habent SS. Hilar. Allumas. Nazian. Hem. S. Ambros. lib. de Incarnat, cap. 7, dicit de Christo, quod « Expers agnitionis «infantia per humanam utique imprudenlia «tiam, quod adhuc non didicit ignora» bal. » Ergo.

q. lo. a. 2. ad 1. — *B. ad primum,* quod Christus dicatur ut homo nescire diem judicii, quia non facit scire, nec potestatem revelandi accepit a Patre, sicut confessarius dicit se nescire ea quæ audivit in confessione, quia non scit ut revelet ; item sicut a contrario sensu legitur Genes. 22: *Nunc cognovi quod timeas Deum,* id est, nunc cognoscere te feci. Dicitur autem Pater scire, quia hujusmodi cognitionem tradidit Filio. Unde in hoc ipso quod dicitur,

nisi Pater, datur intelligi quod Filius cognoscit, et non solum quantum ad divinam naturam, sed etiam quantum ad humanam; quia, ut S. Chrysost. argumentatur Horn. 71 in Malli). si Christo homini (latum est ut sit judex et sciat qualiter oporteat judicare quod est majus, multo magis datum est ei scire quod minus est, scilicet tempus judicii. Ex hoc autem quod dicitur, *nec angeli*, non sequitur quod angeli sicut Christus sciverint sine facultate revelandi, quia non est necesse quod sit omnimoda paritas. Origenes tamen Horn. 50 in Matth. hunc locum exponit de Christo secundum corpus ejus quod est Ecclesia, quæ hoc tempus ignorat. Quidam autem dicunt hoc intelligendum de filio Dei adoptivo, non de filio naturali.

Ad locum Psal. sensus est, *quæ ignorabam ,* id est, quæ non feci, seu quorum non sum conscius.

Ad locum Jcrem. Non cognovi, id est, dissimulavi, non manifestavi me scire, etc.

Ad S. Cyrillum. Sensus ejus est, quod Verbum assumpserit naturam ignorantem, id est, eam naturam quæ secundum rationem suæ speciei est ignorans, non tamen quod eam assumpserit cum ignorantia; item quod Christus dispensatione quadam ita se gesserit tanquam multa ignoraret ; *palet ex verbis sequentibus* in S. Cyrillo. Eodem modo intclligendi sunt SS. Hilarius, Athanasius, Nazianzenus.

Ad S. Ambros. dico eum tantum velle Christum didicisse et profecisse per scientiam cxperimentalem, quo nempe modo res ab initio non sciebat, licet alio modo sciret, nempe scientia beata et infusa.

Obj. 2°. Si anima Christi omnia in quacumque differentia temporis existentia cognosceret, sequeretur 1° quod esset æque perfecta ac scientia visionis Dei; 2° quod illam comprehenderet, utpote comprehendens objectum ejus adæqualum : atqui neutrum potest admitti : ergo.

Hic n. 2. ad. 5. — *B. 1). primam sequelam.* Esset æque perfecta extensive seu quoad numerum scibilium, *C.* intensive seu quoad intensionem et claritatem visionis, A. Quantitasscientiæ non solum attenditur secundum numerum scibilium, sed etiam secundum claritatem cognitionis. Quamvis igitur scientia animæ Christi quam habet in Verbo, parilicelur scientiæ visionis quam Deus babel in seipso quantum ad numerum scibilium, scientia tamen Dei excedit in infinitum quantum ad claritatem cognitionis scientiam animæ Christi ; quia lumen increalum divini intellectus in infinitum excedit lumen creatum quodcumque receptum in anima Christi.

Inst. S. Th. immediate post verba relata, addit: «Licet, absolute loquendo, » scientia divina excedat scientiam animæ «Christi, non solum quantum ad modum » cognoscendi, sed etiam quantum ad nu» merum scibilium , ut dictum est.·» Ergo

B. S. Thomam in his verbis loqui de scientia Dei in tota sua latitudine, prout est simplicis intelligentiæ et visionis; est enim utraque una simplex scientia etiam absque virtualidistinctione, habensidemobjectum formale, scilicet divinam essentiam, et solum ex connotatione diversi objecti inaterialis distincta. Verum est ergo quod absolute loquendo scientia divina excedat scientiam animæ Christi, etiam quantum ad numerum scibilium, quia illa attingit non solum omnia existentia, sed etiam omnia possibilia, quæ non attingit scientia Christi.

Et inde fluit pruna responsio ad seeundam sequelam argumenti. Cum enim sit omnino eadem scientia simplicis intelligentiæ et visionis in Deo, qui sola exislcntia attingit, non attingit objectum ejus ad liquatum et consequenter non comprehendit illam.

Altera solutio est, quod oojectum adæquatum scientiæ visionis quatenus in Deo, non sint tantum omnia existentia quoad an est, sed etiam quoad quid est, ad quæ non se extendit scientia Christi æquali perfectione ac scientia Dei, utpote longe minori claritate et penetratione pollens, ut dictum est ex D. Th.

Obj. 5°. Anima Christi non potest cognoscere actu infinita : atqui intellectiones et affectiones angelorum et hominum per totam sterilitatem sunt infinitae : ergo. *Prob. ant.* 1° Cognoscere infinitum repugnat definitioni infiniti. Ergo. *Prob. ant.* Infinitum definitur a Philosop. 5 Ethic, cujus quantitatem accipientibus semper est aliquid extra accipere. Ergo. 2° Infinitorum scientia est infinita : atqui scientia animæ Christi non est infinita : ergo. 5° Infinito non potest esse aliquid majus : atqui plura continentur in scientia divina absolute lo-

quendo, quam in scientia animæ Christi, nt dictum cit : ergo.

ibid.a. 5.ad2.—*H.N.ant. Adprobat. primam, D. ant.* Cognoscere actu infinitum ad mo him cogniliscu infiniti, repugnat definitioni infiniti, *C.* cognoscere actu infinitum ad modum finiti seu cognoscentis, repugnat, etc. Λ', *ant.* Igitur infinitum quantitative, si accipiatur pars post partem in actu, sicut est imperlransibilc tam realiter quam secundum designationem, ila est impertransibile secundum cognitionem; et ideo dicitur quod ut sic sit ignotum, et implicat quod perlranseundo cognoscatur. Sed sicut materialia possunt accipi ab intellectu immaterialiter, ita infinita possunt ab intellectu accipi non per modum infiniti, sed quasi finite, ita ut ea quæ sunt in seipsis infinita, sint in intellectu cognoscentis finita. Et hoc modo anima Christi scit infinita in quantum scit ea, non discurrendo persiiigula,sedperunam speciem, etprout in aliquo uno scilicet Verbo existunt, seu repraesentantur.

ibid.ad2. — *Adsecundamprobat, ant. J). maj.* Infinitorum secundum essentiam scientia est infinita, *C. maj.* infinitorum secundum aliam rationem, sed finitorum secundum essentiam, scientia est infinita, *N. maj.* Scientia enim dicitur finita vel infinita ex (initate vel infinitate proprii objecti, et non ex alia imitate vel infinitate : proprium autem objectum intellectus est, quod quid est seu essentia, et ideo si essentia est infinita, scientia est infinita; si e contra essentia est finita, scientia est finita : unde cum infinita scita ab anima Christi sint finita secundum essentiam (claudunturenim in aliqua specie), licet infinita secundum multitudinem, non inferunt scientiam animæ Christi esse infinitam simpliciter.

Ibid, ad 5. — *Ad tertiam probat, ant. JD. maj.* Infinito simpliciter quoad omnia non potest dari majus, *C. maj.* infinito secundum aliquod determinatum non potest dari majus, *subdistinguo.* In illo ordine, *C.* extra illum ordinem, *N.* Ad explicationem, *nota* infinitum non esse substantiam, sed accidens rebus quæ infinitæ dicuntur; et esse proprietatem infiniti, quod infinito non sit aliquid majus : unde sicut infinitum multiplicatur aut coarctatur secundum diversa subjecta, ita necesse est quod proprietas infiniti multiplicetur aut arctetur | secundum subjecta infiniti, ita ut conveniat unicuique illorum infinitorum secundum idem subjectum · sic proprietas infiniti positi in linea arctatur ad illam lineam, positi in superficie arctatur ad iliain superficiem : sic igitur si accipiamus unam lineam infinitam, in illa non est aliquid majus infinito : et similiter si accipiamus aliam quacumque aliarum linearum infinitarum, manifestum est quod uniuscujusque earum partes sunt infinitæ. Oportet ergo quod omnibus illis partibus infinitis non sit aliquid majus in illa linea; tamen in alia linea et in tertia erunt plures partes etiam infinitæ præler istas. Id palet in numeris : nam species numerorum parium sunt infinitæ, et similiter species numerorum imparium, et tamen numeri pares ct impares sunt plures quam pares.

Inst. contra primam respons. Repugnat infinita actu produci: ergo repugnat inii, nilaactu cognosci, alias plus posset cognoscere intellectus quam Deus posset facere.

It. 1°. *D.* anf.Repugnalinfinilaactu produci in propria duratione, *C.* in nunc æternitatis cum successione in propriis durationibus, *N.*

Jl. 2°. *N. conseq.* Multa enim possunt simul cognosci quæ non possunt simul produci, ut sunt partes temporis et motus : sic simul cognosco quatuor quadrantes unius horæ quæ non possunt simul produci. Non est ergo mirum si multitudo infinita possit simul cognoscit, licet non possit simul produci ; et si istud argumentum valeret, probaret quod nec Deus ipse possit actu iniinita videre, quia illa simul producere non potest.

Inst. contra secundam respons. Cognitio qua simul cognoscuntur infinita objecta secundum multitudinem, etsi finita secundum essentiam, debet esse infinita. Ergo, *Prob. ant.* 1° Cognitio qua duo simul attinguntur est perfectior illa qua unum solum objectum cognoscitur, et sic deinceps: unde experientia convincimur eo majorem requiri attentionem quo plura cognoscuntur objecta: ergo quæ se extendit ad infinita objecta, erit perfectionis infinitæ. *Prob.* 2° *primum ant.* Cognitio qua simul atlinguntur infinita objecta, æqnivalet infinitis cognitionibus ad singula divisive terminabilibus ·. ergo est infinita.

7i. *N. ant. Ad prob. I). ant.* Cognitio

qua simul duo cognoscuntur per plures | species, est perfectior illa. etc. *C. ant.* qua duo cognoscuntur per unam speciem, Λ7. *ant.* et eo magis si cognoscantur non ex penetratione causæ, sed ex libera Dei revelatione. Sic autem est in Christo qui infinita futura videt in Verbo per unicam speciem, scilicet divinam essentiam, quæ quatenusestspeculum sine macula, liberum quidem et non necessarium, revelat quæcumque vult Christo, praeterita et futura.

Ad secundani prob. D. conseq. Ergo est infinita secundum quid, id est, altioris ordinis, *C.* simpliciter, *N.* Unum enim individuum allions ordinis non solum æquipollet, sed excedit infinita individua inferioris ordinis : sic sol est perfectior omnibus generabilibus et corruptibilibus, etiamsi mundus esset æternus ; sic homo est perfectior omnibus brutis, etiamsi forent infinita secundum numerum. Unde cum visio beatifica sitsuperioris ordinis ad singulas visiones quarumcumque singularium in infinium, æquipollet illis, imo excedit illas, absque eo quod sit infinita simpliciter.

Obj. 4° D. Th. a. 5, concedit tantum animæ Christi cognoscere infinita in potentia, quatenus comprehendit potentiam creatura in qua infinita in potentia continentur, quam scientiam dicit esse per modum simplicis intelligent!® ; negat autem expresse eam cognoscere infinita actu.

Λ. S. Thomam loqui de infinitis substantiis quæ non sunt infinitæ nisi in potentia, etiam per totam ætcrnitalcm, non de infinitis accidentibus maxime spiritualibus, quales sunt intellectiones et allectiones hominum et angelorum, quæ per totam ælcrnitatem sunt infinitæ actu, non hoc sensu quodomnesexistantsimul in propria duralione,sed quodxternilas indivisibilis extendatur ad omnes. *Paid* 1° ex ratione quam affert S. Th. « Quia, inquit, non sunt infi- » nita actu.... eo quod status generationis » et corruptionis non durat in infinitum : » unde est certus numerus non solum eo- » rum (scilicet substantiarum permanen- » timn) quæ sunt absque generatione et cor- » ruptione, sed etiam generabilium et cor- » ruplibilium. «2°QuiaS. Doctora.Spræced. ad 2, dicit animam Christi scire quæeumque scit Deus scientia visionis, scit autem Deus infinita actu, ut docet 1 p. q. U. a. 12.

DISSERTATIO XI,

DE SCIENTIA CIIIIISTI INFUSA.

D. Th. Q. 11.

ARTICULUS I.

Utrum in Christo fuerit scientia infusa præter beatam?

Nota 1°, objectum posse cognosci vel in Verbo, vel in seipso : cognoscitur in Verbo per scientiam beatam , cognoscitur in seipso immediate per scientiam infusam vel acquisitam.

Nota 2°, scientiam non secus ac virtutem dupliciter dici infusam, per se scilicet et per accidens : infusa per se, est illa quæ nonnisi a Deo causari potest; infusa per accidens, est illa quæ propriis actibus potest acquiri, de facto tamen non acquiritur, sed a Deo solo infunditur et est ejusdem speciei cum acquisita : t ilis fuit, v. g. Adami scientia quam Deus ipsi ab initio indidit.

Nota 5°, animam rationalem esse capacem duplicis status, nempe conjunctionis ad corpus et separationis ab illo, et in utroque statu specialem habere cognoscendi modum connaturalem. In statu conjunctionis cognoscit per conversionem ad phantasmata a sensibus hausta ; in statu separationis cognoscit per species infusas sicut angeli, quia tunc deficiunt organa ad depromendas species.

Hic q. 11. a. 5. o. *Dico.* Praeter scienliambeatam, fuit in Christo scientia infusa,

ibid. —*Probatur.* Decebat ut natura humana assumpta a Verbo imperfecta non esset : atqui si caruisset scientia infusa, fuisset imperfecta : ergo. *Prob. rnin.* Omne quod est in potentia est imperfectum, nisi reducatur ad actum : atqui anima Christi erat in potentia ad cognoscenda objecta in se, non solum per species a phantasmatibus abstractas, sicut in statu conjunctionis, sed etiam per species a Deo infusas , sicut in statu separationis : ergo. *Patet inin.* Quia Christus erat non solum viator, sed etiam comprehensor, cui proinde ut tali competebat ignoscendi animæ separatae per species infusas. Unde aitS. Doctor q. 20 de vent. a. 5, ad 1 : « Cum Christus esset comprehensor el via-

« tor, habuit utcumque modum conside- » randi, unum quo angelis conforinaba- » tur, ut sine discursu consideraret, alium « quo per conversionem ad phantasmata. »

Confirmaturi». Intellectus Christi non debuit minus perfici quam intellectus angelicus : atqui in angelis secundum S. Aug. lib, 11 de Civit, cap. *7,* ponitur duplex cognitio, una scilicet matutina per quam cognoscuntur res in Verbo, et alia vespertina per quam cognoscuntur res in propria natura per species sibi inditas : ergo prater scientiam divinam increatam, est in Christo secundum ejus animam scientia beata qua cognoscit Verbum et res in Verbo, et scientia infusa sive indita, per quam cognoscit res in propria natura per species inlelligibiles humanæ menti proporlionatas.

Confirmatur 2°. Juxta sæpe traditum principium, debetur Christo ratione unionis hypotasticæ omnis perfectio possibilis, non repugnans beatiludini seu fini Incarnationis : atqui scientia infusa est possibilis, nec repugnat beatiludini seu fini redemptionis : ergo.

Ex dictis colliges 1°, scientiam infusam Christi se extendisse ad supernaluralia et naturalia, seu in eo fuisse duplicem scientiam infusam : unam supcrnaturalem, qua objecta supernaluralia attingebat; alteram naturalem, nempe ex parte objecti qua objecta naturaliacognoscebat. Evincitur istud corollarium ex omnibus probationibus nostra conclusionis : 1° quia anima Christi erat in potentia ad cognoscenda et supernaluralia et naturalia per species infusas ; 2° quia sic cognoscunt angeli ; 5° quia perfectius est multis modis posse demonstrare sive naturalia sive supernaluralia quam unico.

Id totum et procedentia docet D. Th. Opusc. 2. c. 21G, his verbis : « Quia nulla » perfectio creaturis exhibita, animæ Chris- n ti quæ est creaturarum excellentissima , « deneganda est, convenienter prater cog- » nitionem qua Dei essentiam vidit et » omnia iu ipsa, triplex alia cognitio est » ei attribuenda » una quidem experimen- » talis sicut aliis hominibus, in quantum » aliqua per sensus cognovit, ut competit » natura humans; alia divinitus infusa ad » cognoscenda omnia illa ad quæ naluraI » lis cognitio hominis se extendit vel ex- » tendere potest..,. Sed quia Christus se- » eundum humanam naturam non solum » fuit reparator natura; sed etiam grati® » propagator, afluit etiam ei tertia cognitio » qua plenissime cognovit quidquid ad » mysteria graliæ potest pertinere.

Dices. Anima Christi per scientiam infusam supcrnaturalem potest attingere objecta naturalia; licet enim scientia inferioris ordinis non possit attingere objecta superioris ordinis, attamen scientia superior potest attingere ea quæ sunt in inferiori ordine, adeoque supernaturalis naturalia , sicut cognitio intellectualis materialia, infinita finitum, increata creatum attingit : ergo superfluit scientia infusa naturalis.

/?. I). conseq. Ergo superfluit scientia infusa naturalis ut plura sciantur, *C. conseq.* ut sciantur alio modo, *N. conseq.* Erat enim anima Christi in potentia ut sciret naturalia, nedum per scientiam naturalem acquisitam, nedum per scientiam supernaturalem infusam, sed etiam per scientiam naturalem infusam.

Colliges 2°, scientiam in.usam .msse Christo ab instanti conceptionis, tum quia ipsi debebatur rationi unionis hypostatica, tum quia non fuit nobis utile quod aliquo tempore Christus ea careret. Neque refert Christum illo instanti habuisse actum visionis beatificae, non enim repugnat duos actus, quorum alter ad alterum refertur eique quodam modo subordinatin', esse simul : sic intellectus simul et semel principia cognoscit et conclusiones ex illis elicit, voluntas simul intendit finem et media eligit : ergo pariter potuit anima Christi elicere actum visionis beatificae et scienti® infusae quæ ad visionem sequitur eique quodam modo subordinatur.

Obj. i° contra conclusionem. Perscientiam beatam et naturalem acquisitam expletur omnis polentialitas animæ Christi: ergo infusa superfluit. *Prob. ant.* Per scientiam beatam expletur potentialités obedicnlialis, per acquisitam polentialitas naturalis. Ergo.

B. N. ant. Adprobat. D.anL Per scientiam beatam expletur potentialité obedienlialis animæ Christi, quoad numerum scitorum, et similiter per acquisitam potentia naturalis, *C. ant.* quoad modum sciendi, I ‹Y. *ant. et conseq.* Igitur erat potentia obe*

dientlalis in Christo, nedum ad cognoscenda objecta supernaluralia in Verbo, sed etiam ad cognoscendum ea extra Verbum in seipsis per species infusas, secundum modum connaluralem cognoscendi animæ separate et angelorum, quatenus erat comprehensor. Similiter et propter eamdem rationem, erat in eo potentia ad cognoscendas res naturales in seipsis, nedum per species abstractas a sensibilibus, sed etiam per species infusas.

Pepones. Non datur in Deo duplex modus cognoscendi ros in Verbo et in seipsis per species infusas : ergo nec in Christo·

B, N. conseq. Disparitas est, 1° quod repugnet intellectui divino speciticari ab objectis creatis, non intellectui Christi. 2° Quia repugnat dari in intellectu divino et infinite perfecto modus cognoscendi minus et magis perfectus, non intellectui creato Christi : modus autem cognoscendi res in Verbo perfectior est quam modus cognoscendi eas in seipsis per species infusas.

Obj. 2°. Scientia infusa non erat debita animæ Christi : ergo etsi ea caruerit, nullum sequitur inconveniens. *Patet conseq.* Quia carentia negativa alicujus perfectionis, sive carentia perfectionis non debite, non est imperfectio quæ debeat relegari ab humanitate Christi, siquidem nulla res dicatur imperfecta cx eo quod careat perfectione quæ ipsi non debetur : sic homo caret facultate volandi, et tamen inde non dicitur imperfectus; angeli carent notitia qu-jrumdam, imo ipse Christus caret notitia omnium possibilium, et tamen inde non sequitur inconveniens, nec dicuntur imperfecti. *Prob. ant.* Et 1° scientia infusa supernatural is non debetur intellectui creato et naturali Christi, cum de ratione formai supernaturalis sit esse supra exigentiam et debitum natura create et creabilis. 2° Neque scientia infusa naturalis, quia non connaturale est animæ, dum est unita corpori, ut intelligat per species infusas, sed solum postquam est a corpore separata, ut docet I). Th. q. unica de anima a. 15, ad 14; et q. 2, a. 17, ad 2. Ergo.

B. N, ant. Ad probat. N. ant. pro ulraque parte. Ad probat, primæ partis. D. De ratione form® supernaturalis est esse supra exigentiam natura creata*, précise secundum se et in puris naturalibus consideralæ, *C.* ut elevat® ad esse personale Verbi et ad ordinem graliæ, *N.* IIoc enim titulo est ipsi connaturalitcr debita non quidem omnis omnino perfectio supernaturalis possibilis, sed omnis perfectio supernaturalis connaluraliter possibilis et proporlionala secundum ordinem ad unionem hypostaticam.

Ad probat, secundæ partis, similiter D. Non est connaturale animæ puri viatoris, dum est conjuncta corpori, ut intelligat per species infusas, *C.* animæ viatoris simul et coinprehensoris, *N.* Ratione enim elevationis supra corpus, orte ex statu beatiludinis, ut dictum est, connaturale erat animæ Christi cognoscere sine conversione ad phantasmata, ut docet D. Th. hic a. 1, ad 2; et a. 2 o ; cl q. 20 de verit. a. 5, ad 1.

ARTICULUS II.

Utrum Christus per scientiam infusam omnia cognoverit?

Per ly *omnia,* hic non inlelligimus possibilia, de quibus in fine articuli, sed solum omnia in aliqua temporis differentia exislenlia, scilicet præterita, præsentia et futura, sive naturalia,sive supernaluralia.

Hic q. 11. n. 1. 0. — *Dico.* Christus per scientiam infusam cognovit omnia tam naturalia quam supernaluralia.

Ibid. — *Prob, prima pars.* Perfectio animæ Christi exigebat ut omnis ejus potentialitas esset reducta ad omnem actum, non quidem absolute possibilem, sic enim potentia obcdientialis est inexplebilis, sed ad omnem actum convenientem secundum statum suum et per ordinem ad unionem hypostaticam, seu secundum ordinem divin® sapientiae, cujus est limitem et mensuram præligere supernaturalibus et potenliæ obcdientiali juxta conditionem status et exigentiam rerum ⁞ atqui duplex est in Christi anima polentialitas, una naturalis ad cognoscenda omnia naturalia nedum per species acquisitas , sed etiam infusas, quatenus est comprehensor, et obedienlialis ad cognoscenda omnia supernaluralia etiam per species infusas · *hoc patet ex dictis* art. præced. Ergo Christusperscien-(iam infusam, etc.

Excepit S. Th. in fine o. essentiæ divinæ cognitionem, non qnamcumque, novit enim Christus per scientiam infusam longe perfectius divinam naturam quam philoso-

pbi, quam animæ separata, imo quam angeli : inlelligit ergo S. Doctor cognitionem divinæ etsenlix quæ est visio ejus, quia Deus videri non potest par ullam speciem, ut docetin in pruna parte; sed videtur scientia beata per seipsum immediate.

CONSECTARIA NOTATO DIGNA.

Colliges 1° *ex dictis* , Christum per scientiam infusam cognovisse omnia naturalia non solum in communi quoad rationes genericas et specificae, sed etiam distincte et in particulari quoad rationes individuates.

Prima pars patet, tum explicatione conclusionis, tum ex eo quod Christo ut judici, capiti et supremo Domino totius universi, omnium universum spectantium cognitio ipsi competeret.

Secunda pars etiam patet ; quia dignitas Christi exigebat ut ea quæ cognoscebat, perfectiori modo possibili cognosceret ; atqui modus cognoscendi res, non solum in communi, sed etiam distincte et in particulari, est perfectior quam modus eas cognoscendi in communi tantum , utpote similior divinæ cognitioni : ergo.

Confirmatur. Angeli secundum D.Th. 1 p. q. 55 et 56, cognoscunt res naturales dislinctectin particulari, quia eas cognoscunt per species infusas exemplatas a divina essentia, prout habet rationem speciei intelligibilis; sub qua ratione repræsentat omnes res naturales secundum proprias et individuales earum rationes : atqui Christus per scientiam infusam cognoscit res naturales per species similiter exemplatas a divina essentia, nec ejus cognitio est imperfectior cognitione angelica : ergo.

Dices 1°. Scientia non est de singularibus. Ergo.

Ii. D. ant. Scientia procedens ex lumine naturali primorum principiorum, non est de singularibus, *C.* quia singularia prout subsunt tali lumini, non sunt certa ct immutabilia : scientia procedens ex lumine cerlo et infallibili divinæ revelationis, A'. Quia singularia prout substant tali lumini, sunt certa et infallibilia; ct ea ratione nostra theologh ad singularia se extendit.

Dices 2°. Cognitio omnium singularium non pertinet ad perfectionem intellectus Christi. Ergo. *Prob. ant.* Non intellectus speculativi, quia speculatio non est de singularibus; non etiam intellectus practicî, quia *dato* quod agibilia singularia ad ipsius perfectionem pertineant, multa sunt alia singularia quæ non sunt agibilia, v. g. arenæ maris, quæ latent >u aquis ct in visceribus terrae, uno verbo, omnia faclibilia.

II. N. ant. Ad probat. Dico 1° cognitionem omnium singularium pertinere ad perfectionem, si non intensivam , saltem extensivam intellectus speculativi; 2° omnia omnino singularia pertinere ad perfectionem intellectus Christi practicî, non quatenus est homo particularis, sed quatenus est finis ct dominus totius universi cui omnia subjecta sunt.

Dices 5°. Non videtur possibile humano intellectui cognoscere omnia singularia quæ fere sunt infinita, cum ad hoc infinita, cum ad hoc infinita fere species requirantur. Ergo.

II. Christum per scientiam infusam paucis admodum speciebus omnia singularia attingere; quia licet illæ species non sint tam universales ac angelicæ, non sunt tamen tam particulares ac illæ quæ depromuntur a sensibus, quia sunt similitudines derivata ab essentia divina ut habet rationem speciei intelligibilis : unde eadem species repræsentat clare el distincte naturam specificam et omnia ejus individua.

Colliges 2°. Christum per scientiam infusam cognoscere cogitationes cordium et futura contingentia ; quia id exigit ejus dignitas qua capitis, qua domini ct quajudicis universi.

Dices 1°. Solius Dei est futura cognoscere. Ergo.

Ii. D. ant. Solius Dei est futura cognoscere virtute propria, *C.* virtute ab ipso communicata, *N.*

Dices 2°. Non potest assignari modus quo Christus per scientiam inditam futura contingentia cognoscat. 1° Enim non cognoscit illa in suis causis proximis, quia sunt indifferentes et indeterminata; 2° non in prima causa, scilicet divina essentia determinata per suum decretum, hic enim modus pertinet ad scientiam beatam; 5° non in testimonio Dei revelantis illorum fulurilionem, hic eniip modus perlinet ad prophetiam vel fidem·, 4° denique non in scipsis immediate, quia non habent esse determinatum, sed indifferens ad essemluin.

H. bis omnibus modis Christum cognoscere rutum. probabile est, 1° incansis proximis et in scipsis immediate; quia licet tain causæ proximæ futurorum contingentium quam futura ipsa, præcisc secundum se considerata, sint indeterminata, tamen ut subsunt decreto Dei, sunt determinata: unde sicut essentia divina per suum decretum determinata futura contingentia in se et in suis causis repræsentat, sic etiam possunt dari species infusae ab essentia divina exemplalæ, quibus futura contingentia et eorum causæ, ut subsunt divino decreto, repraesentantur.

2° In ipso Dei decreto, non quidem viso directe, hoc enim pertinet ad scientiam beatam, sed indirecte per speciem repraesentantem directe et immediate animæ Christi suam visionem beatificam, mediate autem et indirecte ipsam essentiam Dej quæ est objectum et terminus visionis beatifies.

5° In testimonio Dei revelantis illorum fulurilionem; nec iste modus coincidit cum fide aut prophetia : non cum fide, quia talis cognitio in Christo non est obscura, sed clara, quatenus est siibordiuala cognitioni et scicntiæ beata:; non cum prophetia, tum quia prophetia datur tantum ad utilitatem aliorum, tum quia per prophetiam præcisc cognoscuntur tantum futura, non rationes futurorum, quas tamen Christus per scientiam infusam attingebat, rerum causas , effectus et circumstantias intelligens.

Pepones. D. Th. 1 p. q. 14, a. 15 et alibi, docet futura non posse cognosci a Deo, nisi prout sunt illi praesentia in sua æternilatc : atqui Christus non potest per scientiam infusam illa cognoscere ut praesentia in æternitate, quia non æternitas, sed tempus discretum est mensura scientiae infuse : ergo.

/?. D. Thomam loqui de scientia intuitiva quam Deus habet de ipsis rebus, ut praesentibus ipsi in æternitatc quæ est mensura suæ cognitionis; non autem de abstractive, certa tamen et infallibili quam habet ratione sui decreti.

Unde inferes, scientiam infue&.'n quam habet Christus futurorum contingent^ m, non esse intuitivam sicut ejus scientiam beatam, sed abstractivam, claram tamen et distinctam ; quia tempus discretum quod cstejiis mensura, ut dictum est, non coexislit praeteritis ct futuris sicut æternitas quæ est mensura scicntiæ beata.

Colliges 5°, Christum per scientiam infusam cognoscere quidditative omnia entia creata supernaturalia : id exigit ipsius dignitas, quatenus est causa vel effectiva vel finalis omnium donorum supernaturalium et judex hominum.

Imo probabilius est ca comprehensive cognoscere : cum enim ipsi competat cognitio perfectissima quæ potest esse et decet, possibilis autem sit comprehensio illorum entium supernaturalium ab intellectu creato, quorum nempe cognoscibilitas est creata et finita, et aliunde deceat summam Christi dignitatem omnia supernaturalia creata excedentem; probabilius est cum praefata comprehendere.

Nec refert quædain entia supernaturalia, ut v. g. lumen gloriæ, visionem beatificam, ipsam unionem hypostaticam, esse superioris et perfectioris immaterialitatisquam ipsam scientiam infusam; sufficit enim quod principium radicale cognitionis scicntiæ infusæquod est unio hypostatica, cujus est proprietas scientia infusa, sitæqualisimmalerialitalis ct perfectionis cum objectis ; ex illo enim ct principio proximo, quod est scientia, fit unum principium adæqualuin intellectionis.

Dices. Non potest cognosci sivequidditalive sive comprehensive visio beatifica, nisi cognoscatur vel quidditative vel comprehensive objectum et terminus ejus, scilicet essentia Dei ct trinitas : atqui nec quidditativc,neco *fortiori* comprehensive potest cognosci essentia Dei ct trinitas per scientiam infusam : ergo. *Prob. sequela maj.* Nulla relatio potest quidditative cognosci , nisi quidditative cognoscatur ejus terminus : atqui, etc. Ergo.

//. .V. *maj. Ad probat. N. maj.* Sufficit enim ut quidditative vel comprehensive cognoscatur relatio, quod cognoscatur ejus terminus quoad an est, seu quod talis res sit terminus talis relationis : alias nulla creatura quantumvis perfecta posset aliam comprehendere, cum omnis creatura dicat relationem ad Deuiu tanquam ad primum principium et ultimum finem.

Colliges 4°, Christum per scientiam infusam cognovisse saltem mediate et indirecte omnia mysteria nostrae fidei, etiam

SS. Trinitatis quoad an est ; quia, ut dictum est, comprehensive aut saltem quidditative cognoscebat fidem et visionem beatificam : ergo et eorum objecta quoad an est.

Et licet nullus effectus creatus dicat habitudinem ad Deum ut trinum tanquam ad causam, actus tamen fidei et visionis beatific® dicunt ordinem ad ipsum ut ad objectum, quod sufficit ut ex illis cognoscatur existentia trinitatis.

Petes utrum Christus per scientiam infusam cognoscat etiam omnia possibilia ?

A. *negative.* Quia cum in collectione omnium possibilium includantur species ali.e aliis excellentiores in infinitum ; per nullam enim exhauritur divina virtus : necesse foret quod Christus vel haberet infinitas species, quod implicat, vel haberet aliquam quæ illa infinita repraesentaret, quod etiam implicat; quia ad repræsentandum objecta infinita, nedum numero sed specie et perfectione in infinitum crescente, diversa requiritur vis repnesentativa infinita, quæ nulli speciei crcatæ convenit sed soli Verbo increato.

Imo *dato* talem cognitionem fore possibilem, non tamen congrueret Christo; tum quia foret inconveniens scientiam infusam esse perfectiorem beata; tum quia non conveniret ejus modo connatural! operandi, qui est recipere species in minori universalitate quam angeli, utdocctD.Th. hic a. 6.

ARTICULUS III.

Jliæ difficultates breviter expenduntur cxcœteris articulis D. Thoma.

Quœritur 1° utrum Christus potuerit uti hac scientia infusa sine conversione ad phantasmata?

Non est difficultas ex parte ipsiusmet scientiæ infusæ, quia talis enim est independens a phantasmatibus, *ut patet;* sed ex parte intellectus, qui in hoc statu conjunctionis est astrictus ad phantasmata.

Hic q. 11. a. 2. 0. ct ad 5. — *B.* Christum potuisse uti scientia infusa sine conversione ct cum conversione ad phantasmata pro voluntatis arbitrio. *Patio ejus est ;* quia Christus erat comprchensor simul et viator : quatenus comprchensor, non subditur corpori nec ab eo dependet, sed totaliter ei dominatur, et consequenter habet ex illa parte modum intelligent!! proprium angelis ct animalibus separatis, I.qui est sine dependentia a phantasmati* bus; quatenus vero viator, habet modum intclhgcndi proprium viatoribus qui est per conversionem ad phantasmata, qua potuit uti si voluit, maxime circa res sensibiles.

Sed petes in quo consistat hæc conversio ad phantasmata?

B. non consistere in eo quod simul cum scientia infusa utatur concomitante!· phantasmate , sic enim posset dici quod scientia beata foret etiam per conversionem ad phantasmata; neque inhocquod usus scientiæ infusæ dependeat a speciebus depromptis a phantasmatibus, tanquam a principiis cognitionis, ut in nobis; sed quod utatur phantasmatibus ex imperio ejus formalis, tanquam ministris suæ cognitionis, hoc scilicet modo : cx imperio scientiæ infusæ seu intellectus dominio supra phantasiam, formatur in ea phantasma de eodem objecto de quo habet jam speciem infusam, et utitur illa specie, non ut absolute repræsenlat suum objectum, sed ut repræàfcntat illud cum aliqua comparatione ad illud phantasma, ita quod phantasma etiam speculetur quatenus comparabile cum objecto repræsentato per speciem et formatum ex ejus scilicet scientiæ infusæ imperio.

Quœritur 2◊ utrum scientia infusa Christi fuerit collativa seu discursiva?

Ibid. α. 5.0. — *B.* hanc scientiam non fuisse discursivam quoad acquisitionem, quasi a noto ad ignotum processisset, fuit enim infusa; potuisse tamen esse discursivam, vel non discursivam quoad usum, quia Christus ut comprchensor potuit cognoscere modo angelico unico actu conclusionesin principiis,effectus in causis; species enim infusæ utpote universales et ab idæis divinis excmplatæ, natæsunt repr®sentare principia vehit conclusionibus ficta et causas effectibus plenas. Potuit etiam ad modum viatorum diversis actibus et cognitionibus conclusiones cx principiis , effectus cx causis, proprietates ex essentiis deducere, non quidem procedendo a noto ad ignotum simpliciter, ut dictum est, sed ad ignotum per eum actum quem de novo elicit : eo modo quo interdum scientes ex causis concludunt effectus, non ut de novo addiscant, sed volentes uti scientia quam jam habent.

Quœritur 3◊ utrum scientia infusa in

Christo fuerit perfectior scientia angelorum?

ibid. α. 4. 0. — *B. sub distinctione.* Si consideretur secundum id quod habuit a causa influente, est multo excellentior quam scientia angelorum, et quantum ad multitudinem cognitorum et quantum ad scientiæ certitudinem; quia lumen Christo divinitus infusum, est multo excellentius quam lumen quod pertinet ad naturam angelicam.

Si vero consideretur secundum id quod habuit ex subjecto recipiente, seu secundum modum subjecti recipientis, est imperfectior scientia angelica; quia juxta modum cognoscendi connaturalem animæ human®, species ejus sunt minus unitæ et minus universales quam angelicæ, ut dicit Auctor art. 6, utpote commensurate intellectui humano qui est minus perfectus angelico, licet aliunde magis multiplicentur; item quia Christus per scientiam infusam potest cognoscere cum discursu et conversione ad phantasmata, quod angelis propter majorem immaterialitatem convenire non potest, ut dicit hic Auctor. Quod si contrarium docuerit in 5, d. 14, a. 3, q. 4. scilicet, species infusas animæ Christi non esse minus universales speciebus angelicis, id aperte hic a. 6 retractat.

Quœritur4° utrumscientia infusa Christi fuerit habitualis?

B. affirmative. Quia licet scientia ejus beata qua Dei essentiam et alia in ipsa videt, fuerit ct sit semper actualis adeoque perfectissima, utpote excedens modum natura humanæ ; infusa tamen de qua hic loquimur, est secundum modum proportionalem et connaturalem naturæ humanæ : modus autem proportionatus et connaturalis naturæ humanæ, est ut recipiat scientiam per modum habitus qua possit uti quando voluerit.

Quod tamen non est sic intelligendum quasi aliquando cessaverit ab omni actu talis scientiæ, sed quod non semper fuerit in actu secundo quoad omnia objecta; neque enim perfectio debita naturæ humanæ postulabat ut semper actu omnia cognosceret, sed tantum pro loco ct tempore.

Quia tamen a corpore et phantasmatibus independens erat, nec cederet actualitali scientiæ angelicæ, videtur quod ab instanti conceptionis fuerit semper in actuali cognitione quorumdam objectorum, corpore licet ac sensibus quiescentibus seu alio intentis.

Quœritur 5° utrum scientia infusa in Christo fuerit distincta per diversos habitus?

Ibid. a. 6. 0. —*B.* quod, licet scientia Christi infusa sit una generic?, tamen distinguatur in habitus specie diversos ; quia, ut jam dictum est, recipit species in minori universalitate quam angeli, ita scilicet quod diversas naturas specificas per diversas species intelligcret : in Christo antcir sicut in nobis diversificantur habitus scientiarum, secundum diversa genera scibilium.

DISSERTATIO XII.

DE SCIENTIA CHRISTI ACQUISITA.

D. Th. q. 12.

ARTICULUS I.

Utrum scientia per se acquisibilis fuerit in Christo, ct quomodo? an infusa per accidens, an propriis actibus acquisita?

Scientia per se acquisibilis dicitur quæ per se et connaturaliter petit actibus nostris acquiri, licet per accidens possit a Deo infundi, qualiter v. g. Adamo fuit infusa.

Hic q. 9. a. 4. ad 5. — *Observandum* scientiam perse infusam naturalem de qua præced. dissert, non solum differre ab hac scientia per se acquisibilis de qua nunc, ex parte causæ efficientis, quia una a Deo solo infunditur, altera ab homine acquiritur, sicut homo creatus et homo natus inter se differunt; sed etiam essentialiter et specifice, quia licet versentur circa eadem objecta materialia, non tamen circa idem objectum formale. Objectum enim formale scientiæ per sc acquisibilis, est quidditas rei materialis ut abstracta a singularibus et proportionate phantasmatibus in quibus relucet. Objectum vero formale scientiæ per se infusæ, est quiddilas nedum rei materialis, sed etiam immaterialis, non ut abstracta , sed ut concreta singularibus, nec secundum proportionem phantasmatum : undo fit quod per scientiam per se acquisibilcin directe tantum cognoscatur universale materiale, non singularia, non angeli, non supernaturalia, nisi indirecte ct

ad modum rerum corporearum. Per scientiam autem per sc infusam cognoscuntur directe et quantum est ex suo genere substanti® universales et singulares, materiales et immateriales, earumque proprietates ct accidentia.

ibid. 0. — *Dico* 1·. Fuit in Christo scientia per se acquisibilis.

Prob. Conveniens fuit ut omnis potentialitas anim® Christi naturalis reduceretur ad actum : atqui anima Christi erat in potentia connatural! ad scientiam per se acquisibilcm non minus quam anim® aliorum hominum quibuscum est ejusdem speciei : ergo.

Confirmatur. Scientia beata fuit in Christo, quia erat in potentia ad intelligendum modo divino ; fuit ct scientia per se infusa, quia erat in potentia ad intolligendum modo angelico : ergo et fuit in eo scientia per se acquisibilis qua intelligal modo humano.

Dices 1°. Christus per scientiam infusam per sc cognoscit omnia quæ cognoscere potest per scientiam per se acquisibIcm : ergo h®c superfluit.

Jl. D. ant. Christus per scientiam per sc infusam cognoscit omnia qu® cognoscere potest per scientiam per sc acquisibilem, sed non omni modo quo cognoscibilia sunt, *C. ant.* ct omnimodo quo cognoscibilia sunt, *N.* Porro ad perfectionem intellectus Christi spectat non solum omnia cognoscere, sed omnia cognoscere omni modo quo sunt cognoscibilia; sunt autem cognoscibilia et in Verbo et extra Verbum per species per se infusas ab id®is divinis exemplatas et per species a phantasmatibus abstractas : unde sicut ad primum ponitur in Christo scientia beata, ad secundum scientia per se infusa, ad tertium debet poni scientia perse acquisibilis.

Dices 2°. Du® form® solo numero distinct® non possunt esse in eodem subjecto : atqui scientia per se infusa et per sc acquisibilis solo numero differunt, differunt enim tantum ex parte caus® efficientis : ergo.

Ibid. — 2V. *min. et ejus probat.* Palet exobservatione praemissa conclusioni.

Dico 2°. Scientia per se acquisibilis fuit in Christo propriis actibus acquisita.

Contrarium quod olim docuerat Auctor in 5 sentent, d. 14, q, 5, a. 5, expressi! terminis hic retractat.

ibid.— *Prob.* Si Christus scientiam per sc acquisibilcm habuisset infusam, intellectus ejus agens fuisset otiosus ct frustraneus ad proprium et praecipuum suum actum, qui ei secundum statum in quo productus est, debitus ct connaturalis erat : atqui hoc est inconveniens : ergo. *Patet min.* tum quia, secundum vulgare axioma Damasceni, Verbum assumpsit quidquid in natura plantavit, nedum quoad substantiam, sed etiam quoad modum connaturalem ; tum quia valde inconveniens foret quod potentia anim® Christi perpetuo maneret frustrata proprio ac sibi debito atque connaturali actu secundum statum suum. *Prob. maj.* Christus non est productus secundum humanitatem in statu perfectionis sicut Adam in prima creatione, sed juxta communem statum ct cursum natur® : atqui sicut juxta illum statum conveniebat corpori quod paulalim crescеret per actum virtutis augmentativ®, ita ct anim® quod paulatim proficeret in cognitione naturalium per actum intellectus agentis, qui est abstrahere species rerum intclligendarum a phantasmatibus. Et hoc utrumque conjungit Evangelista, dicens ; *Et Jésus proficiebat ætate et sapientia.* Ergo.

ibid.— *Confirmatur.* Christo convenit non solum habere omnes scientias, sed eas etiam habere omni modo connaturalitcr possibili ct convenienti : atqui Christo conveniebat habere scientiam non solum modo divino per scientiam beatam, nec tantum modo angelico per infusionem, sed etiam modo humano per acquisitionem : ergo.

Solvuntur objectiones contra secundam conclusionem.

Obj. 1° cum Scoto. Intellectus agens non fuit frustra in Adam, nec remanet frustra in beatis : atqui nec in Adam nec in beatis abstrahit species a phantasmatibus. Similiter vis augmentativa seu nutritiva non est frustra in beatis, licet tamen non reducatur ad actum : ergo corruit prtecipua ratio D. Th. pro conclusione nostra.

Confirmatur. Oflicium intelluclus agentis non est solum abstrahere species, sed etiam illustrare principia ut illis utatur ad

conclusiones : atqui supposita infusione scienti® per se acquisibilis in Christo, potuisset hunc actum exercere : ergo non fuisset frustra.

Λ. *D. min.* Atqui nec in Adam nec in beatis abstrahit species a phantasmatibus, et ille actus debitus et connaturalis erat secundum statum in quo fuit creatus Adam ct in quo sunt beati, *N. min.* et ille actus non erat debitus et connaturalis secundum cum statum, *C. min. et N. conseq.* Vis ergo rationis D. Th. non fundatur in hoc quod intellectus Christi absolute foret frustra, sed frustra respective ad connaturalem modum operandi, juxta communem cursum et statum in quo Deus eum produxit; id enim dicitur frustra, quod caret actu sibi debito pro statu et tempore. Cum ergo Adam fuit creatus in statu perfectionis, illi pro hoc statu non erat debitus actus abstractionis a phantasmatibus quo cresceret et proficeret in scientia, adeoque nec frustra in ipso fuit intellectus agens, utpote qui non caruit actu sibi debito pro hoc statu. Idem dicendum de beatis qui non sunt in statu acquirendi scientiam nec crescendi secundum corpus.

Hinc patet solutio ad confir. D. enim *conseq.* Ergo non fuit frustra quoad omnem actum. *C.* quoad pr®cipuum actum sibi debitum pro statu et tempore. *N.*

Obj. 2° cum Snare et Henno. Debemus a Christo omnem imperfectionem removere : atqui si scientiam praefatam successu temporis et per proprios actus comparasse!, fuisset in eo vera imperfectio : ergo. *Prob. min.* 1° Habuisset pro tempore antecedenti rerum aliquarum ignorantiam. 2' Potuisset ab homine magis studio incumbente superari. 5<* In scientia perse acquisibili fuisset miserior Adamo, qui ab initio creationis eam habuit infusam. Ergo.

B. i°retorquendo argumentum in adversarios, qui docent Christum successu temporis acquisivisse scientiam expérimentaient.

//.2° *ad singula. Ad primum,* habuisset pro tempore antecedenti rerum aliquanimignorantiam quoad objecta, A' quoad modum, *subd.* Et illa ignorantia erat privativa, .V. non enim pro hoc statu ipsi debebatur : ct erat negativa, *C.* Aaeoque censeri non debet imperfectio, sicut nec erat imperfectio quod in ætate infantili Christus loquela careret, quia permittebat natur® agere quod cujusque statas proprium est.

Ad secundum. N. ant. Quw fuit in Christo ingenium longe acutius et excellentius quam in quolibet homine.

Ad tertium, N. iterum ant. tum quia Adamuin in infinitum superavit per scientiam beatam et infusam ; tum quia Ad® creato in caput naturale hominum in statu perfectionis, conveniebat scientiam naturalem ab initio habere, non autem Christo producto secundum communem cursum in statu imperfecto et ætate infantili.

Inst. Christus fuit etiam productus ut doctor hominum. Ergo.

Λ. Ut doctor insupernaturalibus, *C.* in naturalibus, *N.* juxta illud Joan. 5 Qui *de terra est, de terra loquitur ; qui de coelo venit, super omnes est; et quod vidit et audivit, hoc testatur.* Vel ut supra : ut doctor in statu perfectioris, *N.* in statu imperfectionis, *C.* Iterum *dato ant. N. conseq.* Quia ratione scienti® beat® infusée superabundantem omnium scientiam habebat ad officium doctoris, quod de Adamo dici non potest.

Obj. 5° cum iisdem. Christus ab initio suæ conceptionis habuit per accidens infusas omnes virtutes morales per se acquisibiles : ergo et omnes virtutes intellectuales per se acquisibiles.

Jl. N. conseq. ob duplicem disparitatem datam supra, dum degratia habituali Christi, inter virtutes morales et intellectuales. Prima, quod morales reddant simpliciter bonum habentem in ordine morali, intellectuales autem tantum secundum quid : unde magis imperfectum foret moralibus aliquando carere quam accresceret perfectionis eas acquirendo; e contra vero non plus derogat dignitati Christi virtutibus intellectualibus aliquando carere quam ei accrescat ex connatural! eorum acquisitione. Altera data disparitas est, quod, posita infusione scientiarum naturalium, intellectus agens privaretur actu sibi debito connatural!ter secundum præsentem statum in quo productus est, scilicet abstractione speciei uni a phantasmatibus; secus autem posita infusione virtutum muralium, quia iisdem actibus ui tutes semel habit® exercentur quibus acquiruntur.

Ohj. 4° cum iisdem. Ex nostra senten-

lia sequitur quod scientia per se acquisibilis in Christo fuerit valde imperfecta, et scientia Adami longe inferior : atqui, etc. ergo. *Prob. maj.* Scientia acquisita ea ignorat quorum species non potest sensibus comparare : atqui mulla sunt quorum species non potuit Christus sensibus comparare , ut sunt virtutes coelorum, quæ latent in abyssis maris aut visceribus terra ; dicere enim bæc ad sensus Christi ministerio angelorum fuisse adducta, vel Christum ad illa, fingere est et sine fundamento miracula multiplicare. Ergo.

7?. 1° *N. maj. 4dprobat. D. maj.* Scientia acquisita ea ignorat quorum species non potest sensibus comparare, et bæc pertinent ad cognitionem scientificam, *N.* et bæc perlinent ad cognitionem experimentalcm, *C.* Similiter *D. min.* Multa sunt quorum species non potuit sensibus comparare Christus, et hæc sunt individua singularia quæ pertinent ad scientiam experimentalcm, *C.* et hæc sunt quidditates rerum quæ pertinent ad cognitionem scientiiicam, *subd.* Si agatur de speciebus immediatis , *C,* mediatis, *N.* Potuit enim Christus, propter vim excellentissimam ingenii, ex aliquibus speciebus immediatis circa quasdam rerum essentias, ulteriores circa alias quidditates deducere, cognoscendo scilicet effectus per causas, causas per effectus, similia per similia, contraria per contraria ; et hoc est connaturale scientiæ acquisitæ quæ de se inclinat ad cognoscendum plura per discursum et formando quidditativam cognitionem unius ex alio ; nec probari potest Adamum aliter scivisse. Hinc S. Th. hic q. 12, a. 1, ad 2, dicit, « quod, licet non fuerint Christi sensibus » subjecta omnia sensibilia, fuerunt tamen » subjecta sensibus ejus aliqua sensibilia » ex quibus, propter excellentissimam vim » rationis ejus, potuit in aliorum notitiam » devenire. » *Unde inferes*, hanc Christi scientiam non fuisse imperfectam intra genus suum, cum de ejus ratione sit esse discursivam et ex uno immediate intellecto aliud discursive deducere in quo valde allucinantur auctores oppositae sententiæ.

7Î. 2°. Intelligendo de singularibus,non etiam fuisse imperfectam scientiam acquisitam Christi, nec inferiorem scientis Adæ; tum quia, ut dictum est ex D. Th. ex quibusdam immediate repræsenlatis etiam singularibus potuit alia colligere; tum quia uti potuit ministerio angelorum ut sensibus adducerentur illa objecta quæ magis convenientia erant ut ex illis alia dignoscerentur. Neque id gratis dicitur : sicut enim corpori ministrarunt angeli adducendo cibos in deserto, et sicut primo homini adducta sunt omnia animalia ut nomen illis imponeret, quidni corumdem angelorum ministerio Christo adducerentur singularia, non quidem omnia, sed quæ Christus judicabat expedire ut ex eis alia colligeret, haberetque scientiam perfectam, nec scientia Adæ inferiorem?

Obj. 5°. Omnis perfectio non repugnans fini Incarnationis debet tribui Christo : atqui habere scientiam acquisitam ab initio, est perfectio quæ non repugnat fini Incarnationis : ergo.

7?. *D. maj.* Omnis perfectio non repugnans fini Incarnationis, nec aliud inconveniens involvens, debet, etc. *C.* si aliud inconveniens involvat, *N.* Unde *ad min.* dico inconveniens esse quod Christus ab initio habuerit scientiam acquisitam ; tum quia intellectus ejus agens fuisset frustra quoad præcipuum ejus actum ; tum quia fuit Christo connaturale pro statu communi in quo fuit productus, ut propriis actibus et successive scientiam acquireret; tum quia perfectius est habere aliquid per se quam per alium, maxime si carentia illius non præponderat perfectioni quæ accrescit ex illius acquisitione, ut contingit m prasenti casu, *sicut patet ex dictis.* Pro cujus et aliarum instantiarum clariori intelligentia *adverte,* hoc inter perfectiones supernaturales et naturales in Christo esse discrimen, quod insupernaturalibus attendatur proportio cum unione hypostatica, et ideo stalim et cum omni plenitudine sunt infusæ; in naturalibus vero attenditur proportio cum natura humana et modo ordinario quo solent acquiri, ut hinc magis eluceat veritas natura human® in Christo.

Obj. 6°. Non decuit Christum accipere scientiam ab angelo vel homine docente ; ergo nec a rebus sensibilibus.

Hic q. 12. a. 5. ɑ‹1 2. — Λ. *N. corUtf.* Nobilius est enim accipere scientiam a sensibilibus quam ab angelo vel homme docente -, quia, ut dicit Auctor, lite qui addiscit ab homine non accipit immédiat

scientiam a speciebus intoUigibilibus quæ snnt in mente ipsius, sed mediantibus vocibus sensibilibus tanquam signis intelligibilium conceptionum. Sicut autem voces ab homine formalæ sunt signa intellectualis scientiæ ipsius , ita creatura a Deo conditæ sunt signa sapientis ejus : sicut igitur dignius est doceri a Deo quam ab homine,ita dignius accipere scientiam per sensibiles creaturas quam per hominis doctrinam.

Addo quod, licet Christus hauriret species a sensibus, non tamen ab ipsis addiscebat proprie, quia eas acquirendo, ipse se dirigebat ct eas ordinabat ex scientia superiori.

ARTICULUS II.

Expenduntur breviter aliæ difficultates ex quatuor articulis quæstionis 12D. Thoma.

Quœrituri0 utrum Christus per scientiam acquisitamomnia cognoverit?

It. Christum per eam scientiam scivisse, non quidem omnia simpliciter, quia non possunt omnia cognosci per species abstractas a sensibus, sed omnia quæ per actionem intellectus agentis cognosci possunt, quia fuit excellentissima vis ingenii Christi.

ρ. 12. *a.* 1. o.—Necobstat, utrecte advertit hic Sylvius, quod nec litteras didicerit, nec philosophorum libros revolverit, nec omnium, imo nec plurimorum experientiam habuerit; tanta enim erat vis anima? ejus, partim naturalis, partim ex lumine adjuncto scientiæ beatæ etinfusæ. ut ex rebus quas experiebatur colligere posset species et cognitionem aliorum, ut jam diximus art. præced. nec distrahereturvel impediretur a consideratione unius rei per aliam, sed sic poterat intendere pluribus ac si tantum occuparetur circa unam.

Quœritur 2° utrum Christus in hac scientia profecerit ?

ibid. «. 2. o. — *It.* Christum in ea sententia profecisse et quantum ad habitum et quantum ad actum, ita ut per actionem Intellectus agentis paulalim species abstraheret, quarum accessu habitus ipse perficiebatur.

Patet cx dictis art. præced. hanc enim scientiam acquisivit Christus studio et speciermn abstraclione sicut alii hornines : unde dicitur Luc. 2 quod *Jesus proficiebat sapientia, ct atalc, et gratia apud Deum et homines;* quod de scientia acquisita intclligit S. \inbros. lib. de Incarnat. Dorn. cap. 7, ct D. Thom, hic in arg. s. c.

Ibid, ad 1. et2. —Porro incœpit Christus hanc scientiam acquirere cum primum cœpit uti ratione modo aliis hominibus connatural!, et semper habuit omnem scientiam seu omnem scientiæ perfectionem singulis ætalibus accommodatam, ita ut nunquam aliquid ignoraverit etiam secundum scientiam acquisitam eorum quæ secundum tempus et locum ipsi conveniebant.

Quatritur 5° utrum Christus aliquid ab homine vel angelo didicerit?

Ibid. a. 5. ct 4. *It. negative.*—Quia non erat conveniens doctorem a discipulis edoceri; Christus autem erat doctor ct hominum et angelorum. Unde cum Christus vel ab angelis vel ab hominibus aliquid audiebat, non ideo ab illis illuminabatur quasi illud nesciret, sed habebat se instar magistri cui discipulus ex libro legit id quod prius sciebat.

Dices. Luc. 22, legitur Christum fuisse ab angelo confortatum ; sed illa confortatio non videtur aliter potuisse fieri quam proponendo rationes quæ dolorem linirent quod estChristum fuisse illuminatum. Ergo.

Ibid. a. 4. ad 1. ct in 3. d. 14. q. 1. a. 3. quucstiunc. 6. ad 2.— *It. X.mitl.* Ct dico Christum fuisse confortatum quasi per societatem et compassionem, eo modo «pio ex praesentia et colloquio amicorum homo naturaliter sublevatur in tristitia et afflictionibus, juxta illud Psal. 68 : *Sustinui qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur, ct non inveni.*

Addi potest quod, cum corpus Christi revera fuerit debilitatum ac sanguine ma dens, angelus confortaverit ipsum, velsan guinem abstergendo, vel aliquo sensibili modo corpus fovendo; licet enim id Christus per seipsuin facere potuisset, potuit tamen etiam ad id ministerio angelorum uti, ad majorem carnis assumpl.i: manifestationem, quo fine xoh a matre nutriri ct gestari. Ita Cajetan.'nica. 4, et Joannes aS. Th. q. 12.

DISSERTATIO XIII.

DE POTENTIA ANIMÆ CURISTE D. Th. Q. 15.

ARTICULUS I.

Utrum humanitas Christi habuerit omnipotentiam simpliciter?

Suppono 1°, Christum per communicationem idiomatum esse et dici simpliciter omnipotentem, omnipotentia scilicet divina, sicut est et dicitur simpliciter Deus. Sed difficultas est utrum vi unionis hypostatic® receperit in se intrinsece virtutem aliquam activam quæ sit omnipotentia simpliciter. Dico *simpliciter;* quia *suppono* 2° habuisse omnipotentiam secundum quid, id est, excellentem virtutem activam in ordine ad illa omnia quæ necessaria erant ad finem Incarnationis. Quæslio est ergo de omnipotentia simpliciter et omni modo, utrum fuerit communicata Christo.

Quidam dc grege Lulheranorum, dicti Ubiquistæ a sua hæresi, tuentur partem affirmativam; dicunt enim humanitatem Christi ita esse Verbo unitam, ut sit ubique sicut ipsa Divinitas, similiter æterna etomnipotens : unde existimant potentiam humanitatis Christi esse ipsam Verbi omnipotentiam,ipsi ut homini formaliter communicatam, ita ut Christus etiam ut homo sit omnipotens simpliciter. *Contra quos*

Hic q. 15. a. 1. 0. — *Dico.* Humanitas Christi non habuit, nec habere potuit omnipotentiam simpliciter.

ibid. —*Prob.* Omnipotentia simpliciter est solius Dei proprietas: atqui in unione hypostatica natura manserunt inconfusae et impermiMæ cum suis proprietatibus : ergo. *Min. patet ex dictis contra Eutychem. Prob. maj.* Potentia activa sequitur ad naturam et ipsi proporlionalur ut ejus proprietas; in tantum enim aliquid agit in quantum est in actu, est autem in actu per formam, quæ vel est natura ut in naturis simplicibus, vel constituens naturam ut in naturis compositis : atqui potentia activa omnipotens simpliciter soli natura divinæ proportionatur e‘ ad eam sequi potest ut proprietas : ergo. *Prob. min.* Omnipotentia simpliciter, id est, quæ se extendit non solum ad omnes effectus possibiles, sed eliam perfectissimo modo ad omnes modos possibiles; nisi enim hoc habeat, non erit omnipotentia simpliciter; proporlionari non potest nisi naturæ cujus esse est incircumscriptum, illimi latum et infinitum in ratione entis : atqui talis est sola natura divina : ergo.

Confirmatur 1°.Omnc quod a superiori derivatur, recipitur in inferiori, modoimperfectiori; quidquid enim recipitur,ad modum recipientis recipitur : hinc licet visio Dei quæ est ipsi propria communicetur creaturæ,non tamen communicatur infinito modo : ergo si omnipotentia simpliciter, quæ est propria Deo, communicetur humanitati Christi, reperietur in illa inferiori modo nec in sua tota latitudine, adeoque nec omnipotentia simpliciter.

Confirmatur 2°. Omnipotentia simpliciter attingit omne factibile implicationem non involvens : atqui id competere non potest humanitati Christi : ergo. *Prob. min.* Humanitas Christi non potest creare, saltem ut causa principalis, neque eliam potest causare seipsam. Ergo.

Dices 1° Matth. 11, dicit Christus ipse : *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo; et* cap. ultimo : *Data est mihi omnispotestas in coelo et in terra:* atqui omnis potestas est omnipotentia : ergo.

B. hæc et similia loca intelligcnda esse de Christo per communicationem idiomatum, ita ut sicut homo dicitur Deus, ita eliam dicitur omnipotens. Dicit autem hanc potestatem sibi datam post resurrectionem, quia tunc potissimum virtus ejus enituit; dicitur enim, juxta phrasim S. Scripturæ familliarem, rem tunc fieri quando innotescit. Possunt eliam intelligi hæc verba de Christo homine quoad potestatem excellentiæ quam habuit ad regendum et imperandum in ordine ad prædicationem Evangelii : unde loco ultimo citato statim subjungilur:*Euntcs,doce(e omncsgentes,elc.* Eodem modo solves auctoritates SS. Cyrilli, Damasceni et aliorum Patrum.

Dices 2°. Existentia divina sicut et clara cognitio sui ipsius est proprium Dei : atqui tamen istæ proprietates communicantur nature humanæ salva *ejus essentia : ergo et omnipotentia.

Confirmatur.Unio hypostatica facit humanitatem Christi sanctam : ergo et omnipotentem.

II. .V. *conseq.* Disparitas est quod, licet omniaDeialtributasint divinæ naturæ propria et perfectionem infinitam importent, non omnia tamen explicent modum quo talis perfectio est in Deo, ut sunt, v. g. justitia, bonitas, existentia, etc. Unde omnia ista sunt c^mniunicabilia creaturis, scilicet analogice, participative et cum diminutione. At vero omnipotentia non solum dicit perfectionem infinitam sed etiam modum quo talis perfectio est in Deo, scilicet infinito modo ; hoc enim si absit, jam non est omnipotent ia simpliciter : unde implicat eam ut talem simpliciter, communicari créature.

/id confirmationem , N. conseq. Disparilas est, quod sanctitas consistat in eo quod anima Deo sit conjuncta et ipsi gyata supernaturaliter, per unionem autem terminalivam Veibi absque ulla informatione, intclligitur humanitasconjunctaDeo et ipsi grata : atvero non potest intelligi omnipotentia humanitati communicata absque eo quod eam informet, non minus quam intellectus aut voluntas; quia principium *quo* operativum, vel est ipsa natura, vel forma eam constituens, vel proprietas ad eam consequens.

ARTICULUS II.

De potentia humanitatis Christi circa immutationem creaturarum.

§ I.— *Exponitur articulus D. Th. qui est secundus-hu:us q.* 15.

Probat S. Doctor in hoc articulo 2,Christum ut hominem non habuisse omnipotentiam respectu immutationis creaturarum, ad cujus explicationem statuit 1res conclusiones.

Prima conclusio est : « Si loquamur de » anima Christi secundum propriam natu» ram et virtutem sive naturalem , sive gra» tuitam, potentiam habuit ad illos elfec» tus faciendos quæ sunt animæ convcnien» tes, puta, ad gubernandum corpus et ad » disponendos humanos actus et etiam ad » illuminandum, per gratiæ et scienti® ple» nitudinem,omnes creaturas rationalesab ▪ ejus perfectione deficientes, per modum » quo hoc est conveniens creatura ralio» nal' » Quæ ultima verba diligenter adverte , ne forte ex hac conclusione inferas Christum esse causam principalem gratiæ. Hanc conclusionem non probat S. Doct. quia constat ex natura animæ et ex dictis ile gratia capitali Christi.

Secunda conclusio S. Th. est : « Si loquamur de anima Christi secundum quod » *est* instrumentum Verbi sibi uniti, sic » habuit instrumentaient virtutem ad om» nes immutationes mirrçulosas faciendas, ordinabiles ad incarnationis finem, qui » est instaurare omnia, sive quæ in cœlis, » sive quæ in terris sunt. » Id constat ex fine ad quem datur instrumentum.

Tertia conclusioD. Th. Anima Christi quatenus etiam instrumentum Verbi, non habet potentiam ad annihilationem creaturarum ; quia annihilatio correspondet creationi. « Et ideo sicut solus Deus creare po» test, ita solus potest creaturas in nihilum » redigere, qui etiam solus eas in esse con» servat ne in nihilum decidant. » Unde concludit S. Doctor : « Sic ergo dicendum » est quod anima Christi non habet omni» potentiam respectu immutationis creatu» rarum. »

Difficultas itaque est valde controversa inter Thomistas ex una parte, Scolistas et plures alios ex altera circa secundam conclusionem D. Th. de qua virtute instrumentait sit intelligendus, an de morali, an de physica. Eadem quaestio movetur de causalitate sacramentorum, ubi plura trademus et tradunt auctores huc spectantia et cum hic dicendis conferenda.

§ П. — *Utrum humanitas Christi sil instrumentum physicum gratiæ, miraculorum et aliorum effectuum supernaturahum?*

Suppono 1°, Immanitatem Christi esse causam moralem etiam principalem gratiae et miraculorum, quia illa *de condigno* meruit. Dico, *eliam principalem*, quia non est alia causa meritoria assignabitis supra Christum. *Suppono*2° ex tract, de Gratia, humanitatem Christi non esse causam principalem physicam gratiæ sanctificantis.

Quæritur ergo solum hic utrum humanitas Christi ab exeeutione Incarnationis fuerit nedum causa moralis, sed et instrumentalis physica gratiæ et miraculorum aliorumque operum Mipernatnraiium quæ ad finem Incarnationis conducunt?

Dixi,«& *exeeutione Incarnat ionis,- quu* certum est humanitatem Christi ante executionem Incarnationis non fuisse causam physicam, sed tantum moralem gratiæan tiquis Patribus collatæ, quia operari phy-

sice supponit necessario existenliam physicam causas.

Dico .Humanitas Christi ab Incarnatione peracta, sive in terris degens,sive modo in cœlo existons, est et fuit causa instrumentalis physica gratiæ et miraculorum·

Prob. 1° auctoritate. Luc. 6 dicitur de Christo quod *virtus de illo exibat et sanabat omnes,*- et Christus de seipso, Luc. 8 : *Novi virtutem de me exiisse :* quod non videtur posse intclligi de virtute morali , quæ cum sit ens rationis, non potest dici nisi valde improprie de corpore exire. Insuper, juxta S. Scripturas, Christus dedit discipulis Spiritum sanctum *insufflando,* Lazarum suscitavit *clamando* et imperando ; quæ omnia non moralem', sed physicam causalitatcm innuunt. Joann. 1 dicitur : *Gratia ct veritas per Jcsum Christum facta est.* Joan. 10 : *Opera quæ ego facio,* etc. Ly *facere* autem importat proplie causalitatcm physicam.

Concil. I Ephesinum can. 11,definit quod *caro Christi sit vivificatrix, propter unionem ad Verbum:* non potest autem dici quod caro Christi sit vivificatrix moraliter, seu per modum meriti : ergo physice. Hinc Cyrillus lib. 4 in Joan. c. 14, notat quod Christus in suscitandis mortuis non solum verbo atque imperio uteretur, verum etiam carnem cooperatricem adhibebat, ut *ostenderet,*inquit,*carnem quoque suam, quoniam Pcrbo conjuncta erat, vivificam esse.*

Ex his insuper sic arguo. Verba S. Scriptura, concil. et Patrum in proprio et obvio sensu accipienda sunt, si inde nullum sequatur inconveniens : atqui *virtutem sanativam exire decorpore, facere, operari, vivificare, esse causam, esse instrumentum,* et similia quæleguntur in S. Scriptura, conciliis et Patribus, proprio clobv io sensu important causalitatcm physicam, non moralem; nec aliunde sequitur inconveniens si sic intelligantur, *ut patebit ex sol. obj.* ergo.

Quoad D. Thomam, manifeste tradit nostram sententiam, tum supra q. 8, a. 1, ubi doc"t Christum duplici modo causare gratiam, et *per meritum, et per efficientiam;* tum hic a. 2, dicendo humanitatem Christi non posse esse instrumentum creationis, bene tamen operationis miraculose, ubi clarum est ipsum loqui de instrumento physico, cum certum sit humanitatem Christi posse esse causam moralem creationis per orationem et meritum. Videatur insuper S. Doct infra q. 48, a. 6, q. 49, a. 1, q. oO, a. G, q. 62, a. 1.

Prob. ratione. Humanitati Christi est concedendum quod nobilius et perfectius est, si vel in se, vel fini Incarnationis non repugnat : atqui operari non solum moraliter, sed etiam physice effectus supernaturales et miraculosos, est quid nobilius et perfectius, nec aliunde in se vel fini Incarnationis repugnat : ergb. *Prob. min. pro prima parte.* 1° Agere dicit perfectionem : ergo agere non solum moraliter- sed etiam physice, dicit majorem perfectionem. 2° Concursus physicus est perfectior morali. Ergo. *Prob. ant.* Concursus moralis non tam agit quam causæ actionem oblinet : concursus autem physicos vere agit et effectum veluti c sinu suo emittit. Ergo.

Quoad secundam partem min. Quod talis concursus physicus non repugnet fini Incarnationis, evidens est, quinimoconducit; nec quod in sc repugnet, *etiam patet;* si enim ignis inferni, virtute sibi divinitus tradita, in spirituales creaturas instrumentaliter physice agit, quidni poterit sacra humanitas virtute divinitatiqua unita est, physice concurrere ad opera supcrnaturalia? *Id amplius patebit ei sol. obj.*

Confirmatur. Juxta S. Scripturam ct SS. Patres, Christus est aliquo sensu instrumentum ad producendam gratiam cl patranda miracula : atqui non est instrumentum morale : ergo physicum. *Prob. min.* Christus est causa principalis moralis horum effectuum ; ergo non instrumentalis.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. D. Th. in 5, d. 16, q. 1, a. 5, dicit expresse, « nullam fuisse virtutem in » Christi anima ad immutandam legem vel » cursum natura, sive ad patranda mira* » cula, nisi per modum orationis aut in» tercessionis. » Ergo.

Respondet Cajetanus, D. Thomamhic eLlocis a nobis citatis retractasse hanc sententiam. Respondet Joannes a S. Thoun, S. 'l hornam ibi loqui de causa principal· miraculorum. Sed forte melius

A. ex codem S. Thom, hic a 5, animam Christi posse considerari dupliciter, uno modo secundum propriam naturam et virtutem, et hoc modo nullam habebat virtutem ad patranda miracula nisi per modum orationis aut intercessionis; alio modo potest considerari anima Christi secundum quod est instrumentum unitum Verbo Dei in persona; et sic habebat virtutem nedum moralem, sed etiam physicam patrandi miracula. Primum sensum itauue intendit S. Doctor laudatus in objectione; secundum, locis a nobis citatis in probatione.

Obj. 2°. Omnia quæ operata est humanitas Christi circa salutem nostram, per passionem et mortem operata est, ut diximus supra, et docet D. Th. infra q. 48, a. 6 : atqui mors seu passio non potest esse causa inslrumentalis physica gratiæ et miraculorum. *Prob. min.* Quod non est, non potest operari physice : atqui mors seu passio non est nunc : ergo.

R. N. min. Ad probat. D. maj. Quod non est neque formaliter, neque virtualitcr, non potest operari physice , *C.* quod non est formaliter, est tamen virtualilcr, *N. similiter, D. min.* Mors seu passio Christi non est nunc formaliter in se, prout est aliquis motus in fieri, *C. min.* non est nunc in aliquo seu effectu physico seu virtute, *N. min.* Remanet enim in cicatricibus ex illa relictis ct qualitatibus gloriosis per illam acquisitis : unde dicitur passio Christi operari nostram salutem physice, quatenus humanitas Christi per illam determinata, immutata ct modificata, salutem nostram physice operatur: sicut paler mortuus est vere causa efficiens filii posthumi, quia agit per virtutem a se relictam, scilicet semen a se decisum.

Obj. 5û *et simul inst.* Prater existentiam, tres insuper requiruntur conditiones ad rationem instrumenti physici. Prima, ut realiter contingat subjectum in quod agit; non enim potest agere in distans : v. *g.* serra non facit cathedram nisi lignum tangat. Secunda, ut habeat actionem praviam qua agat dispositive ad effectum causæ principalis; alias non esset causa, sed purum vehiculum delalivnm virtutis causæ principalis : sic serra, scindendo lignum actione propria, disponit illud ad formam cathedra. Tertia, ut recipiat aliquâm virtutem a causa principali qua de impotente reddatur intrinsece potens. Atqui desunt hæ 1res conditiones humanitati Christi ad productionem gratiae seu miraculorum : ergo.

Prob. min. pro prima parte. Humanitas Christi existons in cœlo non contingit homines quos justificat in terris ; nec etiam, dum erat in mundo, tangebat physice illos quos sola voce sanabat absentes, ut servum centurionis, filium reguli, etc.

Prob. secunda pars min. 1° Humanitas Christi nullam priorem dispositionem agit propria actione utpote corporea in anima, v. g. ad productionem gratis; neque intelligibile est quid prius produxerit tanquam dispositivum in corporibus ad effectum miraculorum. 2° Quia multa miracula fecit Christus quæ non nisi per creationem aut suspensionem divini concursus patrata sunt, ut cum columba in ejus baptismo creata est, et cum ambulando super aquas denegatus est concursus corpori ad gravitandum et aquis ad fluendum : atqui nulla creatura potest habere actionem propriam circa subjectum creationis quod est nihilum, nec in concursum Dei cujus actio est ipsa substantia Dei : ergo.

Prob. tertia pars min. Illa virtus derivata a causa principali in humanitatem Christi, vel est spiritualis, et sic non potest recipi in carne Christi, nam quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur: vel est corporea, et sic non potest elevare humanitatem ad effectus spirituales : ergo nulla.

P. N. min. ad probat, primes partis, D. Humanitas Christi existons in cœlo, non tangit homines quos justificat in terris, contactu suppositi, *C.* contactu virtutis, zV. *ant. ct conseq.* Hoc enim sufficit ad rationem causæ physica?, quia modo virtus causæ perveniat ad subjectum, nihil interest quod causa sil absens : sic sol suppositaliter distans a visceribus terra, in ea tamen continuo agit contactu seu praesentia virtutis ct influxus : sic magnes agit in ferrum distans, ipsum attrahendo contactu virtutis, etc. Quod si ita in naturalibus, quanto magis in instrumentis divins potenliæ, quorum virtutem, ipsa ubique praesens, subjectis immutandis prascnlem reddit.

Ad primam prob.secundes partis, dico non requiri ad rationem instrumenti quod

actione propria agat in subjectum dispositive ad effectum causæ principalis ex parte rci operatæ, seu quod in subjecto aliquem priorem effectum producat, id enim proprium est tantum instrumentis causarum creatarum quæ illis utuntur ex indigentia; sed sufficit quod agat dispositive ex parte modi operandi, hoc est, quod habeat propriam actionem modificativam virtutis principalis in se receptæ, qua actione constituatur in ratione causæ, et non sit purum medium seu vehiculum virtutis causæ principalis : hanc autem propriam actionem habet et habuit humanitas Christi respectu miraculorum et gratiae, v. g. verbo, signo, gestu, actu voluntatis, etc.

Pepones. Actio propria humanitatis circa graliæ productionem, aut miraculorum patrationem, ut plurimum fuit corporea : atqui corpus non potest agere in spiritum : ergo.

Jl. D. min. Corpus virtute propria non potest, etc. *C. min.* virtute causæ spiritualis maxime divinae, *N.* Sic ignis corporeus inferni cruciat dæmones ct animas damnatorum.

Ad secundum probat. ejusdem secundas ***partis,*** dico quod, si in aliquibus forte miraculis contingit creatio vel suspensio divini concursus, de his non intelligitur conclusio nostra, sed tantum de illis ad quæ se extendere potest causalitas instrumenti.

Adde falsa esse exempla quæ afferuntur : nam columba illa non fuit ex nihilo creata, sed ex præjacente aeris vel aquæ materia formata : similer incessus super aquas, non ex suspensione divini concursus, sed ex virtute dolis agilitatis corporis redundare tunc permissæ proveniebat, sicut ipsa transfiguratio ex dole claritatis.

Ad probat, tertiæ partis min. Ante solutionem notandum varias esse Thomistarum sententias circa hanc virtutem humanitati Christi communicatam.Quidam existimant nihil aliud esse quam ipsam conjunctionem humanitatis Verbo , cx qua redditur poicns ad omnia opera miraculose. Ita Conlcnson post Asturisensem. Sed id nobis probari vix potest; vel enim ex ipsa conjunctione aliquid recipit intrinsecum quo elevetur ad effectum miraculo* ■um. vel non : si nihil, ergo remanet intrinsece impotens; si aliquid, explicandum est quid sit : unde

Alii existimant esse qualitatem, sed incompletam, ex natura sua fluentem ct transeuntem; quia qualitas completa permanens constitueret causam principalem, sed tamen propter dignitatem subjecti habentem modum permanentis. Nec inconveniens reputat ista sententia quod qualitas secundum se incompleta et transiens, habeat modum permanentis; sicut, secundum philosophos, non repugnat quod qualitas permanens secundum se,habeat modum transeuntis, v. g. scientia in tyrone; ct secundum theologos, opinio quæestseeundum se dispositio transiens , in hæreticis habet modum permanentis; e contrario gratia quæ secundum se est qualitas permanens, in peccatore habet modum transeuntis ; et lumen beatificum quod est cx se permanens communicatum D. Paulo, habuit modum transeuntis. Ita Paludanus, Capreolus, Ferrariensis. quos citat ct sequitur Gonet.

Alii tandem volunt illam virtutem non esse qualitatem, sed motionem Dei transeuntem , elevantem humanitatem Christi ad rationem instrumenti gratiae et miraculorum , nec solum dantem illi actum secundum seu applicantem virtutem ad actum ; sed etiam conferentem ipsi virtutem activam in actu primo respectu effectus principalis agentis; quia de ratione instrumenti est quod agat in virtute principalis causæ, totam agendi vim illi conferentis; et in hoc distinguitur a præmotione physica. */tatio iilorum est ;* quia in aliis instrumentis naturalibus, puta serra, calamo, etc. non videtur quod artifex qualitatem aliquam completam vel incompletam ponat in instrumento, sed solum motionem artificiosam quæ instrumento totam vim in actu primo et secundo conferat ad effectum causæ principalis; licet enim , v. g. serra per suum acumen habeat in actu primo virtutem scindendi, non tamen artificiose scindendi : ergo , inquiunt, idem dicendum videtur de instrumentis divinæ potentia: ad effectus supernaturalcs, cnm gratia non destruat naturam , sed in quantum possibile est ei sese accommodet ct eam perficiat. Ita Soto. Cajet. Zumel, Cabrera, quos citat et sequitur Joannes a S. Th.

Nec refert quod character sacranicntalis

videatur qualitas instrumcntalis permanens; est eniin hoc sensu qualitas instrumcntalis, quod conferat instrumento formam instrumenti, «d est, quod reddat ministrum aptum ct ideoneuin ut possit moveri a Deo ad actus supernaturalcs, sicut, v. g. acumen est forma permanens conferens securi formam instrumenti; non est tamen qualitas instrumcntalis constituens ministrum in ratione principii activi, sive in actu secundo, sive in actu primo, respectu cifectus supernaturalis, quod est dc ratione instrumenti : sicut acumen securis, licet eam constituat principium activum scissionis, non tamen scissionis artificiosas.

Nec etiam obstat in illa sententia quod Christus quando voluerit operatus sit miracula, juxta illud leprosi, Mattii. 8 : *Domine y si vis , potes me mundare,* quod videtur importare qualitatem miraculorum effectivam permanentem.

Respondetur enim in illa sententia quod Christus operabatur miracula quando ct quomodo volebat, non ex aliquo habitu aut virtute permanente, sed ex assistentia divinæ potestatis, seu ex hoc quod divina potestas presto erat Christo , ut quotiescumque vellet movebatur actualitcr ab ipso principali agente Deo ; non quidem sic quod hæc divina potestas subderetur voluntati humanæ Christi, sicut habitus subduntur humanæ voluntati ad operationes ejus, sed c contra quod humana Christi voluntas subderetur divinitati in omnibus, et divinitas uteretur humanitate Christi tanquam instrumento conjuncto personaliter, ita ut quæ vellet divinitas, vellet et ipsa humanitas, et hoc sensu intelligitur illud Matth. *Si vis, potes me mundare.*

Utraque hæc posterior sententia est probabilis , et juxta utramque *It.* hanc virtutem esse spiritualem. Et *adprobat, in contrarium, D* Virtus spiritualis completa et permanens nun potest recipi in corpore , *transeat;* virtus incompleta et transiens, *N.* Disparitas esi, quod virtus completa et permanens est tantum propter subjectum cui inhæret : unde debet ipsi proportionari; at e contra virtus incompleta ct transiens, licet ea parte qua est accidens dependeat a subjecto, quia tamen est formaliler quid viale tendens ad aliud,debet illi potius quam subjecto proportionali, via enim quatenus via utrique termino *a quo* et *ad quem* duntaxat commensuratur. Unde ad axioma : Quidquid recipitur, ad modum recipientis recipitur; verum est si receptum habeat esse ptnnanens et completum , secus si habeat esse transiens incompletum.

Dixi prius, *transeat, ant.* Posset enim negari, quia non videtur repugnare virtutem spiritualem subjectari in corpore ex eo quod corpus natum est obedire spiritui, non spiritus corpori : sic anima rationalis etsi spiritualis subjectatur in corpore , sic virtutes morales etsi spirituales subjectantur in potentiis sensitivis animæ.

Inst. Accidens spirituale qualecumque sit, permanens aut transiens , non potest existere existentia corporea ; existentia enim debet proporlionari subjecto quoad actum : atqui si reciperetur in subjecto corporeo , deberet existere existentia corporea : ergo. *Prob. min.* Accidens habet existentiam a subjecto in quo recipitur. Ergo. *Prob. ant.* Accidens delinitur *ens in alio existent.* Ergo.

It. N. min. Ad probat. N.ant. Ad probat, explico definitionem. Quando igitur dicitur accidens, *ens in subjecto existent,* non est sensus quod propriam existentiam habeat a subjecto tanquam a principio formali ; habet enim sic a propria forma, unde sine subjecto potest divinitus existere ; sed sensus est quod, cum sit debilior exislentia, indigeat ad exercitium existendi subjecto firmante ct sustentante illam debilem existentiam. Porro si istud officium Deus in eucharistia potest accidenti præstare sine subjecto , (piare non posset per subjectum corporeum, maxime cum accidens spirituale de quo agimus non recipiatur in corpore quatenus est corporeum formaliter, sed quatenus est ens et substantia creata, quia in eo recipitur ratione poteniiæ obedïentialis quæ competit rebus creatis sub generali ratione entis et substantiæ creatæ. Confer diligenter quæ dixi in tract, de Causalitate sacramentorum.

Obj. 4°. Concil. Triti, sess. 6, cap. 5, docet quod nec Christi passio nec humanitas physice efficiunt gratiam, sed solum meritorie seu moraliter. Ita P. Hciuio de Sacramentis .n genere, disp. 7, q 2, a. 1, probat. 6.

II. nullam hac de re mentionem fieri in

capite citato. Veram est quidem cap. 7 | haberi quod causa meritoria justificationis nostra sit Christus, sed nusquam dicit concilium quod sit tantum causa meritoria et non physica ; definit enim concilium quod certa fide tenendum est et certo constat inter theologos, non inter ipsos controverlitur.

ARTICULUS III.

De potentia animæ Christi respectu proprii corporis et exeeutionis suæ voluntalis.

Postquam S. Th. egit de potentia animæ Christi circa immutationes aliarum rerum, agit de ejusdem potentia in ordine ad seipsum.

Q. 13. a. 5. o.— *Dico* 1°. Anima Christi secundum propriam virtutem quæ ipsi competit ut est anima hnmana , non habebat omnipotentiam immutandi proprium corpus a naturali dispositione; v. g. non poterat secundum hanc virtutem efficere ne corpus gravitaret, ne nutriretur, ne pateretur, etc. tum quia, ut dictum est, secundum hanc virtutem non habebat potentiam immutandi exteriora corpora a cursu et ordine naturali, ergo noc suum; tum quia anima secundum propriam naturam habet determinatam proportionem ad suum corpus, ac per consequens non omnia, sed aliquid determinatum potest circa proprium corpus.

Nec obstat quod esset beata, nec enim animæ beatæ habent hanc omnipotentiam. Insuper Christus non erat beatus quoad omnia, assumpserat enim corpus passibile adeoque et corporis passibilis conditiones : unde quod animæ beatæ possunt sine miraculo propter dotes gloriosas corporis beati, non poterat Christus sine miraculo, quia non assumpserat corpus gloriosum : et ideo incessus super mare, claritas transfigurationis, fuerunt miracula, ut docet D. Th. infra q. 45, a. 2.

ibid. — *Dico* 2°. Si vero consideretur anima Christi secundum quod est instrumentum unitum Verbo, subdebatur ejus potestati omnis dispositio proprii corporis, excepta annihilatione et conservatione, ut art. præced. dictum est; quia tamen virtus actionis non proprie attribuitur instrumento , sed principali agenti, talis omnipotentia magis attribuitur ipsi Verbo Dei quam animæ Christi.

Ibid· a. 4, o. 7?<co5° anlmam Christi habuisse omnipotentiam respectu suæ voluntatis circa ea quæ voluit voluntate absoluta adimplenda per se, idque virtute propria, quia non conveniebat sapientis ejus ut aliquid vellet per se facere quod suæ virtuti non subjaceret. Circa ea autem qui voluit fieri per divinam virtutem , habuit omnipotentiam, non virtute propria , sed quatenus erat instrumentum divinitatis, Tandem ea quæ voluit non voluntate absoluta, sed conditionata aut inefficaci, non semper fuerunt adimpleta, ut patet de voluntate transferendi ab eo calicem passionis.

Sed difficultas est an Christus voluntate absoluta voluerit aliquid per alios adimplendum, quod non fuerit factum : unde·

Dico 4°. Nihil voluit Christus voluntate absoluta et efficaci per alios adimplendum, quod non fuit factum. Est Sylvii cum pluribus aliis contra Cajet. Joan, a S. Th. Cabrera, etc.

Prob, ex D. Th. S. Doctor infra q. 18, a. 5, docet voluntatem Christi humanam semper fuisse conformem divinae, et quod *Christus per voluntatem quæ est per modum rationis, semper idem volebat quod Deus.* Etq. 21, a. 4, dicit quod *Christus nihil aliud voluit, nisi quod scivit Deum velle :* unde concludit : ***Et ideo omnis absoluta voluntas Christi, etiam humana, impleta fuit, quia fuit Deo conformis.***

Prob. ratione. Imprudentiae est velle voluntate absoluta et efficaci id quod certo constat non esse futurum : atqui Christus scientia beata certo sciebat omnia futura, ut diximus : ergo non voluit absolute et efficaciter id quod non erat sive per se sive per alios faciendum. *Patet conseq.* quia a Christo removenda est omnis imprudenti® labes.

Dices 1°. Mare. 7 dicitur de Christo quod *Ingressus domum, neminem voluit scire et non potuit latere.* Ergo.

B. hæc non de voluntate absoluta sed conditionata seu inefficaci esse intelligenda, ita ut sensus sit, Christum se gessisse exterius sicut qui latere volunt, se scilicet subducendo ; sed tamen per illam subductionem non potuisse latere, licet aliunde potuerit si absolute voluisset. Nec ullum ibi repentur mendacium, quia id laciebat non animo fallendi, sed nos instruendi de fugienda ambitione et vana gloria.

Inst. Agathu papa circa præfata verba in Epist, quæ refertur in 6 synodo, act. 4, et quæ recepta est act. 8, sic ait : «Ergone | » Ille hominum conditor ac redemptor in » terris latere volens, non potuit, nisi hoc » ad humanam ejus voluntatem, quam tem» poraliter est dignatus assumere, rediga» tur? » Atqui hæc verba non possunt intelligi de voluntate conditionata et antecedente: ergo. *Prob. min.* Pontifex his verbis intendit probare prater voluntatem divinam in Christo esse humanam, ex eo quod voluntas divina semper impleatur et non humana: atqui si intelligatur de voluntate humana Christi conditionata et antecedente, id non probat, siquidem voluntas Dei antecedens et conditionata non etiam semper impleatur : ergo.

H. N. min. Ad probat. N. maj. Intendit enim probare pontifex prater voluntatem divinam in Christo esse humanam, non ex ratione allata, sed ex eo quod Christus humana voluntate, equidem conditional! et antecedente, voluerit aliquid quod non poterat propria suæ humanitatis virtute consequi ; cum tamen Deus nihil velit etiam voluntate antecedente et inefficaci, quod non possit per scipsum implere.

DISSERTATIO XIV.

DE DEFECTIBUS CORPORIS ASSUMPTIS A FILIO DEI.

D. Th. Q. 14.

ARTICULUS I.

Utrum conveniens, an etiam necessarium fuerit corpus Christi subjacere defectibus ?

Hic q. 14. a. 1. 0. — *Dico* 1°. Conveniens fuit corpus Christi subjacere defectibus propter tria : 1° ut pro nobis satisfaceret^0 ut veritatem humante naluræ comprobaret; 5° ut nobis fieret exemplum virtutis.

Est contra hæreticosqui dicti suntPhantasiastæ et Aphthartodocctæ, qui, auctore Juliano Halicarnasseo, circa annum 476 dogmatizabant corpus Christi fuisse incorruptibile etiam ante resurrectionem : in quem errorem impegit Justinianus imperator sub finem vilæ,qui ideo Euthychyum patriarcham contrarium sentientem cxulare jussit.

Quam hæresim, ultra rationes D. Th. impugnant omnia sacræ Scriptura testimonia, quæ Christum esuriisst, defatigatum, passum, mortuum probant : hanc etiam impugnarunt SS. Justinus Mart. Athanas. Basil. Nissenus, Chrysost. etc.

Dices contra primam rationem D.Tli. Si Christus corporis nostri defectus assumpsit ut pro nobis satisfaceret, sequitur quod etiam pœnas inferni sustinuerit; eas enim promeriti eramus. Ita quidem censuit et blasphemavit Calvinus.

B. N. sequelam. Non enim requiritur ad satisfactionem pro peccato alterius ut omnem poenam ipsi debitam alter sustineat, sed sufficit quod reddat æquivalens, quod et ultra fecit Christus. Et sane si valeatconsequentiaCalvini,sequeretur Christum debuisse in sternum sufferre pœnas inferni ; eas enim in æternum promeriti sumus.

Dices!!0. S. Hilarius Pictaviensis lib. 10 de Trinit. ait : *Pirtus corporis sine sensu pœnæ, vim pœnæ in se deservientis excepit.* Clemens Alexand. lib. 6 Strom, cap. 6, ait de Christo : *Ipse autem, ut semel dicam, impassibilis erat. S.* Hieron. in cap. 26 Matth. ait : *Erubescant qui putant Salvatorem timuisse mortem el passionis pavore dixisse: Pater, si fieri potest,* etc. Ergo.

B. ad Hilarium, S. Thomam conari q seq. a. 5, ad 1, eum sano sensu explicare, dicendo quod Hilarius a carne Christi non veritatem doloris, sed necessitatem excludere intendat, accipiendo necessitatem per comparationem ad causam primam horum defectuum quæ est peccatum.

S. Bnnaventura in 3, dist. 10, a. 1, q. *i,* narrat se audivisse Guillclmum Parisiensem dicentem se legisse librum in quo Hilarius se retractavit, quamvis eum conetur exponere dicendo quod loquatur de divinitate ipsa.

Cætermn si non falso, saltem valde obscure hac in re videtur locutus Hilarius : unde et in margine sæpenolaturquod cauto sit legendus, et Bellarminus et Vasques aperte fatentur ipsius verba non posse sano sensu explicari.

Ad Clementem Alexand. B. ejus opera inter apocrypha recenseri a Gelasio papa in concil. Romano, et in illis multas reperiri propositiones errorem sapientes. Svl-

REV. EMMETT MURPHY

vius q. seq. a. 8, ipsum explicat ut Hilarium de necessitate patiendi.

Ad Hieron. R. ipsum a Christo exclusisse timorem, non absolute, sed cum animi turbatione.

Ibid. a, 2. 0. — *Dico* 2°. Respective ad voluntatem divinam in Christo, aut voluntatem humanam deliberatam, illi defectus fuerant Christo voluntarii objective ; tum quia eos voluntarie secundum duplicem hanc voluntatem acceptavit ; tum quia poterat illos impedire, si voluisset : respective autem ad ipsam naturam assumptam in Christo, illi defectus erant necessarii, quia sequebantur ex ejus principiis; naturam enim ejusdem conditionis non cum natura Adæ innocentis, sed cum nostra assumpsit, juxta illud Rom. 8 : *Misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati,* id est, habentem corpus ejusdem conditionis cujus est caro peccatrix : unde

Ibid. a. 5. 0. — *Dico* 5°. Christus non contraxit hos defectus sicuti nos ex debito peccati quo caruit, sed voluntarie cos suscepit. Quamvis enim una mortis et aliorum delectuum causa sit compositio ex contrariis, hæc tamen in statu naturæ innocentis sic impediebatur, ut homo nec morti nccaliis defectibus subjacuisset si non peccasset : at vero Christus, licet hujus status puritatem assumpserit, voluit tamen de statu nostro assumere passibilitatem provenientem ex compositione ex contrariis. Ergo.

ARTICULUS II.

Utrum Christus omnes defectus corporales hominum assumpserit?

Ç. 14. a. 4. 0. — *Dico.* Christus non assumpsit omnes defectus corporales hominum.

Ibid. — *Proh.* Christus assumpsit defectus humanos præcisc ad satisfaciendum pro peccato humans naturæ : ergo illos tantum defectus assumere debuit qui consequuntur ex peccato communi totius naturæ humanæ nec satisfactioni seu fini Incarnationis repugnant. *Patet conseq.* Quia satisfactio qua* poenalis est, debet respondere culpæ « ergo culpæ communi pœna communis.

ibid. — *Hinc inferes* 1°, Christum assumpsisse famem, sitim, defatigationem, mortem, etc. quia hi defectus omnibus hominibus seu toti naturæ conveniunt communiter ex peccato communi primi hominis.

Inferes 2·', Christum non assumpsisse lepram, febrim, cæcitateu., claudicationem, aut quemvis alium morbum ; quia hi defectus non consequuntur totam naturam immediate propter peccatum primi parentis, sed causantur in aliquibus hominibus propter duas causas particulares et personales, scilicet, vel propter exorbitantes passiones, potus victusve excessum ; vel propter defectum virtutis formativæ. Quod si aliquando videantur causari ex intemperie aut infectione aeris, id semper refunditur in defectum virtutis formativæ, qua si perfecta foret, qualis fuit in Christo ex Spiritu sancto, illis posset resistere.

ibid. — *Inferes* 5°, Christum non assumpsisse ignorantiam, pronitatem ad malum et difficultatem ad bonum, etiam quatenushi defectus originantur a corpore (sub qua ratione hic considerantur ab Auctore); quia repugnant officio satisfaciendi et redimendi, quod est finis Incarnationis.

Dices 1°. Christus potuit senescere ac tandem ex senio mori, etiamsi nullus eum interfecisset : atqui secundum plures medicos nemo mori potest absque febri aut aliqua putrefactione : ergo.

R. 1° *ad min.* æque esse probabilem aliorum medicorum sententiam , asserentium mortem posse accidere sine morbo ex solo defectu caloris naturalis et humidi radicalis.

R. 2° nos removere a Christo morbos qui particularibus accidunt ex causis specialibus assignatis, non illum qui toti naturæ communis esset ratione mortis.

Dices 2°. Christus assumpsit mortem : ergo *a fortiori* morbos.

R. N. conseq. Quia mors sequitur communiter naturam, sive nude spectatam, sive peccato corruptam, non autem morbi qui proveniunt vel ex excessu vel ex defectu individui.

Repones. Morbi sequuntur etiam naturam peccato corruptam seu ratione peccati : sic si Adam non peccasset, absque morbo vixissemus. Ergo.

R. D. ant. Morbi sequuntur naturam peccato corruptam immediate, *N.ant.* mediantibus causis assignatis, *C.* Unde non iidem in omnibus : secus mors, fames, etc.

Dices 5°. Isai. 55, dicitur de Christo : *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, et nos putavimus eum quasi leprosum,* etc. Ergo.

R. sensum horum verborum esse, quod Christus in passione tulerit pcenas peccatis nostris debitas, propter quas quasi leprosus videbatur, seu quod Judæi ab ipso quasi a leproso abhorrebant.

Dices 4°. Christus assumpsit deformitatem corporis, juxta illud Isai. 55 : *Non est species neque decor...., et quasi absconditus vultus ejus ct despectus.* Ergo.

R. N. ant. Et ad auctoritatem Isaïæ, dico eam esse intelligendam non de constanti corporis Christi habitudine, nec de nativa ejus oris specie, sed de passionis illius tempore, dum mille Judæorum injuriis deformatum Christi corpus vix hominis speciem referebat. Ita Justinus Mart. Cyprianus, Cyrillus Alexand. SS. Hieron. August, etc. Alii interpretantur de humanitate, non secundum se spectata, sed comparata ad divinitatem. Ita SS. Cyrillus Alexand. Aug. Bern. etc. Alii de humanitate intelligunt quoad rationem nascendi, vivendi et moriendi, quam præ cæleris humillimam, abjectissimam et acerbissimam tenuit. Ita SS. Hier, et Chrysost.

Uno horum sensuum intelligendi veniunt Tertull. Origenes et Clemens Alexand. qui ex isto Isaïæ oraculo videntur docere formam Christi fuisse deformem. Vel sane postponendi sunt numerosissimae Patrum turmæ aliter sapientium.

Utrum autem e contra fuerit Christus specie excellenter liberali, vultuque insigniter venusto et egregio, non constat; illud enim Psal. 44, *Speciosus forma præ /iliis hominum,* cui quidam theologicum vulgo innituntur, intelligunt communius Patres de pulchritudine animæ : sic Basii. Cyril. Alexand.Thcodoret. Irenæus,S. August. etc. Et quidem vere cum dicatur : *Speiosus formapræ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis; propterea benedixit te Deus in ælernum;* quis credat ideo Christum a Patre benedictum ob egregiam vultus formam?

Neque repugnare censendi sunt SS.Hicr. Chryso*. ole. dum in vultu Christi agnoscunt fulgorem ac majestatem. Non enim denativa vultus ejus pulchritudine loquuntur,sed de quibusdam divinis acprodigiacentibus, quibus, v. g. Petrum traxit ad poenitentiam,quo tamen tempore nemo est qui Christi faciem, totumque corpus ejus vulneribus et verberibus deformatum non fateatur. Vel de adventitia ac transitoria venustate loquuntur, qualis fuit in Slephano protomarlyre, Act. 6.

Quapropter inter duas extremas sententias, mediam tenentes viam, existimamus dicendum speciem externam corporis Christi non fuisse insigniter venustam neque insigniter deformem, ut spectantium oculos sola vel raperet, vel offenderet; sed pulchram mediocrifer, utpote statui suo convenientem.

Ita D Th. in Psal. 4, his verbis: « Pul» critudinem Christus habuit secundum » quod competebat ad statum et reveren» tiam suæ conditionis : non est ergo in» telligendum quod Christus habuerit ca» pillos flavos, vel fuerit rubeus, quia hoc » non decuit eum. » Et in cap. 55 Isaï : « Christo non erat aspectus magnificus, » secundum quod dicitur quod species » Priami digna est imperio. »

DISSERTATIO XV.

DE DEFECTIBUS ANIMÆ A CHRISTO ASSUMPTIS, UBI DE EJUS IMPECCABILITATE.

D. Th. Q. 15.

ARTICULUS I.

Utrum in Christo fuerit potueritvc esse peccatum?

Hic q. 15. a. 1. — *Dico* 1°. In Christo nullum fuit peccatum sive actuale sive originale.

Est de fide. Quoad originale, patet ex illo Lue. 1 : *Spiritus sanctus superveniet in te,elvirtus Altissimi obumbravit tibi; idcoquc quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Ubi etiam insinuatur ratio conclusionis; quia Christus non descendit ab Adam per seminalem propagationem. Adde quod ab instanti conceptionis fuit plenus gratia, veritate ac beatitudine,quibuscum repugnat peccatum originale.

Quoad actuale, ultra jam dicta, constat etiam ex S. Scriptura, Joan. 8 : *Quis ex vobis arguet me de peccato?* 1 Pet. 2 «

REV. EMMETT MURPHY
ST. BERNARD'S SEMINARY
ROCHESTER, N. Yi

-|*puJ'peccatu^ nmj feqit.* Heb. 7 : *Talis decebat ut nobis essetpontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus.*

ibid. — *Prob. utraque pars ratione.* Christus suscepit defectus nostros triplici de causa : 1° ut pro nobis satisfaceret; 2° ut veritatem humanæ naturo comprobaret; 5° ut fieret exemplum virtutis : atqui ad hunc triplicem finem non modo peccatum nnn conducebat, sed potius oberat : ergo.

Prob. min. Peccatum 1° nihil operatur ad satisfactionem, sed potius eam impedit; etenim *Dona iniquorum non probat alitissimus,* Eccli. 54. 2° Peccatum non demonstrat veritatem naturæ humanæ, cum sit contra illam, rationem nempe evertens, ctangelimali peccaverint et peccent.5° Peccatum non est in exemplum virtutis, cum sit ipsi contrarium. Ergo.

Dices 1°. Christus fuit in Adam : unde dicitur Rom. 1 : *Factus ex semine David;* ergo contraxit peccatum originale : unde ct illius remedium assumpsit, scilicet circumcisionem.

Ibid, ad 2. — *B. D. ant.* Christus fuit in Adam secundum corpulentam substantiam, *C.* secundum seminalem rationem, *N.* Unde dicitur factus ex semine David materialiter, quia assumpsit carnem ex Virgine quæ descendit ex David via seminali, non tamen formaliler seu active; assumpsit autem remedium non ut eo indigens, sed ut humilitatis exemplum nobis praberet.

Insuper, *dato* Christum fuisse ab Adamo secundum seminalem propagationem, nihilominus in eo nec fuisset nec esse potuisset peccatum originale, utpote repugnans nedum gratiæ habituali et bealitudini quibus ab instanti conceptionis fuit ornatus, sed etiam ipsi gratiæ substantiali unionis.

Dices 2°. Christus moriens erupit si non in motus desperationis, saltem in verba desperationis, dicendo : *Deus meus, ut quid dereliquisti* »nc/Matlh.27.Et in orto inordinate oravit, dicens : *Pater, si possibile est, transeat a me calix* iste.Ita impius Calvinus in Harmonia ad prodictum caput.

B. priora verba non esse desperantis, sed naturæ maximum dolorem patientis. Et certe ille non desperat qui jam bealiludinem est assecuius, certusque est eam fore perpetuam, nec est impatiens qui ex charitale liberrime patii nr. Posteriora verb sunt voluntatis sensualitatis seu conditionalæ, non voluntatis rationis ct absoluta.

Dices 5°. 2 Cor. 5 :. *Qui non noverat peccatum,pro nobis peccatum fecit.* Psal. 21; *Longea salute mea verba deliciorum meorum;* et sic pluries alibi· Ergo.

Ibid. q. 4.— /i. sensum priorum verborum esse, quod Pater aeternus fecerit Quitum pro nobis peccatum , id est, hostiam pro peccatis nostris : sicut Oseæ 4 dicitur: *Pcccala populi mei comedent,* scilicet sacerdotes; id est, hostias pro peccato oblatas.

ibid, ad 1. — *Ad posteriora verba tl alia similia, B.* Christum peccata nostra vocare sua, quia loquitur in persona membrorum quorum est caput, vel quia suscepit illa diluenda quasi propria forent.

Dico 2°. Christus de lego Dei ordinaria erat impeccabilis.

Patet cx dictis; quia per gratiam unionis infinite sanctificabatur, habebat plenitudinem gratiæ et beatitudinem, quibus omnibus saltem de lege Dei ordinaria repugnat peccatum. Id etiam evincitur ex ratione D.Th. superiori conclusione adducta.

Hæc omnia constant inter theologos catholicos; sed gravissima restat difficultas, an etiam de potentia Dei absoluta Chiistusuthomo sit impeccabilis : non hoc sensu quod Deus conferat vires ad peccandum, ut præpostere somniavit Vasques, sed hoc sensu, si Deus per potentiam absolutam a Christo removeret gratiam habitualem et visionem beatificam, an præcise vi gratiæ unionis Christus ut homo sit impeccabilis, peccato non solum cum unione composito, sed etiam peccato unionem destruente.

Negant Scotistæ cum suo duce et Durando, quorum sententiam quidam gravissimis stringunt censuris a quibus abstinemus; quia quod Ecclesia non damnat,nec nos damnamus. Attamen pro sententia quæ est communis Thomistis et aliis theologis, sit

ARTICULUS IT.

Utrum Christus ut homo vi præcise gratiæ unionis sit impeccabilis?

Dico. Christus ut homo vi præcise gratiæ unionis, peccare absolute non potuit, sive peccato cum unione composVo, sif0 peccato unionem destruente,

Prob. P *auctoritate Patrum.* Hilarius i

libJO de Trinit. circa medium, dicil Christum non potuisse peccare « dum Christus » est, eo quod qui Christus est non potuit » amittere quod Christus est. » S. Anselm, lib. 2 *Cur homo Deus,* cap. 10, dicit de Christo : « In quo peccatum esse non po» terat, quia Deus erat. » Ruperlus lib. de Voluntate Dei cap. 10, dicit quod humanitas Christi, « non per creationem, sed » per assumptionem facta est creatura tau lis quæ peccare non solum nollet, verum » etiam non posset. « S. Aug. in Enchirid. cap. ‹‹0 et alibi, docet « Christum esse im» pcccabilem per illam gratiam qua a prin» cipio factus est homo Christus. » Dionysius Alexand. in Epist. contra Paulum Samosat. dicit quod, « Si Christus non esset » Deus, non esset alienus a potestate peccandi. » Ergo.

Dices cum Henno, SS. Patres ita locutos fuisse, non quia unio hypostatica sit essentialiter incompossibilis secundum se cum peccato, aut sil ratio formalis impeccabilitatis in Christo; sed quia ratione illius Christo debentur gratia ct visio beatifica, ratione quorum est formaliter proxime impeccabilis.

Sed contra 1°. Secundum hanc sohitionam, sequitur quod si Christus non esset beatus, quod est absolute possibile etiam secundum Scolislas , foret peccabilis : atqui hoc est directe contra omnia Patrum citata dicta, foret enim tunc adhuc Christus ct Deus; ideo autem secundum illos est impeccabilis, quia est Christus et Deus.

Contra 2°. Secundum hanc solutionem, si Christus non esset Deus et esset tamen beatus, ut contingit in angelis et beatis, foret impeccabilis : atqui hoc expresse negat Dionysius Alexand. cit. ergo.

Contra 5°. Ideo secundum Damascenum lib. 5 de Fide cap. 19 cl 20, et synodum VI generalem act. 8 et 11, actiones Dei non possunt esse peccata, quia sunt theandricæ, id est Dei viriles : atqui ex vi præcise unionis hypostaticae, seclusis aliis, habent quod sint theandricæ : ergo.

Et sane mirum foret quod sancti Patres nunquam citassent bealiludinem in Christo tanquam causam veram ejus impcccabililatis, si hæc sit sola causa illius, et semper citassent unionem hypostaticam tanquam veram causam , quæ revera non est causa wundum Scolislas.

Prob. ratione. Si humanitas assumpta et subsistens per divinum suppositum Verbi posset peccare, peccaturo refunderetur in ipsum Verbum : atqui consequens est blasphemum et repugnans fidei : ergo præcise vi unionis, etc.

Prob. sequela maj. duplici medio. 1' Actiones sunt suppositorum, non solum denominative, ut volunt Scolislæcum Vasquesio, sed etiam elicitive. Ergo. *Prob. ant.* 1° ex concilio Florentino, ubi Joannes theologus, ex ordine |Prædicatorum , sess. 18 , probat ex illo axiomate, essentiam divinam non generare, sed Patrem ratione essentiæ : atqui Pater non denominative tantum, sed et elicitive generat *ut quod,* mediante essentia ut principio *quo,* alias generans non distingueretur a generato : ergo.

Nec valet si dicas cum Henno id esse verum in divinis, non tamen in humanis. *Contra est* enim quod Joannes theologus afferat istud axioma ut commune, *juxta omnium philosiphorum scholam,* sess. 19, idque assentientibus Latinis et Grocis ac toto concilio ; affertque exemplum de Jacob generante Joseph.

Beponcs cum eodem, id quidem esse rationem definitionis, non tamen definitionem concilii. Potest autem esse falsa ratio definitionis, etsi vera sit definitio, ut patet ex VII synodo, ubi quidam ex Patribus, ut probaret angelos posse depingi, assumpsit principium falsum, cos scilicet esse corporeos.

Sedcontra. Etsi verumsit hoc principium esse tantum rationem definitionis, adeoque non esse de fide, maxiinæ tamen est auctoritatis, utpotc quod probarunt suo assensu omnes Patres Latini et quo convicti fuere Græci. Unde sine urgenti ratione, vel nisi aliquod sequatur absurdum, illud negare, temeritate videtur non vacare.

Prob. 2° *idem ani.* Si actiones Christi non sint supposili divini elicitive ut principii *quod,* sequitur quod ejus actiones mcriloriæ nullum valorem a supposito divino hauriant; quod non erunt theandricæ; quod Verbum non aliter concurrat ad actiones humanitatis quam Pater eut Spiritus sanctus ; quod Verbum in humanitate subsistens pro nobis vere non meruerit, satisfecerit, redemerit : quæ omnia videntur evertere veritatem nostri mysterii. Ergo.

5° Licet personalitas seu subsistentia non sit operativa, suppositum tamen quod ex illa et natura exurgit, v. g. Petrus est revera id quod agit, quod loquitur, quod ambulat, quod generat, mediante natura et potentiis ut principio *quo;* hic est communis hominum sensus : et sane si id cogantur admittere Scotistæ in divinis, quare non in humanis? quare non in Christo, cujus suppositum est divinum ?

Cæterum, *dato* actiones esse suppositorum denominative tantum, non ideo evadunt Scotistæ ; quia ex hoc saltem sequitur quod suppositum divinum posset denominari peccans ct Deus peccator, æque proprie ac suppositum Petri, Petro peccante, dicitur peccator et peccans : sicut enim ista propositio, *Ecrbumut subsistens in humanitate,nos redemit, pro nobis meruit, pro nobis satisfecit,* est vera in proprietate et rigore sermonis, licet secundum Scotistas actiones sint suppositorum denominative tantum; ita et ista, *Perbum ut subsistens in humanitate, peccat* humanitate peccante ·. quod sane pias aures offendit, et negant SS. Patres.

Nec referi quod Deus possit dici crucifixus, mortuus, etc. sine indecentia ; quia, utadvertitS.Th.sup.q. la. lad3,mors et similia sunt malum pœnæ a justitia Dei introductum ct ad ejus gloriam ordinatum : peccatum autem est indecentia moralis, co quod sit recessus a divina bonitate, sapientia ct aliis regulis.

Prob. prima sequela secundo medio. Humanitas regitur, movetur et gubernatur a Verbo in omnibus operibus suis, non solum tanquam a causa generali (sub qua ratione omnia gubernat), sed ut a causa speciali movente et dirigente, sicut anima regit corpus, sicut ratio regit appetitum inferiorem : ergo peccare non posset humanitas quin ejus peccatum refundatur in rectoris Verbi vel infirmitatem vel malitiam ; sicut dum excedit appetitus in motibus voluntariis, accusatur ratio non cohibens; dum peccat subditus, culpatur etiam annuens prælatus : ita ut in hoc casu duo forent peccata yi Christo, unum voluntatis humans malum operantis, aliud divinæ malum permittentis. *Prob. ant.* Quando duo uniuntur,maxime si uniantur in natura vel persona, inferius subordinatur superiori, consequenter et ab ipso regitur, vel saltem illi incumbit specialis obligatio regendi, aliai esset ordo præposterus : sic potenti® inferiores ab intellectu et voluntate reguntur; sic membra subsunt capitis regimini : itera in civilibus, sic uxor a viro, liberi a parentibus, famuli ab heris reguntur et gubernantur : atqui natura divina unitur ia una Verbi persona cum humana natura, et vi hujus unionis natura humana subordinatur divinæ tanquam inferius superiori : ergo.

Confirmatur conclusio duplici alia ratione. Humanitas Verbi, vi praecise unionis hypostaticæ, est sancta sanctitate substantiali et infinita, atque intime ac immobiliter unitur regulæ rectæ operationis : atqui sanctitas infinita excludit nedum omne peccatum, sed etiam potentiam peccandi; quia quo major est sanctitas, eo magis elongatur a peccato, et quod conjungitur immobiliter regulæ rectæ ope rationis, non potest ab ea deviare seu recedere, quodfll per peccatum ; ergo.

Solvuntur objectiones.

Obj.i°. Non minus repugnat Verbo mors quam peccatum ; sicut enim est sanctitas per essentiam, ita est vita per essentiam, atqui hoc non obstante, potest mori in natura assumpta et denominari mortuum ; ergo et peccare et denominari peccans.

P. D. maj. Non minus repugnat Verbo mors in propria natura quam peccatum, *C.* in alia natura, *Ar. Et concessa min. N. conseq.* Ratio solutionis et disparitatis est quod, ut prius dicebam ex D. Th. mors sit malum physicum tantum, ordinabile ad Deum et ad ejus gloriam : unde nulla est repugnantia quod causetur a Deo, seu ab eo toleretur,non quidem in natura propria, quia est vita per essentiam, sed in aliena natura ; nec ulla indecentia quod in ea denominetur mortuus : at vero peccatum est malum morale, nullatenus ad Deum referibile, sed est ipsamet aversio ct recessus a Deo ; unde ab ipso causari repugnat, sive in natura propria, sive in aliena.

Obj. 2°. Humanitas Christi est creata « nihilo: atqui omnis creatura ex nihilo producta, est ab intrinseco ct essentialiter defectibilis : ergo humanitas Christi est ab intrinseco et essentialiter peccabilis.

P. D. conseq. Humanitas Christi est ab intrinseco ct essentialiter peccabilis, peo-

cabilitate seu potentia peccandi remota et impedita, *C. conseq.* peccabilitate seu potentia peccandi proxima et expedita, *N. conseq.* Igitur potentia proxima ct expedita peccandi, non solum importat rationem crealuræ factæ ex nihilo, neque solam cntitatem voluntatis create, sed ct concursum ad malum, negationem assistentiæ specialis ad bonum, et remotionem omnis alterius impedimenti, quale est nedum visio beatifica in Christo, sed et gratia unionis, nt probatum est. Et quia peccabilitas simpliciter dicta importat potentiam peccandi proximam ct expeditam, ideo dicendum est Christum esse simpliciter impeccabilem et quidem ab intrinseco, non quidem hoc sensu quod ex se ct ex essentialibus id habeat, sed per gratiam unionis sibi intrinsecam, et suppositum ipsam intrinsece sustentans, regens ac gubernans.

Inst. 1°. Humanitas Christi non obstante gratia unionis est libera : atqui ad libertatem requiritur potentia proxima ad malum et bonum : ergo.

h. N. min. Ad libertatem enim non requiritur indifferentia contrarietatis ad bonum et malum, ut patet in Deo, sed sufficit libertas seu indifferentia contradictionis ad hoc bonum eligendum vel non eligendum.

Inst. 2°. Indifferentia contrarietatis seu specificationis est modus connaturalis et intrinsecus operandi crealuræ humanæ : atqui subsistentia Verbi ipsi unita non mutatmodum ejus operandi intrinsecum et connaturalem : ergo.*Prob. min.* Subsistenlia Verbi ipsi unita non est ipsi principium operandi, sed purus terminus. Ergo.

B. N. min. Ad prob. D. ant. Subsistentia Verbi humanitati unita non est ipsi principium *quo* operandi, *C.* non est ipsius principii *quo* complementum constituens principium *quod, N.* Unde fit quod illam in ratione operativæ immutet, non quidem positive illam elevando ad altiores oporationes, nec illam determinando ad exercitium, sed impediendo ne peccet, adeoque cam determinando quoad specificationem.

Inst. 5°. Christus habuit libertatem seu potentiam contrarietatis ad bonum et malura. Ergo. *Prob. ant.* Christus poterat non obedire pracepto Patris de morte «obeunda : atqui non obedire est peccatum et malum : ergo. *Patet maj.* Qma libere obedivit et obediendo meruit,

P. N. ant. Ad prob. Ü maj. Si ly *non obedire* sumatur privative pro privatione observationis præcepti quod debet observari , *N. maj.* si ly *non obedire* sumatur negative pro sola negatione actus seu observationis præcepti quod non exlat nec debet observari (de eo enim cui nullum est præceptum impositum etiam vere dicimus quod præceptum non implet), *C. maj.* Sed non obedire hoc sensu non est peccatum : unde *N. conseq.* De hoc argumento fusius infra dum de libertate Christi.

Inst. 4°. Christus ut homo potest peccare si vult : ergo potest absolute peccare. *Patet conseq.* Ex hoc enim quod homo possit ambulare si vult, bene sequitur, ergo potest absolute ambulare.

P. N. conseq. Ad prob. Disparitas est, quod homo possit velle ambulare, Christus autem ut homo non possit velle peccare.

Obj. 3°. Verbum potest permittere peo catum humanitatis assumpte : atqui posita illa permissione humanitas peccare posset : ergo. *Prob. ant.* Permissio peccati non est intrinsece mala, siquidem Deus quotidie permittat peccata hominum : ergo.

P. N. ant. Adprob. D. ant. Permissio peccati in natura non assumpta non est intrinsece mala, *C.* in natura assumpta, 2V. Disparitas est, quod respectu actionum aliorum hominum, Deus se habet ut causa et provisor generalis, eas dirigens juxta exigentiam illorum et secundum providentiam generalem ad quam perlinet permittere quædam mala : at vero respectu actionum humanitatis assumpte, se habet ut causa et provisor particularis, illas ponens tanquam actiones sui proprii suppositi, ct consequenter ut suo supposito specialiter imputabiles; ab illo enim procedunt ut principio *quod* particulari, et ipsi incumbit humanitatem illam regere ne peccet.

Inst. 1°. Nulla lege aut pracepto tenetur Verbum impedire peccatum humanitatis assumpte. Ergo. *Prob. ant.* Verbum est superius omni lege et praecepto. Ergo.

P. D. ant. Nulla lege aut pracepto proprie dicto, etc. *C. ant.* improprie dicto, *N. ant.* Ad id enim tenetur ex ipsa sua natura, quæ essentialiter est sancta et impeccabilis ; peccaret autem si voluntatis human® assumpte permitteret peccatum.

fitpones. Si esset aliqua ooligatio Verbo impediendi peccatum humanitatis assumptæ et eam in suis actibus dirigendi ne peccet, illa obligatio etiam competeret Patri et Spiritui sancto : atqui hoc dici nequit : ergo. *Patet min.* Quia talis obligatio, si quæ sit, resultaret ex unione humanitatis, quæ non est communis tribus Personis, sed soli Verbo specialis. *Prob. maj.* 1° Quia obligatio respicit voluntatem ut subjectum : atqui voluntas Verbi eadem est ac voluntas Patris et Spiritus sancti : ergo. 2° Impedire peccata, gubernare humanitatem, illam movere ad bonum per auxilia, etc. sunt operationes ad extra, quæ sunt communes toti Trinitati. Ergo.

B. D. maj. Si, etc. illa obligatio etiam competeret Patri et Spiritui sancto indirecte et per accidens, seu ratione alterius, *C. maj.* directe et per se, *N. maj. Et ad hunc sensum D. min. N. conseq.* Solus ergo Filius tenetur per se et directe ad impedienda peccata humanitatis assumptæ, quia ista obligatio fundatur in unione hypostatica, quæ est soli Filio propria, et ratione cujus istam specialiter respicit ut suam ejusque actiones ut suas, ac proinde fundamentum obligationis est ipsi soli proprium, et consequenter ipse solus per se primo et dirccVc obligatur. Quia tamen ejus voluntas, quæ est subjectum immediatum obligationis, est communis aliis Personis, ideo Paler et Spiritus sanctus indirecte et veluti per accidens, id est, non ratione sui, sed ratione alterius persone quacum communem habent voluntatem et potentiam, ad idem etiam obligantur : *et hac solutione satisfit probationibus minoris et maj.* Adde tamen, *ad probationem secundam maj.* operationes ad extra esse communes toti Trinitati secundum providentiam generalem, non secundum curam specialem quæ incumbit personæ Verbi erga humanitatem assumptam, *ut dictum est in præcedenti solutione.*

Jnst. 2°. Verbum ut est suppositum divinæ naturæ, non meruit per actiones bonas naturæ assumptæ : ergo per ejusdem actiones malas non peccaret.

B. N. conseq. Disparitas est, quod Verbum ut suppositum divinæ naturæ, per actiones bonas naturæ assumptæ, nihil obtulit alteri a se natura distincto et superiori, a quo possit prxmium accipere et quod anteccdenter non sit suum, quod Umet requiritur essentialiter ad rationem meriti. At vero permittendo actiones inhonestain natura assumpta, consentiret voluntate divina in actiones suæ bonitati et sanctitati repugnantes, casque eliceret ut suas, adeoque peccaret.

Insl. 5°. Actio mala naturæ assumptæ, ut esset a Verbo, non esset peccatum. Ergo. *Prob. ant.* Tum quia voluntas Veri est essentialiter regula omnis rectitudini·, ergo quod ab ea procedit non potest non esse rectum; tum quia illa actio non esse offensa Dei, nihil enim offenditur a se ipso, essentiale est autem omni peccato es·; offensam Dei. Ergo.

B. ex illa suppositione impossibili quoi actio mala posset esse a Verbo, sequi aliu impossibile, nempe hanc actionem essesmul peccatum et non peccatum, offensas et non offensam Dei, rectum et noûrectum. Esset enim peccatum et olfensa Dei quia esset actio inhonesta disconveniet: naturæ divinæ essentialiter determinate': bonum ; non esset, quia ab ipso Deo et regula totius rectitudinis procederet : sia v. g. si Deus per impossibile mentiretur sequeretur aliud impossibile, hoc scilic» mendacium esse peccatum et non pecotum, rectum et non rectum : ex uno aut? impossibili sequi aliud impossibile none· inconveniens.

Obj. 4°. Humanitas unita Verbo n peccat libere : ergo potest peccare. *Pate ant.* Quia hæc ejus contradictoria, /YuiB *nitas unita Ucrbo peccat libere,* est fais *Palet etiam conscq.* Quia non peccare bere, seu libere non peccare, supponit fr sentialiler posse peccare, ut constat exe> sentia liberi quod est ad utrumlibet: *etia palet a pari,* bene enim sequitur, Denon creat alterum mundum libere, er: potest creare : ergo similiter.

B. D. ant. Humanitas unita Verbo n·' peccat libere, si negative sumatur ex onr' parte, tam pro negatione peccati quaral bertalis, ita ut sit sensus , Non peccatur ipsi liberum est peccare, *C. ant.* si sumi tur negative tantum ex part* peccati et *i* firmative ex parte libertatis, ita ut sit setsus, Non peccat, sed ipsi liberum est peccare, *N. ant. et conscq. cum ejus probitione;* quia procedit in hoc secundo sens fàlso. Ad paritatem autem dicoiiuodbti'

•equaturvi materiæ, non vi formæ : sic in eadem forma non sequitur, Homo non volat libere, ergo potest volarc.

Obj. 5°. Suppositum Verbi nullatenus inQuit in actiones humanitatis assumptæ. Ergo.Proft.*ant.* Si influeret in actiones hunianitatisassuinptæ, specie differrent a nostris : atqui *falsum consequens :* ergo. *Prob. sequela.* Variato principio agendi variatur actio ab illo specificata. Ergo.

Jl. N. ant. Ad prob. N. sequelam. Ad prob. D. ant. Variato principio *quo* et formali agendi variatur actio, *C.* ab illo enim specilicatur, quatenus totam vim agendi continet : variato principio *quod* variatur actio, *N.* Subsistentia enim constituens suppositum, concurrit tantum ut condilioet complementum principii,quod agit.

Obj. 6°. Habens gratiam habitualem potest peccare peccato si non cum illa compossibili, saltem illam destruente : ergo pariter habens gratiam unionis.

/?. N. conseq. et paritatem. Disparitas est, 1° quod gratia habitualis non constituat suppositum , sed ei advenit sicut alii habitus: unde plures actiones possunt procedere a supposito, quænon oriuntur a gratia habituali, inter quas potest esse peccatum mortale gratiam expellens. At vero gratia unionis constituit ipsum suppositum îdeoque et principium *quod* omnium operationum quæ ab Immanitate Christi procedunt, quarum nulla proinde potest esse mala; alias refunderetur in ipsum suppositum tanquam in principium *quod* et rectorem deficientem.

Secunda disparitas est, quod gratia habitualis subjaceat flexibilitati liberi arbitrii, quia est habitus et habitibus utimur cum volumus; nec hominem immobilitat iu bono : secus vero gratia unionis quæ nec est habitualis nec accidentalis, sed substantialis, et hominem immobilitat in bono, quatenus illum conjungit immobiliter primæ regulæ rectæ operationis, scilicet Deo, mulloque perfectius quam visio beatifica.

Tertia disparitas est, quod gratia habitualis sit tantum sanctitas finita et participatio diminuta divinæ naturæ ac ejus sanctitatis : unde, licet peccatum excludat, non tamen potentiam peccandi. At vero gratia unionis est summa et infinita sanctitas : aude non solum peccatum, sed etiam peccandi potentiam excludit; quia, cum importet essentialiter oppositionem peccato et elongationem ab dio, quo major est, eo majorem oppositionem et perfectiorem elongationem a peccato importat; oppositio autem etelongatio non solum a peccato,sed a potentia expedita peccandi, majoret perfectior est quam a peccato actuali tantum.

CONSECTARIA.

Ex dictis colliges i°, triplicem esse causam impeccabilitatisin Christo, nempe gratiam unionis, gratiam habitualem quæ ratione conjunctionis ad gratiam unionis est in statu naturali et permanenti, et visionem beatificam.

Colliges 2°, in Christo nec originale peccatum, nec habituale personale, nec veniale, nec habitum vitiosum, nec ullam imperfectionem potuisse reperiri. *Patet ex dictis ;* quia per gratiam unionis Christus habet sanctitatem summam et qua major extra Deum dari non potest, quæ proinde compati non potest ullum defectum moralem nec ullam propensionem ad illum.

Unde sequitur i° quod, si Christus ab Adamo seminaliter prodiisset, nihilominus peccatum originale non contraxisset. Nec refert quod D.Th. supra dicat inChristo non fuisse peccatum originale, quia non fuit in Adamo secundum seminalem rationem; hæc enim ratio est quidem sufficiens, sed non adæquata.

Sequitur'!0 quod, si Verbum assumpsisset naturam prius subsistentem, prædictis defectibus sordescentem, ipsa assumptione removerentur ; nec in hoc casu verum esset dicere demonstrato Christo : *Hic homo peccavit ;* licet tamen verum esset dicere demonstrato Christo : *Hic homo creavit mundum.* Ratio disparitatis est, quod communicatio idiomatum non sit inter diversa supposita ejusdem naturæ, ut patet in divinis; quæ enim dicuntur.de persona Patris, non dicuntur de persona Filii, sed internaturas ejusdem suppositi : in primo autem casu foret diversitas suppositi, non in secundo.

Dices. Peccatum habituale non opponitur gratiæ unionis, neque contradictorie, quia oppositio contradictoria est affirmatio et negatio ejusdem formæ : peccatum autem habituale non consistit in negatione gratiae unionis, neque privative, quia pec-

eatum habituale non est privatio gratis unîmis quæ nulli creatura est debita, sed gratis habitualis,*et aliunde invenitur in pnro homine in quo non est privatio, sed mera negatio gratis unionis ; neque contrarie , quia cum gratia unionis sit substantialis, substantis non datur contrarium : ergo potest compati cum peccato habituali.

R. Peccatum habituale opponi gratis unionis oppositione privativa, non quidem stricta, qus tantum reperitur inter privationem et formam subjecto debitam, sed large sumpta pro incompossibilitate privationis cum forma sive debita sive indebita; sic enim est incompossibile peccatum habituale cum gratia unionis, eo quod habeant effectus essentialiter repugnantes : nam gratia unionis reddit animam sanctam, mundam, Deo gratam ac specialiter amicam : peccatum habituale e contra eam reddit fcedam, immundam, Deo invisam ac objectum odii specialis.Unde potest etiam dici quod inter se opponantur contradictorie, non quidem contradictione formali, sed virtuali, propter effectus formalesinter se repugnantes et contradictorie oppositos.

ARTICULUS III.

Utrum in Christo fuerit aut potuerit esse fomes peccati?

Fomes, qui alio nomine concupiscentia dicitur, potest considerari dupliciter : in actu primo, et in actu secundo. Durandus existimavit fomitem in actu primo, esse ipsum appetitum sensitivum secundum se sumptum, ut inclinantem ad objecta sensibilia precise. Verum id sustineri non potest, alias fomes fuisset in Adamo in statu innocentiae et foret in beatis post resurrectionem; in illo enim fuit et in istis erit appetitus sensitivus secundum se inclinans ad sensibilia. Item falsum dixisset Tridentinum, fomitem esse ex peccato originali.

Q. 15. e. 2. o. — Fomes igitur in actu primo est appetitus sensitivus, ut connotât privationem subjectionis ad rationem, seu quatenus expeditus et propensus ad actus circa objecte rationi contraria et illicita : unde minus late patet quam appetitus sensitivus secundum se ; hic enim fertur ad omnia objecta sensibilia, sive licita, sive illicita. Fomes in actu secundo, est ipse actus seu motus ipsius appetitus in objectum ratione contrarium et illicitum.

Dico 1°. Fomes in actu secundo na fuit, nec absolute potuit esse in Christo.

Prima pars est certa ex synodo V generali, collât. 8, can. 12, ubi damnator Theodorus Mopsuestenus quod dixeri: *alium esse Dei Verbum, alium* C/inï *tum, a passionibus animæ et desiderii carnis molestias patientem;* et ex Patnbus, S. Leone-Epist. 11, dicente quoi Christus non tentabatur illecebris, ex S. Aug. 1. 2 contra duas Epist. Pelagiam c 11, etc.

Patet etiam ratione. Fomes in actu s; eundo, hoc est, motus inordinati appetitus sensitivi, non fuerunt in Adamoins!> tu innocentis, non erunt in beatis, n fuerunt in B. Virgine : ergo *a fortiori.* Christo.

Insuper tales motus inordinati fort Verbo imputabiles et peccaminosi. Erg *Prob. ant.* Tales motus forent ipsi salte: interpretative voluntarii : ergo imputai, les ad peccatum. *Patet conseq.* quia eu: illi motus sint materialiter mali et contr rationem, nihil deest ut sint peccatum for: male, nisi consensus. *Prob. ant.* 1° Verbum potest illos motus impedire et deW quia ratione conjunctionis ipsi incum! obligatio regendi humanitatem nedum i rationalem, sed ut sensitivam. 2° Illi m? tus essent ab illo tanquam a supposito nedum denominative, sed etiam elicitive.c supra dictum est. Ergo.

Hac ratione probata manet secunL pars, scilicet, illos motus non potuisse alsolute esse in Christo.

Dices 1°. Ex Apost. Heb. 2, Christe *fuit tentatus per omnia:* ergo et perm? tus inordinatos appetitus sensitivi.

Hic q. 41. a. 1. ad 3. — 7?. Fuit t&tatus per omnia absque peccato et indt-i centia morali, repugnante suæ sanctitati/ secus, *N. Unde neganda est consequae tia, ut patet ex probatione conclusions*

Dices 2°. Fuit in appetitu Christi trir titia de morte subeunda : atqui talis mole erat contra rationem : ergo. *Prob.* mi* Mors erat illi praecepta et eam volebat * eundum rationem. Ergo.

R. N. min. Ad prob. D. ant. Mors ill erat praecepta et eam volebat secunde rationem, sub ea ratione sub qua de c. tristabatur, *N.* sub alia ratione, *C.* Er/ enim illi precepta mors et eam volebat » eundum rationem, ut erat redemptiva generis humani ; de ea autem tristabatur quatenus erat malum nature, in quo nihil est inordinatum nec contra rationem.

Hic a. 2. o. — *Dico* 2°. Fomes in actu primo non fuit in Christo, et probabilius esse non potuit absolute.

ibid. —*Prob. prima pars.* 1° Quanto virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur vis fomitis seu fomes in actu primo : atqui in Christo fuit virtus secundum perfectissimum gradum : ergo. *Min. patet ex dictis. Prob. maj.* Fomes in actu primo est inclinatio expedita appetitus sensitivi in objectum contra rationem : atqui virtus moralis quæ est in appetitu sensitivo, minuit ejus inclinationem in id quod est contra rationem, cum reddat ipsum appetitum rationi subditum et tanto magis quanto perfectior est. virtus : ergo.

ibid. — 2° Verbum assumpsit humanos defectus qui sunt ordinabiles ad satisfaciendum pro peccatis : atqui fomes in actu primo non est ordinabilis ad satisfaciendum pro peccatis, sed e contra inclinat in oppositum : ergo. *Confirmatur.* In Adamo non fuit fomes peccati in actu primo, quia per justitiam originalem appetitus sensitivus perfecte subjiciebatur rationi : atqui graiia unionis quantum ad hunc effectum et elongationem a peccato longe praevalet justitiae originali : ergo. *Hæc pars magis elucescet ex probationibus secunda! partis.*

Prob. secunda pars. 1° Infinite sanctitati repugnat nedum motus inordinatus, sed etiam inclinatio ad illum : atqui Christus ex gratia unionis est infinite sanctus, ut dictum est : ergo. *Prob. maj.* Summa sanctitas summe distat a peccato : atqui major est a peccato distantia non solum opponi peccato, sed etiam ei quod ad peccatum inclinat : ergo.

Probatur 2° *eadempars.* Fomes in actu primo est inclinatio et propensio appetitus sensitivi, expedita et proxima ex parte actus primi ad motus inordinatos : atqui alis non potuit absolute esse in Christo : ergo. *Prob. min.* Potentia in actu primo expedita dicit carentiam impedimenti ex parte actus primi ad operandum : atqui in Christo fuit necessario impedimentum ex parte actus primi ad illos motus inordinatos : ergo *Prob. min.* Unio hypostatica se tenet ex parte actus primi in ordine ad omnes operationes humanitatis Christi, cum hæc non possit intelligi in actu primo potens ad operandum, nisi intelligatur subsistens et existons; non autem subsistit nec existit nisi per Verbum : atqui unioni hypostaticæ essentialiter repugnant motus inordinati, *ut patet ex prima conclusione :* ergo.

Dices 1°. Fomes peccati seu propensio ad quæcumque delectabilia sive licita sive illicita, sequitur ad appetitum secundum se, ita ut homo creatus in natura pura sine justitia originali et peccato, habuisset illam : atqui in Christo est appetitus sensitivus secundum se et non habet justitiam originalem : ergo.

R. data maj. D. min. Et non habet justitiam originalem nec donum pravalens, *N.* sed habet donum pravalens, scilicet gratiam unionis, *C. et N. conseq.*

Dices 2° *contra secundam partem.* S. Th. probat non esse in Christo fomitem in actu primo, quia habet virtutes in summo gradu : atqui de potentia Dei absoluta potuit assumi humanitas sine illis virtutibus : ergo.

R. D. maj. S. Th. probat, etc. quia habet virtutes fn summo gradu, et hæc est ratio sufficiens ut excludatur de facto fomes a Christo, *C.* et hæc est ratio adaequata ut in eo absolute non possit esse fomes, *N.* Unde *N. conseq.*

ARTICULUS IV.

De cæteris animæ defectibus assumptis a Christo.

Quaeritur 1° utrum in Christo fuerit ignorantia?

R. negative. Quia in Christo fuit plenitudo scientiæ, ut supra dictum est.

q . 15. a. 5. o. — *Quæritur* 2° utrum anima Christi fuerit passibilis?

ibid.— *Notandum ante responsionem,* passiones animæ esse duplicis generis : aliæ sunt corporales quibus anima patitur ad corporis Iasionem; cum enim sit forma corporis, consequens est quod unum sit esse animæ ct corporis ? et ideo corpore perturbato per aliquam corpoream passio. nem,necessc est quod anima per accidens perturbetur.

Aliæ sunt animales quæ vel sunt actus

animæ vel principalius animæ quam corporis, ut affectiones appetitus sensitivi ; et bæ propriissime dicuntur passiones animæ. *Hoc notato,*

ibid. — *B.* utrasque passiones fuisse in Christo. Quoad primas ; quia corpus Christi fuit passibile et mortale : ergo necesse fuit ut ejus anima hoc modo esset passibilis. Quoad secundas ; quia affectiones appetitus sensitivi pertinent ad naturam hominis : ergo fuerunt in Christo.

Ibid. — *Observandum est* has passiones fuisse in Christo aliter ac in nobis quantum ad tria: 1° quantum ad objectum, quia in nobis plerumque feruntur ad illicita ; 2° quantum ad principium, quia frequenter in nobis proveniunt judicium rationis, 5° quantum ad effectum, quia in nobis quandoque hujusmodi motus non sistunt in appetitu sensitivo, sed nonnunquam pertrahunt rationem et consensum obtinent in Christo autem nihil istorum poterant, in quo omnes motus appetitus sensitivi oriebantur secundum dispositionem rationis, vel positive moventis, vel providentis et permittentis ; quia erat semper in actuali usu rationis et perfectum habebat dominium super omnes suos affectus, ut definitur in sexta synodo generali, act. 11.

Unde, cum apud veteres legitur in Christo non fuisse passiones, intclligendi sunt de passionibus pravis ut in nobis; sic enim loquebantur propter Stoicos, qui passionna nomine nonnisi motus animi pravos .ntelligebant; et hæ dicuntur perfecte passiones : prout autem fuerunt in Christo, dicuntur propassiones.

Ibid. α. 6. 0. — *Quaritur* 3° utrum in Christo fuerit dolor sensibilis?

B. affirmative; tum ex illo Isaï. 55 : *Uere dolores nostros ipse tulit;* tum quia ad veritatem doloris sensibilis, requiritur et sufficit laesio corporis et sensus laesionis : atqui corpus Christi lædi poterat, quia erat passibile et mortale; nec ei defuit sensus laesionis, cum ejus anima perfecte habuerit omnes potentias naturales : ergo

Quæ possunt objicie.x Illilario, Clemente Alexand. require dissert, praced. art 1. obj. 2; consule etiam Sylvium hic,

Quaritur 4° utrum in Christo tuerit tristitia?

ib. a. 6. 0.— 7?. *affirmative,* tum ex illo Matth. 16 : *Tristis csl anima* a im *usque ad mortem:* tum quia objectum seu motivum tristitiæ est nocivum , seu malum apprehensum sive per rationem, sive per imaginationem ‘ atqui anima Christi potuit interius apprehendere nocivum et quantum ad se ut mors ejus et passio,d quantum ad alios ut peccatum discipulorum et occidentium ipsum : ergo potui: tristari, aliter tamen ac nos, secundum lr;: discrimina superius assignata petitione secunda. Consule etiam dissertat. 10, de scientia beata Christi art. 1, obj. 2.

Quaritur 5° utrum in Christo fuerit timor?

Nota 1° hic non agi de timore ut est ir voluntate, de quo supra dum de dono timoris, sed de timore ut est actus appetitu· sensitivi refugientis malum difficile , possibiliter tamen evitabile.

ib. a. 7. 0.— *B.* fuisse in Christo timorem ; tum ex illo Mare. 14 : *Capit Jesui pavere et taderc;* tum quia potuit apprehendere malum ut futurum difficile vitabile, v. g. mortem.

Dices. S. Th. in capite articuli, dicitei Philosopho, timorem esse de malo futuro quidem sed evitabili : atqui Christus sciebat mortem non esse sibi evitabilem : ergo.

B. S. Th. intelligendum esse de timor· per modem actus perfecti et efficacis qoi inducit ad consulendum de medio evadendi, et ad quem auditores debent induci *i* rhetore, ut dicit Philosophus 2 Rlict. c. 5 *Timor ad consulendum inducit; non enim de re consulit de qua nulla spes apparet;* non vero de timore qui a S. Damasceno lib. 5, c. 15, vocatur naturalis ab aliis simplex displicentia, qui est actus animæ naturaliter refugientis malum ct seipsam viresque suas contrahentis contra illud. Et hanc esse mentem D. Th. patet ex hoc quod in o ejusdem art. distinguens duplicem metum, unum de malo certo futuro, alium de malo cum incertitudine, hunc de Christo negat, illum ipsi tribuit.

Quaritur 6° utrum in Christo fuerit admiratio?

Ibid. α. 8. 0. — *B. sub distinctiont.* Respective ad scientiam experimentalem, fuit in Christo admiratio, non respective ad scientiam divinam beatam et infusam. *Prob.* Admiratio est intenta animæ applicatio ad aliquid novum et insolutum : at-

qui secundum scientiam divinam beatam et infusam, non fuit illi aliquid novum, secundum autem scientiam experimentalem poterat esse aliquid novum , in quantum non omnia quotidie occurrebant. Ergo. Unde Mallh. 8 dicitur : *Audiens Jesus* (scilicet verba Centurionis) *miratus est.* Consule Sylvium hic.

Quaritur 7° utrum in Christo fuerit ira?

ibid a. 9. — *B. affirmative* ex illo Psalm.68 *-.Zelus domus tua comedit me,* quo incensus ejecit vendentes et ementes de templo : unde et Mare. 3 dicitur : *Circumspiciens cos cum ira.* Ratio est; quia ira est effectus tristitiæ, quatenus ex malo sibi vel aliis illato quis tristatur ct inde intendit vindictam : atqui in Christo fuit tristitia et potuit appetere vindictam secundum ordinem justitiæ; sic enim ira non est peccatum et vocatur ira per zelum : ergo.

Quaritur 8° utrum Christus fuerit viator et comprehensor ?

Ib. a. 10,0.—*B, affirmative.* Fuitcomprehensor, quia beatiliidinem animæ obtinebat, videbat enim clare Deum et eo finiebatur. Fuit viator, quia quantum ad aliqua lieatitudo ipsi deerat : nam anima ejus erat passibilis et corpus passibile ac mortale, ut dictum est.

Quod ut melius intelligas, *nota* animam Christi posse considerari dupliciter : 1° in ordine ad Deum, quatenus scilicet per id qnorl est ipsi proprium, id est, per intellectum et voluntatem fertur in Deum : ct hoc modo Christus erat comprehensor secundum animam, quia ferebatur in Deum, eum clare videndo et amando.

Alio modo potest considerari anima Christi secundum ordinem ad corpus, seu quatenus est forma corporis; et hoc modo Christus erat viator secundum animam, quia informabat corpus passibile ct mortale, ipsaque erat passibilis tum passione corporali quæ provenit ex læsione corporis, tum passione animali quæ vel est propria animæ , vel principalius est animæ quam corporis, *ut dictum est petitione iteunda.*

DISSERTATIO XVI.

DE CONSEQUENTIBUS UNIONEM OUANTÜM AD EA QUÆ CONVENIUNT CIIMSTO SECUNDUM EbSE ET FIERI, SEU DE COMMUNICATIONE IDIOMATUM.

D. Th. Q. 16.

Postquam S. Th. in procedentibus egit de mysterio Incarnationis quantum ad essentiam ct substantiam unionis atque de aliis ad illam pertinentibus, nunc incipit agere de consequentibus ad unionem; ct in hac quæstione agit de consequentibus ad unionem quantum ad esse et fieri, hoc est, de modo loquendi de hoc mysterio. Doctoris enim catholici partes sunt, non solum veritates fidei scire, sed etiam modum loquendi de illis per communicationem idiomatum : unde sit

ARTICULUS I.

Utrum admittenda sit in Christo communicatio idiomatum?

Nota 1° *Idioma* croce idem est ac la-*üneproprietas :* unde communicatio idiomatum est communicatio proprietatum. Non tamen sic intclligimus, quod proprietates naturo divinæ sint realitcr cominunicatæ humanitati et e contra, quasi humanitas sit facta æterna, omnipotens, etc. et divinitas sit facta mortalis, passibilis, etc. siquidem contra Eiitychcm definitum sit naturas inter se manere inconfusas et distinctas cum suis proprietatibus. Sed sic intelligimus, quod ratione unionis hypostatice, attributa divina possint de homine pradicari, et attributa humana de Deo.

Unde definiri potest communicatio idiomatum : *Natura divina et humana carumque proprietatum de se invicem mutua pradicatio.* Dico, naturo divinæ et huinanæ; quia , licet in rigore, vi vocis, communicatio idiomatum importet tantum communicationem proprietatum, tamen usus invaluit apud theologos ut etiam tribueretur mutuæ praedicationi naturarum in concreto.

Nota 2·, idiomata seu proprietates dc qqibus hic est quæstio, esse triplicis generis. Primi generis sunt, quæ conveniunt Christo ratione solius divinitatis independenter ab unione hypostatica. ut sunt vsso

aeternus, omnipotens, immensus, etc. Secundi generis sunt, quæ ipsi conveniunt ratione solius humanitatis independenter ab unione, ita ut puro homini convenire possint, ut esse passibilis, mortalis, mortuus, etc. Tertii generis sunt, quæ Christo conveniunt ratione utriusque naturæ simul, ut esse mediator, redemptor, mereri seu satisfacere ex rigore justitiæ.

Nota 3°, communicationem idiomatum in Christo fundari tum in unione hypostatica, ratione cujus unum et idem suppositum duplicem habet naturam divinam et humanam; tum in eo quod nomina concreta, licet primario formam significent, eam tamen significant in obliquo et suppositum in recto pro quo supponunt: ita ut homo, v. g. sit suppositum habens humanitatem, Deus suppositum habens divinitatem: unde cum in Christo sit unum et idem suppositum, habens naturam divinam et humanam, verum est dicere: *Deus est* Aonio, et e contra; quia facit hunc sensum: *Suppositum habens divinitatem, est suppositum habens humanitatem,* quod est verum; sicut est verum dicere: Album est dulce; quia sensus est: Subjectum habens albedinem, est subjectum habens dulcedinem. Hinc sequitur ulterius communicatio proprietatum, quia si sit idem suppositum habens utramque naturam ut propriam et suam, et importetur in recto, possunt de illo prædicari utriusque naturæ proprietates: unde verum est dicere, designato Christo · *Deus est natus, mortalis passibilis,* etc. quia sensus est: *Hoc suppositum habens divinitatem, est natum, mortale passibile,* etc. ratione naturæ humana·; seu *est habens naturam natam, mortalem, passibilem,* etc. Et c contra verum est dicere, designato Christo: *Homo est immortalis, æternus, omnipotens;* quia sensus est: *Hoc suppositum habens humanitatem, est immortale, æternum,* etc. ratione nempe suæ naturæ divinæ: sicut verum est dicere: *Homo est corporeus, homo est animalis,* quiaestidem subjectum habens corpus et animam.

Hæc est communisdoctrina theologorum ct philosophorum, cui solus contradicit Vasques, volens in nominibus concretis supposita importari in obliquo et formam in recto, ut dum dico, *Deus*, sensus sit, *natura divina existent in supposito.* Verum secundum hanc doctrinam, falsum esset dicere, *Deus est homo*, quia falsum est quod natura divina existens in supposito, sit natura humana existons in supposito; et sic nulla essef communicatio idiomatum, quæ tamen necessario est admittenda, ut modo dicemus. Item falsum esset dicere, *Deus generat,* quia falsum est dicere, *Natura divina existens in supposito, generat.* Igitur

Hic q. 16. a. 4. et *Dico.* In Christo admittenda est idiomatum communicatio. Est de fide.

Prob. 1° ex S. Scriptura, tribuente homini quæ sunt propria naturæ divinæ et e contra. Sic 1 Cor. 2, Dominus gloriæseu Deus dicitur *Crucifixus.* Rom. 8, Filius Dei dicitur pro nobis *traditus.* Joan. 8, dicitur Christum hominem esse antequam Abraham fieret. Similiter inSymbolo Apostolorum legitur, Filium Dei unicum de Spiritu sancto conceptum, de Virgine natum, passum, crucifixum, mortuum et sepultura.

Prob. 2° ex concilio Ephesino, definiente contra Nestorianos, B. Virginem esse vere matrem Dei; quia ille homo cujus est mater, est vere Deus: item ex Patribus, qui communiter communicationem idiomatum usurpant ct necessario admittendam affirmant.

Patet etiam ratione fundamentali hujus communicationis, de qua modo. Ubi enim est unitas supposili in duabus naturis, tam naturæ quam proprietates earum possunt de se invicem prædicari in concreto, quia concretum in recto significat suppositum et supponit pro illo, ut dictum est. Ergo.

Ex dictis colliges, regulam generalem communicationis idiomatum, esse hanc.

Regula communicationis idiomatum.

ibid. a. 5. o. — Concreta de concretis tam naturarum quam proprietatum possunt de se invicem prædicari, regulariter loquendo; quia in talibus prædicationibus servatur idem suppositum seu subjectura. Abstracta vero de abstractis, abstracta dc concretis ct concreta de abstractis nos possunt de se invicem prædicari saltem formaliter; quia non servatur in illis prædicationibus idem suppositum, seu idem subjectum.

Hinc verum est dicere, *Deus est homo, homo est Deus, Deus est natus, passus, mortalis; homo est immortalis, æternus; mortalis est immortalis, æternus est temporalis*: falsum autem est dicere, *Deitas est humanitas, immortalitas est mortalitas, Deus est humanitas.* Neque etiam in sensu saltem formali potest dici, *Hic homo est divinitas, divinitas est hic homo: voro* sensum formalem, qui habetur vi dispositionis terminorum. Quia tamen materialiter et per accidens suppositum hujus subjecti et hujus prædicati *homo,* est ipsa divinitas, inde fit quod in sensu materiali ct identico vera sint istæ propositiones.

Dixi in prima parte regulæ, *regulariter loquendo;* quia varias patitur exceptiones.

1° Excipiuntur attributa negativa negative sumpta: unde falsum esset dicere, *Hic homo, seu* Christus, *est incorporeus,* sumpto ly *incorporeus,* negative. pro remotione omnis corporeitatis; secus si sumatur positive pro forma incorporeitatis.

2° Excipiuntur attributa soli naturæ vel soli supposito convenientia. Hinc non potest dici, *Herbum fuit assumptum,* nec *Homo assumpsit,* licet vere dicatur, *Herbam assumpsit et humanitas fuit assumpta.*

3° Ut paucis pluro comprehendam, excipiuntur attributa vel quæ repugnant subjecto, ut esse purus homo, filius adoptivus; vel quæ sunt ambigua et conveniunt cum modo loquendi hæreticorum; vel quæ indifferenter conveniunt naturæ ct supposito, et tamen huic supposito divino repugnant, ut esse creatura; vel quæ important appellationem ratione cujus supposito non conveniunt, aut tollunt eam ratione cujus conveniunt, ut Christus quatenus homo est immortalis.

Notant insuper auctores, has et alias varias exceptiones non semper et sohnn esse expendendas juxta regulas dialectices, sed colligendas ex usu vel ex doctrina Patrum. De his plura et non parum intricata in auctoribus.

Dices. Canit Ecclesia: *In ligno quando mortua vita fuit.*

R. Ecclesiæ locutionem esse metaphorical»; quia nomine vitæ significatur Deus, qui est vita pe·' essentiam. Adsolvendasct intelligendas aliquas Patrum locutiones quæ videntur supradictis contraria, advertendum quod, sicut sumunt aliquando concreta pro abstractis, ut quando canit Ecclesia: *Tu ad liberandum suscepturus hominem,* ita etiam aliquandosumunt abstracta pro concretis, ut quando dixit Fulgentius q. 2 ad Forrandum, *divinitatem passam,* id est Deum.

ARTICULUS II.

Breviter discutiuntur cœteri articuli D. Thomæ.

Quæriturі» utrum hæc propositio, *Deus est homo,* sit vera ct propria; item utrum sit essentialis et per se?

Q. 16. a. i. o. — *B. ad primum affirmative. Prob.* Ly *Deus,* in hac propositione, supponit pro persona Filii: atqui vere et proprie dicitur de persona Filii quod sit homo; species enim vere et proprie prædicatur de quolibet suo supposito: ergo. *Patet maj. Quia* ex regula dialeclicæ, talia sunt objecta quoad suppositionem qualia permittuntur a suis prædicatis; et ideo, v. g. in hac propositione, *Deus generat,* ly *Deus* supponit pro persona Patris.

B. ad secundum cum distinctione Cajet. Si ly *Deus*, in hac propositione, supponat pro persona Filii ut subsistente in natura divina, propositio erit accidentalis logice, quia subjecto sicaccepto prædicatum convenit contingenter: physice tamen non erit accidentalis, sed substantialis, quia prædicaturn non est accidens physicum, sed substantia et quidem substantialiter unita subjecto: unde ratione Nestorianismi tutius diciturprædicatio substantialis quam accidentalis.

Si vero ly *Deus,* in hac propositione, accipiatur pro persona Filii ut subsistente in natura humana, prout ex communi usu Christianorum accipitur; apud cos eniin Deus in hac propositione idem est quoad rem ac Jesus, ac Christus, ac Emmanuel: tunc propositio erit essentialis et per se, utpotc prædicatiospeciei desuo individuo, non minus quam hæc, *Petrus est homo.* non quidem ratione formæ significatæ per subjectum, sed ratione supposili.

Petes utrum homo prædicelur univoce de Deo et de nobis in hoc mysterio? Dico *de Deo*, quia certum est prædicari univoce de Christo, de Jcsu, de Emmanuele et de nobis.

B. quod, si ad univocationem requiratur tantum quod prædicaturn retineat eam-

dew omnino significationem , homo praedicetur univoce de nobis et de Deo, etiam supponente pro persona Filii ut subsistente in natura divina. Si vero, ut quidam volunt, ad univocationem requiratur quod praedicatum ultra eamdem significationem retineat etiam eumdum modum convcniendi subjecto, tunc homo prædicatur univoce de nobis et de Deo tantum supponente pro persona Filii ut subsistente in natura humana. *Patet ex dictis.*

Quœritur 2° qualis sit hæc propositio, *Homo est Deus ?*

lbi<I. a. 2. o.— *B.* talem esse qualis est procedens; quia subjectum *homo;* in hac propositione, ratione sui prædicati, supponit eo modo quo *Deus* in priori, non autem indeterminate, ut quidam volunt; alias verum esset dicere, *Homo non est Deus,* quod refugiunt aures catholic®.

Quœritur 5° utrum Christus possit dici homo dominicus ?

ibid. a. 5. o.—*B. negative;* quia significaretur quod suppositum divinum non esset realiter et essentialiter dominus, sed tantum denominative et participative. Qua ratione etiam non debet dici, *deifer, deificabis, etc.* Unde S. Aug. hunc modum loquendi correxit lib. d|Retract. c. 19, licet addat id posse *nonnulla ratione defendi,* scilicet, ratione humanitatis quæ potest dici dominica quatenus est distincta a supposito divino et ad illud ratione unionis pertinet ; et ita explicandi sunt quidam Patres qui tales modos loquendi usurparunt.

Utrum autem possit dici Christus homo divinus? affirmat Auctor ad 5, quia licet ly *divinum* sit nomen adjectivum, usus tamen invaluit ut dicamus divina non solum denominative quæ sunt Dei, sed etiam essentialiter quæ sunt ipsemetDeus: unde dicimus *Eerbum divinum, personam divinam.*

Quœritur 4° quid sit dicendum de istis propositionibus, *Deus factus est homo, Homo factus est Deus?*

Ibid. a. 6. o. — *B.* primam esse veram et propriam. Patet ex illo Joan. 1 : *Kerbum caro factum est ;* et ex illo Symboli : *Et homo factus est.* Ratio est; quia unumquodque dicitur fieri aut factum esse, id quod de novo de ipso prodicatur: atqui de Deo seu Verbo quod est ab æterno de uovo prodicatur homo : ergo.

Ibid. α. 7. o. — Secunda vero propositio est falsa ; quia, cum subjectum *homo* supponat in hac propositione pro persona Verbi, sensus esset quod suppositum scu persona quæ ab æterno est Deus, facta esset in tempore Deus, seu quod aliquis homo præcxistens factus esset Deus : quod utrumque est falsum.

Notat tamen S. Doctor quod hæc propositio, *Homo factus est Deus,* posset admitti in hoc sensu improprio, aliqua actione factum est ut homo sit Deus.

Dices. Deus est factus homo : ergo per conversionem homo est factus Deus.

B. non esse ibi bonam conversionem, quia totum prxdicatum non convertitur: unde debet dici, ergo is qui est homo factus est Deus, quod est verum.

Quœritur 5° utrum hæc propositio sit simpliciter concedenda : *Christus est creatura?*

ibid. a. 8. o.—*B. negative,* ad evitandam suspicionem hæresis Arianæ. Addo, et quia est falsa, ut docet S. Doct. in 5, d. 11, q. 1, a. 2, his verbis: « Christus » non potest dici creatura, non tantum ad » evitandum errorem Arii, ut quidam di» eunt, sed etiam ad vitandam falsitatem. »

Batio est quia, licet praedicata quæ non sunt nata convenire person® nisi ratione naturæ vel partis ejus, sicut pati, mori, etc. possint simpliciter dici de Christo, quamvis habeant repugnantiam ad personam æternam, ea tamen quæ nata sunt convenire person® non solum ratione naturæ, sed etiam ratione ipsius person®, si habeant repugnantiam ad personam, non possunt de ips* simpliciter pradicari, sed cum addito; alia verum esset dicere simpliciter : *Christus incœpit esse, Christus non semper fuit,* etc. Porro esse creaturam, sicut esse factum simpliciter seu creatum, est tale; creatio enim est rerum subsistentium et respicit esse seu subsistere.— ibid.nd 1. — Quod si aliquando Patres sic locuti fuerint, in eorum dictis subinteUigenda est determinatio *in quantum homo.*

Dices. De Christo prodicatur simpliciter homo : ergo et creatura. *Prob. conseq.* De quocumque prædicatur inferius, prædicatur et superius » atqui creatura est superius ad hominem : ergo.

B. N. conseq. Ad prob. N. min. cum Auctore qui in 5, d. 11, q. 1, a. 2, ad 2, dicit quod *creatura non sit superius ad hominem, quia creatura magis respicit tsfs quam naturam ;* homo autem quando r prædicatur magis significat naturam quam esse seu existentian», non enim formaliter est homo quia babel esse, sed quia habet naturam humanam.

Quœritur 6° utrum hæc propositio, *Hic homo,* designato Christo, *incœoit esse,* sit vitanda ?

ibid o. 9. — *B. affirmative,* propterduplicem rationem, tum ob Arianismom, tum oh falsitatem. Licet enim persona Verbi pro qua supponit *Christus,* incœperit esse homo, non tamen incœpit simpliciter.

Quœritur 7° quid dicendum de istis propositionibus : *Christus secundum quod homo, est creatura; Christus secundum quod homo, est Deus; Christus secundum quod homo, est persona.*

Ibid. α. 10. 0. —*B.* primam esse magis concedendam quam negandam ; secundam e contra magis esse negandam quam afiirmandam : —ibid. o. 11. 0. —quia terminus in reduplicatione positus magis tenetur pro natura quam pro supposito.

Ibid. a. 12. 0. — *Ad tertiam, B.* quod, si homo sumatur omnino reduplicative, ita ut ly *secundum* reduplicelrationem formalem cur sit persona, sit falsa, quia significaretur quod in Christo foret persona creata cujus radix esset ipsa humanitas. Admittitur tamen ut vera si ly *homo* teneatur pro supposito, vel si speci ficative sumatur : hoc modo Christus ut in humanitate subsistens, est persona. Sed nullatenus est usurpanda, quia favet Nestorianis.

DISSERTATIO XVII.

DE PERTINENTIBUS AD UNITATEM IN CHRISTO QUANTUM AD ESSE.

D. Th. Q. 17.

ARTICULUS I.

Utrum Christus sit unum vel duo?

Hicq. 17. n. 1. o. —*Dico.* Christus tam masculine quam neutraliter est unus et unum, non duo. Prima pars est de fide contra Nestonanos qui admittebant in Christo duas personas ; unus enim masculine significat personam. Unde in Symbolo S. Athanas. *Non duo tamen, sed unus est Christus;* et in Nicæno, *Credo in unum Dominum Jesum Christum.* Et ita definitur in concil. Ephes, can. 13.

ibid.—*Prob. utraque pars.* Licetunum neutraliter sit naturo significativum et sint duæ naturæ in Christo,attamen unitas vel pluritas in Christo sive neutralitersive masculine non est accipienda secundum naturas, sed tantum secundum supposita : atqui unum est suppositum in Christo : ergo. *Prob.maj.* Non potest dici Christus unus velplures, unum vel plura, nisi secundum quod possunt de illo pradicari unus vel plures, unum vel plura : nam unumquodque dicitur tale in quantum dc illo prædicatur tale, et si non prædicatur non est tale : sic Petrus non est homo si de illo non prodicatur homo; et e contra est homo si de illo prædicatur homo. Atqui non sunt aliqua duo quæ possunt pradicari de Christo; humanitas enim in abstracto non prædicatur de Christo, sed tantum in concreto ratione suppositi : ergo unitas vel pluralitas in Christo sive masculine sive neutraliter non est accipienda secundum naturas, sed secundum supposita. *Confirmatur.* Licet in Petro sint duo, corpus et anima, quia tamen de illo non prodicantur, Petrus non est duo, sed unus et unum.

Dices 1°. Secundum S. Aug. et alios Patres, Christus est aliud et aliud : atqui aliud et aliud sunt duo . ergo.

Ibid, nd 2. — *B.* intclligendos esse in sensu causali, sic, ut significent Christum habere aliam et aliam naturam, ut expresse tradit S. Nazianzenus in Epist. ad Elidonimn his verbis : « Si oportet compendiose » dicere aliud quidem et aliud, ea quibus » Salvator est. » Unde *ad min. D.* Aliud et aliud sunt duo,si ly u/iudtribuatursubjecto expresso in recto, *C,* quia tunc importat diversitatem naturæ et suppositi; cum enim sit relativum substantiae, proprie refertur ad suppositum ; si ly *aliud* tribuatur subjecto in obliquo, ut : *In Christo aliud est divinitas, aliud humanitas; In Christo aliud flagellis subjicitur, aliud miraculis coruscat, N.* quia *aliud* sic attributum importat tantum diversitatem naturarum, quod verum est : in Christo enim est humanitas, sed tamen Christus non est humanitas. Unde dum S. Doctor q. 2, a. 5, dixit ly *aliud* non importare diversitatem suppositi, hoc intclligcbat secundum quod Christo a Patribus tribuitur, qui nempe in-

telligendi sunt in sensu causali, ut diximus.

Dices 2°. Tres person® div kt® dicuntur unum nentrallier ob unitatem natur® : ergo Christus debet dici duo neutraliter ob diversitatem natur®.

Ibid, ad 5. — *B. N. conscq.* Disparitas est, quod inmy-terio divin® Trinitatis natura divina prodicatur etiam in abstracto de tribus personis, et ideo simpliciter potest dici quod 1res person® sint unum. Sed in mysterio Incarnationis non prodicantur amb® natur® in abstracto de Christo, et ideo non potest simpliciter dici quod Christus sit duo.

Dices 3°. Album non est unum sed duo, licet albedo non possit de albo praedicari in abstracto : ergo nulla est ratio D. Th.

B. N. conscq. Quia album habet duo esse, substantiale scilicet et accidentale : unde oritur quod sit duo. In Christo autem nullum est principium ut possit esse duo : non suppositum, quia unicum est; non natur®, quia una, scilicet humanitas, non prodicatur de eo in abstracto, et aliunde non habet duo esse.

Petes utrum posset dici, *Christusest divinitas et humanitas simul?*

Ex ima parte multi Patres sic locuti sunt, SS. Leo, Aug. Bern. etc. Ex alia parte damnatur in concil. Constanticnsi.sess. 13,hæc propositio Joannis Hus : *Duæ naturæ, divinitas ct humanitas, sunt unus Christus.*

B. 1° hanc propositionem esse damnatam in sensu non collectivo, ad sensum quæstionis, sed in sensu divisivo ad mentem Joannis l Ius, ita ut, secundum ipsum, Christus esset scorsim humanitas ct seorsim divinitas; quod est dividere Christum.

B. 2° hanc propositionem, *Christus est divinitas ct humanitas simul,* collective non esse veram in sensu proprio et formali ; quia Christus plus includit quam significent natura divina et humana simul, nempe personalitatem seu personam; etlicetdivinitas sit persona, tamen divinitas et humanitas simul formaliter et re duplicative non est persona : sicut licet divinitas sitæterna, attamen divinitas et humanitas simul reduplicative non est aliquid æternum.

Unde SS. Patres qui hunc modum loquendi usurparunt, intelligendi sunt in sensu identico vel causali, ita scilicet quod significent vel quod Christus non estaljml quam persona ex Immanitate et divinitati composita, vel quod sit persona composita ex humanitate et divinitate unitis in hy. postasi ; vel dicendum quod abstracta pro concretis usurpaverint.

Quod autem posset opponi, totum non distingui a suis partibus, verum estdecomposito physico, non tlc composito metaphysico quod supra partes physice componentes addit subsistentiam.

ARTICULUS II.

Utrum in Christo sit unica existentia, caque divina?

Hic a. 2. o.— *Dico.* In Christo est unica Verbi existentia. Est contra Scotislas,Suarem ct alios. Est tamen certo D. Th. in hoc articulo , ubi ex professo inquirit, *utrum in Christo sit unum esse tantum*;et respondet affirmative.

Despondent quidam adversarii, qui S. Doctorcm in suas partes vel invitum trahere conantur, per *esse* intelligcrc subsistentiam.

Sed contra 1°. S. Doctor q. 2, ex professo disputaverat de subsistentia, et unam in Christo statuerat : ergo vel jam actum agit, vel de illa hic non disserit; sed de existentia, de qua nullibi nisi hic ex professo agit.

2° S. Doctor hic ad 1, loquens de esse de quo egit in corpore, dicit quod *personam aut hypostasim consequitur, sicut habentem esse :* atqui esse subsistenti® seu subsistentia non sequitur personam, sed eam constituit : ergo,

Insuper S. Doctor Quodl. 9, duplicem articulum instituit. In primo quærit utrum in Christo sit una tantum hypostasis, et in secundo utrum sit tantum unum esse; et resolvit affirmative sicut hic. Evidens est autem quod in hoc secundo articulo non loquatur de subsistentia de qua egerat in primo. *Quod etiam patet ex his verbis* hujus articuli secundi : « Licet ipsum esse, » inquit, non sit de ratione suppositi, per» linet tamen ad suppositum, et non est » de ratione natura. » Subsistentia autem est de ratione suppositi, siquidem ipsum constituat formaliter. Itaque

Prob. conclusio. 1° Ex Epistola Sophronii, recepta et approbata in sexta synodo generali, act. 11, ubi sic dicit de Christi humanitate : « In illo itaque *(sci-*

» *licet Uerbo),* et non per semetipsam ha» huit existentiam unam. »

Despondent Suares, Henno et alii ejusdem sententia, Sophronium ibi ostendere quod humanitas nullo tempore reali extiteritin semetipsa antequam uniretur Verbo: ex eo autem quod eodem instanti reali quo extilit in rerum natura, extiterit in Verbo, non sequitur extitisse existentia Verbi, cum illa toto cœlo differant, existera in Verbo et existere existentia Verbi.

Sed contra. Etsi verum sit Sophronium ibi ostendere humanitatem Christi non habuisse existentiam prius tempore quam uniretur Verbo, nihilominus simul docet quod non habuerit aliam quam ipsius Verbi, siquidem dicat habuisse *existentiam unam ;* quod ultimum verbum ad propositum suum omittit Henno. Item addit Sophronius personam Christi compositam ex unitate subsistentia, *habere unum esse et permanere unum :* permanendam autem seu ducationem Suares non distinguit ab existentia.

ibid— *Prob.* 2° *ratione a priori.* Persona existit *ut quod,* seu ut subjectum existenliæ, natura vero non *ut quod,* sed *ut quu* radicaliter : atqui implicat quod una persona eaque divina, qualis est in Christo, existât duplici existentia substantiali : ergo. *Prob. min.* 1° Videtur repugnare quod persona increata Verbi existât existentia creata. 2° Existentia est ultima rei perfectio et aclualitas qua sistitur extra omnes suas causas ct in qua sistunt earum causalitates, id enim importat formaliter existentia : ergo implicat quoti persona habens unam existentiam sit capax ulterioris existentiæ; alias prior non erit ultima actualize, sed habebit rationem potentiae respectu secundæ existentiæ.

Confirmatur. Si humanitas Christi existerai propria existentia creata, sequeretur 1· quod etiam subsisteret propria subsistentia ; 2° quod non posset terminari subsistentia Verbi; 5° quod non esset unum substantiale et per se cum Verbo, sed plura. Ergo. *Prob. prima sequela.* Existentia , cum, ut dictum est, sil ultima rei actualilas qua est extra omnem dependentiam suarum causarum, supponit subsistentiam, subsistentia enim est quoddam complementum substantiale quod debet haberi a causis ; et aliunde dictum est quod persona non natura sit id quod existit. Ergo. *Prob. secunda sequela.* Quod habet ultimum actum, non potest ulterius terminari : atqui : ergo. *Prob. tertia sequela.* Ut humanitas existens propria existentia faceret unum substantiale et per se cum persona Verbi propria existentia exislenle, necessarium foret quod una existentia se haberet per modum potenti®, et altera per modum actus ; atqui omnino repugnat conceptui existentiæ substantialis etiam creatæ quod sit in potentia ad aliam substantialem existentiam, ut jam dictum est ; alias esset et non esset ultima actualitas : ergo.

Prob. 5° *a posteriori.* Si humanitas Christi prius natura existeret propria existentia quam assumeretur a Verbo, B. Virgo non foret mater Dei : *atqui falsum ct hærelicum consequens :* ergo *Prob. sequela maj.* Ut B. Virgo sit et vere dicatur mater Dei, terminus concursus illius in generatione Filii debet esse homo Deus : atqui ita non foret *in casu majoris :* ergo. *Prob. min.* In illo casu prius natura quam Verbum uniretur humanitati, totaliter esset terminatus concursus B. Virginis : ergo terminus hujus concursus non foret Deus homo. *Prob. ant.* Concursus cujusvis causæ censetur totaliter terminatus et completus quando elfcctus quem producit est existens; cum, ut sæpe jam dictum est, existentia sit ultimus terminus dependenti® elfectus a causis, totaliter ipsum extra illas constituens ·. ergo in *casu majoris,* concursus B. Virginis totaliter esset terminatus, prius natura quam Verbum humanitati uniretur.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Prius humanitas Christi existit quam sit assumpta a Verbo ; ergo propria existentia, etc. *Prob. ant.* 1° Prius est esse productum quam esse assumptum ; atqui productio alicujus rei terminatur ad ejus existenliam : ergo. 2° Vera est hæc causalis, *Ideo assumitur quia est ;* falsa vero hæc, *Ideo est quia assumitur.* Ergo. 5° Prius anima unitur corpori (piam humanitas uniatur Verbo : ergo corpus et anima prius existant quam uniantur Verbo. Hæc Henno.

7>. 1° *hoc argumentum* , quod est adversariorum pracipuum, .<*nico flatu dissipari,* dicendo nempe prioritalem quæ hic ntercedit, non esse nisi prioritatem «i

ordinem rationis, eodemque instanti reali hæc omnia facta esse, animam scilicet creatam, corpori unitam, humanitatem productam et a Verbo assumptam : unde non est quærenda existentia creata ubi divina communicata est : sicut in sententia Thomistarum, materia prima creata fuit prius prioritate rationis quam totum sit productum, et tamen non habuit aliam existentiam quam totius quocum simul realiter fuit concreata.

Cæterum insistendo his rationis prioritalibus et præcisionibus, /?. 2° ΛΓ. *ant. Ad primam prob. D. ant.* Prius (intelligendo semper de prioritate rationis) est esse productum complete, vel incomplete, quam esse assumptum, *C.* semper complete, *N. similiter ad min.* Productio alicujus rei completa terminatur ad ejus existentiam, *C.* incompleta, *N. Seu subd.* Terminatur ad ejus existentiam formaliter vel concomitanter habendam, *C.* semper formaliter per ipsam actionem habendam, *N.* Consule dissert. 5, a. 3.

Ad secundum prob. similiter, D. Ista causalis est vera, *Ideo assumitur quia est*, si intelligalur quia est vialiter et in jeri, C. quia est in facto esse complete , *N.* Habet enim existentiam et subsistentiam per assumptionem ; unde *nego* falsam esse hanc causalem, *Ideo est quia assumitur,* si intelligalur de existentia in facto esse, et non tantum in fieri, seu de tendentia ad existentiam.

Ad terlictm, N. conseq. Quia ex prioritate rationis male infertur prioritas existentiæ, quæ est prioritas temporis.

Inst. cum eodem. Vel Christus assumpsit naturam humanam habentem esse extra causas, vel existentem in causis. Si primum , ergo habebat existentiam actualem. Si secundum : ergo Christus potius assumpsit causas humanitatis quam humanitatem.

It. assumpsisse naturam humanam habentem esse extra causas per propriam Verbi existentiam ipsi sua assumptione communicatam.

Obj. 2° *cum eodem.* Tota ratio conclusionis nostræ innititur hoc principio, quod existentia sequatur ad subsistentiam, non subsistentia ad existentiam : atqui falsum est istud principium : ergo. *Prob. min.* bon potest concipi quomodo possit natura priussubsistere quam existere. Ergo. *Proh, ant.* Subsistere est ipsummet existere per se : sicut ergo implicat quod quis velociter currat qui simpliciter non currit, ita quod existât per se si simpliciter non existil; nec unquam dabitur disparitas, inanit eoofidenter laudatus theologus.

R. 1° *retorquando argumentum.* Eὼ tere per se, est ipsum subsistere, ex adversario : ergo non potest concipi naturaa substantialem prius existere per se quam subsistere : ergo si Verbum assumpsit naturam per se existentem , assumpsit subsistentem ; quod est Nestorianum.

R. 2°. *N. min. Ad prob. D. ant.* Subsistere adæquate sumptum, est ipsummet existere per se, *C. ant.* inadæquate sumptum, *N.* Igitur plus dicit subsistere, si adi. quate sumatur, quam subsistentia; subsistere enim importat simul subsistentiam et existentiam : unde , licet verum sit quod subsistere sit existere per se, falsum est tamen quod subsistentia sit existentia,etiam in sententia adversariorum,qui dicunt sub* sislentiam esse modum existentiæ. Subsistentia itaque, ex suo conceptu essentiali, importat tantum perseitatem independentiæ ab alio tanquam a subjecto, et incommunicabilitatis ad aliud suppositum, cui cum advenit existentia, dicitur subsistere seu existere per se : unde natura cum sola subsistentia pro priori ad existentiam, nondum concipitur actus exislens per se, nec simpliciter exislens, sed in via tantum ad existentiam per se ; et ideo est disparitas de cursu veloci, quod qui currit velociter revera currat; qui autem habet subsistentiam tantum pro illo priori, revera nondum censeatur existere nisi vialiter aut concomitanter per existentiam advenientem.

Obj. 3° *cum eoacm.* — Si esset unica existentia humanitatis et Verbi, humanitas quatenus est ens in actu non distingueretur a Verbo : atqui : ergo.

R. D. sequelam. Non distingueretur a Verboquoad esse existentiæ,C. quoad esse essentiæ, zV. El hoc sensu S. Th. in QQ. disput. q. de unione Verbi a. 4, ad 1, dicit quod esse humanæ naturæ non sit esse divinæ naturæ.

Obj. 4°. Unio non est facta in aliquo absoluto communi loti Trinitati, alias trei person® dicerentur incarnatae : atqui exis*

tentia est quid absolutum commune omnibus personis · ergo.

R. D. inaj. Unio non est facta in aliquo absoluto communi primario et immediate, *C.* alias, ut bene infertur, sequeretur quod 1res person» forent incarnatae : secundario et mediate, *N.*

Obj. 3°. Nulla divina perfectio potest actuare naturam creatam. Ergo.

Λ. *D. ant.* Per modum formæ intrinsece informantis, *C.* per modum termini intrinsece terminantis, *N.* Idem est ac de subsistentia ; existentia enim ex suo formali coHceptu non petit actuare informative, sed tantum terminative; est enim actus ultimus terminans : licet tamen existentia creata, utpote accidens, non possit actuare sine informatione.

Obj. 6°. Epiphanius quidam in septima synodo, act. 6, dicit naturam distingui ab hypostasi, quod natura dicat humanitatem existentem, hypostasis autem addat subsistentiam ; et Damasc. lib. 5 de Fide cap. 5, dicit Verbum assumpsisse humanitatem non privatam existentia. Ergo.

R. ad primum, inlelligcndum esse de existentia radicati. *Jd secundum,* verum est Verbum assumpsisse humanitatem non privatam existentia , quia habuit exislentiam assumentis ; non dixit autem Damascenus humanitatem non esse privatam propria existentia.

DISSERTATIO XYIII.

DE PERTINENTIBUS AD UNITATEM IN CHRISTO QUANTUM AD VOLUNTATEM.

D. Th. Q. 18.

ARTICULUS I.

Utrum in Christo sint duæ voluntates?

Hic. q. 18. a. 1. o. — Ex variis principiis promanavit error negantium in Christo duas voluntates. Quidam dixerunt Verbum Christo fuisse loco mentis; unde in eo negabant voluntatem humanam sicut et intellectum : ct hic erat error Apollinaris, Huc etiam potest reduci error Maniehæorum, asserentium phantasticam humanitatem a Christo esse assumptam. Alii, statuentes unicam in Christo naturam sive confusam, sive compositam, unicam etiam Uatuebant voluntatem : et hic erat error Eutychetis. Alii, asserentes duas personas et vocantes suppositum humanum cum natura humana, hominem Christum, propter conjunctionem affectivam ad divinum suppositum, ponebant etiam unam voluntatem in Christo homine : et hic erat error Nestorii. Alii tandem, duas in Christo naturas asserentes in una persona, sed opinantes quod natura humana m Christo nunquam moveretur proprio motu, sed solum secundum quod mota esset a divinitate, negaverunt in Christo esse duas voluntates et duas operationes seu volitiones, sed unicam scilicet divinitatis : et hic est error Sergii Conslantinopolilani, Macharii Antiocheni, Cypri Alexandrini ut aliorum qui dicti sunt Monolhelitæ a sua hæresi ; de quibus impræsenliarum agimus.

Ibid, et q. seq. 19. a. 1. o. — *DÎCO.* In Christo sunt duæ voluntates et duæ operationes seu volitiones, divina et humana.

Est de fide contra Monothelitas, decisa 1°in concil. Lateran.sub Martino 1, deinde in sexta et septima synodo generali, ac tandem in Florentina : quorum verba infra referemus.

Prob. ex S. Scriptura. Luc 22 : *Pater, si vis, transfer calicem istum a me; verumtamennon mea voluntas,sed tua fiat.* Matth. 26 : *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Joan.5: *Nonquæro voluntatem meam sed voluntatem ejus qui misit me.* Et alibi similia.

Hic ibid. — *Prob. prima pars ratione* qua usi sunt Patres et concilia. Verbum assumpsit naturam humanam perfectam et integram; ad perfectionem autem naturæ humanæ pertinet voluntas, quæ est naturalis ejus potentia sicut intellectus : et aliunde per assumptionem naturæ humanæ nullam diminutionem passus est Filius Dei in his quæ pertinent ad divinam naturam, cui competit voluntatem habere. Ergo.

Q. 19. cit. —*Hinc fiuit secunda pars.* Operationes sequuntur formas, quæ sunt agendi principia : ergo ubi sunt diversa principia, nempe divers» naturæ ct diversa voluntates, sunt divers» operationes.

Confirmatur utraque pars. Christus fuit obediens et meruit ·. atqui neutrum voluntate aut operatione divina tantum : ergo et humana.

Ad quorum majorem elueidationem et corroborationem, distinguendum est curo

Sophronio in Synodica et S. Maximo in Scholiis ad Epist. 4 S. Dionysii, triplex genus operationum in Christo. Quædam sunt mere divinæ, ut creatio, conservatio, etc. Quædam sunt mere human® quas Christus exercebat virtute propriæ form® ac virtutis, ut comedere, bibere, flere, pati, etc. Aliæ sunt mixtæ in quibus agit utraque natura, divina ut causa principalis, humana ut instrumentum, quales sunt resuscitatio Lazari, cæci illuminatio, etc. — ibid.— Sed in illis iterum distinguendum est. Licet enim mortui suscitatio, cæci illuminatio, ut est a natura divina ut causa principali, et ab humana ut causa instrumental! mota, sit una tantum operatio ; altera tamen et formaliter distincta reperitur illic, ex ipsa forma et virtute humanitatis proveniens, puta clamare, tangere, spuere, loqui, velle, imperare, etc. Sicut artificiosa constructio scamni est eadem operatio artificis et securis, scissio tamen secundum se est actio distincta et propria securi secundum ejus formam.

Solvuntur objectiones /icereticorum.

Obj. 1°.S. Dionysius in Epist. ad Caium, secundum alios cap.12 de Divin. Nomin. asserit *unam esse in Christo dcivirilem operationem.* Ergo.

R. Monothclitas hunc locum interpolasse, et S. Dionysium non dixisse *unam,* sed *novam dcivirilem operationem.* — Ibid. a. 1. — Porro per novam *dcivirilem* seu *theandricam* operationem, non unicam operationem simpliciter significat S. Dionysius, sed duas adæquate distinctas, sine compositione aut confusione, et unam tantum unitate ordinis et subordinationis, in quantum divina utitur humana et humana participat virtutem divinæ.

Solet etiam aliquando sola actio Christi humana vocari alio sensu *dcivirilis* seu theandrica, propter nempe valorem et dignitatem quam haurit a supposito divino agente *ut quod,* seu propter communicationem idiomatum; sed ultra illam hoc sensu sumptam datur in Christo altera physice et entitative divina, divinæ voluntati correspondons.

Obj. 2°. S.*A thanasius lib. de Salutari adventu Christi, dicit Christum extitisse « sine voluntatibus carnalibus et sine hu- ı manis cogitationibus, in imagine novi- » tatis; voluntas enim erat solius diviiy. » tatis. »

Λ. cum S. Maximo, S. Athanasium loqui de Incarnatione Christi, non vero de ejus vita; ita ut sensus sit, Incarnationem et nativitatem Verbi esse opus non commercii carnalis, sed solius Dei volun. tatis.

Obj. 5° S. Grog. Nazian. Orat. 2 de Filio , dicit *velle* ejus *totum deificatum.* E! S. Cyril, lib. 4 Comment, in Joan, dicit *unam cognatam operationem.* Ergo.

R. SS. Patres ita locutos fuisse propter utriusque operationis arctissimam unionem, qua iit ut sicut natura assumpta dicitur Verbi propria, ita et ejus actio dicatur deificata seu divina, divinæque cognata. Ita S. Maxim, in Epist. ad Nicandrum.

Obj. 4°. Instrumenti et ejus quod movet unica est operatio : atqui humanitas es! instrumentum a divinitate motum : ergo.

ibid. — *R. D. maj.* Si intelligatur de operatione quæ instrumento a causa principali imprimitur, *C.maj.* si intelligatur de actione instrumenti quæ ex propria forma oritur, *N.* Sic constructio artificiosi cathedra est eadem operatio et artificis et securis, scissio tamen ligni est actio distincta securi propria, *Pide annotationem ante sol. obj.*

Obj. S°. Unius est una voluntas : atqui Christus est unus : ergo.

R. D. maj. Unius tam supposito quam natura una est voluntas, *C.* unius supposito tantum et natura duplici, *N. Et ad hunc sensum D. min. N. conseq.*

Inst. Unius agentis una est voluntas: atqui Christus est unum agens : ergo.

R. D. maj. Unius agentis *ut quo* et *ut quod est,* etc. *C.* unius agentis *ut quod,* sed duplicis agentis *ut quo,* V. Quia voluntas sequitur ad naturam seu principium *quo,* non ad suppositum : *et sic D. min. N. conseq.*

Urgebis. Voluntates inferunt secum volentes : ergo u nius volentis una est voluntas.

R. N. ant. Alias sequeretur quod In Trinitate unicum foret volens, quia est unica voluntas : itaS. Maxim.

Obj. 6' Voluntas tn quo^bet supposito est primum movens in suo%rdine : atqui unicum fuit in Christo tale primum movens : ergo *Prob. min.* Humanitas movebatur a divinitate. Ergo,

Hic a. 1. ad 1. et 2. — *R. N. min. /id prob. D. ant.* Humanitas movebatur a divinitate ut instrumentum mortuum , *N.* ut instrumentum agens ner propriam voluntatem, *C.* Sicut ergo, licet, v. g. voluntas sanctorum moveatur a Deo, hoc non impedit quin hæc voluntas in eis dicatur primum movens respectu propriarum actionum, etsi secundum respectu Dei : ita et in Christo.

ARTICULUS II.

Quadam quæstiuncxilæcircavoluntatem Christi breviter resolvuntur.

Quæritur 1° utrum fuerit in Christo voluntas sensualitatis?

ρ. 18. α. 2. o. — *R.* In Christo fuit sensualitas seu appetitus sensitivus, qui participative dicitur rationalis, et voluntas, quatenus natus est rationi obedire. *Patet,* quia Christus assumpsit humanitatem integram, adeoque naturam animalis, ad quam sequitur appetitus sensitivus seu sensualitas.

Advertendum tamen nullum in parte sensitiva Christi actum indeliberatum praevenisse ejus rationem ; quia in eo nulla fuit camis rebellio, sed summa totius partis inferioris ad superiorem subjectio, et quidem perfectior quam in Adamo innocente, ut jam dixi.

Quæritur 2° utrum fuerit in Christo duplex voluntas rationis?

Ibïd. α. 5. o. — *R.* Si per voluntatem intelligatur potentia , una fuit in Christo voluntas rationis; duplex, si intelligatur actus, nempe una quæ est natura, alleva quæest ratio; quia eadem potentia fertur ad objectum vel simpliciter et absolute, vel cum ordine ad aliud ut in media cum ordine ad finem, vel ad finem ex ordine mediorum; utrumque enim continetur sui) ratione boni. Si priori modo, dicitur voluntas ut natura, quia non per modum rationis sed per modum natura movetur, sicut cum refugit quæ sunt natura nociva, vel prosequitur quæ sunt natura convenientia; et vocatur *thelysis* a Damasceno. Posteriori modo dicitur voluntas rationis, quia fertur in objectum comparando et deliberando, et vocatur ab eodem *bulysis.*

Quæritur 5° utrum fuerit in Christo conirarietas voluntatum ?

ib. a. fi. o. — *R. negative.* Est de fide decisum in concilio generali sexto, act- 4, et prius in concil. Lalcran.sub Martino I, can. IK.

Ibïd.— *Ratio est;* 1· quia contrarietas est oppositio in eodem circa idem : unde deficit contrarietas si unnm secundum unam rationem ametur, et secundum alteram rationem rejiciatur; ideoque quamvis voluntas sensualitatis, seu voluntas ut natura , refugeret mortem ut nocivam natura, voluntas autem divina et voluntas rationis appeteret ut bonam generi humano, non est contrarietas. 2° Quia volebat Christus voluntate divina et rationis, ut voluntas sensualitatis et natura moveretur secundum inclinationem suam, ita ut tamen illi ejusque motibus perfecte dominaretur, nec moveretur nisi in quantum voluntas divina et rationis permitteret.

Quæritur 4° utrum voluntas Christi semper fuerit conformis voluntati divinæ?

Ibid. a. δ. o. — *R.* Voluntas rationis saltem absoluta et eflicax semper fuit conformis voluntati divinæ etiam in volito materiali; non tamen voluntas sensualitatis et natura.

ibid. — *Prima pars patet* ex illo quod dixit : *Non sicut ego volo, sed sicut tu;* quibus verbis explicat voluntatem suam divinæ voluntati conformari ex electione et deliberatione circa idem volitum, quod secundum voluntatem sensualitatis et natura refugiebat. *Palet etiam ratione ;* quia id decet summam Christi perfectionem et sanctitatem.

Ibid. — *Hinc sequitur secunda et tertia pars.* Poterat enim appetitus sensitivus, seu voluntas sensualitatis, sicut et voluntas ut natura est, aliud velle quam ipse Deus et voluntas Christi ut rationalis; utraque enim movebatur motu proprio naturali , illa prosequens quæ sensibus erant commoda et refugiens quæ erant incommoda , ista appetens bona natura et refugiens noxia, ita tamen ut semper essent conformes divinæ voluntati et voluntati rationis , hoc sensu quod nihil appetebant aut refugiebant nisi quod divina voluntas et voluntas rationis permitterent velle aut refugere.

Petes utrum non possint admitti in voluntate Christi ut ratio est, quidam actus inefficaces ct imperfecti, non conformes divinæ voluntati in volito materiali?

JI. nullam in hoc videri repugnantiam. Sic poterat Christus voluntate rationis refugere inefficaciter mortem, non precise ut nocivam natura, sed etiam secundum quod ex ea secutura erant varia peccata: sic ex summa charitate volebat salutem omnium : sed et hi actus possunt dici etiam conformes divinæ voluntati, nempe inefficaci.

ARTICULUS III.

Utrum in Christo fuerit liberum arbitrium ?

Ibid. q. 4. — *Dico.* In Christo fuit liberum arbitrium, hoc est, libertas a coactione et a necessitate; utramque enim importat liberum arbitrium, ut docet S. Doctor q. 6 de malo ct alibi ; et nos diximus dum de Actibus humanis.

Est quoad libertatem a necessitate contra Calvinum, Lutherum ct Jansenium lib. 6 de Grat. Chr. cap. 9, et lib. 7, cap. 13. Et videtur quoad hanc etiam pariem de fide, decisa in sexta synodo, act. 4, ubi definitur fuisse in Christo omnes proprietates natura humanæ, adeoque et libertatem a necessitate.

Prob. ex S. Scriptura. Isai. 7, dicitur de Christo : *Ut sciat reprobare malum et eligere bonum*,-cl33: *Oblatus est, quia ipse voluit.* Ex S. Aug. Tract. 119 in Joan. « Quis ita dormit quando vohie- « ril, sicut Jésus mortuus est quando vo- » luit' •uis ita vestem deponit quando » volutat, sicut se carne exuit quando vo- » luit? » Idem Tract. 57 ; item Cyrill. lib. 7 in Joan. cap. 7, Chrysost. in cap. 35 Isai Greg. Cyprian, et alii. D. Th. hic ad 5 : * Licet voluntas Christi sit determinata ad • bonum , non tamen est determinata ad » hoc vel illud bonum et ideo pertinet ad » Christum eligere per liberum arbitrium » confirmatum in bono, sicut ad beatos. »

Prcb. ratione, tum ea quam hic alfert D. Th. nempe in Christo fuisse voluntatem rationis quæ est in unum cum ordine ad aliud, quod non est sine electione quæ est liberi arbitrii; tum quia Christus assumpsit humanitatem p 'foetam ct integram ; non datur autem perfecta et integra humanitas sine libertate.

Obj. 1° difficilem auctorita*em D. Th. in 3, d. 18, q. 1. a. 2, ad 3, ubi post ad lulitun solutio: em prius allatam x pr.v senti articulo ad 5, subdit : « Vel dicem » dum quod , etiamsi esset determinate » ad unum numero sicut ad diligcmlm » Deum, quod non facere non potest; L·· » men ex hoc non amittit libertatem ,i. » rationem laudis et meriti, quia in illul » non coacte sed sponte tendit; cl itaesi actus sui dominus. »

Despondent plures , vel S. Doclores hanc sententiam hic retractasse, vel illi loqui non ex propria sententia , sed aliorum tum temporis probabili, siquidr priori solutione sæpiusuus fuerit, hac at tem semel tantum. Missis Ius solutionibu*

H. S. Doctorein velle tantum amore beatificum in Christo, quantumvis necer sarium ut fertur ad Deum ut in se boiui: et regulatur scientia beata , fuisse tame: liberum vel ut fertur ad Deum ut est rat diligendi creaturas, vel ut regulatur scientia infusa. Nec obstant hæc verba , *qu\ in illud non coacte sed sponte tendit;* quia το *non coacte sed sponte ,* idem (· ac no/ı *necessario sed libere.* Sæpissin enim aS. Th. et veteribus *coactum* sua - tur pro *necessario,* et *spontaneum* p *libero ;* sicque ita sumi patet ex verbis sui. junctis, *et ita est actus sui dominus,qu* verum non foretsi intelligatdc actu necesario : coque verior est hæc explicatio, quod juxta S. Doctorein liberum arbitrio non versetur circa Deum ut ultimum finer. De hoc argumento paulo latius dixi in tract de Act. hum. dissert, de voluntario liber art. 5; confer.

Ob/. 2°. Liberum arbitrium se habet/ utrumque : atqui voluntas Christi fuit determinata ad bonum, quia non potuit pccare ·. ergo.

P. D. maj. Liberum arbitrium sc link: ad utrumque contrarietatis, /V. contradi, tionis, *C.* Et ila fuit Christus, imo ctias fuit liber quoad specificationem, non qui dem contrariam sed diversam seu disparatam, juxta solutionem D. Thomæ a(15 supra cit.

ARTICULUS IV.

Concordia libertatis Christi cum ejtu impeccabilitalc.

Quæ articulo procedenti diximus, constant inter catholicos; sed gravior modo, imo gravissima difficultas est, quomodt salvetur liberta* Christi in actibus pr.mp

lis aut prohibitis cum ejus impeccabilitalc. Vel enim potuit Christus ab actu praecepto abstinere, aut prohibitum committere, vel non potmt : si potuit, ergo potuit peccare; si non potuit, ergo in cis non fuit liber, adeoque non meruit, maxime in morte subeunda, cujus mandatum habebat a Patre. Utrinque syrtes. Mirum sane quot in placita excurrerint auctores ut nodum hunc solverent : unde

§ I. — *Referuntur varia: sententice circa preecptum moriendi et impugnantur.*

PRIMA SENTENTIA.

Quidam negant Christo fuisse impositum strictum et rigorosum moriendi praceplum , sed latum et improprium , prout significat insinuatam Dei voluntatem, qua decreverat ipsum pro salute hominum moriturum , præceptum , inquam , non obligans sed dirigens, ut sunt regulæ quarumdam religionum, quæ tamen sunt materia obedientiæ; aperte docet D. Th.22, q. 104, a. 2 0, ubi dicit : « Voluntas su- » perioris, quocumque modo innotescat, * est quoddaiù tacitum præceptum, et tanto » videtur obedientia promptior quanto ὀχ- ı pressum præceptum obediendo præve- » nit, voluntate superioris intellecta.» Et hoc, inquiunt, genus mandati videtur magis congruere amori Patris in Filium , fiduciæ de ejus virtute, ac dignitati ipsius Filii. Deinde cum Christus esset absolute impeccabilis, non videtur fuisse capax præcepti proprie dicti, quod ubique includit comminationem culpæ et pœnæ proprie dictæ.

Impugnatur.

1° Juxta regulam generalem a S. Augustino traditam et a theologis communiter admissam, verba S. Scriptura sunt in pro- >rio sensu accipienda, quando inde nulumsequitur inconveniens : atqui S. Scriptura significat praeopta imposita fuisse Christo; et si præceptum in proprio sensu accipiatur, nullum sequitur inconveniens: ergo. *Secunda pars min. patebit infra. Prima pars* autem *exprimitur* illo Joan. 10 : *Hoc mandatum acccpi a Patre;* Joan. 14 : *Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio;* Joan. 13 : *Siprœccpta* nw *servaveritis..... sicut ct ego Patris fractpla servavi ;* ubi eodem modo vocat Irrepta sibi a Patre imposita, quo ea quæ ipse Apostolis imposuit, quæ erant proprie dicta. Ergo.

Nec obstat quod, dum 2 Rez. 16 dicitur : *Dominus prccccpit Semel ut malediceret David,* ibi intelligatur præceptum late, et improprie; quia in hoc casu præceptum proprie dictum involveret absurdum, non in nostro.

2° In Christo fuit vera et stricta obedientia, ex eaque mortuus est : atqui ver et stricta obedientia, habet pro objecto formali verum et strictum superioris præceptum : ergo. *Majorem probat S. Th.* infra q. 47, a. 2, *ct patet ex S. Scriptura,* Philipp. 2 : *Humiliavit semel ipsum, factus obediens usque ad mortem;* Rom. 3 : *Sicut per unius inobedientiam peccatores constituti sunt mulli, ita per unius obedientiam justi constituti sunt multi.* Unde S. Bernard. Serin, ad milites Templi cap. 13, dicit, *quod ne perderet obedientiam, perdiderit vitam.*

Prob. min. 1° Objectum formale obedientiæ est voluntas superioris qua talis ct ula non superiore distinguitur : atqui voluntas simpliciter solum dirigens aut consulens, non est superioris qua talis et ut a non superiore distinguitur, sed sola voluntas obligans in qua consistit proprium præceptum : æqualis enim, imo ct inferior potest æque velle et dirigere consilio sicut superior : ergo. 2° Inobedicnlia ct obedientia dicuntur in ordine ad idem conversive et aversive : atqui inobedicnlia dicitur per aversionem a pracepto proprie sumpto : ergo obedientia per conversionem ad præceptum proprie sumptum : unde in secundo testimonio, comparatur obedientia Christi inobedientiæ Adæ; hæc autem fuit per aversionem a vero pracepto : ergo ilia per conversionem ad verum preceptum.

Ad id ergo quod afferunt adversarii ex D. Th. *It.* S. Doctorein ibidem ex professo probare objectum formale obedientiæ esse strictum præceptum superioris.

Noc verba quæ opponuntur contraria sunt. Qui enim, voluntate superioris intellecta, provenit obediendo expressum ejus mandatum, vel in voiuntate superioris intclligit verum præceptum licet tacitum tantum; ut enim dicit S. Doctor, voluntas superioris, quocumque modo innotescat (scilicet ut præcipiens), est quoddam

uicltum praccptum ; ut si superior graviter conqueratur de iis qui sine causa absunt a choro, quamvis terminis expressis non praecipiat illis frequentationem chori, præcipit tamen tacite et vere : vel intelligit solum desiderium absque voluntate præcipiendi et obligandi. Primo modo indubie est promptior, vera et proprie dicta obedientia, qma ibi est verum praccptum licet tacitum. Secundo modo est etiam promptior, non quidem in actu formalis et slrictæ obedientiæ, sed in praeparatione animi; qui enim absque ullo præcepto voluntati superioris morem gerit, ostendit voluntatem promptissimam et paratissimam si illi pracipiat.

Ad id quod opponunt de regulis quarumdam religionum quæ, licet non sint praecepta stricta et obligantia, sunt tamen materia obedientiæ,

Jt. illas regulas, licet non obligent ad culpam, obligare ad poenam ▮ ea autem parte qua non obligant, sicut non sunt pracepta nec leges, sed mera statuta, seu exhortationes et directiones, ita nec sunt materia obedientiæ proprie dictæ.

Si forte dicas, praccptum moriendi Christum etiam obligasse ad poenam tantum non ad culpam ; *infero* i°. Ergo potuit Christus operari actiones poena et reprehensione dignas, quod etiam maxime repugnat ejus perfectioni et sanctitati. *Infero* 2'>. Ergo non est mortuus ex obedientia, siquidem in hac hypothesi praccptum non caderet supra mortem, sed supra poenam, casu quo non moreretur.

Unde quidam hujus sententiæ patroni apud Platellium volunt, praccptum Christo impositum moriendi nullam omnino importare obligationem sive ad poenam, sive ail culpam, sed merum consilium. Al inde sequitur aperte gravissimum absurdum, scilicet, nullatenus Christum ex obedientia mortuum esse, contra expressa S. Scriptura testimonia; ut enim ex dictis palet, eo magis minuitur obedientia quo magis attenuatur praccptum, adeoque omnino tollitur ubi nullum est praccptum. Adde quod etiam repugnet summæ Christi perfectioni et sanctitati eum consilia Dei Patris æterno decreto innixa posse omittere et negligere.

5° Everiendo præcipuum hujus sententia fundamentum. Ideo ueoaul huiUa opinionis assertores impositum esse Cliri··, proprium et strictum moriendi præcepuic; quia existimant hujusmodi prteceptoa Christo *j* qui est impeccabilis, auferre ▮ bcrlatem moriendi : atqui id omnino L· sum est ; ergo. *Prob. min.* Praceptumtup ponit necessario actum ad quem datur i nino liberum, ita ut si hanc ejus liberi? tem destrueret, suam propriam natura adeoque ct seipsum destrueret. Ergo./? *tet ant.* Tum quia non alia ratione imp: nitur praccptum nisi ut subditus libcnj in utramque partem ferri poterat, coni, neat se ct in partem unam prorumpat a<p poterat abstinere, ita ut frustra et stub praciperetur habenti necessitatem agendi sic igni non pracipitur ut comburat,cor: ut moveat, etc. Ergo.

4° Hæc sententia limitat indebite metum et libertatem Christi, quæ tamen contra extendi debent quantum fieri t test. *Prob.* Si verum sit non fuisse potum Christo praccptum proprium etri: rosum moriendi, quia ex illo destruere: ejus libertas adeoque ct meritum in u riendo : ergo nec liber fuit nec meruit observatione omnium praceplornm nat ralium, quæ respectu omnium homini adeoque ct Christi sunt stricti ct rigor juris. Id quidam concedunt, sed quanti fundate et ut videtur, quam injurio· Christo !

SECUNDA SENTENTIA.

Alii comminiscuntur praccptum vera ct proprium impositum fuisse Christod morte subeunda quoad substantiam t>: tum, non quoad circumstantias illius,pu tempus, locum, motivum, intentionem, tus, etc.

Impugnatur.

1° Contra illam militat argumentum: lio loco factum contra priorem opinion·

2° Secundum hunc modum, serjui Christum nec sibi nec nobis meruisse eo pracise quod mortuus sit, sed solum' eo quod mortuus sit tali loco, tali temper hoc vel illo affectu seu motivo, etc. (h juxta hanc opinionem, circa has circi stanlias tantum fuit liber, non circa me* tem quoad substantiam ; praccptum en secundum cos aufert libertatem. Qr quam sit absurdum patet, tum ex comur : sensu fidelium qui tribuunt redemption*- ipsl Christi morti, non ejus circumstantiis ; tum ex ipsa S. Scriptura idem significante ; dicitur enim Isaï. 53 : *Si posuerit pro peccato animam suam , videbit semen longævum,* etc. et Philipp. 2 : *Factus est obediens usque ad margin,propter quod Deus exaltavit illum,* etc.

Si dicas, non obstante præcepto circa moriem quoad substantiam, remanere tamen libertatem adeoque et meritum circa illuni, quatenus non ex necessitate praecepti,sed ex arbitrio pendebat ut actu interno ipsam mortem quoad substantiam tali fervore, tali motivo eligeret; libertas autem et meritum maxime pensantur ex actibus internis.

▮Verum hæc responsio 1°, conando salvare libertatem Christi, evacuat ejus obedientiam; si enim circa actus internos sit liber Christus, de eis non habet praeceptum, juxta adversarios, nec consequenter obedientiam. 2° Quis ganae mentis dicat eum qui damnatus est ad mortem, mori libere, quia ejus arbitrio relinquitur ut hoc vel illo motivo, hoc vel illo fervore pœnitentiæ moriatur.

5° Sequitur in illa opinione, Christum non meruisse per obedientiam, quippe qui non fuit liber circa rem praeceptam ut praeceptam, quod est objectum obedientiæ, sedsolum circa circumstantias non praceptas : hoc autem consequens est contra communem Ecclesiæ sensum et expresse contra Apostolum, Rom. 5 dicente : *Sicut per inobcdienliam unius* (scilicet Adami) *multiconstituti sunt peccatores, ita per obc. ditntiam alterius* (scilicet Christi) *mulli constituti sunt justi,* el Philipp. 2: *Factus obediens usque ad mortem..... propter quod et Deus exaltavit illum.*

Si reponas cum Platcllio, Christum nihilominus fuisse liberum circa rem præccptam ut praeceptam sub præcepto disjunctivo, inducente obligationem ad hunc vel illum actum acceptationis ex variis sub disjunctione imperatis, ac proinde verum cl liberum obedientue actum exercuisse et per illum meruisse. Sic B. Virgo vere obediebat legi pnecipicnti par turturum aiq dws pullo» columbarum, determinate offerendo par turturum, quamvis non obligaretur ad id determinate.

Verum hæcomnia v era suntsupponendo praeopto nullam induci necessitatem, seeus si siipponasconfrarium. Ponamus enim legem imponere necessitatem absolutam B. Virgini offerendi turtures aut columbas, libere quidem eliget turtures, sed non poterit dici libere obedire legi. Similiter sit homo damnatus mori suspendio vel ferro et eligat ferrum, equidem dicetur libere mori ferro, sed non simpliciter libere mori : supponit autem hæc sententia praccptum auferre libertatem Christo; unde in ea verum erit dicere, Christus hunc vel illum actum posuit libere : sed tamen obedientiam simpliciter non posuit libere; libere hoc vel illo actu acceptavit mortem, non tamen libere acceptavit mortem simpliciter.

Dices. Præcepta quæ hominibus imponuntur, attingunt tantum substantiam actus : ergo similiter in Christo.

II. N. conseq. Disparitas est, quod voluntates hominum non sint ita promptae ad obediendum : unde, ut suavia sint quæ ipsis imponuntur præcepta, et conditioni fragilitatis human® accommoda, feruntur tantum in substantiam operum, non in modum aut varias circumstantias : at vero promptissima erat Christi voluntas ad omnia Patris præcepta implenda : unde ut perfectissima foret ejus obedientia majusque meritum ipsi accresceret, debuit obligari ad actum obedientiæ perfectissimum, ideoque non solum ad substantiam actus, sed etiam ad omnes circumstantias se extendentem. Insuper hæc instantia non salvat priora inconvenientia, scilicet, Christum non meruisse per mortem et per obedientiam.

TERTIA SENTENTIA.

Alii existimant praccptum moriendi fuisse impositum Christo, dependenter ab ejus consensu quo se prius ad illud acceptandum obtulit, aut sub conditione quod, quando vellet, posset dispensationem obtinere. Ita novissime Tourncly.

Impugnatur.

i° Hæc sententia meritum obedientiæ in Christo, vel omnino evacuat, vel saltem valde attenuat; vix enim ulla est obedientia subditi cui nihil pracipitur, nisi priua explorata cl cxpcctata ejus voluntate, vel cujus arbitrio ita praccptum relinquitur ut possit ad libitum dispensationem oblinere.

2° Hæc sententia opus redemptionis nostra refundit in voluntatem humanam Chrb-

ti magis quam involuntatem divinam ; quod est inconveniens.

Communibus argumentis simul impugnantur hæ tres sententiæ.

1° Nullum habent fundamentum in S. Scripturis. 2° Nituntur falso supposito, nempe praeceptum destruere libertatem, cum e contra eam necessario supponat, ut diximus. 5° Inutiles sunt ad conciliandam libertatem Christi cum ejus impeccabilitale circa præcepta naturalia, quæ nec sunt impropria, nec pendent ab acceptatione Christi, nec dispensationem patiuntur. 4° Sublato omni praecepto, remanet mortem Christi cum omnibus suis circumstantiis esse a Deo voluntate absoluta prædclinitam, Christusque sciebat hanc voluntatem, cui non minus repugnabat non conformari quam peccare. 5° Nodum non solvunt, sed abrumpunt; nulla enim est difficultas conciliandi libertatem cum impeccabilitale, si non sit verum praeceptum aut pendeat a voluntate acceptantis.

Jansenius existimavit voluntatem Christi fuisse necessitatem ad impletionem praecepti, remansisse tamen sufficienter liberam ad meritum, quia fuit libera a coactione, quæ libertas juxta ipsum sufficit ad merendum; sed hanc sententiam articulo procedenti et latissime in tract, de Act. human, explosimus. Ilis itaque variis rejectis sententiis, sit

jj **II.**— *Vera sententia stabilitur.*

Dico 1° admittendum esse in Christo verum et rigorosum praeceptum moriendi nedum quoad substantiam, sed etiam quoad circumstantias mortis, necab ejus voluntate quoad impositionem aut continuationem dependens.

Id innuunt omnes S. Scripturo citatx contra primam sententiam. Item Luc. 22 : *Filius hominis, sicut definitum est, vadit.* Ad. 4 : *Convenerunt adversus puerum sanctum tuum Jesum Herodes et Pontius Pilatus facere quæ manus tua et consilium tuum decreverunt*/îeri.IIeb. 10 : *Ingrcdiens mundum dicit... Ecce venio ut faciam, Deus, voluntatem tuam.* Psal. 59 : *In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam: Deus meus, volui et legem tuam in medio cordis mei.* Id diam evincunt perfecta Christi obedientia et quæ huc usque diximus contra priores sententias.

Dico 2°, stante hoc praecepto et Christi impeccabilitatc , ipsum nihilominus liberime mortuum fuisse, *Pate» ex his* omni *bus quæ diximus,* et maxime quia moriendo obedivit et obediendo meruit, ad quoi utrumque requiritor libertas ct quidem indifferenti®.

Hanc libertatis in se concordiam cum praecepto operis ipse Christus expressi; Joan. 10 , his verbis : *Ego pono animam meam, et iterum sumo eam : nento tollit eam a me,- sed ego pono eam a rneipto, et potestatem habeo ponendi eam,el potestatem habeo iterum sumendi eam. llv. mandatum accepi a Patre.*

Sed quo tandem pacto hæc, quæ tot theologis extra scholam D.Th. videntur incoro· possibilia, conciliari possunt? Ut inlelligas, sequentia prius attende.

Suppono 1°, duplicem distingui liberb tem , nempe quoad exercitium et quo/ specificationem. Libertas quoad exercitium, dicitur libertas contradictionis; consistit in hoc quod quis potest idem vellet: nouvelle, amare et non amare. Libertiq uoad speci ficationein, vocatur | ibcrlas contrarietatis aut diversitatis, et consistit an. in hoc quod quis potest unum velle vel ejacontrarium, v. g. amare et odisse, bcr. agere et peccare ; et hæc est libertas quoa: specificationem contrariam : vel in hocquo: possit unum vel ejus diversum velle, v.: ex multis mediis ad consecutionem finordinalis, hoc vel illud velle; et hæc est libertas quoad specificationem disparatam.

Suppono 2°, solam libertatem exercitii! seu contradictionis sufficere ad salvandas essentiam liberi arbitrii, quia per illae homo est sufficienter dominus sui actus, et reperilur perfecta libertas in Deo et aiv gelis quoad bonum, in quibus non est li-; bertas contrarietatis ad malum. Unde

Suppono 5°, potentiam seu liberlatca peccandi, quæ est contrarietatis ad libertatembene agendi, non requiri ad ven libertatem arbitrii, sed potius nævumed defectum esse libertatis; seu, ut dicit & Th. signum libertatis, sicut morbus est sii· | num vitæ. |

Suppono 4°, το *non mon* posse sure negative pro mera negatione mortis pr* vise secundum sc, vel privative pro priu | none mortis ut præceptæ. Similiter non obedire potest sumi negative pro mera omissione obedientiæ præcisc, is enim cui nihil pracipitur,vere non obedit; vel privative pro omissione obedientiæ ut debitæ, sen pro inobedienlia.

Suppono i»0, sive mori, sive non '.nori secundum se, non habere ex intrinsecis necessariam connexionem cum voluntate Chr>«ti ncc cum fine a Christo efficaciter intento.

Suppono 6°, præceptum esse quid mere extrinsecum voluntati, eamque nullatenus interius immutare; ita ut voluntas quæ ante præceptum supponitur libera, adveniente praeopto remaneat libera, cum non detur præceptum de necessariis.

Suppono 7°, Deum praecipiendo mortem Filio, simul voluissent illam subiret libere, quia voluit ut illam subiret obediendo ct merendo, quæ non stant sine libertate.

Suppono S° communes et verissimas Thomistarum distinctiones in materia *de auxiliis,* scilicet, potentis antecedentis ct consequentis, potentiæ positionis seu futuritionis *ct* possibilitatis, sensus divisi ct compositi, necessitatis infallibilitalis seu consequenti® eteonsequentis seu absolutae.

Potentia antecedens seu possibilitatis respicit objectum præcisc secundum se : similiter sensus divisus. Potentia consequens, positionis seu futuritionis, respicit objectum ut in re cum suis omnibus circumstantiis : ita et sensus compositus. Necessitas infallibilitalis seu consequenti® est quando uno posito aliud necessario infertur, etsi sit in se liberum ;ut si dicas : Deus providet Petrum peccaturum, sequitur necessario necessitate consequenti®, Ergo Petrus peccabit, licet tamen Petri peccatum non sit necessarium in se : Petrus currit, necessario sequitur, Ergo movetur; non tamen motus est necessarius : et hæc necessitas non nocet libertati.

Dicitur iterum alia necessitas antecedens, alia consequens. Necessitas antecedens est, quæ antecedit omnino exercitium nostra libertai<s, cthæc illi nocet. Consequens est, quæ supponit exercitium libertatis noslræ vel formalitcr vel æquivalenler, id est, in aliquo continente illam eminenter, ut est, v. g. voluntas seu decretum efficax Dei, in quo ceu in primo libero ac

radice totius libertatis creat® ct participat® continetur eminenter libertas humana. Unde necessitas orta ex tali voluntate, aient orta ex ipsa libertate, non ipsi nocet, diciturque consequens quoadelfectuin conservandi illæsam libertatem.

His omnibus supposilis, sic solvimus nodum difficultatis quæ hoc brevi argumento continetur. Christus impeccabilis, stante præcepto moriendi non potuit non mori, non potuit non obedire : ergo nec libere mortuus est, nec libere obedivit.

B. D. ant. Non potuit non mori et non obedire negative, *N.* privative , *C.* Unde *N. conseq.* Quia ad libertatem moriendi non requiritur quod potuerit recusare mortem ut præceptam et non obedire privative seu contrarie, id est inobedirc ; sed sufficit quod potuerit recusare mortem secundum se, quod est posse non mori negative, et posse non obedire negative; quia, ut diximus, potentia peccandi, sive libertas quod specificationem , non requiritur ad libertatem arbitrii. Quod autem stante præcepto potuerit non mori negative Christus, certum videtur, cum, ut dictum est, præceptum superveniens, ulpote voluntati extrinsecum, eam non immutet, supponatque e contra necessario liberam.

Idem valet si sic distinguas. Non potuit non mori seu non obedire potentia consequente, potentia futuritionis, seu positionis, in sensu composito, *C.* potentia antecedente, potentia possibilitatis, in sensu diviso, iV.

Cave tamen *ne* similiter *dicas* Christum posse peccare, seu inobedirc potentia antecedente et in sensu diviso; tum quia potentia peccandi est de se mala; tum quia importat sensum compositum, nempe conjunctionem præcepti cum ejus transgressione ; non sic potentia non moriendi praecise.

Inst. Posse non mori stante præcepto moriendi, est posse transgredi præceptum. Ergo.

B. ut supra. Posse non mori privative, *C.* negative, Ar. Vel : posse non mori potentia consequente , futuritionis, in sensu composito est, etc. *C.* potentia antecedente, possibilitatis, in sensu diviso est, etc. *N.*

Bcponcs. Christus non potuit negationem mortis a præceptodividere; non enim potuit auferre praeceptum : ergo non po-

tint non mon ctiam in scnsn diviso.

7l. D. ant. Non potuit dividere negationem mortis a præcîpto positive, *C.* præcieive, *N.* Sufficiebat autem ad ejus libertatem ut negationem, mortis secundum se consideratam præcisam a praecepto posset ponere, alias sequeretur quod angeli libere mandata Dei non exequerentur.

Tleplicabis. Actu non mori stante præcepto, est actu transgredi et peccare: ergo posse non mori stante præcepto, est posse transgredi et posse peccare. *7>atet conseq.* Quia quod facit actus actu , facit potentia possibilité!*, ut fert commune axioma : sic quia actu esse hominem est esse actu animal rationale, ita posse esse hominem est posse esse animal rationale.

7l. D. conseq. ut supra. Ergo posse non mori privative, seu potentia consequente, etc. est, etc. *C.* posse non mori negative, seu potentia antecedente,etc. est posse, etc. *N. Ad axioma objectum,* dico valere duntaxat quando actus et potentia sibi correspondent : potentia autem antecedens non moriendi, stante præcepto, non est potentia correspondens actui quo Christus non moriendi transgrederetur præceptum, sed meræ negationi mortis secundum se : unde sicut non valet : *Actu non ponere actum pra:scitum a Deo, est actu falsificare scientiam Dei : ergo posse non ponere actum prxscitum a Deo, est posse falsificare scientiam Dei;* ita nec in nostro casu. *Ad exemplum,* disparitas est, quod esse animal rationale sit essentiale constitutivum hominis; unde nulla potest concipi potentia ad esse hominem, quin sit ad essesimul animal rationale: omissio autem mortis in Christo non est essentialiter privatio seu transgressio, sed hoc ei accidentaliter advenit ratione præcepti suppositi.

Obj. 2°.Christus libereobedivit præcepto : ergo potuit non obedire, adeoque peccare.

7t. D. ant. Christus libere obedivit libertate contradictionis, *C.* libertate conlrarictatis, *N.* Unde *D. conseq.* Ergo potuit non obedire negative, *C.* privative seu contrarie, ;V. Christus itaque libere obedivit, non hoc sensu quod potuerit facere contra obedienliam seu contra præceptum, sed hoc sensu quod potuerit non facere quod aliunde præcipiebatur : sicut dicimus hominem posse potentia antecedente resistere gratiæ cilicaci, non hoc sensu quod possit impedire directe efficaciam gratiæ, sed hoc mosu quod possit non facere id ad quod determinatur per gratiam·,'quia remanet indifferentia judicii, et Deus vult id quod 6: per gratiam fieri libere ; ita in nostfa cii; non obstante præcepto.

Inst. Membra contradictionis debent esse ejusdem rationis : atqui potest facere rem præceptam ut præceptam, in hocenin sita est obedientia : ergo potest eam non facere ut præceptam.

7l. per libertatem contradictionis non intelligi hic contradictionem proprie dictam, sed libertatem quoad exercitium;alia libertas contradictionis confundereturcuc, libertate conlrarictatis, quæ est ad speciem Huc recurrunt fere omnia argumenta qm fiunt contra præmotioncm physicam quasi libertatis eversivam ; hæc consule, licet et didis, maxime ex suppositionibus factis, facilem habeant solutionem.

Ilæcde libertate Christi circa praeceptum mortis; sed ingravescit difficultas circa præceptum dilectionis Dei et alia praecepta naturalia Decalogi, maxime negativa. Etenim de præcepto dilectionis non potest dici, ut supra, Christum potuisse non amare etiam negative, siquidem non secus ac beati necessitabatur ad amandum etiam quoad exercitium ; neque de aliis præccptis, v. g. non mentiendi, potest dici quoi aliquo sensu potuerit mentiri.

Huic difficultati quidam succumbunt, fatenturque Christum in horum præceptorum observantia non fuisse liberum, nec ideo meruisse: quorum sententiam ab omnibus rejiciendam esse dicit Lcmos t. 2 Panopl. Tract, 5, c. 5, n. 174; et quidem merito. Juxta eam enim evacuatur magna pars meritorum Christi, siquidem pluribus actibus implevit prxeepta juris naturalis. Et est contra D. Th. in 3, d. 18, q. l,a.5, ubi ait quod *Christus meruit omnibui actibus suis.* Sit itaque

§ III.— *Solvuntur objectiones contra libertatem Christi circa præceptum dilectionis Uti et alia priecepta naturalia.*

Obj. 1°. Amor Dei in Christo erat necessarius etiam quoad exercitium, utpote consequens claram ct intuitivam Dei visionem : ergo Christus non fuit liber circa præceptum naturale amandi Deum.

Ilnjus argumenti duplex est apud Thomistas solutio, utraque probabilis. Prima solutio distinguit in Christo duplicem dilectionem,'utramque ad Dei bonitatem in se et ratione sui terminatam, unam regulatam scientia beata et necessariam , alteram rcgulatam scientia infusa et liberam. Cum enim amor sc-quatur cognitionem, duplicem scientiam duplex amor comitatur. ItaCaprcol. Ferrar. Med. Soto, Joannes a S.Th.Contenson,quam etiam reputat probabilem Gonet. in Manuali : unde juxta hanc solutionem, *distinguenda est probatio min.* sic : Amor Dei in Christo regulars scientia beata, erat necessarius, *C.* regulalus scientia infusa, *N.*

Inst. 1°. Vel illi duo actus amoris distinguuntur specie, vel numero : neutrum dici potest. Ergo. Non specie, quia ab eodem habitu charitatis qui est speciei atomæ, non secus ac fides et spes, procedunt ct circa idem omnino obiecluin formale versantur; non enim diversa apprehensio dat speciem actui, ut docetur in Physica ; non etiam numero ; quia duo accidentia solo numero distincta non possunt esse simul in eodem subjecto; cum enim sit materialis eorum distinctio, ab ipso subjecto tanquam a materia distinguuntur ct indiviluantur. Unde requireretur quod amor regulalus scientia beata cessaret, ut daret locum amori regulato scientia infusa, quod est impossibile, quia primus amor est necessarius ctiam quoad exercitium.

B. hos amoros distingui inter se specie non substantiali propter rationes facias, sed modali ; quia sicut libertas actus esi modus diversus specie a modo necessitatis, ita actus liber specie modali differt a necessario, et hoc sufficit ut possintsimul esse in eodem subjecto.

Inst. 2°. Si amor regulalus scientia infusa specie modali distinguatur ab amore regulato scientia beata, erit *a fortiori* idem dicendum de amore viatorum regulato per fidem respective ad amorem rcgulatum visione beatifica, subindeque charitas viæ non permanebit in patria, contra illud Apost. 1 CorflS : *Charitas nunquam cxtidil.* Ergo.

B. illud Apostoli esse intelligendum de charitate habituali quæ in patria perdurat, non de actuali ·. quod patet tum ex ipsis angelis quorum amor actualis viæ fuit dislinctus ab amore patriæ, alias non fuisset in illis nisi unicum instans pro via et pro termino, quod communiter rejicitur; tum ratione, quia mutatio'actus liberi in necessarium non est denominatio pure extrinseca, sed aliquid intrinsecum ab ipsa potentia vitali effluens : ideoque dum de libero mutatur actus in necessarium, debet esse novus voluntatis partus, nova a principio vitali processio, adeoque novus actus.

Altera solutio distinguit in eodem actu amoris duplicem terminationem , alteram ad divinam bonitatem ut in se consideratam, prout est ratio diligendi Deum ejusque perfectiones necessarias; alleram ad divinam bonitatem , ut est ratio diligendi creaturas cum quibus non habet necessariam connexionem : sub prima fonnalitate seu terminatione est necessarius, sub secunda est liber; licet enim actui respectu ejusdem objecti secundum eamdem rationem, convenire nequeant libertas et necessitas, nulla tamen videtur repugnantia respectu diversorum objectorum, vel ejusdem secundum diversas rationes. Sic idem amor increatus Dei est necessarius respectu propriæ bonitatis ut in se, ct liber respectu creaturarum seu ejusdem divinæ bonitatis, ut est ratio diligendi creaturas. Ha Asturicensis, Nazarius, Alvares, Aravius, quos citat et sequitur Gonet. in Clypeo, item Joannes a S. Th. hanc ut præcedcntem sententiam probabilem sustinens.

Inst. 3°. Quod est proprium amori increato propter suam infinitatem, non potest tribui amori Christi creato : atqui quod idem actus amoris increatus sil necessarius et liber respectu duplicis terminationis ad diversa, hoc habet ratione sux infinitatis : ergo.

7l. N. min. Habet quidem Deus ratione infinitatis quod actus identificctur cum voluntate; quod autem terminetur duplici terminatione libera et necessaria ad diversa, habet non ratione infinitatis, sed ex hoc quod perfectiones divinæ inirinsecæ habeant necessariam connexionem cum Deo, non vero creaturæ seu bona Deo cxtrinseca.

Inst. 4°. Dilectio qua Christus meruit, adeoque quæ fuit libera,competebat Christo ut viatori, secundum D.Th. q. 19, a. 5: atqui dilectio regulala per scientiam bca-

tarn non competit Christo ut viatori, seel [nt comprehensori : ergo.

R. D. min. Dilectio rcgulata per scientiam beatam ut proponentem Deum diligendum necessarie et secundum perfectiones necessarias, non convenit Christo ut viatori, *C. min.* regulata per scientiam beatam proponentem Deum diligendum libere et ut estratio diligendi crea*uras, A'.

Jnst. S°. Non est credibile ChTrium nihil meruisse amando Deum ut est in se et propter se, sed solum amando creaturas, cum meritum charitatis debeat potissimum consistere in præcipuo ejus actu, qui est amor Dei in se et propter se. Ergo.

R. id nullatenus esse incredibile ; cum enim amor Dei in se non esset Christo liber, sed necessarius, ipsi ut comprehensori competebat, cujus non est mereri.

Obj. 2°. Saltem instante tempore quo urgebat praeceptum diligendi Deum, non potuit Christus non diligere quoad exercitium. Ergo.

R. ut supra de præcepio mortis. Non potuit Christus non diligere privative seu contrarie, *C.* negative,*N.*Seu, non potuit potentia consequente, *C.* antecedente, *N.* Amor enim seu non amor secundum se non habet magis necessariam connexionem cum voluntate ex intrinsecis urgente praecepto quam non urgente, utpote quod sit quid voluntati exlrinsecum, ut dictum est; unde necessitas ab illo promanans, est necessitas infallibililatis tantum et consequential, non consequentis.

Obj. 2°. Ex amore necessario finis, voluntas necessitatur eligere media ad hujus finis vel assecutionem necessaria si nondum habeatur, vel ad ejus conservationem si jam possideatur : atqui voluntas Christi necessario amat Deum ultimum finem, et aliunde ad hujus finis conservationem necessaria est adimpletio omnium praeceptorum : ergo.

R. i° hoc argumentum nimis probare. Ex eo enim sequitur omnia angelorum et beatorum opera, etiam externa ministeria a Deo imperata, non esse libera, sed necessaria ; quod nemo concedit.

R. 2°. *D. maj.* Ex amore necessario finis, voluntas necessitatur eligere inedia ad hujus finis conservationem necessaria essentialiter et ex intrinseca ratione sui, C. ut est, v. g. fuga peccati ad conservationem amoris Dei : accidcntaliter et n tionc præcepti exlrinseci necessaria, *N.* Praeceptum enim, ut sæpius dictum est, nihil immutat circa intrinseca rei praceptæ nec intra voluntatem : unde remanet eadem indifferentia judicii de bonitate rei præceptæ et de medio secundum se; n« sequitur necessitas ex præcepto nisi inlal-Ifoilitatis et consequentiæ. *Unde ad* min. *sicD.* Adimpletio præceptorum formalité et reduplicative sumpta, est necessaria, etc. *C.* specificalivc sumpta, pro actibus quibus adimplentur præcepta, *subd.* Est necessaria ex se essentialiter, *N.* accidentaliler ratione præcepti exlrinseci, *C.*

Nec obstat si dicas, ex voluntate efficaci conservandi vitam, hominem hictl nunc necessario uti hoc cibo, si nullum sit aliud medium. Item ex voluntate efilcad salutis necessitatur quis ad baptismum, licet neutrum sit medium necessarium ai intrinseco.

R. hoc utrumque exemplum magis nocere quam prodesse adversariis; in utroque enim finis non amatur necessario sed libere : unde ex ejus amore efficaci sequitur tantum necessitas mediorum hypothetica et infallibililatis seu consequentiæ, non absoluta et consequentis : sicut exeo quod Petrus libere currat, non sequitur quod necessario necessitate absoluta et consequentis moveatur, sed necessitate tantum hypothetica infallibililatis et consequentiæ; sicut enim libere currit, ita libere movetur. Equidem verum est quod Christus non libere sed necessario amet Deum ut ultimum finem, sed inde sequitur duntaxat quod necessario necessitate absoluta amentur media quæ ex se et intrinsecis habent necessariam connexionem cum isto fine : secus sit antum habeant connexionem ex accidenti, ex puta præcepto extrinseco; hæc enim amantur necessario necessitate duntaxat infallibililatis et consequentiæ.

R. 5°. Majoris explicationis gratia ad principale argumentum, *D. maj.* ex amore necessario finis necessitatur voluntas eligere media necessaria ad ejus conservationem, media reduplicative ut talia, C media specificalivc considerata et secundum absolutam rationem, attentis precise meritis objecti, *N. Similiter. J). min.* Adimpletio præceptorum reduplicative ut

talis, est medium necessarium, *C.* spccificative sumpta, *N. Patet ex didis.*

Obj. ultimo. Christus nullam habuit potentiam aut libertatem ad mentiendum, v. g. ergo non mentiri non fuit ipsi liberum : ergo observantia hujus præcepti, *Non mentieris,* non fuit ipsi libera.

R. Concesso ant. D. conscq. Ergo non mentiri non fuit ipsi liberum, si iy *non mentiri* sumatur negative pro mera cessatione ab actu mentiendi, *C.* si sumatur pro actu positivo quo veritatem dicebat seu quo se huic præcepto subjecit, *N.* Iste enim actus positivus, cum proponeretur sub indifferentia judicii ex propriis meritis, et aliunde esset actus obedientiæ et humilitatis qui necessario exigit libertatem, non poterat esse necessarius necessitate absoluta. Unde *ad ultimum consequens* proportione servata, *D.* Ergo observantia hujus præcepti, *Non mentieris,* negative sumpta pro cessatione ab actu mendacii, non fuit libera, *transeat;* sOmpta pro actu quo voluit huic legi se subjicere, seu quo actum positivum mendacio contrarium eliciebat, *N.*

DIGRESSIO HISTORICA.

DE MONOTHELISMO.

Ad articulum primum pricccdcnlis dissertationis.

SECTIO I.

Synopsis historica Monothclismi.

Errorem Monothelitarum in negatione duplicis voluntatis et duplicis operationis in Christo situm esse specialiter ostendemus sect, sequenti.

.ductores et fautores Monothclismi.

Theodorus Pharanitanus primus hujus hærescos parens videtur, sed quam Sergius patriarcha Conslantinopolitanus circa ann. 622, Ileraclio imperatori sibi amicitia devincto instillavit, quam ille imprudens imperator stalim publico edicto comprobavit, vetans duas dici in Christo operationes.

Cyrus, Alexandrinus episcopus, in conciliabula anni 655, novem edidit Capitula, quorum septimo asserebat *cumdetn unum Christum ct Filium operari Deo decibilia et humana, una Dcivirili operatione secundum Dionysium,* Dionysii textum interpolans, et pro *nova Dcivirili operatione* substituens *unam;* quam fraudem alii Monothelitæ secuti sunt.

Contra Sergium et Cyrum insurrexit Sophronius monachus, deinde Hierosolymorum patriarcha; encyclical., epistolam ad Honorium summum pontificem et ad Sergium dedit, qua duas in Christo operationes astruens, Monothelitas anathemate configebat.

Sergius ideo errorem non deposuit, sed texit. Datis enim ad Honorium litteris, perniciosæ œconomiæ viam aperiens, significat opportunum fore ct necessarium ut neque una neque duæ in Christo operationes deinceps dicerentur, ob emergens ex illarum vocum usu scandalum : cui nimia facilitate annuit Honorius, redditis ad ipsum duabus epistolis, de quibus infra.

Heraclius, auctore Sergio, anno 659. aliud promulgavit edictum (quod dictum *Ectesis,* extat secretario tertio concilii Latcran.) quo prohibebat ne quis unam aut duas in Christo operationes diceret, cum interim ipse in ea Ectesi unicam in Christo voluntatem diserte assereret, effutiens se in hoc sequi SS. Patres. Hanc Ectcsim confirmavit Sergius et suscipiendam decrevit in conciliabulo Constantinopolitano.

Mortuo Sergio, illi et in sede ct in errore successit Pyrrhus monachus, qui, conciliabulo coacto, Ectcsim etiam probavit. Sed mortuo Ileraclio Pyrrhus in suspicionem venit machinate cum Martina imperatrice mortis in Constantinum Hcraclii filium, quo, post quatuor imperii menses , e vivis sublato, facta est conspiratio populi adversus Pyrrhum , qui aufugit Chalcedonem, deinde in Africam an. 644.

Paulus, alter Monothelita, in ejus sedem ab imperatore Constante intrusus, errorem ita dissimulavit spe confirmandae sedis contra canones obtente, ut a Theodoro papa suæ fidei laudem, non tamen sedis confirmationem obtinuerit. Sed tandem a legalis Theodori adactus ut professionem fidei ad ipsum dirigeret, scripta ad pontificem epistola Monothclitam apertum se prodidit.

Interea Pyrrhus in Africa extorris, regionem hanc suæ hærescos veneno inficere conabatur. Ipsi restiti' S.Maximus abbas, qui habitacum illo disputatione coram episcopis Africanis el Gregorio præfecto Africa, eum adegit ut se vicium fateretur; Romamque cum S. Maximo se conferens, pe-

dibus Theodori papæ advolutus, errorem abjuravit, sed ficto animo, ut scilicet sedem suam recuperaret : paulo post enim ad vomitum reversus est.

Paulus autem,sedis Constantinopolitanæ invasor, a Theodoro admonitus ut errorem ejuraret, dolum cxcogitavit ut et famæ suæ consuleret ct hæresim stabiliret, Auctor fuit Constanti imperatori ut edictum promulgaret quo indiceretur silentium unius vel duarum voluntatum, ut hoc saltem silentio videretur damnata catholica veritas de duabus in Christo voluntatibus.

Edictum suum, quod dictum est *Typus*y promulgavit Constans anno 648, ubi ait : « Quapropter sancimus nobis subjectos ... » non habere licentiam invicem a praesenti, » de una voluntate aut una operatione, aut » duarum voluntatum aut duarum opera- » tionum, qualemcumque proferre altercа- » tionem, aut contentionem, aut rixam. » Tandem silentium idem imperat quod ante ortam controversiam servabatur. fExtat Typus secretario quarto concil. Latcran.)

Mortuo Paulo Monolhelita, Pyrrhus sedem Constanlinopolitanam iterum conscendit, cui succedit Petrus ejusdem seclæ homo.

Tempore sextæ synodi anno 668, Macarius, patriarcha Antiochenus, sectæ Monothelilicæ erat caput; cujus etiam discipuli Stephanus presbyter et Polycronius praestigiator hæresim summa pertinacia propugnabant.

Viguit etiam hæc hæresis post sextam synodum apud Chaklæos usque ad Paulum V; item apud Armenos et Maronilas habitantes prope Lybanum usque ad annum 1182: sed nunc sunt catholici.

hnpugnatorcs Monothelismi.

Sophronius monachus, postea Hierosolymorum antistes, etS. Maximus abbas, ut jam dixi, in hoc bello maxime claruerunt : extat Dialogus S. Maximi cum Pyrrho, quo hæc hæresis funditus evertitur.

Impiam Heraclii Ectesim reprobavit Severinus papa. Hanc iterum et hæresim ipsam damnavit Joannes IV in synodo.

Pyrrhum ad vomitum reversum anathematis et deposrt.onis sententia confixit Theodorus papa : refert Theophanes ipsum huic sententiæ subscripsisse calamo in calice tincto, usus sanguine Christi loco atramenti, ut hoc novo et terribili exempto Monothelitis et ejus fautoribus majorem terrorem incuteret.

Hæc iterum hæresis cum Ectesi Heraclii et Typo Constantis damnata fuit a Martino I in concil. Romano centum et quinque episcoporum. Quam ob causam ira percitus imperator, S. pontificem Roma vi Constantinopolim accersivit, qui Chersonamin exilium pulsus, ærumnis et inedia confectus obiit. Juste autem damnatum fuisse Typum Constantis hinc constat, quod principiis laïci non est res fidei decernere, et quia dogma catholicum simili sorte cum hærelico involvebat.

Tandem ultimo confossa est hæc hæresij in sexta synodo generali, tertia Constantinopolitana, in Trullo seu palatio imperatoris congregata, an. 680, cui præfuit Agatho papa per suos legatos. Adfuit autem praesens personaliter ipse imperator Constantinus Pogonatus, Constantis filius, cum proceribus; non quidem rebus fidei, sed ordini servando tumultibusque impediendis intendens. Adfuerunt episcopi secundum aliquos ducenti et octoginta novem, secundum alios centum et sexaginta sex. Hanc synodum , mortuo Agalhone, confirmavit ejus successor Leo II.

Nola. Ab origine Monothelismi ad hanc usque synodum,scilicetsexagintaannorum spatio circiter, sederunt Romæ pontifices Honorius I, Severinus, Joannes IV, Theodorus, Marlinus 1, Eugcnius, Vitalianus. Adeodalus, Donns et Agatho.

Actione quarta, lectæ sunt duæ Epistolæ dogmatics, una Agathonis, altera synodi occidentalis ad Constantinum. Observandum enim Agathonem congregasse Romæ concilium centum et viginti quinque episcoporum Occidentalium qui etiam suo nomine miserunt ad concilium generale legatos, scilicet, Joannem episcopum Portuensem, Abundantium episcopum civitatis Paternensis, Joannem episcopum civitatis Rhcgitanæ. Actione nona, damnatus est Macarius Antiochenus cum Stephano. Actione decima tertia, lata est damnationis sententia in Monolhelita» cum quibus damnatus est Honorius, non ut hæreticus, sed ut hærescos fautor, ut dicemus infra. Actione decima quinta, Polychronius monachus, Macarii discipulus, petit ut chartula in qua scripta erat hæc propositio,*Qui non*

confitetur unam voluntatem ct unam Dtivirilem operationem, non. est Christianus, super mortuum poneretur, spondens se eum suscitaturum in probationem suæ fidei. Conditione accepta, hominis recens defuncti cadaveri admovetur charta extra locum concilii, et cum Polychronius per plures horas, spectante populo, praestigiatorem egisset, auribus cadaveris insusurrans, nec quidquam obtinere posset, impotentiam suam fateri coactus est, populocxclamante : *Novo Simoni anathema! Polychronio seductori populi anathema!* Actione decima quarta et decima quinta , edita est et promulgata fidei professio, et ingeminatum anathema inTheodorum Pharanilanum, Sergium et Honorium , Pyrrhum et Paulum, Cyprum et Petrum, Macarium, Stephanum etPolychronium.

Rogaverat Georgius, patriarcha Constantinopolilanus, act. 46, ut non anathematizarentur nominatim praedecessorum suorum personæ, scilicet Sergius, Pyrrhus, Paulus ct Petrus : abnuit sacer consessus. Anno 744, Philippicus Bardanes, invaso Imperio, spem fecit Monothelitis resurgendi; sed eo ad ordinem redacto, ct Anastesio catholico principe ad Imperii fastigium evecto, spes omnis evanuit.

sectio ir.

In quo situs sit error palmaris Monothclitarum.

Vasques hic disp. 75, cap. 1, contendit Monothclitas non negasse duas voluntates in Christo, sumpta voluntate pro facultate seu potentia, sed in hoc eorum errorem situm esse, quod negarent actionem voluntatis humanæ, solius divinæ operatione admissa; sicque D. Thomam ct scholasticos non recte intellexisse errorem Monothelitarum, quem ipse primus detexit. At mirum fortasse videbitur hunc theologum, aliunde eruditissimum, attigisse prae cæteriserrorem Monothclitarum, qui historiam Monothelismi eo usque ignoravit, ut Typum Constantis hominem hæreticum, Pauli Constantinopciilani discipulum , fecerit : sic legitur in ejus Commentariis in 5 p. S. Th. disp. 75, cap. 1.

Dico. Palmaris error Monothclitarum in eo positus fuit, quod unicam in Christo propugnarent voluntatem et unicam operationem seu volitionem. Fatemur tamen inconstantes fuisse in exponendo suo errore.

Hicq. 48. a. 1. 0. — *Prob.* 4° cum D. Th .hic ex Epist. A gathonis papæ, definientiscontra Monothclitas dari in Christo *duas naturales voluntates et duas naturales operationes;* ubi clare distinguit voluntatem ab operatione, alias nugatoria foret repetitio. Quibus verbis subscripserunt Patres sextæ synodi act. 8. Ex coque probat sanctissimus pontifex dari in Christo duas voluntates,quia voluntas sequitur naturam : unde arguit hæreticos inconsequentia;, in quam eos non incidisse contendit Vasques. « Deus perfectus, *inquit Agatho,* et ho- » mo perfectus est Christus Jesus : ergo na- » turalibus proprietatibus ulramque natu- » ram perfectam necesse est esse et duas » in eo operationes et voluntates. «

2° Ex actione 8 sextæ Synodi, ubi interrogatur hæreticus a Patribus, *An Christus humanam habuerit voluntatem et impeccabilem ?* Quibus verbis evidenter significatur voluntas ut potentia, non ut actus; actus enim non est peccabilis aut impeccabilis, sed peccatum vel non peccatum. Simpliciter respondet Macarius hæreticus : *Nos voluntatcm humanam in Christo non dicimus.*

In eadem actione iterum interrogatus a synodo et Imperatore. *Si confitetur duas naturales vocuntates et duas operationes in Incarnationis dispensatione Dei nostri?* Respondit impia obstinatione : « Non » dico duas naturales voluntates ct duas » operationesin Incarnationis dispensatio- » ne Domini nostri Jesu Christi, nec si » membralim incidar ct mittar in mare. »

Secunda pars patet ex Epist. citata Agathonis , ubi de his hærelicis dicit : *Tam varie tamque confuse locuti sunt, ut vix satis constet quo sensu errorem suum asseruerint.* Idem S. Maximus in disputatione cum Pyrrho ipsi exprobrat, sic eum alloquens : « Nihil me ita a tuo antecessore » (Sergio) alienavit, ut mutabilitas ejus et » inconstantia, id est, in alias alio tempore » transire sententias, ct in nullo sensu per- » manere. »

Dices 1° *cum Pasquesio.* Monothclitæ expresse concesserunt in Christo duas naturas integras : ergo nulla specie probabilitatis negare potuerunt mas facultates seu voluntates.

Il D. totum, et dicimus hæreticos in-

consequenter locutos fuisse. Mirum est eane id videri inconveniens Vasquesio; utque haereticos ab hac inconsequentia eximat, non videri ipsi inconveniens asserere S. Thomam omnesque scholasticos ignorasse errorem horum hæreticorum : insuper , numquid æquali inconsequentia peccant admittendo duplicem facultatem, ut vult Vasques, et negando duplicem operationem ?

Dices 2° *cum eodem.* Agatho papa in Episl. citata dicit: *Voluntas motus est natures , quoniam motus est animi.* In quibus verbis Vasques contendit esse definitionem voluntatis, quam negabant Monothelitæ.

B. 1° id quidem asserere Vasquesium , sed illud non probare. 2° *Dato* quod hoc loco pontifex per *voluntatem* intellexerit volilionem, non sequitur quod alibi non posuerit voluntatem pro facultate, *ut patet ex prolationibus conclusionis.*

Dices 3° *cum eodem.* Macarius, in confessione fidei quæ habetur actione octava, fatetur Verbum assumpsisse *carnem animatam anima rationali et intellectuali·.* ergo, inquit Vasques, concedens potentiam intellectus, concedere videtur potentiam voluntatis ; hæc enim mutuo se consequuntur, et unum sine alio frustra concederet.

B. N. conseq. eo quod, ut jam dixi, inconsequenter loqueretur homo hæreticus ; quod, licet Vasquesio videatur magnum inconveniens, nos pro nullo reputamus. Et numquid etiam operatio sequitur facultatem? numquid frustra est potentia sine actu ? numquid inutilis est intellectui voluntas sine operatione? Ergo, velit nolit Vasques, etiam in sua opinione, hæretici inconsequenter locuti sunt.

SECTIO III.

Çuû *convocaverit concilium sextum generale 3 Quis illi præfuit ?*

Dico 1°.IIoc concilium congretalum fuit auctoritate Agathonis papæ, promovente et ministerial iter concurrente piissimo imperatore Constantino Pogonato.

Prob. Congregatum fuit ex consensu Agathonis: ergo "jUS auctoritate. *Palet conseq.* ex his qUæ diximus de convocatione concilii Ephesini: vide. *Patet ant.* i x litteris Agathonis ad imperatorem et ex missione legatorum ad concilium. Quod autem legatur imperatorem jussissecongre, gari concilium, intelligendum est de promotione ct ministerio sub auctoritate papæ·

Dico 2°. Agatho, Romanus pontifex, præfuit sextae synodo per suos legatos, Theodorum ct Gcorgiuin presbyteros, et Joannem diaconum.

Patet ex actis synodi act. 1, ubi dicitur: « Conveniente sacra et universali sy- » nodo, id est, Theodoro ct Georgio venerabilibus presbyteris, et Joanne venerabili » diacono, vicem agentibus Agathonis sane· «tissimi ct beatissimi arcbiepiscopi antique » Romæ, etc. Georgiovenerabiliacsanclis- »simo archicpiscopo magnae Constantino- « polis, » etc. Ex actione 18, ubi actis concilii ante omnes patriarchas subscribunt « Theodorus et Georgius presbyteri S. R. »E. et Joannes diaconus, locum gerenta » ter beatissimi et universalis papæ urbis »Romæ. « Ex diurno Romanæ ecclcsiæ, ubi dicitur : « Sextum concilium generale... » cui Agatho papa per legatos suos ct res- » ponsales præfuit. »

Dices 1°. Lambcrtns Scafiiaburgensià refert ex venerabili Reda Gcorgiuin Constantinop. ctMacarium Alexand. huic concilio præfuisse. Idem Hincmarus Remensis ct Marianus Scotus.

B. hos auctores certo fuisse errorem passos contra apertam fidem actorum concilii, ubi legali Agathonis et semper nominantur primi et primi subscribunt. Ilæe forte fuit cis causa erroris quod legati sederent a sinistris, Georgius ct Macarius a dextris, non intelligentes sinistram in Ecclesia esse honoratiorem.

Dices 2°. In undecim primis actionibus concilii et in decima octava legitur : *Présidente piissimo ct Christo dilectissimo magno imperatore Constantino.* Idem in Diurno Romanorum pontificum ct alibi. Ergo.

B. imperatorem dici præsedissc concilio, non ut controversiarum fidei judicem, sed ut Ecclesiæ et concilii defensorem, non auctoritate ct p"Aestate, sed loco ct honore; quia scilicet pruno ct honorificentiori loco sedebat. Unde post omnes episcopos subscripsit; et episcopis subscribentibus hac formula : *N. episcopus, definiens subscripsi,* ipse imperator subscripsit his verbis : *Constantinus in ChristoDeortl*

se imperator Romanus, legimus ct consensimus. Nec alias partes ipsi tribuunt Patres concilii in Epistola synodica ad Agathonem, quam hortatoris ct adjutoris : ▪ Constantino, inquiunt, nobis ad dccer- » nendum hortatore , qui divine imperat, » quo adjutore impietatis errorem evertI- ▪ mus. »

SECTIO IV.

De Honorii, Bornant pontificis, damnationein sexta synodo generali.

Circa hoc factum variæ sunt opiniones. Quidam dicunt Honorium non fuisse damnatum in sexta synodo œcumenica,scd acta hujus synodi in quibus damnatur esse interpolata a Græcis. Hujus senlentiæ videtur auctor Baronius. Alii volunt fuisse damnatum ut hæreticum. Alii tandem agnoscunt fuisse revera damnatum, non tamen ut hæreticum, scjl ut hæreseos et hæreticorum fautorem. Et hæc sententia videtur communior et probabilior.

SUBJECTIO I.

Utrum Honorius fuerit damnatus in sexta synodo ?

Dico. Honorius fuit revera damnatus in sexta synodo.

Prob. 1° ex actis hujus synodi. Actione 15legitur : « Cum illis (Sergio, Cyro, Pyrrho, Paulo, Theodoro) simul projici a ▪ sancta Dei catholica Ecclesia simulque ▪ anathematizari prævidimus et Honorium » qui fuerat papa antiquæ Romæ, eo quod » invenimus per scripta quæ ab eo facta ▪ sunt ad Sergium, quia in omnibus ejus » mentem secutus est et impia dogmata confirmavit. » Actione 16 : « Theodoro ▪ Pharanitano hæretico anathema, Cvro » hæretico anathema , Honorio hæretico » anathema. » Idem actione 18, in definitione fidei; et in sermone acclamatorio ad principem. Item in Epist. synodica ad Agathonem Romanum pontificem : « Anathe- ▪ matibus interfecimus , ex sententia per » sacras vestras litteras de iis prius lata , » Theodorum episcopum Pharan, Sergium, » Honorium, Cyrum, Paulum,Pyrrhum ct » Petrum. »

Confirmatur ex conciliis œcumenicis septimo et octavo. In septimo act. *7,* damnatur Honorius cum Monothelitis. In oc- 'ivo act. 7 approbatur Epistola Adriani II, in qua refert Honorio ab Orientalibus anaaccusatus fuerat super hæresi.

Prob. 2° ex duabus Epistolis Leonis II, qui synodum sextam confirmavit. In Epist. ad Constantinum imperatorem , qua concilium confirmat, post damnatos Theodorum Pharanitamim,Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum , Panium et Petrum Constantinopolitanos præ- .les, ferit etiam anathemate Honorium qui, inquit, « Hanc » apostolicam Ecclesiam, non apostolica» » traditionis doctrina lustravit, sed profa- » na proditione immaculatum maculari » permisit;» et in altera Epistola ad episcopos Hispaniæ, in qua dicit : « Qui vero » adversus apostolicæ doclrinæ puritatem » perduelles extiterunt, abeuntes quidem » æterna condemnatione mulctati sunt, id » est, Theodorus Pharanitanus, Cyrus » Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, » Petrus Constantinopolitani, cum Hono- *n* rio,qui flammam hæretici dogmatis, non, » ut decuit apostolicam auctoritatem, in- » cipientem extinxit, sed negligendo con- » fovit. »

Prob. 5° ex Venerabili Bcda, auctore coævo, qui lib. de Sex mundi ætatibus dicit : « Macarius vero cum suis sequacibus » simul et prodecessoribus Cyro, Sergio, » Honorio, Pyrrho, Paulo et Petro anathe- » matizatus. » Item ex Anastasio Bibliothccario, prolatione in sua Collectanea ad Joannem diaconum. Ex Adone Viennensi in Chronico et ex pluribus aliis.

Bespondet Baronius, acta sextae synodi ubi referunt damnationem Honorii, esse adulterata a Græcis,qui, ne viderentur soli sui patriarchae damnati, nomen Honorii cum illis intruserunt; et inde testimonia sequentia sive septimæ et octavæ synodi, sive Leonis II, sive aliorum, his solis actis adulteratis innixa, nullius esse ponderis. Addit laudatus Annalium parens duas epistolas Leonis esse supposititias. Rationes seu conjecturas quibus et hanc actotorum adulterationem et hanc Epistolarum suppositionem probare contendit infra referemus et diluemus. Sufficit nunc ostendere hanc actorum depravationem nullatenus fuisse possibilem.

Id autem sic demonstro. Exemplaria authentica actorum tradita sunt quinque patriarchis aut eorum vices gerentibus : h<x

constat ex actione IS ipsius scxtæ synodi, qua paires post sermonem acclamatorium supplicarunt imperatori his verbis : « Ad » majorem orthodnxæ fidei stabilitatem et » confirmationem , ut subscripta exempla n definitionis reiectæ, prasente vestra Se» renissima potestate , edantur quinque » Patriarchal ibus sedibus , una cum pia » vestra subsignatione. «Sequitur : «Con» stanlinus piissimus imperator dixit : Quod » etiam nunc a sancto ct universali vestro « concilio petitum est, pie conficiemus. » Subjungitur ibid. « Sciendum quod, juxta » ea quæ interlocutus est piissimus etChris» tum diligens imperator Constantinus, » vel etiam pollicitus est, exempla defini» tionis cum subsignatione mansuetae ejus » Serenitatis præbuit quinque patriarchali» bus sedibus hoc modo : *dpostolicæ Se*» di *sancti ct principis apostolorum,* « *nempe Agathoni sanctissimo paper se*» *nioris liomœ.* » Et sic de aliis quatuor patriarchis proportione servata.

Idem testatur Agalho,ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus, in eadem scriniorum thesaurarius, ct ipsius scxtæ synodi notarius, in peroratione quam publici juris fecit noster Combefis in Auctuario Bibliothecæ Patrum.

Iloc supposito, quaero quandonam ista acta depravata fuerint? Non durante concilio, neque antequam exemplaria traderentur sedibus patriarchalibus; hanc enim depravationem procul dubio non tulissent, præsertim legati summi pontificis, sed contra eam réclamassent, tanquam injuriosam Honorio et sanctæ Sedi. Non post tradita exemplaria patriarchalibus sedibus; quamvis enim forte potuissent Græci adulterare exemplar traditum ecclesiæ Conslantinop. aut illud quod servabatur in palatio imperatoris, quod tamen non est verisimile in piissimo et apprime catholico imperatore, saltem non potuissent adulterare exemplaria tradita aliis sedibus et præsertim legatis Sedis apostolicæ , cum non essent amplius inter eorum manus, nec id passi fuissent legati, ut jam dictum est. Stet ergo inconcusse acta synodi scxtæ Leoni II, Agathonis successori, per legatos oblata in quibus Honorius legitur damnatus, esse genuina et non depravata.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1". Agatho papa et Comanasynodus quam coegerat, in suis litteris ad imperatores , permittunt duntaxat legatis nd sextam synodum missis damnare cos quoi ipse aut synodus Lateranensis sub Martino I damnaverant, inter quos non recensetur Honorius : hoc autem mandatum legati indubie non fuerunt transgressi : ergo adulterata sunt acta concilii, ubi Honorius legitur damnatus.

B. 1°. Id quidem objectum ab auctoribus reperio; at id in Epistola sive solius Agathonis ad imperatores , sive ipsius et concilii Romani ad eosdem non reperio. Equidem in Epist. Agalhonis hæc lego: « Licentiam proinde cis (legatis) sive auc» toritatem dedimus apud tranquillissimum » vestrum imperium, dum jusscrit eju» clementia, simpliciter satisfaciendi, in » quantum eis duntaxat injunctum est ut » nihil profecto præsumantaugere, minue» re vel mutare, sed traditionem hujus » apostolicæ Sedis , ut a prædecessoribih « apostolicis pontificibus instituta est, sin» ceriter enarrare. » Quidpiam simile legitur in Epistola ejusdem Agalhonis ct synodi Rom.ad eosdem imperatos es.Verutii hæc spectant dogmata definienda, non per eonas damnandas : unde Macarium, Stephanum et Polychronium, qui antea damnati non fuerant, damnarunt scxtæ synod patres ; nec tamen ideo limites ab Agathone et synodo Rom. proscriptos excessisse dicuntur

B. 2°. *Esto* alicubi mandatum fuerit ligatis non damnare nisi, cos qui jam priu- fuerant damnati, duplicis generis distinguenda sunt mandata legatis dari solita scilicet, publica quæ dicuntur *patcntalia,* et secreta. Id probat Christianus Lupus ei Regesto et Epistolis Hormisdæ, interqw- etiam nunc extat secreta instructio data h gatis ad Anastasium et Justinum Augustomissis ; item ex litteris SS. Gregorii ct Leonis ; idque prudentis est ct fieri solet in negotiis odiosis : habebant ergo legati in mandatis publiciset patenta!ibus non damnare nisi eos qui vel ab ipso Agathone vel a Martino I jam damnati fuerant, at habebant in secretis quod, si Graci damnationi suorum patriarcharum acquiscere nollent, nisi damnaretur ct Honorius, quem Monothelitis favisse merito coni slabantur, pro bono pacis et Ecclesiæ tranquillitate ipsum cum aliis dainnareni. Hanc porro penmssionem secretam fuisse datam sat aperte declarat Adrianus II, in Epistola quæ lecta et probata fuit in octava synodo, ubi postquam dixit Honorio anathema dictum esse ab Orientalibus in sexta synodo, subdit : « Quanquam et ibi nec patriarcha» rum nec exterorum antistitum cuipiam, » de eo quamlibet fuerit proferendi senten» tiam, nisi ejusdem primae Sedis pontifi» cis consensus processisset, auctoritas. «

Inst. 1°. Patres sextæ synodi in Epistola adAgatlionem data, post absolutam synodum, dicunt : « Anathematibus interfici» mus, ex sententia per vestras litteras de » iis prius lata, videlicet Theodorum epis» copum Pharan, Sergium,Honorium, Cy» rum, Paulum, Pyrrhum et Petrum : » atqui certo constat Agathonem per suas litteras non tulisse sententiam contra Honorium : ergo apertum est acta hujus synodi esse interpolata, ct nomen Honorii in iis esse malitiose insertum.

B. Juxta prcecedcntem solutionem, D. min. Agatho non tulerat sententiam contra Honorium absolute ct per litteras publicas seu patentales, *C.* permissive seu dispensatorie secundum instructionem secretam datam legatis, *N.*

Inst. 2°. Agatho in sua ad imperatorem Epistola dicit : « Consideret itaque vestra • tranquilla Clementia, quoniam Dominus » et Salvator omnium cujus fides est, qui » fidem Petri non defecturam promisit, • confirmare eum suos fratres admonuit, • quod apostolicos pontifices meæ exigui» tatis prodecessores semper fecisse cunc» lis est cognitum. » Ergo non est verisimile dedisse in mandatis secretis damnari Honorium unum ex suis prodecessoribus.

B. hæc Agathonis spectare SS. pontifices nonut sunt personæ privatæ, sed quatenus loqimntur ex cathedra, seu ut sunt pastores et doctores omnium Christianorum, proponentes toti Ecclesiæ aliquid judicando et definiendo in materia fidei et morum, ut dicemus alibi : epistnlæ autem Honorii privatæ sunt ad privatum , nec omnes fideles alloquuntur, nec quidquam decidunt, sed monent duntaxat Sergium ut abstineat a voce unius vel duplicis voluntatis.

Inst. 5°. Idem Agatho paulo post subjungit : « Apostolicæ meæ parvitatis pra» decessores Dominicis doctrinis instructi, «ex quo novitas haeretica in Christi itn» maculatam Ecclesiam Constantinopoh» tanæecclcsiæ presides introducere com*. » bantur, nunquam neglexerunt eos hoi» tari, atque obsecrando commonere, ut a » pravi dogmatis haeretico errore saltem » tacendo desisterent. « Quibus manifeste designat Honorium. Ergo.

B. Honorium reipsa hortatum fuisse hæreticos ut saltem tacendo ab errore desisterent, siquidem in Epistola ad Sergium praecipiebat silentium unius voluntatis et unius operationis ; sed id suo muneri non satis fuit, quippe qui, ut pastor totius Ecclesiæ, debebat ex officio nascentem hæresim comprimere, eam formaliter damnando et non eodem silentio veritatem catholicam cum errore involvendo, ut fecit; propter quod et non propter hæresim est damnatus, ut dicemus infra.

Hac alterutra solutione excipies quædam alia similia encomia quæprofert Agatho de suis prodecessoribus. Adde quod non semper loquatur de omnibus suis prodecessoribus, sed quandoque indefinite de prodecessoribus suis ; sicque stat veritas ejus dictis, etsi unus sit excipiendus. Item præsertim in secunda Epistola, qnæ est etiam synodi Romanae, per prodecessores suos, non intelligit precise Romanos pontifice», sed omnes episcopos palriarchalui Romano subjectos.

Obj. 2°. Theodorus, qui oh Monothelismum ejectus fuerat c sede Constantinopolitana, damnatus fuit nominatim a sexta synodo cum aliis patriarchis Constantinopolitanis Monothelitis : atqui tamen ejus nomen non legitur in actis hujus synodi : ergo sunt interpolata. *Major innuitur* ab Anastasio Ribliolhecario inVita Agathonis; et constat, quia sexta synodus nominatim damnavit omnes patriarchas Constantinopolitanos Monothelitas, orthodoxos autem cum laude nominavit et eorum nomina in sacris Diptycis retulit. Inde conjicit eminenlissimus Annalium parens hunc Theodorum qui mortuo Georgio in sedem Constantinopolitanam fuit restitutus, curasse ut suum nomen ex actis expungeretur, ct loco illius Honorii nomen substitueretur.

B. 1° non constare hunc Theodorum fuisse nominatim damnatum asexta synodo. Equidem damnavit omnes patriarchas et episcopos Monothelitas qui obierant et vivos qui pertinaces erant in errore : hunc

autem Theodorum fuisse in errore pertinacem tempore concilii non probatur; a!>sens erat a concilio, et citatum fuisse a patribus nulla est conjectura.

Ii. 2° *Esto,* ut multi volunt, fuisse nominatim damnatum a concilio, mortuo Georgio, qui in ejus locum substitutus fuerat, rediit Constantinopolim ; et peracta seu simulata erroris poenitentia restitutionem in pristinam sedem ab imperatore obtinuit ; potuitque pariter obtinere a legatis, qui post synodum ultra annum et medium Constantinopoli commorati sunt, ut suum nomen ex actis deleretur.

0&j. 3° Martinos I, in concilio Lateranensi prædamnans nominatim patriarchas Orientales Monothelitas Cvrum , Sergium, etc. et Ectesim Heraclii, atque Typum Constantis ut hæresi faventia, siluit de Honorio : atqui non est verisimile sanctissimum pontificem excepisse Honorium ab anathemate, si eadem fuit ejus causa cum aliis damnatis : ergo.

B. Qua de causa Martinus I siluit de Honorio nos latet; sed id nobis cerium est, ejus silentium plus nocere Honorio quam prodesse. Etenim cum Cyrus per epistolam mnuisset Zephirinum papam approbasse Ectesim Heraclii, statim insurrexit Martinus , et falsitatis arguit Cyrum. At vero cum secretario quarto ejusdem concilii recitata est Epistola Pauli Constantinop. qua tradit Honorium consonantem cum Sergio, neque Martinus neque ullus episcoporum verbum protulit in defensionem Honorii : dubio procul quod nihil haberent quod in defensionem ejus proferrent.

Inst. Martinus in Epistola ad ecclesias Antiochenam et Jerosolymitanam recensens auctores Monothelismi, scilicet patriarchas Orientales, ipsis opponit Romanos pontifices *qui non permiserunt eos fidei thesaurum surripere :* atqui si Honorius vel Monolhelita vel Monothelismi fautor fuerit, Martinum mendacii arguissent Orientales, ipsi obiiciendo Honorium : ergo.

Ii. Hæc verba S. Martini non referri ad Romanos pon.ificeil prædecessorcs suos, sed ad seipsum et episcopos Romani patriarchalus iit synodo congregatos. « Nos » vero, inquit, id est, hujus apostolicæ » Sedis pontifices... non permisimus... » cos fidei surripere thesaurum,sed ipsos... » synodaliter condemnavimus,ubiqueoa » nibus eorum hæresim publicantes. ·

Obj. 4°. Binæ epistolæ l eonis II, uiu ad Constantinum imperatorem,secundari episcopos Hispani», quæ sunt alterum assertionis nostra fundamentum, sunt suppositiliæ. Ergo. *Prob. ant. De prima. i°* Quia in ea legitur Constantinum prc congreganda sexta synodo scripsisse ad Agathonem, cum tamen ad Donum Agathonis prædecessorem tantum scripserit 2° Quia legitur hæc Epistola data Noώ Martii indictione decima,cum tameudia' litteras quibus respondet advenisse Roma mense Julio ejusdem indictionis. ProM *secunda epistola.* Quia in ea leguntur Iu. verba : « De diversis conciliis huic S. Sed » apostolicæ subjacentibus, archiepiscop » sunt a nobis destinati, » scilicet ad sertam synodum; cum tamen certum sit nullum archipiscopum ex Occidente,sedtre» tantum episcopos ad concilium sextum rausos fuisse, et hos quidem non a Leone, sed ab Agathone. Ergo.

B. N. ant. Ad primam prob. prima partis ant. N. Constantinum non scripsisse ad Agathonem. Id ipse imperator testatur in suis litteris ad Leonem II. Idea colligitur ex Gregorio II, in Epist. ad Leonem Isaurum, dicente Constantinus) scripsisse persuasum a Georgio patriadu Constantinop. hic autem sedere non cœpii nisi sub Agathone. Et Chrislinus Lupu> testatur hanc epistolam Leonis II ad Constantinum, jussu Pauli V, tanquam legitimam sextæ synodi confirmationem, fuisse non pridem editam typis Vaticanis. Adde quod, quamvis Constantinus Litteras nos direxisset Agalhoni, sed Dono ; quia tamen Dono mortuo ad Agathonem pervenerunt, potuisset Leo II dicere Constantinum scripsisse Agalhoni. *Ad secundaa prob. ejusdem partis,* fatetur ipse Daronius hujus objectionis auctor, errorem in notis numerabilibus, circa diem, mensem, consulem, etc. ex negiigeniia scriptorum facile irrepere.

Ad prob. secundæ partis ant. B. mis* i sos fuisse ex Occidente archiepiscopos ad i sextam synodum, si non per se, saltem per suo4 legatos : adfuit enim legatus archiepiscopi Ravennatis, cl tres episcopi missi sunt qui tenerent vices omnium Occidentis et Septentrionis archiepiscoporum. Quod autem legatur *a nobis,* idem valet ac *a Bomanis pontificibus.*

subjectio n.

Quo titulo Honorius fuerit damnatus in sexta synodo?

Dico. Honorius non fuit damnatus in sexta synodo ut hærelicus, sed tantum ut hærcseos fautor.

Prob. prima pars. Si Honorius fuisset damnatus in sexta synodo ut hærelicus, maxime quia in epistola prima ad Sergium dixit, *Unam voluntatem fatemur Domini nostri Jesu Christi* : atqui non intellexit hæretice de una voluntate divinitatis et humanitatis in Christo, sed catholice de una voluntate humanitatis, negans in ea esse duas voluntates contrarias spiritus et carnis, sicut in nobis peccato vitiatis · ergo. *Prob. min.* ex ratione quam affert unius assert» voluntatis : « Quia profecto, » inquit, a divinitate assumpta est nostra «natura, non culpa; illa profecto quæ « ante peccatum creata est, non quæ post u praevaricationem vitiata. » Quæ ratio optime probat non esse in Christo duas contrarias voluntates humanitatis, nullatenus autem non esse duas voluntates divinitatis et humanitatis. Sed et hanc esse suam mentem ipsemet aperte declarat : nam post pauca addit : « Non est itaque assumpta, «sicut praefati sumus, a Salvatore vitiata «naturaquæ repugnaret legi mentis ejus, » sed venit quærcre et salvare quod perie» rat, id est, vitiatam humani generis na« luram. Nam lex alia in membris, aut vo«lunlas diversa non fuit, vel contraria » Salvatori, quia super legem natus est hu» manæ conditionis. » Duas ergo in humanitate Christi contrarias voluntates duntaxat negat Honorius, non duas divinitatis cl humanitatis voluntates consentientes.

Et ita Epistolam et sensum Honorii exposuerunt insignes in Ecclesia viri, Joannes IV, S. Maximus et alii.

Joannes IV, in Apologia pro Honorio ad Constantinum imperatorem, Heraclii filium, posito principio quo utitur Honorius ad ostendendam unam voluntatem in Christo, scilicet quod a *Herbo sit assumpla natura non culpa* , de quo supra, sic concludit : « Unde, scientes quod nullum «ineo,cum nasceretur et conversaretur, » esset peccatum, decenter diximus et ve-] raciter confitemur unam voluntatem tn i » sanctæ ipsius dispensationis humanitate, » ct non duas contrarias mentis et carnis » praedicamus, secundum quod quidam hæ» retici velut in puro homine delirare nos» cunlur. Secundum hunc igfiur modum, « jam dictus decessor noster (Honorius) » praenominato Sergio patriarch» percon» tanti scripsisse dignoscitur · Quia in » Salvatore nostro du» voluntates contra» riæ, id est, in membris ipsius penitus « non consistunt, quoniam nihil vitii traxi» » px praevaricatione primi hominis. » .

S. Maximus in Dialogo contra Pyrrhum, ubi cum hærelicus patriarcha dixisset · « Quid habes de Honorio dicere, qui ad » prædecessorem meum scribens, unam » Domini nostri Jesu Christi voluntatem » aperte dogmatizaverit? » S. Maximusrespondet : « Quis illius epistolæ fide dignus · erit interpres? Qui eam ex persona Ho» norii composuit et vivit adhuc.....? An » Constanlinopolitani dc corde suo Io» quentes? » Pyrrhus : « Qui eam compo» suit. » S. Maximus : « Ille idem igitur » ad divum Constantinum quondam impe» valorem scribens rursum ex persona « sancti papæ Joannis dcipsa : Unam, in« quit, voluntatem Domini diximus, non » divinitatis ejus ct humanitatis, sed so» lius humanitatis. Cum enim scripsisset » Sergius esse qui dicerent in Christo duas » contrarias voluntates,rescripsimus Chris» tum non habuisse duas contrarias volun» tates, carnis, inquam, et spiritus, sed » unam tantum quæ naturaliter humanita» tis ejus nota essentialis est. Id ita esse » evidenter ex eo demonstratur, quod » membrorum et carnis facta est mentio, » quæ divinitati quoque ejus non possunt · attribui. » Idem S. Maximus in Epist. ad Marinum quæ extal inter Anastasii Collectanea, juxta etimdem sensum explicat Honorium, et subdit se id eo certius habere, quod illud acceperit ab Anastasio abbate qui acceperat a Joanne Sympono Honorii secretario, quia hanc ejus epistolam scripserat.

Dices contra hanc explicationem. Eo sensu Honorius asseruit unam in Christo voluntatem, quo prohibuit duas dici operationes : atqui prohibuit duas dici operationes respectu divinitatis ct humanitatis, ut patet ex his ejus verbis in Epist. *i* ad

Sergium : « Utrum autem propter divinitatis et humanitatis, una an gcminæ operationes debeant dici vel intelligi, ad nos ist» pertinere non debent. » Ergo.

Λ. *N. maj.* Nihil eniin nos cogit eam concedere, sed tantum quod Honorius inconsequenter locutus fuerit, quod non negamus. Quinimo magis inde evincitur sententia nostra de ipso ; quatenus enim negat duas voluntates contrarias in humanitate Christi, carnis scilicet et spiritus, catholicus est; quatenus autem prohibet dici duas operationes divinitatis et humanitatis , fautor est haereticorum. Et hæc oeconomia ejus instituto conveniens videbatur, qua scilicet nec errorem assereret, et tamen instanti Sergio satisfaceret.

Insuper, *esto* Honorium asseruisse unam voluntatem respectu divinitatis et humanitatis, dicam intellexisse unam unitate consensionis et concordiæ, non unam unitate natura; hoc est, negasse voluntatem humanitatis esse contrariam voluntati divinitatis , qualiter in nobis peccato sauciatis invenitur, in quibus non solum caro adversus spiritum, sed spiritus adversus Deum saepe insurgit : nec est qui possit contrarium evincere; ut enim dicit S. Anastasius in præfatione ad sua Collectanea : « *Esto* et ipse (Honorius) dictator (hujus epistolæ) extiterit, quis hinc illum interrogavit? quis intentionem investigavit? Quis hunc corrigere voluit et ille percontanti aut emendare volenti restitit, vel contentionibus serviens,resultavit?»

Scio quosdam compendiosius hanc controversiam dirimere, dicendo hanc Honorii epistolam esse interpolatam et ipsum non dixisse *unam,* sed *novam* voluntatem. Idque probant ex S. Maximo in Epistola ad Marinum, in qua testatur se accepisse ab Anastasio abbate, Anastasium autem a Joanne Sympono abbate, qui jussu Honorii hanc epistolam scripserat, ipsum *nullo modo mentionem fecisse unius omnimodi voluntatis.*

Verum hanc rationem esse leviorem agnovit ipse S. Maximus, siquidem in eadem epistola laboret in exponendo sensu catholico quo Honorius dixit unam voluntatem. Insuper Joannes IV, in Apologia pro Honorio, agnoscit hanc esse ejus propositionem. : *Fatemur unam voluntatem Domini nostri Jesu Christi.* Tandem synodus sexta, septima et octava, sunri pontifices Leo II et Adrianus II hancept tolam esse interpolatam nusquam suspicit sunt.

Prob. utraque pars simul ex epistola jam laudata Leonis II ad episcopos His pani», in qua causam damnationis Honorii refert non ad hæresim, sed ad negligentiam illam comprimendi, his verbis » Qui vero adversus Apostolic® doctor.? puritatem perduelles extilerunt, abeuotes quidem æterna damnatione mulct·. sunt, id est, Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus Paulus, Petrus Constanlinopolilani, co: Honorio qui flammam hæretici dognuii non, ut decuit apostolicam auctoritate.. incipientem extinxit, sed negligent confovit. » Similiter idem in Epist. etia; laudata ad imperatorem Constantinum « Pariterque, inquit, anathematizamus n vi erroris inventores, id est, Theodora Pharanitanum episcopum,Cyrum Alei» drinum, Sergium, Pyrrhum, Paultm, Petrum, Constantinopolitanæ cedes: successores (insidiatores) magis qur prasules; nccnon Honorium qui har. apostolicam ecclesiam, non apostoli·:? traditionis doctrina lustravit, sed pp> fana proditione immaculatam macub. permisit. » Vides Theodorum, Sergiur etc. damnari ut *perduelles adversus* do: *trinam apostolicam*, et ut *novi error inventores ;* Honorium vero tantum, q. *incipientem hæresim neglexit extingwre,* et *Ecclesiam immaculatam maculor permisit.* Vide insuper in sol. obj. simi testimonium imperatoris Constantini L gonati.

Prob. specialiter secunda pars. Honorius duarum operationum sacras voce nascente hæresi, sileri jussit, morem, hoc gerens Monothelitis, cum ipsis communicavit, illos laudavit, ipsos compnmere et damnare neglexit, cum id ipsi incumberet ex officio : ergo merito dai nr tus est a sexta synodo ut hæresis faut» *Patet conseq.* Non enim alia ratione Ileraclius in Ectesi, Constans in Typo fuerunt damnati, quam quia duarum o.entionum vocabulum sileri jusserant. Siti etiam Arianorum fautor habitu*,· fuissetqa vocem *homoousion* usurpari prohibuisset Nestorianorum fautor qui vocem *Deipw*

de B. Virgine dici prohibuisset, maxime si insuper cum istis hæreticis communicasset et ipsos landasset.

Antecedens autem *constat* ex epistolis Honorii ad Sergium. In prima, quæ relata est actione duodecima sextæ synodi, 1° laudat Sergium Monolhelitarum antesignanum, σ Novitatem vocabuli auferentem, » quod posset scandalum simplicibus ge» nerare. » Deinde dicit : « Neque evan•gelicas neque apostolicas litteras, neque ° synodales apices, unam vel duas cnergias explanasse.... Novas voces refutan» das quæ quidem noscuntur sanctis Dei » Ecclesiis scandala generare. » Et tandem sic concludit : « Hæc nobiscum vestra fra» ternitas prædicet, sicut et nos ea vobis» cum prodicamus unanimiter, hortantes » vos et unius vel geininæ novæ vocis in» ductum operationis vocabulum aufugien• tes, unum nobiscum Dominum Jesum › Christum, Filium Dei vivi, Deum veris› simum in duabus naturis operatum divinitus atque humanitus fine orthodoxa › atque unitate catholica prædicetis. » In secunda epistola ad eumdem Sergium, quæ recitata est actione decima tertia, ait : • Unius autem operationis vel duarum • esse, vel fuisse mediatorem Dei et homi• num, Dominum nostrum Jesum Chris›tum, sentire et promere satis ineptum est.... Auferentes ergo sicut diximus scandalum novellæ adinventionis, non nos oportet unam vel duas operationes • definientes prædicare. › Ergo.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° *contra primam partem conclusionis.* Actione decima octava synodi ieitæ,non semel dictum est *Honorio hæretico anathema.* Actione decima tertia , patres ejus epistolas exeerantur ut omnino *alienas ab apostoiicis dogmatibus et a definitionibus conciliorum et cunctorum probabilium patrum, sequentes vero falsas doctrinas hæreticorum :* tum [sim anathematizant, *quia in omnibus Sergii mentem secutus est et impia dog?ita confirmat it.* Actione decima quarta, Warant duas epistolas Honorii *in unam .mdemque impieta tem tendere cum opus*is lixreiicoruih. Dicunt Theodorum , -Vrgium, Pyrrhum, Petrum, Paulum et lioDorium, *hæresim in populum catholicum spargere.* Ergo Honorius damnatus fuit ut hæreticus, non secus ac Theouorus, Sergius et alii hæretici ibi nominati.

P. Honorium a sexta synodo damnaturo fuisse ut hæreticum communione cum h®reticis, favore et patrocinio impenso hæroticis et conniventia, negligendo hæresim comprimere; non ut hæreticum sententia et pertinacia. Similiter ejus epistolæ declarat® sunt *aliena ab apostoiicis dogmatibus et sequi falsas hareticorum doctrinas,* non minus quam epistolæ Sergii, quia convenit cum Sergio in modo loquendi et in perniciosa oeconomia obvolvendi silentio duarum voluntatum et duarum operationum sacras voces, quæ oeconomia dogmatibus apostoiicis adversatur. Dicitur *in omnibus mentem Sergii secutus et impia dogmata confirmasse ,* non consentiendo, sed connivendo, non approbando falsum dogma, sed silentium indicendo de una vel duabus operationibus. Dicitur *in camdem impietatem tendere* cum hæreticis, sed dispari modo; isti pravi dogmatis assertione, ille catholici dogmatis dissimulatione. Dicitur non secus ac Sergius , Pyrrhus , etc. , *hæresim spargere,·* iterum dispari modo, illi scilicet docendo, Honorius docentibus non resistendo , eumdem loquendi modum cum ipsis tenendo, ct per silentii jussionem ipsis connivendo : quibus modis ad hæresim spargendam contulit.

Porro hanc esse mentem concilii invicte constat ex Leone II ipsius concilii confirmatore, in duabus epistolis, una ad episcopos Hispani», altera ad imperatorem, quarum verba retulimus in probatione conclusionis; relege. Item constat ex ipso imperatore Constantino Pogonato, qui concilio adfuit et mentem patrum apprime noverat. Is in edicto quod legitur post actionem 18, dicit : « Super hæc omnia ana» thematizamus cos qui supervacuorum cl » novorum dogmatum hæretici auctores » atque fautores sunt r dicimus autem » Theodorum qui fuit Pharanitanus epis» copus, ct Sergium qui fuit hujus a Deo » conservandæ nostra regi® urbis anlis» tes... ad hæc et Honorium qui fuit anti» quæ Rom® papa, horum hæreseos in » omnibus fautor, concursor atque confir» mator. » Aperte distiuguit, *ut patet,* inter hæretico» auctores et propugnatores

hæreseos, et simplices ejus fautores : his annumerat Honorium, non primis.

Inst. Honorius in controversia de Christi voluntate et operationibus locutus est sicut hæretici Monothelitæ : ergo censeri del>et hærelicus Monothelita.

B. D. ant. Locutus est sicut Monothelitæ ct in eodem sensu, *N.* et in diverso sensu, *C.* Verba enim catholicis ct hærcticis quandoque sunt communia : sic *homootuion* fuit commune Paulo Samosateno et patribus Nicaenis, sed longe diverso sensu usurpatum

Inst. Honorius non salum vocem, sed etiam sensum duplicis operationis rejecit : nam in Epist. 2 ad Sergium quæ lecta est in sexta synodo act. 15, dicit : « Unius au- » tem operationis vel duarum esse vel » fuisse mediatorem Dei ct hominum Do- » minum Jcsum Christum, sentire ct pro- » mere satis ineptum est. » Ergo.

B. D. ant. Honorius rejecit absolute sensum duplicis operationis, *N.* rejecit in ordine ad promendum, *C. Patet* tum ex adjuncto vocabulo *sentire et promere;* tum ex tota serie utriusque ejus epistolæ ad Sergium, in quibus nihil aliud urget quam ut taceantur voces unius vel geminæ voluntatis ct operationis, ad sedandos tumultus et contentiones ; tum quia non jussit Sophronium,qni duplicem operationem acriter defendebat, hunc sensum exuere, sed tantum ab eo missos monuit ne duarum operationum vocabulum deinceps usurpare niteretur, ut ipsemet refert in eadem Epist. 2 ad Sergium; tum denique quia si ex his verbis sequitur Honorium rejecisse sensum duplicis operationis in Christo, sequitur pariter eum rejecisse sensum unius operationis, quia de utroque in his verbis loquitur, sicque eum nec unam nec duas operationes in Christo agnovisse, quod est plane absurdum.

B. 2° *ad objectionem. Dato* Honorium damnatum fuisse ut hæreticum, fuit utique hærelicus ut homo privatus, non ut pontifex loquens ex cathedra; errorem enim docuit, si docuit, non constitutione solemni ad universam Ecclesiam directa, qua illam ad credendum fide divina falsum dogma obligavit, sed ex privata sententia, per privatas litteras, privato nomine scriptas et ad privatos directas. *Quod patet* tum ex litterarum inscriptione, <iuæ est ad Sergium ; tum quia nonnisi annis ferme quadraginta post mortem Honorii cx arcliiw Constanlinopolitano extracts· sunt, ant* quod tempus vix erant cognilæ, sive b Oriente, sive in Occidente.

Inst. Honorius de fide consultus a Iribus patriarchis, scilicet a Sergio Constantinopolitano, Cyro Alexandrino, utroq*: Monothelita, el Sophronio Jerosolymiitar. orthodoxo, respondens docet errorem,c· mandat ut hunc doceant, ct ejus falsa (k mata toto Oriente vulgentur : ergo locute est cx cathedra. Ergo.

B. omisso ant. in quo multa falsa sup ponuntur : falsum namque est Honorée docuisse errorem et mandasse illum d ceri ; non enim docuit esse unam volunü tem in Christo, sed tantum tacendam o vocem unius vel duplicis voluntatis, quo est œconomiæ et non dogmatis; falsu: proinde ejus dogmata falsa in toto Orien: vulgari: sed his, inquam, omissis qu.· rum refutatio videri potest digress, superius citata in tract, do Incarnatione, A | *conseq.* Quæ enim afferuntur in *ant.* n · sufficiunt ut papa dicatur loqui ex calhedra; sed requiritur quod loquatur ut p?.- tor universalis Ecclesiæ, quod Ecclesir. universam solemni decreto alloquatur, qo jubeat omnes fideles fide divina creil-r quæ decernit : hæc autem in casu Honor, non reperiuntur.

Inferes. Ergo Honorius fuit illegifin? damnalus. *Prob. illatio.* Si Honoriustu: fuit hærelicus, remansit pontifex ; sninim pontifex a nemine potestcondemnari. Ergo

B. N. illationem, .idprob dico pontificem mortuum non remanere pontificem, quia post mortem non habet amplius jurisdictionem, ratione cujus esset pontifex; fu autemdamnatus Honorius post mortem.

Obj.Qp conlrasecundam partem. Quo: Honorius ex œconomia et studio paré jusserit sileri de una vel duplici operatione in Christo , non debet ideo culpant· damnari tanquam hæreseos fautor. Ergx> *Prob. ant.* Vigilius papa in controvert de tribi.sCapitulis, utrique parti silentiu I indixit usque ad synodi celebrationem, net tamen ideo culpatur ut fautor trium Capitulorum. S. Basilius Magnus Macedoni»- nis induisit silentium de Spiritus sancti divinitate, quo eos ad veræ fidei professiones revocarel, nec ideo damnatur ut fautor Mi-

cedonianorum. Ergo. Similiter Honorius.

A. *N. ant· Ad primam prob. N. consci/.* Quia non est eadem ratio controversiarum circa facta ct circa aliquod fidei caput. In controversiis circa facta etiamsi dogma'ica potest aliquando imperari silentium saltem ad tempus,ut fecit Vigilius : at in controversiis circa aliquod fidei caput imperare absolute silentium, ut fecit Honorius, est causam fidei prodere et errori contrario favere.

.-/(/ secundam prob. similiter N. conseq. Disparités est, quod licet S. Rasilius vocem deitatis taceret ad tempus, adhuc tamen aliis vocibus æquivalentibus e S. Scriptura petitis testimoniisque camdem um habentibus adversarios ita premebat, ut nullo modo repugnare possent, ut testatur S. Gregorius Nazian. At vero Honorius jubenssileri vocem duplicis operationis seu voluntatis in Christo, æquivalentia verba non adhibebat, nec Monothelitas impugnabat; quin c contra eodem modo ac illi loquebatur, et Sergio eorum principi se assentire palam profitebatur.

Inst. Honorius non secus ac Basilius veritatem catholicam verbis æquivalentibus expressit, ut patet ex ejus Epist. secunda ad Sergium, in qua dicit : « Quantum ad * dogma ecclesiasticum attinet, utrasque » naturas in uno Christo unitate naturali » copulatas, cum alterius communione opo- » rantes atque operatrices confiteri debe- »mus, et divinam quidem quæ Dei sunt » operantem, et humanam quæ carnis sunt » exequentem. » Ergo.

B. hæc non satisfuisse Honorio ut impugnaret et comprimeret Monothelitas; siquidem hi eadem verba quæ sunt S. Leonis adhibebant, et sub eis suam hæresim occultabant , ut constat ex Epist. secunda Sergii ad Honorium, et ex confessione Macarii relata actione 8 synodi sextæ. Sic ergo dicebant carnem assumptam a Verbo exequi quæ carnis sunt propria , ut intelligerent id eam præstare ut motam a Verbo, tanquam ejus instrumentum mortuum : unde carnis operationem passionis potius quam actionis rationem habere asserebant. Honorius itaque verbis laudatis fidem de duabus Christi operationibus non satis dare pro tempore professus est et explicuit, oechærclicum sensum sufficienter exclusit.

DISSERTATIO XIX.

DE OPERIBUS CHRISTI MERITORIIS ET SATISFACTORIIS.

D. Th. Q. 19.

Quæ tractat D. Th. 1 et 2 art. hujus quæstionis de una vel multiplici operatione Chrisli, sufficienter explicata manent ex præced. dissert, contra Monothelitas. ünde ad expositionem tertii et quarti art. ubi agit de merito Christi, properamus, quaestionem de satisfactione ejus propter affinitatem adjungemus. Sit itaque

ARTICULUS I.

DE MERITO CHRISTI.

An, quando et per quos actus Christus meruerit?

Dico. i°. Christus vere et proprie meruit.

Est de fide definita in concilio Trid. sess. 6, cap. 7, ubi expresse dicitur Christum fuisse causam meritoriam nostra justificationis. Colligitur cx pluribus locis Scriptura, quibus exaltatio Christi, redemptio generis humani, humilitati, obedientiæ, passioni, etc. Christi ut causæ meritoriae tribuuntur. Sic Philip. 2 : *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, propter quod Deus exaltavit illum.* Isaï. 55 *: Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longœvum;* ct : *Pro eo quod laboravit, anima ejus videbit et saturabitur.*

Patet etiam ratione. Quia in actibus Christi reperiuntur omnes conditiones quas theologi requirunt ad merendum apud Deum in tractatu de Gratia. 1° Erant libera, ut probavimus dissert, præced. 2® Erant bon® ex objecto ct circumstantiis, juxta illud Joan. 8 : *Quæ placita sunt ei facio semper.* 5° Procedebant a subjecto justo ct grato. 4° Ordinabantur chantatis virtute ad gloriam Dei. 5° Erant viatoris; Christus enim erat simul viator et comprehensor, ut diximus supra dissert. 15, art. ultimo, petit. 8.6° Ex parte Dei aderat acceptatio harum actionum ad premium, ut patet cx verbis Isaïæ supra citatis. Quamvis tamen aliqui theologi, n.ier quos Joannes a S. Th. negent hanc conditionem requiri ad meriturn Christi, sed sufficere quod ipse Christus suas actiones ordinet

ad præmium, quia ipse est Deus, adeoque persona ordinans est Deus, non sic de aliis hominibus respective ad Deum.

Dices. Licet Christus esset simul viator et compretansor, non erat tamen viator secundum animam quæ fruebalur Deo, sed secundum corpus quod erat mortale : atqui meritum debet esse ab anima non a corpore : ergo.

Ii. D. maj. Non erat viator secundum animam consideratam secundum se ct in ordine ad Deum, *C.* consideratam ut est forma corporis, *N. Patet ex dictis* dissert. 15 citata.

Dices 2°. Meritum importat imperfectionem in merente; qui enim meretur expcctat sibi aliquid conferendum ab alio tanquam a superiore : atqui id in Christo repugnat : ergo.

Ii. D. min. Id Christo repugnat ratione divinitatis, *C.* ratione humanitatis, *N.* Mirabili itaqiiefœderc et suppositum divinum et humanitas concurrebant in Christo ad ejus meritum : suppositum divinum ad id quod perfectionis est, conferens nempe infinitatem valons; humanitas ad id quod imperfectionis est, scilicet ad inferioritatem et subjectionem.

Hic q. 34. a. 3. 0. — *Dico* 2°. Christus meruit a primo instanti suæ conceptionis usque ad finem vitæ. Est communis cum Auctore.

Prob. 1° ex illo Heb. 10 : *Ingrediens in mundum, dicit : Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi... tunc dixi : Ecce venio; in capite libri scriptum est de me, ut faciam, Deus, voluntatem luam.* Porro, *ingrediens in mundum,* inlelligitur secundum interpretes, primo instanti conceptionis; et bene, nam ante illud non est ingrediens sed ingressurus, post illud non est ingrediens sed ingressus. Atqui illa oblatio qua se victimam in illo instanti obtulit Patri erat meritoria, nihil enim illi deerat ad meritum : ergo.

Prob. 2° *ratione.* Ab illo instanti usque ad finem vitæ habuit vi scientiæ infusæ usum rationis independentem a phantasmatibus, nulloqub iueO impedimento delinebatur : ergo potuit ab illo instanti ad finem vitæ sine interruptione actus meritorios elicere ; idque fecisse suadent ejus dignitas et sanctitas.

Dices 1°. Prius est esse quam operari : ergo Christus non meruit in primo itis· tanti.

B. D. ant. Prius est esse quam operar, operatione successiva, *C.* inslantanea,(*subd.* Prius est esse natura, *C.* tempon *N.* Sic eodem instanti reali quo sol existit, illuminat.

Dices 2°. Si Christus a primo instanti conceptionis meruisset, nihil postea mereri potuisset : atqui : *ergo. Prob. sequtlt.* Illud primum meritum fuisset infiniti nloris, adeoque quodlibet præmium meruisset. Ergo.

B. 1° hoc argumentum nimis probare, scilicet, Christum non meruisse nisi in ultimo vitæ instanti.

B. 2° *N. maj. Ad prob. D.* Illud meritum fuisset infiniti valoris, et seorsim ú aliis meritis ordinatum et acceptatum ai præmium, *N.* et simul cum aliis ordinatu; et acceptatum ad præmium, *C.* Non erg« singula Christi merita seorsim ordinabam tur et acceptabantur ad præmium, sed omnia simul morte consummata.

Hic q. 5O. a. 6. 0. et ad 2. — Z)IC0 5°. Christus non meruit in instanti morts suæ; nec « *fortiori* postmortem.

Prob. Status viatoris de lege Dei ordinaria requiritur ad meritum, nec ab ea lege se exemptum indicat ipse Christus Joan 9. his verbis : *Me oportet operari open ejus qui misit me, donec dies est : reni: nox quando nemo potest operari;* ul per diem SS. Patres intelligunt tempo.· vitæ , per noctem tempus mortis : atqu Christus in instanti mortis, *a fortiori p&* mortem, non erat amplius viator : ergo:

Prob. min. Secundum philosophos, vivenlia desinunt per primum sui non esse, in quo verum est dicere, nunc non est viven- et immediate ante erat : ergo in instanti mortis, quod estextrinsecum vitæ, Christus non erat amplius homo vivens, adeo que nec viator.

Dices 1°. Christus meruit persuam mortem. Ergo.

ibid. —*B. D. ant.* Christus meruit per suam mortem in fieri, scilicet per passionem quæ tendebat ad mortem, C. per suam mortem in facto esse, *N.* Potest etiam dici Christum meruisse per mortem in facto esse , non formaliter, sed objective, quatenus vivens eam voluntarie acceptavit ei

obtulit Patri. Hac solutione ultima solvitur instantia de resurrectione et de vulnere laterisChristi,ttquo quidam Patres dicunt fluxisse vitam, salutem, sacramenta ; nisi forte inlelligas etiam, et bene, fluxisse sacramenta figurative, quia fluxit aqua, figura baptismi, fluxit ct sanguis, figura eucharisliæ. Potest etiam dici secundum D. Th. — Ibid. 0. — quod , licet hæc plaga et quidquid corligit circa carnem Christi, anima separata, non fuerit nobis meritorium, fuerit tamen nobis salutiferum efficienter ut instrumentum divinitatis unitæ.

Inst. Martyres merentur formaliter per mortem in facto esse. Ergo. *Prob. ant.* Merentur aureolam formaliter per mortem : atqui illam non merentur nisi mors sit consummata : ergo.

Ii. N. ant. Ad prob. N. min. Merentur enim aureolam in ultimo instanti intrinseco vitæ, in quo verum est dicere, nunc vivunt et post non vivunt; licet non detur nisi morte consummata.

Pepones. Voluntarium in causa sufficit ad meritum sicut ad demeritum : atqui tam in Christo quam in martyribus mors in instanti extrinseco vitæ est voluntaria in causis quibus se voluntarie subjecerunt: ergo.

R. D. maj. Voluntarium in causa sufficit ad meritum si adsint aliæ conditiones requisitae, inter quas est status viatoris, *C.* secus, *N.*

Dices 2°. Christus in coelis orat pro nobis, juxta illud Rom. 8 : *Interpellat pro nobis.* Ergo.

Λ. *N. conseq.* Quia licet omnis oratio sit impetratoria, non tamen est semper meritoria. Unde S. Th. 2 2, q. 83, a. 16, docet peccatores petendo aliquid a Deo impetrare : et tamen ad 2, negat eos mereri. Ibid, a 11, ad 1, docet sanctos in coelo orare pro bealitudine corporis eamque impetrare, et tamen non mereri. Tandem donum perseveranti® cadit sub impetratione, non tamen sub merito , ut docet ibid. S. Doctor 1 2, q. 114, a. 9, ad 1.

In 3. d. 18, q. 1. a. 5. — *DÎC0* 4°. Christus meruit per omnes actus liberos humanæ voluntatis.

Dico *humanee voluntatis;* quia ratio meriti involvit aliquam dependentiam a præmiante, divina autem voluntas Christi nullum habet superiorem it quo dependeat.

Prob. conclusio, quia supposita libertate in actionibus Christi, nulla deest illis conditio ad meritum : et quidem 1° sunt viatoris, *ut patet ex dictis.* 2° Sunt undequaque bonæ, imo et theandricae, procedentes a supposito divino et subjecto infinite sancto et grato atque impeccabili. 5· Sunt ex imperio summæ charilatis ordinata ad gloriam Dei, et ex his capitibus quantumvis ex se naturales, fiebant snpernaturalcs. 4°Tandem non deerat eis acceptatio ex parte Dei ad præmium. Ergo.

Hinc colliges 1°, Christum meruisse per actum dilectionis Dei, qui, *ut probavimus,* fuit liber Christo. Id etiam aperte testantur Patres tribuentes opus redemptionis nosiræ (quod constat esse ex meritis Christi) eximiæ illius charilali, juxta illud Joan. 4 : *Ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi sic facio. Surgite, eamus hinc,* id est ad passionem. Ecce quomodo actus obedientiæ fuit imperatusa charitate; etsane nullum est mentum saltem perfectum quale fuit in Christo , quod non sita charitate , vel elicilive, vel saltem imperative, ut docet S. Th. quia ejus est perse primo et formaliter respicere bonum divinum, ad quod ordinari debent operaut sint meritoria.

Colliges 2°, Christum meruisse per omnes actus etiam præceptos virtutum moralium obedientiæ, humilitatis, patienti®, etc. quia , ut superiore dissert, exposuimus,—1.2. q. 114. a. 4. — in iis fuit liber.

Colliges 5°, Christum meruisse per omnes actus suarum potentiarum, etiam partis sensitivæ et vegetativæ, imo et corporis ; ita ut meruerit non tantum per auditionem , visionem, ambulationem, gemitus , lacrymas, etc. sed etiam per motum cordis, pulsum arteriae, nutrilionem, digestionem , somnum , sitim, etc. Quia licet ista actiones non sint in se formaliter libera, suberant tamen ejus voluntati ratione dominii quod habebat in suum corpus ct ejus potentias : unde prout ab ipso permittebantur oh fines honestos, accipiebant aliquam honestatem moralem.

Dices 1°. Christus non habebat dominium in has potentias nisi ut instrumentum divinitatis : atqui instrumentum non movet libere, sed secundum motum causæ principalis : ergo.

B. D. maj. Nisi ut instrumentum mor

tuum, Ar. ut instrumentum vivum, *C.* adeoque et liberum ; quia Verbum illud movebat juxta naturam suam, hoc est, per deliberationem rationis.

Dices <&. Ex' hac doctrina sequeretur Christum meruisse spuendo et alias exercendo actiones mere naturales et necessarias; quod videtur indecens et absurdum.

Ii. omnia naturalia quæ nobis videntur indecentia, non esse talia in oculis Dei, qui est illorum auctor. Attamen cum illae actiones non pertineant per se ad vitam vegetativam et sensitivam, sed per accidens utramque consequantur, posset verisimiliter dici Christum eas non ordinasse ad meritum. Unde ab illis abstrahimus.

ARTICULUS II.

Quanam Christus sibi meruerit?

Hic q. 19. a. 5. o. — *Dico* Ie. Christus meruit sibi gloriam corporis, nominis exaltationem et alia bona quæ pertinent ad ejus excellentiam exteriorem, ut est ascensio , veneratio, etc. quæque accepit post suam passionem.

Est contra Calvinum qui, ut amorem Christi erga nos magis extolleret, reprehendit scholasticos quod docuerint Christum sibi aliquid meruisse. Attamen

Prob. conclusio evidentissimisS. Scripturæ testimoniis. Philipp. 2 de Christo dicitur : *Humiliavit semetipsum, factus obedient usque ab mortem.... propter quod* (attende causalitatem meriti) *Deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur,etc.* Heb. 2 : *Vidimus Jesum propter passionem mortis gloria ct honore coronatum.* Luc. 24 : *Nonne oportuit pali Christum, et ita intrare in gloriam suam?* scilicet corporis. Joan. 17. *Opus consummavi,* etc. *Nunc clarifica me.* Apoc. 5 : *Dignus est Agnus qui occisus est,* etc. Astipulantur sancti Patres, Tertul. lib. de CoronaMilit.S. Aug.Tract. 104 in Joan. Bern. Senn. 5 de Ascensione.

ibid. — *Prob, ratione.* Perfectius est aliquid habere per meritum quam sine merito, quando extera sunt paria, hoc est, quando inde majoris dignitatis non sequitur detrimentum : atqui Christus potuit mereri gloriam corporis et extera bona extiinseca, siquidem eis ab initio caruerit, proindeque merito ad illa tendere potuerit ; nec ullum inde videtur sequi majoris dignitatis detrimentum : ergo illa meruit *Patet conseq.* quia debemus Christo concedere id quod est perfectius et nobilius.

Dices 1°. Juxta hanc doctrinam sequitur quod Christus sit mortuus pro se, et seipsum obtulerit pro se, q".od damnatur cap 10 concil. Ephes. Ergo.

7?. *N. sequelam.* Quia istis locutionibus significatur quod Christus passus sit prose ex primaria intentione et pro peccatis propriis; quod utrumque est falsum, et ultimum damnatum can. cit. ut patet ex ratione qui ibi affertur, quod scilicet Christus oblatione non eguerit, quia peccatum non fecit.Quod autem Christus non sit passus pro peccatis propriis et quod primarius finis ejus Incarnationis fuerit redemptio nostra, ita ut ea cessante non venisset, bene stat potuisse sibi consequenter et secundario meruisse, ut patet de angelis, quibus, ut diximus, meruit gratias accidentales.

Dices 2°. Gloria corporis erat Christo debita titulo connaturalilatis : ergo cam non meruit.

II. N. conseq. Potest enim eadem res hoc duplici titulo obtineri, quia inter >c non repugnant, idque maxime si res illa stalim ab initio non habeatur, sed suspendatur ejus assecutio, ut (it in casu nostro. Sic v. g. filius regis, cui ex titulo hæreditatis debetur regnum, potest tamen egregiis factis illud mereri.

ibid. — *Dico* 2°. Christus nec gratiam habitualem nec gloriam essentialem sibi meruit. Ita communiter cum S. Th.

Prob. prima pars. Actus meritorii in Christo primo instanti conceptionis eliciti, procedebant a gratia habituali : atqui principium meriti non cadit sub merito, ut alibi diximus : ergo. *Prob. maj.* Illi actus meritorii eliciebantur a Christo connaturaliter; hoc enim cum sit quid perfectius, nec sequatur inconveniens, non debemus denegare Christo i atqui ut connaturaliter elicerentur, debebant procedere a gratia habituali, ut a principio *quo,* ut diximus dum de gratia Christi : ergo.

Prob. secunda pars. Gloria essentialis animæ.seu scientia beata, se tenebat etiam ex parte principii meritorum Christi : ergo illam non meruit. *Prob. ant.* Meritum Christi regulabatur vel scientia beata, vel

scientia infusa : atqui si primum, habemus intentum; etiam si secundum, quia scientia infu.-v» supponebat beatam ad quam ut proprietas sequebatur : ergo. *Patet maj.* quia meritum in Christo non poterat regulari tide, quæ in eo non erat.

Dices 1°. Juxta D. Th. infra q. 34. a. 3 supra cit. Christus in primo suæ conceptionis instanti sanctificabis fuit per proprium actum : atqui illi actui nihil deest ut sit meritorius gratiæ habitualis : ergo.

D. D. min. Si ab ipsa gratia non procedat, *C.* si ab ipsa gratia procedat, sicut de facto procedebat, secundum exigentiam connaturalem, *N.*

Depones. S. Th. infra q. 48, a. 1 0, dicit sic : « Respondeo dicendum quod Christo » data est gratia, non solum sicut singulari «personæ, sed in quantum caput est Ec- » clesiæ, ut scilicet ab ipso redundaret in » membra; ct ideo opera Christi hoc modo » se habent tam ad se quam ad sua mem- » bra, sicut se habent opera alterius homi- » nis in gratia constituti ad ipsum... Unde » Christus per suam passionem non solum » sibi, sed etiam omnibus membris suis » meruit salutem. » Atqui per salutem intelligitur gratia et gloria essentialis quam membris suis meruit : ergo.

D. Quandoquidem D. Th. disertis verbis inhocquem tractamus articulo neget Christum sibi meruisse *Gratiam ct beatitudinem animat,* alio certe sensu intelligenda veniuntverbaobjecta, nisi patentissimamS. Doctori praebeamus contradictionem. Dico ilaqueS.Doctorcm tantum velle quod Christus, quia est totius Ecclesiæ caput et illi sub hac ratione data est gratia, mereatur sibi capiti et nobis membris, sicut homo particularis in gratia constitutus sibi soli meretur, membra et enim caput unum constituunt ; non autem intendit quod ea omnia quæ nobis meruit sibi meruerit. Hic sensus patet ex textu et ex verbis in fine; notanter enim S. Doctor non dixit, *Non solum sibi meruit salutem*, sed simpliciter, *Non solum sibi meruit ;* id est, Christus non solum sibi meruit ahquid, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem.

Dices 2°. DebemusChristotribuerequod est perfectius et dignius : atqui perfectius et dignius est habere gratiam et gloriam ex merito quam sine merito, ut sæpe diximus : «rgo.

//. D. maj. Si nihil obstet, *C.* si aliquid obstet, *N. Et sic distincta min. N.conseq.* Obstat itaque in praesenti casu quod inverteretur ordo connaturalisagendi; cum enim supponatur gratia et gloria esse in Christo a primo instanti conceptionis, et gratia sit principium connaturale actionis meritoriae, visio autem beatifica seu scientia infusa loco fidei sit ejus regula : ut Christus utramque merereretur, deberet ejus actio meritoria nec esse a gratia, nec regulari scientia beata aut infusa, quod non est connaturaliter operari meritorie.

Dices 5°. Ideo secundum D. Th. hic, Christus non meruit gratiam habitualem et gloriam essentialem, quia debuisset aliquo tempore illis carere : atqui hæc ratio nulla est : ergo. *Prob.min.* Licet meritum natura debeat praecedere præmium, non repugnat tamen quod simul tempore sint, ut patet in augmento gratiæ quod datur in præmium actus habitu intensioris, quod simul est tempore cum illo actu.

H. D. min. Ista ratio nulla est respectu meriti ut sic, *C.* respectu talis meriti de quo est quæstio, *N.* Supposito enim quod gratia et gloria stalim ab initio in Christo fuerint, ut alibi diximus, actio ejus meritoria, non quidem absolute, sed connaturaliter et secundum communem cursum ab illis procedere debebat, ita ut si ab cis non procederet, nulla posset assignari ratio secundum communem ct connaturalem cursum hujusmodi dispensationis, nisi quia tunc in Christo non essent. Et hoc intendit S. Th. Adde quod si non reguletur per scientiam beatam aut infusam, debeat regulari per fidem quæ est cum ulraque incompossikilis.

Pepones. S. Th. Quodl. 9, a. 8, docet angelum in primo instanti et fuisse beatum et beatitudinem meruisse, rationemque reddit quia in instantaneis fieri et factum esse sunt simul tempore. Ergo.

R. S. Thomam ibi loqu» c.x aliorum sententia, non ex propria. Etenim S. Th. eo in loco quærendo utrum angeli meruerint suam beatitudinem, tres refert sententias: primam, asserentem angelum in primo suæ creationis instanti fuisse beatum; secundam, angelos fuisse creatos in gratia et in ea perseverantes gloriam mentisse: hanc amplectitur S. Ductor; tertiam, fuisse in puris naturalibus conditos, sed simul con-

versis ad Verbum colatam fuisse beatitudiriem et gratiam. Pro cujus sententiæ defensione, tres refert dicendi modos, et solum approbat tertium relatum in objectione, sed, *ut patet,non* ex propria sententia, secundam enim elegerat, sed tertia sententia supposita, quam non sequebatur. Ita Ferrar. 3 cont. Gent. cap. 110, Bergomensis in Tabula aurea dub. 154 cit. apud Gonetum.

/nst. Nihil repugnat etiam connaturaliter quod tale Chris*5 nivdium reguletur per scientiam infusam et mereatur scientiam beatam. Ergo. *Prob. ant. Si* quid repugnaret, esset quia scientia infusa supponit beatam et ad illam sequitur s atqui *falsum consequens :* ergo. *Prob. min.* ex D. Th. sup, *q.* 9, a. 3, ad 2, ubi expresse fatetur scientiam infusam esse dispositionem ad beatam. Ergo.

B. N. ant. Jd prob. N. min. Jdprob. dico S. Thomam loqui de dispositione quæ se habet per modum effectus ad bene esse formæ, non de ea quæ se habet ut via ad formam simpliciter. Sic eodem sensu q. *7,* a. 15, ad 2, appellat gratiam habitualem dispositionem ad gratiam unionis.

Dices 4°. Isai. 55, dicitur de Christo : *Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur :aU\ui* illa visio est beata, de qua Psal. 16, *Satiabor cum apparuerit gloria tua :* ergo.

A. *N. min.* Sed debet intelligi illud *videbit,* de visione seminis longævi, id est, conversionis gentium, ut patet ex verbis immediate praecedentibus : *Siposucrit pro peccato animam suam, videbit semen longævum,* etc.

Ex dictis colliges Christum etiam non meruisse virtutes et dona quæ simul cum gratia conferuntur et ad eam ut proprietates consequuntur; quia de lege Dei ordinaria, eadem via et actione, essentia et proprietates producuntur.

Quidam hic movent quxstionem utrum saltem de potentia Dei absoluta, Christus potuerit sibi mereri gratiam et gloriam essentialem, uthabitas in primo instanti conceptionis. *Negant* Joannes a S. Th.Nugno, Conienson;a/7irmantGodoy,Gonct. Vide si hibct. Quaestioni enim prorsus inutili immorari nec vacat nec placet.

ARTICULUS III.

Utrum et quæ Christus meruit angelii et hominibus?

Q. 19. a. 4. o. — *D:co* 1°. Christus non tantum sibi meruit, sed ct aliis; quia ia Christo non solum fuit gratia sicut in quodam homine singulari, sed sicut in capite totius Ecclesîæ, cui omnes uniuntur siol capiti membra,ex quibus constituitur mptice una persona : ergo meritum Christi se extendit ad alios in quantum sunt membn ejus; sicul etiam in uno homine actio capitis aliqualiter pertinet ad omnia membn ejus, quia non solum sibi sentit, sed omnibus membris.

Dico 2°. Christus non meruit angelis gratiam et gloriam essentiales, sed tantum gratias accidentales. Constat ex dictis de grafia Christi capiiali, diss. 9, a. 3.Requirt

Dico 5°. Christus non meruit primis parentibus gratiam status innocentiæ. Constat ex dictis ibidem art. 2. § 3. Vide.

Dico 4°. Christus meruit aliis hominibus omnes gratias actuales disponentes ad justificationem, ipsam gratiam justificantem, gloriam, auxilia omnia, dona supernaturalia, omnes denique nostræ prædestinationis effectus.

Prob. auctoritate. Ephes, i dicitur ! *Benedictus Deus et Paler Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in calestibusin Christ'j,* id est, per Christum juxta S. Th. ex S. Ambros. et aliis Patribus. Joan. 1. *De plenitudine ejus nos omnes accepimus et gratiam pro gratia;* id est, omnem gratiam a prima usque ad ultimam, juxta phrasim hebraicam. Ita interpretantur S. Chrysost. ibid. Hom. 23, S. Aug. Tract. 3 in Joan. c. 15 : *Sine me nihil potestis facere,* nempe quod conducat ad salutem, ut explicat cum Patribus Trid. sess. 5 et 6. Divus Bern. Serm. 13 in Cani» « Quidquid virtutis, *inquit,* quidquid sa» pientiæ habere confidis... deputa Chris» to. n D. Th. supra q. 7, a. 9, dicit gratiam Christi plenam esse, eo quod attingit omnes effectus graliæ.

Prob, ex usu Ecclesiæ quæ, sive petat spiritualia quæcumque, sive temporalia prout conducunt ad salutem, petit *per Dominum nostrum Jesum Christum.*

Pro ratione. Christus nobis meruit ea omnia quæ ad salutem et justificationem eunt necessaria, quæque amiseramus per peccatum originale : atqui hæc omnia assignata sunt necessaria ad justificationem et salutem nostram, eaque omnia amiseramus per peccatum originale : ergo. *Patet min. Prob. maj.* 1° Quia juxta S. Scripturam, *ubi abzindavit delictum, superabundant gratia.* 2° Quia id pertinet ad officium perfecti et consummati salvatoris et redemptoris, qualis fuit Christus. 5° Quia hoc magis congruit excellenti® et dignitati ejus, cui nempe nihil perfectionis debemus denegare, nisi vel in se repugnet, vel oppositum fuerit revelatum. Ergo.

Dices 1°. Gratia et justificatio nostra sunt omnino gratuit® secundum Apost. Rom. 5 et 1i : ergo ex nullius meritis.

B. D. ant. Sunt gratuit® respectu nostri, *C.* respectu Christi, *N.* Et hic est sensus S. Scripturarum quem innuit ipsemet Apostolus 5 Rom. cit. *Justificati gratis,* inquit, *per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu.* Quibus significat nostram justificationem respectu nostri esse gratuitam et respectu Christi remuneratoriam.

Dices 2°. Adam non amisit spem ot fidem. Ergo.

B. D. ant. Non amisit sibi, *C.* non amisit nobis, *N.* Etenim, ait concil. Arausic. II, can. 25 : « Per peccatum primi parendis ita fuisse attenuatum liberum arbi» trium hominis, ut nec possit in Deum » credere nec sperare. »

Dices 3°. S. Th. infra q. 79, a. 7, ad 2, dicit quod *Passio Christi effectum non habeat nisi inillis qui conjunguntur illiper fidem et charitatcm.* Ergo.

B. S. Thomam loqui de effectu completo, id est, remissione culpæ et infusione çraliæ, quæ sit effectus sacramenti, de quo ibi agit.

Dices 4°. Meritum debet existere ante prxmium, cum sit præmii causa t atqui Christus non extitit ante antiquos Patres : ergo.

B. D. maj. Debet existere in re, *N.* in pnescientia pramiantis, *C.* Cum sit enim causa moralis tantum, sufiicit quod existât m præscienlia alterius.

Dices 5°. Christus non meruit suam inearnationem : atqui hæc erat maxime necessaria ad salutem nostram : ergo,

B. nostram conclusionem non procedere de Incarnatione ; tum quia ipsa est principium meriti in Christo; tum quia non est cITectus prædestinationis nostræ, sed ad illam præsupponitur.

ARTICULUS IV.

Utrum Christus vere et proprie pro nobis satisfecerit, an improprie tantum ct metaphorice ?

Ille dicitur vere et proprie satisfacere, qui exhibet pretium æquivalens rei abiat® seu injuri® illat®, per quod extinguitur debitum. Ita Christum pro nobis Deo satisfecisse tenent omnes catholici, scilicet, ipsum lanquam vadem et sponsorem nostrum pœnas peccatis nostris debitas tulisse, sanguinem fundendo et mortem oppetendo loco nostro. Negant Sociniani, contendentes Christum pro nobis satisfecisse improprie tantum et metaphorice, scilicet praidicatione, consilio et exemplo, quibus et aliis, qu® ipsi commissa erant, adimpletis, Deus gratis peccata nobis remittit. Fatentur equidem Christum esse mortuum pro nobis, hoc est commodo nostro, quatenus ejus mors nos movet ad poenitentiam et ea certificamur Deum condonaturum nobis peccata; at non pro nobis, id est loco nostro, luendo pœnas peccatis nostris debitas. Et hic error sequitur ex alio; quamvis enim agnoscant Deum punire peccatores pervicaces et in malo perseverantes, volunt tamen eum resipiscentibus, gratis et nulla expostulata satisfactione, condonare, nealioquin fiatpræjudiCium ejus misericordi®. Contra quos cum universa Ecclesia,

Dico. Christus vere et proprie pro nobis satisfecit.

Prob. 1°. Juxta S. Scripturam, Christus redemit nos pretio soluto, scilicet sanguine fusa et morte oppetita : ergo vere ct proprie pro nobis satisfecit. *Palet consequens ex notamine.*

I>rob. ant. 1 Cor. 6 habetur : *Empti estis pretio magno.* Cap. 7 : *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.* 1 Pet. 18 : *Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis... sed pretioso sanguine quasi agni immaculati ct incontaminati.* Hic pretiwn praefertur auro et argento quibus redimuntur captivi ct assignatur quale sit, pretiosus

scilicet sanguis Christi cui nostra rcdemptio tribuitur. Item Ephes. 1 : *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus remissionem peccatorum.* Tit. 2 : *Dedit semetipsum pro nobis, ul redimeret nos ab omni iniquitate, i* Timoth. 2 : *Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus ;* grace *pretium pro omnibus.* Galat. 3 : *Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum,* id est, transferens in se maledictionem, seu punitionem peccatis nostris debitam. Matth. 20 : *Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis;* græce, *pretium pro multis.* Ileb. *7,* Christus dicitur *melioris Testamenti sponsor factus;* quo sensu autem sit novi Testamenti sponsor, explicat Apostolus ibid. cap. 9 : *Ideo,* inquit, *novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum praevaricationum quæ erant sub priori Testamento,remissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis.* Similiter passim alibi.

Ex his praeluditur evasio Socimanorum, qua dicunt hæc esse intelligenda de redemptione impropria, sicut cum Exod. 15, Deut. 7 et alibi, Deus dicitur redemisse populum suum ; et Act. 7, Moyses dicitur missus redemptor, licet nihil solverint; disparitas est enim aperta, quod in locis a nobis laudatis exprimatur redemptio *persoluto pretio,* secus cum Deus aut Moyses dicitur redemptor. Redemptio autem persoluto pretio, secundum ipsum Socinum, est vera ct propria redemptio. «Redimere » aliquem, inquit, lib. 2 de Servatore cap. » 1,nihil aliud proprie significat quamcap- » tivum manibus illius qui illum detinet, » dato pretio, liberare. »

Neque dicas cum iisdem, pretium etiam intelligendum esse improprie, quatenus scilicet ad ejus prasentiam liberamur a Deo, Nam 1° quis non videt hanc responsionem esse sine ullo fundamento fictam, miseram Scripturarum contorsionem, ct merum effugitam? Quod si semel admittatur, nihii erit inS.Scripturis quod ad sensum improprium detorquere non liceat. 2° i Joan. 18, hoc pretium comparatur, imo praefertur auro ct argento, quod est verum et proprium pretium quo redimuntur captivi. 5° Quia in græco non solum dicitur Xurpov, id est, pretium, sed αντΑντρου, id est, pretium æquivalens ct vera debiti compensatio.

Dicunt insuper Sociniani particulam *pro,* græce *ύ~ερ,* non semper significare substitutionem unius pro alio seu solutionem debiti, sed sæpe occasionem seu causam finalem. Unde quando Christus dicitur mortuus pro nobis, non est sensus quod loco nostro sit mortuus ct quod solverit debitum nostrum , sed quod morte sua magnum beneficium nobis contulit, contestons suam erga nos charitatem,promittens et certificans misericordiam Du condonaturam nobis peccata nostra. Id autem probant 1° quia i Joan. 5, jubemur animam pro fratribus ponere ad imitationem charitatis Christi, qui posuit animam suam pro nobis; non debemus autem animam ponere pro fratribus quasi illontm loco in pomis ferendis substituamin, sed tantum in eorum utilitatem et commodum. 2° Quia eodem modo Christus dicitur mortuus pro nobisquo dicitur mortuus pro peccatis nostris: at non dicitur mortuus propcccatis hoc sensu quod sit mortuus loco peccatorum nostrorum, sed quod sit mortuus ut a peccatis nos avocaret, et decorum remissione gratuita fidem et spem faceret

/I. nos non facere vim in particula *pra seuvTup* præcisc,sed cum adjunctis et circumstantiis : unde contendimus quod, cum Christus dicitur nos redemisse, non auro aut argento, sed pretio sui sanguinis,se dedisse redemptionem , seu pretium redemptionis pro nobis, nos redemisse de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, dedisse animam redemptionem, scu pre* tium redemptionis pro multis, et similia quæ dixi, ct modo dicam ; contendimus, inquam,hæc non posse intelligi nisi in quantum Christus se vadem nostrum dedit, loco nostro passus est ot pro peccatis nostris soluto pretio satisfecit : neque in S. Scripturis aut alibi has ct similes expressiones reperirc est, quæ subrogationem unius pro alio in solvendo pretio et satisfaciendo non significent.

Hinc evanescit quod opponunt de præcepto ponendi animam pro fratribus nostris; non enim jubemur podere animam pro fratribus ad eos redimendos, ad satisfaciendum pro ipsis, etc. soil cum Christus morte sua duo prastitit, primum et principale quod morte sua nos redament

d pro peccatis nostris satisfecerit,alterum quod exemplum rnutuæ cliarilatis imitandum nobis dederit ; ad hoc secundum,ubi urget necessitas proximi, horiatur nos Joannes Evangelista, non ad primum cujus sumbs incapaces.

Quod autem opponunt de peccatis, absonum est : quasi vera eadem particula pro, applicata rebus, eamdem vim significandi habeat ac applicata personis. Dum *ikû,Satisfeci pro debito Petri,* erit forte sensus quod sim substitutus loco debiti ? hoc est plane absurdum. Sed si dicam , *Satisfeci pro Petro,* sensus apertus et obvius est, quod satisfecerim loco Petri. Quando igitur Christus dicitur mortuus pro peccatis nostris, particula *pro* significat causam finalem, et sensus est Christum esse mortuum pro peccatis nostris expiandis : quando autem dicitur mortuus pro nobis cum adjunctis quæ retulimus et referemus, particula *pro,* significat Christum fuisse loco nostro substitutum, pro nobis solvisse redemptionis pretium , ac pro nobis vere satisfecisse.

Instant Fratres Poloni. Si Christus loco nostro sit mortuus, utqmd ergo nos adhuc morimur et alias peccati pœnalitates adhuc patimur?

B. Quia non est mortuus ut nos liberaret a morte temporali, sed æterna cui subjiciebamur, et ut nobis acquireret gratiam qua tolerantia pœnalitalum hujus vilæ fieret nobis meritoria vitæ æternæ.

Inferunt. Ergo debebat subire mortem sternam cui subjiciebamur.

B. N. illationem. Quia mors ejus temporalis fuit valoris sufficientis el superabundant ut nos ab æterna morte redimeret, ut dicemus infra.

Confirmatur 1° præcedens probatio ex Isal. cap. 53, ubi versu 4 dicitur de Christo .*Tere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit (grace·. Et ipse peccata nostra fert et pro nobis affligitur) : et nos putavimus eum quasi Itprosum et percussum a Deoel humiliatum.* Versu 5 : *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nastræ super cum , ct livore ejus sanati fumus.* Versu 6 : *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Versu 8: *fvopter scelus populi mei percussi eum.* Versu 10 : *Et Dominus voluit conterere cum in infirmitate ; si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum.* Ergo Christus pro nobis et loco nostro subrogatus, pœnas peccatis nostris debitas portavit et luit, sicque debitum nostrum extinxit; nam *disciplina pacis nostræ super cum, et livore ejus sanati sumus:* ergo nos redemit pretio persoluto · ergo vere et proprie pro nobis satisfecit. Id explicatius adhuc exprimit S. Petrus Epist. 1, cap. 2, ad verba Isaïæ alludens : *Peccata nostra,* inquit, *ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus, cujus livore sanati sumus.*

Jtespondent Sociniani, in hebræo, pro *tulit,* haberi vocem ambiguam quæ æque significat *ferre* et *auferre;* intelligi autem volunt Christum abstulisse languores nostros, hoc est,peccata et pœnas eis debitas, non tamen eas in se tulisse et passum fuisse; idque inde probant quod, dum Christus sanaret mçrbos, dicitur a Matthæo cap. 8, adimplevisse quod dictum erat per Isaïam dicentem : *Ipse infirmitates nostras accepit et ægrotationes nostras ipse portavit;* ct tamen Christus morbos in se non tulit nec assumpsit, sed abstulit tantum et sanavit.

Sed contra. Esto ly *tulit* apud Isaïam significet *abstulit;* et hoc etiam verissimum est, Christum abstulisse languores et infirmitates nostras, id est, peccata nostra et pœnas eis debitas; sed quare et quomodo, juxta Isaïam, peccata nostra et pœnas eis debitas abstulit? Quia illae *portavit ;* quia illas *pertulit in corpore suo super lignum ;* quia propter illas *vulneratus est et attritus;* quiapro *illis posuit animam suam ;* quia *posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum ;* quia eum *percussit et humiliavit.* Vere ergo Christus tulit et abstulit peccata nostra et pœnas eis debitas, sed ideo abstulit quia tulit. Neque his quidquam officit textus Matthæi, dum dicit impletum fuisse Isaïæ oraculum quando Christus morbos sanabat, quos tamen nec ferebat, sed auferebat tantum; quia, *ut patet esc dictis,* uti unique conjunxit Propheta, et quod Christus tulerit pœnas peccatorum, et quod eas abstulerit ; ct quia peccati pœnæ aliæ sunt amnii, aliæ corporis , utrasque sua passione

abstulit Christus, sen meruit auferri quando cxpediret»el ideo sanctus Matthæus dicit adimpletum fuisse Isaïæ oraculum, inadequate scilicet et exparte ablationis pœnarum corporalium.

Confirmatur 2° ex illo Psal. 6S, qui certo est de passione Christi : *Quæ non rapui, tunc exolvebam.* Quæ verba significant Christum, licet non rapuerat peccando Dei honorem, reddidisse tamen sua passione quæ homo peccator rapuerat. Ita sanctus Augustinus in hunc Psalmum : *Non rapui et exolvebam ; non peccavi et pœnas dabam.* Similiter alii Patres et interpretes. Ergo pro nobis satisfecit soluto pretio. 9

Prob. 2° Christus semetipsum obtulit in cruce ut victimam et hostiam piacularem pro peccatis nostris : ergo vere et proprie satisfecit pro nobis.

Prob. ant. Christus fuit verus sacerdos et pontifex novæ legis, ut testatur Apostolus tota Epistola ad Hæbreos , præsertim cap 7. Atqui munus sacerdotis et pontificis consistit non solum in intercessione, doctrina ct exemplo vitæ,ut vult Socinus, sed potissimum in immolatione et oblatione victim® pro expiatione peccatorum, ut diserte docet Apostolus Ilebr. 3 his verbis : *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Et cap. 8 : *Omnis pontifexad offerendum munera et hostias constituitur; unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat.* Dum autem Christus nihil haberet extraneum Deo dignum quod offerret, semetipsum obtulit in sacrificium ut victimam et hostiam, quod non minus expresse docet idem Apost. Heb. 7 : *Talis enim decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, immaculatus, segregatus a peccatoribus ct excelsior cadis factus, qui non habet necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit semel, seipsum offerendo.* Ibid. cap.9: *Christus assistenspontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non manu facium, id est non hujus creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semelin-^i»ASa,æternaredemptione inventa.* Ibid cap. 9 : *Christum, niel oblatus est, ad tnultorum exhaurio. dapcccata.* Ibid. cap. 10 : *Impossibility sanguine taurorum ct hircorum au[trri peccata : ideo ingrediens in mundum y cit: Hostiam ct oblationem noluisti,ia pus autem aplasli mihi : holocautoma, pro peccato non placuerunt libi, lu-, dixi, Eccc venio.* Ephes. 3 : *Christus di lexit nos, et tradidit seipsum pro noti oblationem et hostiam Deo in odora suavitatis.* Et sic alibi pluries: undeApx. 5, Christus dicitur *Agnus occisus.* Er; Christus semetipsum obtulit in cnice v victimam et hostiam piacularem pro pe. catis nostris.

Despondent 1 *Sociniani,* Christumn. fuisse sacerdotem in terra, sed in coelo tai tum, ideoque mortem ejus non fuisse v rum sacrificium, sed tantum præparati nem ad sacrificium quod offert in coelisir. tcrpellando pro nobis. Id autem proban conantur 1° quia Apost. Heb. 8, dit quod *Si Christus esset super terram,* ne:. *esset sacerdos, cum essent qui offem secundum legem munera, qui exemplar et umbrat deserviunt coelestium.* 2° Juni eumdem Apost. ibid. cap. 3, tunc Christus obiit sacerdotium quando ipsi dictu: est, *Filius meus es tu, hodie genui lt* atqui id ipsi non fuit dictum nisi post resurrectionem, ut colligitur ex Act. cap. 13 5° Idem Apost. ibid. cap. 40, dicit Clin· tum fecisse oblationem (piando ingressu.· est, non in mundum, cum ibid, versu: dicat in eo ingressu abrogata esse legalii quæ non fuerunt abrogata (piando ingresus est mundum : ergo intelligit Apostolus quando ingressus est in cœlum. 4' Idem ibid. cap. 11, dicit Christum debilis- *per omnia fratribus assimilari ut fieret pontifex;* assimilatus est autem pernior-1 tem. 5' Idem ibid. cap. 7 dicit : *Talis dicebat ut nobis esset pontifex... excelsior coelis factus.* Ergo priusquam cœlum ascenderet, officio pontificis non est functus 6° Quia Christus nunc in coelo se offert pro nobis, ibid. Id autem foret inutiles perfectam oblationem peregisset in terns Ergo.

Sed contra. Nihil est manifestius ex S. Scripturis cit. et aliis Christum in terris functum fuisse officio sacerdotis, semetipsum in cruce immolando ct offerendo. I· Quia ut modo dicebam ex Apost. Heb. 9, *Per proprium sanguinem semel introivit in sancta,* id est in cœlum : ergo antequam ingrederetur in cœlum, proprii sanguinis sacrificium peregerat, sicut sacerdos veteris legis victimam prius mactabat, deinde sanctuarium ingrediebatur cum sanguine quem offerebat. 2° Ut etiam dixi ex eodem Apost. Heb. 5, pontifex assumitur ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, utique in terris; in cœlo enim nullum sacrificium fieri, nulla victima immolari potest. 5° Idem Apost. Heb. 9 ait : *Non enim in manu facta sancta Jcsus introivit exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut nunc appareat vultui Dei pro nobis : neque ut sœpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per sinqulos annos in sanguine alieno, alioquin oportebat cum frequenter pati ab origine mundi; nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit.* Quot verba tot fulmina in Socinianos. 1° Jesus introivit in cœlum sicut pontifex introibat in manu facta sancta, non autem pontifex introibat in sancta nisi post perfunctum officium sacerdotis in mactatione victimæ, cujus sanguinem offerebat in sanctuario : ergo similiter Christus nonnisi post mactationem victimæ in cruce, introivit in cœlum, ut nunc appareat vultui Dei pro applicando nobis hujus sacrificii fructu. 2° Non sæpe sc offert sed semel : ergo in cruce, non in cœlo ubi continuo se offert. 5° Si sæpe se obtulisset, wpe passus fuisset : ergo passione se obtulit. 4' Sc obtulit cum apparuit : ergo in terra,non in cœlo ubi disparuit. Item ibid, cap. 7 : *Qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde fropopuli; hoc enim fecit semel se offrendo:* ergo in terris, non in cœlo ubi jiotidie se offert.

Nihil ergo, inquam, manifestius est ex S. Scripturis quam Christum officio sacerdotis fundum fuisse in terris, semel ipsum offerendo in cruce hostiam piacularem pro peccatis nosiris : hoc autem munus in ccelo incruente prosequi tur,repra:scu laudo Patri.<mum sacri licium et ipsum inlerpellandoulillius fructus nobis applicetur, ut non pm semel dictum est; et quia bæc duo

Sociniani non distinguunt, omnes Scripturas confundunt ; ut ergo connu tricis breviter satisfaciam,

Ad primum, sensus Apostoli est, quod si Christus post morteir» mansisset in terris, non esset sacerdos, quia nulla superesset ipsi victima offerenda : non proprii corporis, quia jam oblata erat ; non aliarum rerum terrenarum, id enim pertinebat secundum legem ad sacerdotes de tribu Levi, de qua non erat Christus, sed de tribu Juda. Et hunc sensum aperte important verba Apostoli. Potest etiam dici quod si post mortem mansisset in terris, nec ascendisset in cœlum, non fuisset sacerdos complete, quia non obiisset secundum munus sacerdotis, quod erat offerre in sanctuario sanguinem victimæ prius mactatæ.

Ad secundum, N. ant. Hæc sunt verba Apostoli : *Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad cum ; Filius meus es tu, hodie genui te.* Quibus verbis non significat Apostolus quando Christus sil factus pontifex ab eo qui dixit, *Filius meus es tu :* unde *dato* quod hoc non fuerit dictum ante resurrectionem , nihil juvat Socinianos. Veritas est tamen quod antea dictum fuerit, nempe quando Jesus baptizatus et transfiguratus fuit. Act. autem 5, hoc. dicitur de Christo resurgente, quia resurrectio est probatio et prosecutio generationis æternæ; cum enim Christus esset Filius naturalis Dei vivi, jure æternæ generationis debuit revocari ad. vitam.

Ad tertium. Intolerabile est Socinianos interpretari S. Scripturas contra formalissima ejus verba. Apostolus conceptis terminis dicit, *ingrediens in mundum;* et isti dicunt: Non ingrediens in mundum, sed in cœlum. Neque obstat non versu 9 dicat Apostolus Christum tunc abstulisse vetus Testamentum; sensus est enim ipsum declarasse auferendum, imo et jam auferri, si non facto, saltem jure; sicut enim lucente sole necesse est umbram evanescere, ita præsente veritate debent cessare figura.

Ad quartum. Non dicit ibi Apostolus (piando Christus sit institutus pontifex, sed quod ut esset pontifex *misericors (t fidelis,* comparions infirmitatibus nostri», debuerit esse particeps conditionis et mon*

talifatis noetra : quod non prodest Socinianis.

τ/d *quintum.* Iterum non (licit Apostolus Christum-non fuisse pontificem priusquam elevaretur in coelum, sed quod decebat eum elevari in coelum, ut illic pro nebis interpellaret et offerret sanguinem cf'usum in cruce, sicut pontifex in veteri l??e, ut jam pluries diximus, post macta-•'nern victimæ ingrediebatursanctiiarium, tr ejus-sanguinem offerret : verum sicut ferita erat pontifex antequam ingrederetur sanctuarium, ita Christus erat pontifex antequam ingrederetur in cœlum.

Ad sextum. Patet solutio cx dictis, scilicet, Christum se offerre in coelis non mactandnm sed mactatum, ut repraùcntatione sacrificii peracti ejus fructus .uobis applicetur.

Respondent. 2° Sociniaifl , sacrificium Christi in cruce equidem expiasse nostra peccata ; sed per expiationem intelligunt liberafionem a peccatis: liberavit autem, inquiun', non effective aut meritorie quasi pretium pro illis solverit, aut poenas eis debitas tulerit, quod esset proprie satisfacere; sed triplici alio modo : 1° *antccedcnter,* quatenus mors Christi secundum Dei ordinationem erat conditio quæ debebat præcederc gratuitam peccatorum remissionem ; 2° *exemplaritcr,* quia consideratio mortis Christi nos movet ad poenitentiam ; 5« *declaratoris , qu\a* per mortem ejus certificamur condonanda fore nobis peccata per Dei misericordiam. Idque apposite dictum putant; tum quia victimis antiquæ legis ■piæ erant figura Christi morientis nulla morat vis cflecliv e et meritorie delendi peccata ; tum quia expiare in S. Scripturis non semper significat satisfacere soluto pretio, sed quandoque *liberare,* ut dum dicitur de Deo Dent. 21 et Psal. Si, quandoque *tegere,* ut Psal. 51, quandoque *declarare remissionem factam ,* ut Levit. 15 et 14. Ergo.

Sed contra. Præpostere Sociniani confundunt expiationem cum liberatione, hæc enim est effectus, illa causa; ideo quippe liberamur a peccatis, quia sunt expiais. Christum autem vere expiasse peccata nns tra, hotrcst, solvisse pretium pro illis ct poenas illis debitas loco nostro luisse, pius quam manifestum reliquimus ex S. Scripturis huc usque laudatis

I * Modi vero quibus Socirtani hanc expia,
i tionem explicant insufficientes sunt ct ab. soni. Ac primo, si *antccedcnter* tantum mors Christi expiavit peccati» nostra, tanquam scilicet mera conditio prævia, expia· lio hæc seu liberatio non minus tribuendi foret ejus vilæ, miraculis ct resurrectioni quam morti, cum illa non secus ac mon processerint et debuerint procedere nostram liberationem factam in cœlis secundus Socinianos, et tamen soli ejus morti liborationem nostram tribuunt S. Scripturo Adde quod mors et sanguis Christi diutur in S. Scripturis, non mera conditio, sed pretium liberationis nostra. Quantira ad secundum modum, non diffitemur pusionem Christi esse exemplum quo movemur ad pœnitentiam; sed ibi non sistit, ulterius et principaliter est pretium nostra redemptionis, ut probavimus. Insupermortuus est Christus pro peccatis omnium hominum , non solum præsentium et futurorum , sed etiam eorum qui illum processerunt , quibus tamen ejus mors non potuit esse exemplum. Quantum ad tertium modum, Christus dicitur in S. Scripturi» citatis et aliis expiasse peccata nostra, noc (plia declaravit esse condonata aut fori condonanda, sed quia poenas eorum tulil ctpro ipsis sanguine suo pretium solvit: quod est proprie expiare et satisfacere. Item si mors Christi fuit tantum declarati) liberationis a peccatis , non plus nobicontulit quam victimæ legales; nam mactatio victimarum erat etiam tunc signua et declaratio condonationis peccatorum Item liberatio nostra deberet pariter et magis ascribi resurrectioni Christi quara ejus morti; quia, secundum Socinianos, magis adhuc per resurrectionem quam per mortem certificamur Deum nobis grati· condonaturum peccata nostra.

Ad ea vero quæ afferunt Sociniani in probationem sui commenti, *R. ad primum,* id ipsis magis nocere quam prodesse. Nam 1° sicut victimæ legales ven expiabant legales immunditias, ut figura respondeat veritati, Christus victima debet expiare animæ maculas. 2° Inter victimas legales et Christum, tantum debet intercederediscrimen quantum interngu-ramei veritatem seu realitalem : quamvi-ergo victimis legalibus ut liguris non era! vis exjoiandi delicta, hæc debuit compe-

Iere Christo qui erat veritas ct realitas ; ct lioc discrimen aperte designat Apostolus Heb. 40, dicens : *Impossibile est sanguini taurorum et hircorum auferri peccata; ideo ingredient in mundum, dicit : Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi; i\u'u* ergo victimæ legales non poterant auferre peccata, venit Christus, ut sui corporis sacrificio ea auferret. Item infra : *Et omnis quidem sacerdos præslo est quotidie ministrans, ut easdem sape offerathostias quæ nunquam possunt auferre peccata : hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei... unii oblatione consummavit in ccternum tanclificatos.* Hoc est ergo discrimen inter victimas legales ct Christum, quod illæ non possunt auferre peccata quia erant figura, posset autem Christus quia est veritas.

hl secundum. Nos non facimus vim in verbo *expiare.* Esto ergo quandoque significet in S. Scripturis, aut liberare, aut tegere, ant declarare expiatum : certum est etiam quod sæpc ct magis proprie significet solvere pretium liberationis, ferre poenas peccato debitas, adeoque proprie satisfacere; hoc autem sensu dictum esse de Christo probant quæ hucusque ex S.Scripturis protulimus. Ideo enim dicimus Christum vere et proprie expiasse peccata nostra,quia magno pretio nos emit; quia non auro aut argento, sed proprio sanguine nos redemit; quia dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate; quia factus est pro nobis maledictum, ut nos de maledicto legis liberaret; quia venit dare animam suam pretium pro mullis; quia vulneratus est propter iniqpitates nostras et attritus propter scelera nostra; quia livore ejus sanati sumus; quia exolvitquænos rapueramus; quia dilcx.it nos et ex hac dilectione sacerdos ct pontifex tradidit seipsum oblationem ct hostiam Deo : propter hæc, inquam, et plura alia similia quæ passim extant in S. Scripturis, dicimus Christum vere ct proprie expiasse peccata nostra.

Prob. 5° *ab inconvenientibus* quæ obiter attigimus in decursu priorum probationum. 1rt Si Christus tantum prædicatioœ ct exemplo vite pro nobis satisfecit, et tantum sit passus et mortuus, ut morte sua doefrinam ct vite sanctitatem confirmarer, fidemque ct spem inde faceret condonandorum peccatorum, nec potinri jure, nec aliter est redemptor noster quam martyres veteris ct novi Testamenti qui eadem præstiterunt, præsertim juxta Socinianos qui ipsum ut merum hominem reputant : atqui *falsum ct absurdum consequens;* solus enim Christus in tota Scriptura dicitur salvator ct redemptor noster, solus dicitur pro nobis mortuus, et hoc ita illi proprium est, ut nulli alteri convenire possit : unde Apost. 1 Cor. 1 : *Numquid Paulus crucifixus est pro vobis ?*

Neque dicas cum Socino, Chrismm singulariter dici pro nobis mortuum ct esse redemptorem nostrum, Ium quia primus omnium pro nobis mortuus est, tum quia morte sua nos a morte eripit. *Primum* enim *est falsum,* cum martyres veteris Testamenti prius ipso sint mortui pro nobis, eo modo quo dicunt Christum esse mortuum : et *esto* verum sit de Apostolis ct aliis sequentibus, non erit aliud discrimen nisi ordinis inter ipsos et Christum, ita ut vere possit dici cos esse mortuos pro nobis sed post Christum. *Ad secundum,* si non alia ratione pro nobis mortuus quam quia morte sua fidem ct spem nostram confirmavit, non magis nos a morte eripuit quam alii martyres.

2° Redemptio nostra in Scripturis specialiter tribuitur morti ct sanguini Christi: atqui si non sit alio fine mortuus quam ut doctrinam suam confirmaret, non est ratio cur redemptio nostra magis tribuatur ejus morti quam miraculis et sanctitati vitæ, per quæ non minus quam per mortem doctrinam suam confirmavit.

5° Sociniani dicunt Christum morte sua nos redemisse ct pro nobis satisfeci-e, quatenus non remittuntur peccata nisi bene viventibus; ad bene vivendum requiritur fides ct spes; hanc fidem et spem erigit et firmat resurrectio; hanc resurrectionem antecessit et meruit mors Christi. Porro juxta istud systema, nostra redemptio potiori jure tribui posset resurrectioni, utpote operi ad illam propinquiori quam morti, quæ aliunde ad redemptionem non concurrit, nisi quia praecessit resurrectionem : atqui nullibi in S. Scripturis tribuitur redemptio nostra resurrectioni Christi, sed ejus morti » ergo.

Longam antiquorum Patrum seriem in probationem conclusionis texere possemus, sed omittimus, quia illos parvipendunt Sociniani, cum non loquuntur ad salivam.

Solvuntur objectiones Socinianorum.

Obj. 1° Christus in S. Scripturis dicitur servator oh varias alias rationes quam quia nos redemit soluto pretio : 1° quia veritatem annuntiavit, Marc. 1, Lue. 4 et alibi. 2° Quia veritatem hanc confirmavit morte sua, Matth. 26, Hei). 15 et alibi. 5° Quia mortuus est ut ipsum imitantes vitam consequamur æternam, Rom. 15, Ephes. 4. et alibi. 4° Quia sua resurrectione fidem et spem corroboravit, Joan. 20, Rom. 1 et alibi. 5° Quia vitam æternam daturus est nobis, Matth. 28, Joann. 7 ct alibi. Ergo non est servator quia dato pretio nos redemit.

A.N. conseq. quæ prorsus est inepta; hi enim tituli non se destruunt, sed inter se optime cohærent : unde sicut assignatos admittimus propter auctoritatem S. Scripturarum, ita Sociniani propter camdein auctoritatem coguntur admittere Christum etiam esse servatorem nostrum quia nos redemit soluto pretio, cum id S. Scripfuræ aperte testentur, ut vidimus. Dicendum itaque quod omnia Christi opera spectent salutem nostram, mors quidem specialiter ut pretium redemptionis nostræ, cætera, qualia sunt prædicatio, exempla, miracula, etc. ut allicientia moraliter liberam hominis voluntatem ; sicut enim homo libera voluntate venumdatus est sub peccato, ita voluit Deus quod, licet sil Christi morte redemptus, libere tamen hujus mortis meritum sibi applicaret, sicque venditioni responderet redemptio.

Inst. 1°. Mors Christi secui.dum S. Scripturam, non fuit pretium redemptionis nostræ. Ergo. *Prob. ant.* Rom. 5 dicitur : Si enim *cum inimici essemus, reconciliati sumus per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati salvi erimus* in *vita ipsius.* Quibus verbis salus nostra magis vita· seu resurrectioni Christi quam ejus morti tribuitur : atqui vita beata seu resurrectio Christi non fuit pretium redemptionis nostræ : ergo nec mors ejus.

Jl. N.ant. Ad prob. Fateor salutem iri. but abApostulo vilæ seu resurrectioni Christi, at vero reconciliationem tribuit q., morti. Salutem igitur consequimur penitam Christi, quia per mortem ejus suma reconciliati : ergo ejus mors est prelit.i nostræ reconciliationis. Facit itaque Apκtolus antilhesim inter inimicos etrcconc·lialos, inter mortem et vitam, ct arguit·, majori ad minus, ita ut ejus sensus sil :> cum essemus peccatores et inimici, sum» reconciliati per Christi mortem,*a fortior.* nunc justi amici et reconciliati ab ipsoii·vente conscquemur salutem et vitam. l. S. Aug. lib. 15 de Trinit. cap. 16 : « » vita salvi, inquit, quia per mortem reo. » ciliati. Quis enim dubitet daturum ar. » cis vitam suam beatam, pro quibus in» micis dedit mortem suam ? »

Inst. 2°. Reconciliatio quæ fit sola pndicatione et ministerio verbi non indit?, pretio : atqui nostra reconciliatio facias sola prædicalione et ministerio verbi : er; *Prob. min.* Apost. 2 Cor. 5 dicit : /W *in nobis verbum reconciliationis :p; Christo ergo legatione fungimur, tax·quam Deo exhortante per nos.* Ergo.

II. N. min. Ad prob. N. conseq. Vitiat enim tribuit quidem Apostolis ministerii; reconciliationis ob prædicationis ofliciuni sed ipsam reconciliationem tribuitClirisi; nam paulo ante dixerat : *Deus qui nosr. conciliavit sibi per Christum, et da. nobis ministerium reconciliationis ;* ·' iterum : *Deus erat in Christo mundu reconcilians sibi.* Non ergo sola pradcatione, sed etiam morte sua Christust·. reconciliationisauctor.UndejuxtaS.Chnsost. Uom. 11 in 2 Cor. sensus Apost est : « Non est quod existimetis summas » hujus rei (reconciliationis) auctoritate » penes nos esse, ministri tantum sumus » Deus est qui totum hoc effecit, quip·' » Unigenitum suum terrarum orbem r »i gratiam recepit. »

Obj. 2°. Deus est infinite misericors: atqui infinitæ misericordiæ repugnat stridi satisfactio ; hæc enim est ex justitia quarpugnat misericordi® : ergo,

II. sic Deum esse infinite misericordiis, ut sit etiam infinite justus ; et quamvis « infinita misericordia potuerit sine ullas* tisfactione condonare peccata , ut imli tractatus probavimus contra Tourne!) ·' paucos reccntiores, voluit tamen ea® m executionc temperari justitia, sicque wrt-

ficatur illud Psal. 84 : *Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia ct pax otculatæ sunt :* mire namque ntraque relucet in opere redemptionis. Quod enim homini peccatori personaliter obligato ad pernam et satisfactionem, et satisfacere impotenti, Deus dederit Filium suum vadem et sponsorem, ejusque satisfactionem pro peccatoribus acceptare dignatus fuerit, magna sane et summa misericordia est; quod autem satisfactionem a Christo sponsore exegerit, justitia est : unde *ad min. D.* Misericordia', infinitæ repugnat stricta satisfactio respectu ejusdem subjecti, *C.* respectu diversorum subjectorum, *N.*

Inst. 1°. Sic Deus est misericors erga peccatores, ut eis resipiscentibus peccata grati' et nulla expostulata satisfactione remittat. Ergo. *Prob. ant.* 1° in Abel, Noë ct pluribus sanctis veteris Testamenti, qui salvi facti sunt absque Christi satisfactione. 2° Peccatoribus resipiscentibus et conversis ad Deum promittitur in S. Scripturis remissio peccatorum, nullius satisfactionis conditione apposita, Dent. 4, Psalm. 52, Jerem. 9. 5° Rom. 5, dicimur justificati gratis. Ergo.

Λ. *N. ant.* seu claritatis gratia, *D. ut anle.* Peccatoribus resipiscentibus Deus peccata remittit gratis, respective ad ipsos peccatores, *C.* respective ad Christum sponsorem, *N.Ad primam probationem.* Justi veleris Testamenti salvi facti sunt virtute iutiiræ passionis Christi, sicut absolvitur debitor ex fide data sponsoris pollicentis solvere statuto tempore. *Ad secundam probationem.* Promittitur venia pœnitentibus et conversis ad Deum, sed supposita satisfactione Christi. *Ad tertiam probationem.* Dicimur gratis justificati, 1° quia Deus gratis nobis dedit redemptorem ; 2° quia gratis acceptavit ejus satisfactionem; 5° quia gratis, id est, nullis præccdenlibus nostris meritis, gratiam justificationis infundit. At non gratis respectu redemptoris qui plene satisfecit justitiæ divinæ. Id ibidem in terminis exprimit Apostolus : *Justificati gratis,* inquit, *per gratiam sins, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus pro[iliationem per /idem in sanguine ipw, ad ostensionemjustitiæ suie.*

hut. 2°. Apost. Ephes. 4, hortatur nos ivimus *invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit nobis ;* quod repetit Coloss. 5 atqui Apostolus horiatur ut sic condonemus proximo injurias, ut non reposcamus vindictam, neque ab offendente, neque ab alio : ergo sic Deus nobis condonat.

P. Apostolum in hoc facere paritatem quod, sicut Deus condonat nobis immeritis, ita nos debemus condonare fratribus licet immeritis; non vero in hoc quod possimus exigere vindictam, sicut Deus exegit a Christo : soli enim Deo vindicia. Quin potius Apostolus proponit exemplum Dei nobis inimicis condonantis cum periculo et detrimento proprii Filii, ut nos efficacius moveat ad condonandum fratribus, ut explicatS. Chrys. IIom.7inEpist.ad Ephes, hæc verba, *Sicut Deus in Christo donavit nobis,* exponens : « Hoc quoque, *in» quit* , magnum ænigma; non absolute, » *inquit,* sed cum periculo Filii. Ut tibi » ignosceret, sacrificavit Filium. Tu autem » sæpe videns condonationem, et sine pe» riculo et sine sumptu, non faci

Inst. 5°. Nullo sensu condonatio potest dici gratuita ex parte Dei, si Christus plene pro nobis satisfecerit soluto pretio. Ergo. *Prob. ant.* Ille creditor nullo sensu dici potest remittere gratis, quando totum debitum illi solvitur, sive a debitore , sive a sponsore : ut si tibi creditori meo alter pro me solvat centum aureos quos tibi debeo, nullo modo censeris mihi remittere gratis. Ergo.

II. /V. ant. Ad prob. D. ant. In debitis realibus pecuniarum et aliarum rerum exteriorum, *C.* in debitis personalibus ortis ex læsione honoris seu injuriis illatis, ut in nostro casu, *N. liatio disparitatis est,* quod in restitutione debili rcalis attendatur «'qualitas rei ad rem : unde a quocumque ponatur ista æqualitas, extinguitur debitum. At in restitutione debili personalis orti ex læsione honoris, attenditur æquahtas person® ad personam, ita ut sicut injuria.illicit personam offensam, ita obligatio satisfaciendi afficiat personam offendentem , possiiquc persona offensa jure suo utens recusare satisfactionem cujuscumque alterius;sicut enim offendens depressit offensum, ita offensus habet jus ut ipse offendens ad æqualitatem se deprimat, ut sic fiat juxta compensatio. Quapropter magna fuit gratia et misericordia ex narte Dei,

quod acceptaret humiliationem et satisfactionem ah altero exhibitam pro nobis personaliter obstrictis et satisfacere non valentibus, maxima vero quod ipse nobis dedent proprium Filium qui loco nostro plene satisfaceret.

Inst. 4°. Quando creditor dat debitori id unde satisfaciat et ea intentione ut satisfaciat , non censetur propria satisfactio, sed potius gratuita remissio ; non enim tunc del itor habet proprie dominium in rem dajatn ea precise intentione ut eam reddat , sicque non satisfacit ex propriis : atqui juxta datam solutionem sic est in praesenti casu : ergo.

II. D. rnaj. Non censetur propria satisfactio respectu debitoris a quo nihil exigitur, *C.* respectu sponsoris liberi a quo exigitur satisfactio ex propriis, *N.*

Inst. 5°. Non censetur gratuita remissio debiti, nisi remittatur ex sola libcralitate creditoris: atqui Deus non remittit nobis debita ex sola sua libcralitate, sed propter satisfactionem Christi : ergo.

Jl. D. min. Deus non remittit nobis debitum ex sola sua libcralitate respective ad Christum , *C.* respective ad nos, *N.* Sola enim ejus liberalilas fuit quod satisfactionem ad quam eramus personaliter obstricti et cujus eramus incapaces, ab alio acceptaret, et potissimum quod daret ipse nobis qui plene satisfaceret. Item ex ejus sola liberalitate est quod gratia remissiva peccati quam Christus nobis quoad sufficientiam meruit, de facto nobis applicetur.

Inst. 6°. In hoc casu potest dici debitor commutatus, sed non debitum gratis remissum.

II. 1). Sed non debitum gratis remissum respectu Christi a quo exigitur satisfactio, *C.* respectu nostri a quibus nihil exigitur, *N.* Bene ergo distingue inter debitorem cui gratis remittitur, ct inter sponsorem a quo reposcitur satisfactio : respectu illius est misericordia, respectu istius est justitia ; quæ non repugnant inter se quatenus respiciunt diversa subjecta.

Inst. 7°. Si Christus pro nobis satisfecit, censemur cum ipso satisfecisse, quia sumus ejus membra ct ipse caput nostrum : ergo remissio debiti lit nobis ex justitia ct nullatenus ex misericordia.

/i. *D.conseq.* Remissio dehiti fit nobDex justitia ic»p«ὺΐ; Christi capitis qui I *C.* respectu membrorum qu® nihil pervnaliter solverunt prout tenebantur, Λ'.

Obj. 5°. Inhumanum es*.et injustumiir nocentem capite plecti pro reo, et ejusloe substitui : atqui id fieret in satisfaction Christi quam protendimus : ergo.

Z?. *D. maj.* Inhumanum est et injustut innocentem plecti pro reo, si non sit eje sponsor voluntarius, *C.* si sit ejus spons, voluntarius, *N.* Christus autem fuit nossponsor voluntarius, oblatus est enim quii voluit.

Subsumes. Atqui nullus potest essesp..· sor alterius etiamsi voluntarius in crimii capitali. Ergo. *Prob. subsumptumA9^:* id prohibetur jure divino, Dent. 24:<V; *occidentur patres pro filiis, nec fdiip patribus, sed unusquisque pro ptati: suoinorietur.* EtEzech 18, ipse sibi Ita hanc legem fecit : *Ecce omnes anirc meæ sunt; ut anima patris, ita* ani::, *filii mea est ; anima quæpeccaverit* ip›. *morietur.* 2° Quia repugnat rationi etkit publico quod scelesti et criminosi, qui sui reipublicæ pestes, vivant in detrimental boni communis, dum justi et innocents in quibus potissimum sila est rcipublic salus, pereunt. Ergo.

II. D. subsumptum. Nullus homo [finis potest auctoritate humana esse sponxt alteriusnn causa capitali, *C.* homo Dem, *N.* Ideo homo purus non potest essè sponsor alterius in causa capitali,!0 quia neque ipse neque judex habet dominium : ejus vitam quandiu Innocens; 2° qub ex hujusmodi substitutione inter homine- puros sequziur inconveniens allegatum i: secunda probatione subsumpti. At cue Christus sesponte constituit hominum Il·! jussorem, hoc fecit auctoritate divina qi? plenum habet dominium in vitam hominum; neque inde sequitur detrimenta reipublicæ, cum inde non multiplicent' crimina ct criminosi, sed e contra adversus omnia crimina afferantur remedia ei morum sanctitas promoveatur; *Unatnv oblatione,* Christus *consummavit in (tier num sanctifcatos.*

Porro Deum legi prolnbcnti hujusmo! substitutiones non se astrinxisse, patetn pluribus loci·. S. Scripturæ. Sic Éxod. - et 31 dicitur : *Deus visitans iniquitate patrum in tertiam ct quartam generi· hu* em. Tbnm I *Putres nostri pecti-*

cerant, et nox iniquitates eorum portavimus Genes. 9, Chanaan maledicitur ob fidum Chami patris sui. 2 Rcg. 21, lilii Saàüs et ejus nepotes suspensi sunt propter ejus peccata. Ibid.24,ob culpam Davidis, ceciderunt septuaginta hominum millia. Neque obstat quod opponitur cx Ezech. id euim spectat specialiter Judæos qui conquerebantur se poenas luere peccatorum patrum suorum : unde exierat inter ipsos hoc proverbium : *Patres comederunt uvam acerbam, et dentes [iliorum obstupescunt,* ibid. Quibus respondet Deus sibi ex hac parte factum esse satis, Seque non amplius ipsis imputaturum peccata patrum suorum, sed unicuique suum. Id autem 'ion derogat juri divino pro aliis casibus, nec ullatenus spectat Christum qui se voluntarie vadem dedit pro peccatoribus.

ZWt.Pœuasequitur peccatum : ergo qui non peccavit puniri non debet.

It. D.ant. Poena sequitur peccatum proprium vel alienum imputatum, *C.* semper proprium. *N. Patet cx dictis.*

Quantum ad id quod objiciunt, Christum non potuisse pro nobissalisfaccre, quia sihimelipsi satisfecisset, diluetur articulis sequentibus.

Obj. 4°. Christus non pertulit pumam peccatis nostris debitam : ergo proprie non satisfecit pro nobis. *Prob. ant.* Peccatis nostris debebatur poena infinita et æterna, ct cuilibet peccatori mors temporalis : atqui Christus non pertulit poenam infinitam et alternam, neque mortes innumerabiles debitas innumerabilibus peccatoribus praeteritis, praesentibus et futuris : ergo.

It. N. ant. Ad probat, dico Christum pertulisse pœnam valore æquivalenlem poinle inlinitæ et æternæ, ac mortibus temporalibus innumerabilibus, utpote qua; fuit infiniti valoris, *ut palet ex alibi didis ct infra dicendis.*

Obj. 5°. Antequam Christus veniret m mundum, Deus erat nobis placatus et offensas condonaverat: ergo Cbrisluspro illis non satisfecit. *Prob. ant.* Antequam Christus veniret in mundum, Deus dilexit nos, et ex hac dilectione misit Filium suum, juxta illud 1 Joan. 4 : *Ipse dilexit nos, et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.* Atqui non potest simul diligere ct irasci : ergo erat placatus cl offensai condonaverat.

II. N. ant.Ad probat. D. min. Non potest simul diligere ct irasci sub eodem respectu , *transeat;* sub diverso, .V. Aliud itaque est affectu benevolo diligere naturam, aliud placari offensis et illas remittere. Sic pater bonus et justus diligit lilium delinquentem, quem tamen juste corripit, nec prius illi placatur ct condonat delictum : Deus ergo ex misericordia diligebat naturam quam salvare volebat, sed mediante satisfactione pro peccatis, per quam fuit placatus et propitius; et hoc ipsum dicit textus cilatus Evangelislæ.

Obj. 6° *ab inconvenientibus.* Si Christus plene et proprie satisfecit pro nobis, sequitur 1° quod plus illi debeamus quam Deo Patri qui non satisfecit pro nobis; 2· quod satisfactiones noslræ sint superflus; 5° quod gratia ct vita æterna sint nobis ex justitia debibe, et namini possint denegari : atqui hæc sunt absurda : ergo.

Ii. ad primum, N. sequelam·, quia si multum debeamus Christo quia satisfecit pro nobis, multum debemus Patri qui nobis dedit illum. Sed dicendum nos æqualitcr debere toti Trinitati, quia licet Incarnatio sit terminative solius Filii, est effective totius Trinitatis.

Ad secundam, J). sequelam. Superfluae sunt satisfactiones noslræ ut mereanturreconciliationem, *C.* ut applicetur nobis ista reconciliatio, *N. Hæc solutio magis patebit cx sequentibus.* Unde

Ad teri iu m, zV *sequelam.* Quamv is enim Christus pro nobis solverit pretium «équivalons. imo et superabundans, noluit tamen illud applicari nisi iis quibus et quomodo ipsi placuerit. Quia igitur voluntate antecedente vult omnes salvos fieri, sic vult illud omnibus sufficienter applicari, ita ut nemini gratias sufficientes deneget. Sed quia voluntate consequente vult tantum aliquos salvari, iis tantum vult efficaciter applicari per gratias efficaces; et quidem aliquibus, ut parvulis baptizatis independenter ab corum operibus, quia non sunt capaces; adultis vero dependentor ab eorum operibus liberis, ut redemptio, sicut jam dixi, correspondent venditioni, quæ fuit eliam per liberum arbitrium. Et ideo Apostolus Coloss. 1 dicebat. *Adimpleo ca quæ desunt passionum Christi in carne mea,* non quoad sufficientiam pretii, sed quoad ejus applicationem, qu · nca

fit nisi dependentor a Donis operibus.

Lato admodum calamo præsentein materiati prosequuntur quidam recenliores theologi, Witasse, Boucat, Tournely, Berty, etc. Verum Ime usque dicta instituto nostro sufficiunt.

ARTICULUS V.

Utrum operationes Christi fuerint ab intrinseco caloris simpliciter infiniti tam ad merendum quam ad satisfaciendum 9

Nota 1" aliud esse meritum, aliud opus habere valorem ad merendum; meritum enim importat jus actuale ad premium : ut autem opus aliquod acquirat jus actuale ad premium, ultra valorem intrinsecum , requiruntur plura alia, ut quod ordinetur ad premium, quod acceptetur a pramiante, etc. Unde consulto in titulo dixi, *calorem infinitum ad merendum,* non meritum infinitum.

Nota 2°, quod alia sit ratio meriti, alia satisfactionis. Jieritum respicit premium obtinendum a præmiantc, adeoque bonum merentis, aut alterius cui meretur. Satisfactio respicit jus alienum læsum resarciendum, adeoque bonum oliensi, non satisfacientis. Hinc dicimur nobis mereri a Deo, Deo autem satisfacere pro injuriis ipsi a nobis illatis, possuntque ab invicem separari meritum et satisfactio : sic qui solvit creditori centum quæ debet, satisfacit quidem creditori, sed nihil apud ipsum meretur. E contra qui, nullo titulo alteri obstrictus, in ejus gratiam obsequium prastat, apud ipsum meretur, et tamen non satisfacit ipsi. Quia tamen in operibus Christi ratio meriti et ratio satisfactionis simul reperiuntur, Christus enim satisfaciendo Patri peractus virtutum simul etiam apud eum merebatur, cum illi actus haberent omnes conditiones ad meritum requisitas, ut vidimus, ideo utrumque. hic conjungimus.

Circa propositam difficultatem duplex est sententia. Scotistx volunt operibus Christi non inesse valorem infinitum ab intrinseco ct ratione suppositi divini, sed tantum ab extrinseca acceptatione Dei acceptantis illa ad valorem ct premium infinitum. Fatentur tamen ratione suppositi divini maximum habere valorem inadæquabilem a merito pura· creatura·, ratione cujus congruum eratutaDeo acceptarentur adinfinitumulorem. E contra vero omnes alii tlieolo; tam domestici quam extranei propugip,/ infinitum valorem operum Christi ab ia Irinseco. Cum quibus

Dico. Operationes Christi nonsolunte extrinseca Dei acceptatione, sed etiamü intrinseco, fuerunt valoris simpliciter ininiti tam ad merendum quam ad salisibciendum.

.sinte probationem, suppono 1°,reni,i quocumque habet esse, habere et perfecti - nem : porro quilibet affectus habet e-', adeoque et perfectionem, a quatuor cause efficiente, finali, materiali cl formali. Quapropter cum operatio habeat suum essti duobus principiis, quæ quatuor causas» signatas complectuntur, scilicet 1° a subjecto eliciente, quod etiam gerit vicescais materialis, actus enim maxime mimantsrecipitur in subjecto a quo elicitur; 2° i. objecto specificante, quod habet ratione' causæ formalis et finalis : ita ab hisduobffi principiis habet suum valorem et suam perfcctionem.

Suppono^quod,licet hæc principiaactionis ipsi sint extrinseca, ab illis tamenintrinseco et realitcr dependeat, quia depeti-| dentia ab illis ct ordo ad illa est ipsi inlrincusct realis. In operationibus itaquelliea:;-dricis Christi est ordo realis et intrinseci; ad objectum a quo spccificantur et ad principium a quo eliciuntur. Principium eliciens est duplex, *quo* et *quod:* principiir. ' *quo* multiplex, scilicet ipsa natura human', ejus potentiæ ct habitus, sed inter sesubordinata : ad hæc omnia dicit ordinem actu· egrediens. Principium *quod* unum est,scilicet suppositum a quo clicitive, ut alii diximus, procedunt operationes, non equidem per distinctum influxum, aut distinctam virtutem ab ipsa natura; sed ex natur, et subsistentia fitunumoperanstotale.il. ut suppositum sen persona sil id quod operatur,-et natura id per quod operatur; sicut homine operante per manum, etips· manus ct ipse homo operantur, pendelqu·' motus realitcr ab utroque, non tamen per distinctum influxum; sed eadem action; homo ct manus operantur, homo ul *quo.*, manus ul *quo.*

Suppono 5°, in operibus Christi hominis nullam esse infinitatem physicam; qui» omnia miiciph'/uo, scilicet natura, polen

tie,habitus sunt physice finita : suppositum | autem Verbi operans ut *quod,* non tribuit illis ullam cntilatem physicam quæ non egrediatur ab ipsis principiis *quo;* non enim,titdictum est, suppositum influit phy- ace in illas operationes alia virtute aut causalitate quam ipsius natura cujus est suppositum; in tantum enim operatur in quantum terminando naturam constituit totum quod illa mediante operatur et non seorsum.

Suppono 4°, duplicem valorem debere distingui in actionibus Christi : unum qui petitur ab objecto, et ille est finitus; alium qui petitur a subjecto eliciente, et hunc ratione suppositi dicimus esse moraliter infinitum. Unde

Prob. conclusio i° ab auctoritate. Clemens VI, in Extravag. *Unigenitus,* lib. 5, tit. 9 de Pœnit. et Remiss, loquens de thesauro Ecclesiæ, ait : « De cujus consump- » tione aut diminulione non est aliquate- » nus formidandum, propter infinita me- » rita Christi. » Et paulo superius dixerat Christum non effudisse « guttam sanguinis • modicam, quæ tamen propter unionem » ad Verbum pro redemptione totius ge- » neris humani suffecisset. » Quibus ultimis verbis provenitur evasio Scotistarum, qui dicunt pontificem velle merita Christi esse infinita ab extrinseca acceptatione, non ab intrinseco; siquidem expresse dicat pontifex esse infinita *propter unionem ad Perbum.* Similiter S. Th. q. 46, a. G, ad6, dicit quod passio Christi virtutem infinitam habeat ex divinitate unita.

Ex quibus sic argumentor. Operationes Christi habent valorem infinitum ex unione ad Verbum : atqui illa unio non est deputalioextrinseca, ut est v. g. in moneta, ad valorem ultra naturalem, sed realis et intrinsecus ordo actionum illarum ad suppositum a quo egrediuntur et cujus sunt aliquid : ergo. *Maj.* est D. Th. et Clemens VI. *Min.* est nota lumine naturali.

Prob. ratione, seu magis explicatur præcedens ratio. Æstimabilitas moralis, seu valor tam meritorius quam satisfactorius actionum, non solum petitur ex objecto, aut ex principio *quo,* sed etiam et maxime cx dignitate personae operantis ut *quod,* coque magis crescit quo major est dignitas personæ : atqui persona Christi est infinite digna : ergo ejus operationes, licet ex conditione objecti ct principii *qu° s*nl fi-* niti valoris, ex dignitate tamen infinita |>ersonæ a qua procedunt habent infinitam æstiniabilitatem moralem, valon.mque tam meritorium quam satisfactorium infinitum simpliciter; pars enim infinita non Enitatur ex compacte linita, sicut nec totum inde conflatum, ut patet in aggregato ex Deo et mundo. *Min. est certa. Maj. prob.* 1° *ratione qenerali.* Actiones scilicet immanentes sunt a persona, ut a principio activo et passivo, quatenus ab illa elicitive procedunt et in ea immanent, eaque duplici ratione participant dignitatem personæ ut aliquid illius , si nempe personæ dignitas non se habeat pure concomitanter ad illas, sed formaliter, ut fit in actionibus moralibus. 2° Specialiter de actionibus salisfactoriis et meritoriis; cum enim hæ prostentur in obsequium et gratiam alterius, involvunt formaliter ipsam personam offerentem , quatenus non solum illas exhibet veluti in abstracto, sed per eas seipsam submittit et offert ei cui obsequium prostatur, ita ut in ratione merendi et satisfaciendi non ponant in numero meritum et merens, satisfactio et satisfaciens, atque persona se habeat ad illas actiones per modum fonnæ moralitcr intrinsccæ, adeoque illimilate et in tota sua latitudine tribuat illis suam dignitatem : et hæ actiones dicuntur reilexivæ supra suppositum. Hinc in S. Scriptura Genes. 4 dicitur : *Despexit Dominus ad Abel et ad munera ejus,* ubi habetur consideratio personæ et operum , imo prius personæ quam operum. Item in humanis magis æstimatur in ordine ad premium aut satisfactionem actio obsequiosa ducis quam plebeii, esto foret ejusdem speciei. Similiter in supernaturalibus, actus supernaturales in justo vim merendi et satisfaciendi majorem habent quam in peccatore, licet sint objecto, intensione, etc. pares.

Confirmatur. Sicut moraliter loquendo offensa est in offenso, ita honor est in honorante et satisfactio in satisfaciente : ergo sicut offensa crescit juxta dignitatem offensi , ita dignitas operis honorifici el satisfactory crescit juxta dignitatem honorantis et satisfacientis.

Unde colliges, omnes Christi actiones etiam naturales fuisse theandricas, ut jam diximus, ct probabilius infiniti valoris, non quidem quaternis naturales, sed qua

tenus subditas libéra ejus voluntati eas referebat «x imperio cliaritatis in gloriam et obsequium Dei.

Bespondent huic fundamentali rationi *Scotüta,* dignitatem operum crescere juxta dignitatem person® operantis, non arithmetice seu ad squalitatem, sed geometrice et secundum proportionem, ita ut si persona sit superioris ordinis, ita et opus, superetque dignitatem omnium operum inferioris ordinis.

Sed contra. 1° Dignitas person®, quia est superioris ordinis, tribuit operi quod sit etiam superioris ordinis : ergo quia est infinita, tribuit etiam operi quod sit infiniti valons : a pari.

2° Quod se habet per modum form®, tribuit se totum et in tota latitudine subjecto quod informat, si sit illius capax : atqui, ut modo diximus, persona in actionibus meritoriis et salisfactoriis se habet ut forma intrinsece moraliter informans, et ill® actiones licet non sint capaces infinitatis physic®, quia pnneipia earum *quo* sunt finita, sunt tamen hoc non obstante capaces æstimabilitatis seu dignitatis moralis infinit®; quia ili® infinitates sunt diversi ordinis et a diversis principiis cau- l hanc vim tribuit operibus Christi pmp· unionem ad Verbum.

Contra 2°. Secundum banc solutions sequitur quod meritum aut satisfactio r® creatur® posset ita crescere , ut lao· dem adæquaret valorem intrinsecum opt· rum Christi.

santur : ergo.

Prob. 5° *conclusio alia ratione.* Opera Christi habent vim moralem merendi premia majora et majora in infinitum syncalegorematice, et satisfaciendi pro peccatis gravioribus ct gravioribus in infinitum syncategorematice : ergo habent valorem tam meritorium quam satisfactorimn in infinitum. *Ant. est certum. Patet etiam cons.* Quia sicut vis effectiva physica effectuum inæqualis perfectionis usque in infinitum syncategorematice, arguit causam physice infinitam, idcoquc theologi probant omnipotentiam Dei esse infinitam, quia ad effectus syncategorematice infinitos inaequalis perfectionis extenditur : ita vis effectiva moralis effectuum inæqualium sine termino, arguit actionem in genere moris infinitam.

Bespondent Scotistæ ad ant. opera Christi hanc vim habere non ab intrinseco , sed ex intrinseca acceptatione Dei qua illa acceptas it ad premia et satisfactiones infinitas syncategorematice

Sed contra t°. Hæc responsio est aperte contra Clementem v l Mipra citatum, qui finita, hauriunt tamen secundum æslimationem moralem , infinitam dignitatem ct tstimabiliMtem. Igitur valor ille actionum Christi physice est finitus, moraliter tamen infinitus; valor enim et meritum sunt modi morales qui physicam actus perfectionem excedere possunt, ut palet, v. g. in humiliatione regis et plebeii, qu® licet sint ejusdem speciei physice spectat®, morali tamen æstimatione maxime differunt ; imo aliquo sensu ille valor potest dici physice infinitus, quatenus infinitam Verbi personam involvit et in obliquo importat.

Inferes. Ergo actio qua l>. Virgo obtulit Christum in templo erat etiam infiniti valoris, adeoque sufficiens ad redemptionem generis humani; quod alibi negavimus. *Prob. illatio.* Hæc oblatio dicebat etiam ordinem intrinsecum ad personam infinitam eamqne in obliquo importabat, *ut patet.* Ergo.

H.N. illationem. Adprob. D. ant. Hæc oblatio dicebat ordinem intrinsecum ad personam infinitam ut ad objectum tantum, *C.* ut ad principium, subjectum et formam oblationis, *N. ant. et conseq.* Objectum enim quantumvis infinitum, non dat actui quem spccificat infinitam dignitatem, utpote ipsi extrinsecum, ut palet in actu cliaritatis pur® creatura; nec ideo dicimus actiones Christi habuisse valorem infinitum precise quia per illas Christus ipse offerebatur ut objectum oblationis (licet ex hoc capite non negemus aliquam oriri infinitatem scilicet objectivait et extrinsecain), sed quia persona Verbi erat principium *quod*, subjectum, et forma moralis illarum, adeoque ex his capitibus intimius cum ipsis conjuncta, unumque totale meritum seu totalem satisfactionem moraliter cum ipsis componens. Non enim operatio appretiatur morali æstimatione seorsi in considerata a suo principio a quo egreditur et a termino in quo identifleatur, sed hæc omnia ingrediuntur moralem sslimalioncm actionis, ita ut in ratione valoris non ponant in numero, ut diximus.

Obj. 2° *et simul inst. cum eodem.* Majoris est valoris in Christo actus divin® voluntatis quam actus human® voluntatis : atqui infinito non datur majus : ergo actus human® voluntatis in Christo non est valoris infiniti.

U, i), min. Infinito in ratione entis non datur majus , *C.* infinito in certo genere, *N.* Porro in genere valoris moralis, orti ex unione ad personam divinam agentem, nihil datur majus. At in aliquo genere valoris potest dari majus : unde major est valor actus voluntatis divinæ, quia nedum moraliter, sed et physice est infinitus; ei quia valor ejus moralis non est emendicatus ab allero ut in actionibus theandricis Christi, sed auctoritalive et principaliter ex se.

Subsumes. Atqui in genere valoris operum Christi datur majus et minus. Ergo. *Prob. subsumptum.* Actus amoris v. g. in Christo majoris est valoris quam actus alterius virtutis; item majoris valoris estejus passio quam unum suspirium. Ergo.

B. D. subsumptum. In genere valoris objectivi seu essentialis datur majuse mimis, *C.* in genere valoris personalis V. Is enim in omnibus est æquelis.

Obj. 5°. Valor meritorius aut satisfac torius non crescit arithmetice juxta digni tatem person® : ergo ruit ratio conclusionis. *Prob. ant.* Actus cliaritatis , v. g. ®qualis intentionis, a viris in sanctitate in®qualibus procedens, æqualis est in valore. Ergo.

B. N. ant. Ad prob. D. conseq. Ergo valor non crescit juxta dignitatem persoli® , si dignitas tantum concomitanter se habeat ad valorem operis, *C.* si per se conducat ad valorem operis, Ar. Est ergo disparitas inter hominem justum et Christum, quod justus utatur gratia habituali ad operandum quando vult, et non utitur quando non vult; habitus enim subduntur dispositioni nostra, iis utimur quando volumus et eo modo quo volumus : unde sicut plura opera facit justus in qu® gratia nullatenus influit, sed tantum concomitanter se habet, ita eo modo et gradu quo vult hæc gratia influit in opera ejus, et eo gradu quo influit dignifleatur opus, cæteris gradibus concomitanter tantum se habenlibus. At vero persona Verbi non subditur usui liberi arbitrii, cum substantialis sit et non possit voluntas sine person® concursu operari , idcoquc dignifical secundum totum quod potest.

Hac etiam disparitate, *ut prœveniatur instantia,* fit quod reges, v. g. faciant multas actiones, puta mere naturales, qu® non sunt majoris galoris in insis quam in

pleberis, quia eorum dignitas cum sit accidentalis non influit in omnes eorum actiones , sed in morales tantum : secus in Chnsto cujus dignitas est personalis et substantialis : unde sicut persona Verbi influit indispensabiliter in omnes Christi actiones , ita ct ejus individua ct indistincta dignitas. Adde quod omnes actiones naturales in Christo, quatenus subdite voluntatis ejus dominio et relate ad Deum, fiant morales et sint in suppositum reflexivæ.

Pepones. Deus agens ad extra est substantialiter infinitus : atqui tamen ejus actiones, ut creatio, concursus, etc. non sunt infinite dignitatis : ergo.

Ii. D. min. Si ejus actiones sumantur prout existiinl in Deo, *N.* sunt enim stcipsemet Deus, adeoque in omni genere infinite.Si sumantur pro actione effecta quæ recipitur in creatura, *C.* Sic enim sunt extra Deum ut aliæ res create, nec specialiter ipsi uniuntur, nec sunt aliquid ipsius personaliter : unde ex hoc non hauriunt specialem valorem.

Inst. Etsi dignitas personæ Verbi per se conducat ad dignitatem actus, non potest tamen infinitum illi valorem tribuere. Ergo. *Prob. ant.* 1° quia non influit in illum nisi mediante humanitate ut principio *quo* et finito; 2° quia non influit nisi ut unita humanitati, unitur autem finito modo; 5° quia non satisfecit nec meruit ut Deus, sed ut homo.

Ii. N.ant. Ad primam probat. D. ant. Persona Verbi non influit valorem physicum et formalem in actum nisi mediante humanitate, *C.* valorem moralem et personalem, *subd.* Nisi mediante humanitate materialiter, et præsuppositive tantum ad hunc valorem concurrente, *C.* formaliter et per se ad hunc valorem concurrente. *N.* Igitur humanitas, ejus potentis et habitus per se influunt in actum bonitatem physicam et moralem objectivam ; sed eo posito, ex sola dignitate personæ agentis formaliter oritur valor personalis ct infinitus, humanitate ct ejus actu physico materialiter tantum et præsuppositive ad illum se habentibus : unde non illis, sed personæ dignnatuadæquari debet.

Ad secundam prob. D. ant. Non influit ih m ut unita humanitati, ly *ut* reduplicante conditionem prærequisitam, *C.* ly *ut* reduplicante cau«atitatem principii et causæ formalis valoris Infiniti, *N.* Uigitur non est principium et causa I» malis unde profluit ille valor infinito, sed ipsa persona Verbi, prasopponensi* men unionem ut conditionem necess-r® requisitam.

Pd tertiam probat. D. ant. Christ® non meruit nec satisfecit ut Deus,ly u/n. duplicanto principium *quo, C. ant.* re!> plicante principium *quod, N. solutio p;· td er didis.*

Urgebis. Deus ut principium *quoins.* potuit humiliari: ergo ut principium*qu*›: non satisfecit.

R. D. ant. Ut principium *quod* non potuit humiliari in natura divina, *C.* in natura humana assumpta, *N.* Actiones antes sunt suppositorum clicitive, ut diximus,« ex supposito dignificantur.

Obj. 4°. Valor est proprietas sequens jj bonitatem moralem operis : atqui bouilimoralis operum Christi erat finita, utpo'.? consequens enlitatem finitam : ergo.

II. D. maj. Valor essentialis seu objethus, proveniens scilicet ex objecto eteir- \ cumstantiis, est proprietas sequens adi» nitatem moralem, *C.* valor personalis et ipsa scilicet dignitate personæ operanti· proveniens, *N.* Ad hunc equidem valorem personalem requiritur bonitas moralis ut conditio præsupposita : at principium formale est ipsa persona agens. Hinc valor objectivusin actionibus Christi est inæqi» lis pro inæqualitate objectorum et circumstantiarum , valor autem personalis est æqualis ct unus in omnibus.

Inst. Juxta hanc doctrinam, sequitur quod si Verbum assumpsisset humanitalem secundum statum naturæ **pura**, sicut poterat de potentia absoluta, illius actiones forent etiam valoris infiniti in ratione meriti et satisfactionis, cum etiam tunc foret persona agens ut quod infinite dignitatis: atqui *falsum consequens :* ergo, *Prob. min.* Iste actiones in hac hypothesi non forent supernaturales.· ergo nec meritori? nec satisfactoriæ in infinitum apud Auctorem supernaturalem.

Λ. *N. min. Ad prob. D. ant.* Non forent supernaturales ex parte principii *quo, C.* ex parte principii *quod* seu suppositi, iV,

Obj. 6°. Opera Christi dependebant ab acceptatione Dei, ut essent meritoria et sasfactona : ergo ab extrinseeo.

Jl.D. ant. Ut essent meritoria et satisfactoria in actu secundo, hoc est, ut de facto mererentur, etc. *C.* in actu primo, seu ut haberenl valorem merendi, *N.* Et hoc sensu procedit nostra conclusio, *ut patet ex terminis.* Acceptatio Dei autem superveniens non confert ipsis valorem merendi, sed supponit. Utrum vero Deus debuerit necessario illa acccntare, dicemus infra.

Obj. 7° al> inconvenientibus. Si opera Christi forent valoris infiniti tam ad meandum quam ad satisfaciendum, sequeretur 1° illum æque meruisse per unicam lacrymam ac per crudelem flagellationem, æque per unicam actionem ac per omnes simul. Sequeretur 2° opus redemptionis nostræ consummatum fuisse in primo instanti Incarnationis, per unum actum tunc elicitum et non per mortem ejus, contra communem sensum theologorum; sequenliaque opera fuisse inutilia, cum primum ulpote infinitum omne premium exhausisset. 5° Sequitur nostra satisfactiones non esse necessarias, sed prorsus inutiles. 4° Sequitur Christum plus meruisse quam potuerit Deus remunerari, siquidem repugnet dari premium infinitum actu. Ergo.

Ii. ad primum. Jam diximus quod, licet valor personalis operum Christi sit in omnibus æqualis et unus, valor tamen objectivus petilus ex objecto, fine ct circumstantiis, sil inæqualis et diversus : porro Christus non solum valorem personalem, sed et objectivum ordinavit ad meritum et ad satisfactionem. Unde *N. sequelam.*

/td secundum, N. sequelam. Quia ad merendum de facto et satisfaciendum, non sufficit valor seu condignitas operum, sed insuper requiritur quod merens vel satisfaciens ordinet opera sua ad premium ct ad satisfactionem. Christus autem, ut gloriam Patris promoveret, et immensum erga homines amorem ostenderet, noluit ordinare primam aut quamlibet scorsim actionem suam ad completum premium et completam satisfactionem ; sed omnes collective usque ad mortem inclusive per modum unius integri pretii ordinavit ad redemptionem nostram. *Ex quo patet* quod, licet potuerit, attenta quantitate pretii, unito actu opus suum consummare, non fecrit tamen, nec ideo opera ejus sequent 14 fuisse inutilia.

Ad tertium, N. sequelam. Quia voluit Christus ut satisfactione- et merita sua, quantumvis infinita ex se, nobis Applicarentur mediantibus propriis actionibus nostris, juxta illud Coloss. 1 : *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.* Ut enim inf. q.49 , a. 1, ad *4,* discurrit S. Th. sicut ad perfectionem causæ primæ et universalis pertinet quod non sola operetur, sed quod secundas causas operari faciat, ita ad abundantiam satisfactionum Christi (qui est quasi causa generalis in hoc genere) perlinet ut non solum ipse satisfaciat, sed et alios satisfacere faciat.

Ad quartum, N. sequelam ex multiplici capite. I" Quia meritum infinitum actu non exigit necessario premium infinitum actu, sed syncategorematice tantum, majus scilicet ct majus in infinitum, hoc enim sufficienter arguit valorem infinitum in merito, sicut quod divina potentia possit quocumque dato effectu perfectiorem et perfectiorem producere, arguit ipsam esse infinitam actu, etsi quilibet illorum sit finitus; est enim per accidens quod non possit infinitum actu producere, quia implicat dari infinitum creatum. 2° Dici potest '«uod infinitum Christi meritum potuisset pramiari premio actu infinito non quidem pure creato, sed involvens aliquid increatum, puta incarnatione Patris, ad illam Christus merita sua ordinasset. Quinimo plores theologi sustinent de facto Christum meruisse et obtinuisse premium actu infinitum , scilicet reunioneni totius Immanitatis ad Verbum in resurrectione, institutionem venerabilis eucharistiæ, quæ est sacrificium infiniti valons; item quod detur ipsi premium secundum totum rigorem justitiae, quod est moraliler quid infinitum.

Repones contra hanc ultimam rationem. Vis meritoria infinita syncategorematice, ea est quæ nullo premio exhauriri potest,sed quocumque dato est adhuc pramiabilis : atqui si merito Christi potuit respondere premium actu infinitum , aut de facto illud obtinuerit, meritum Christi erit exhaustum, ulpote a premio tdequatuin : ergo non infinitum.

/>·. 1°. /> *maj.* Vis, etc. qux nullo premio finito exhauriri potest, *C.* oremio in-

imito, .V. 3ic licet potentia gcncrativa Pa- | infundendum esse, ut significetur valorea
inssit infinita, exhauiilur tamen genera- | sanguinisCliristi esse mullo majorem quv.
tione Filii quia est infinitus. | sint offensa totius populi per W am signi-
ficati. line recurrit auctoritas Clementi-VI
Λ. 2°. *D. min.* Meritum Christi foret | citata art. præced.
exhaustum intensive, *C.* extensive, *N.* 1 loc
est, meritum Christi non posset extendi in | *Neque dicas* hæc esse vera ratione at-
hoc casu ad aliud præmium æque vel ma- | coptationis divinæ, non ab inlrinse^oope-
gis perrectum ct sub priori infinito æqui- | rum; tum quia, ut diximus, hæc iuterpre-
valenlernon contentum; unde esset ex- | tatiocontradicit menti pontificis; tum quii,
haustum intensive : posset tamen extendi | juxta probabiliorem sententiam qiiamc
ad varia alia eminenter contenta in priori | Patribus supra propugnavimus, pura ere*
infinito, qualia sunt omnia premia creata | tura non potuit *de condignosaùshcénjp*
respectu increati et infiniti si daretur; un- | peccato generis humani, posset nutemr
de non sequitur quod hoc posito Christus | valor operum Christi sil condignus no:
nihil nobis mereretur, ut quidam arguunt. | ex ipsis, sed ab acceptatione Dei ; tum quii
Apost.Hcb. 10, dicit impossibiièssè san-
guine taurorum, id est, sacrificiis veleris
ARTICULUS VI. | legis, auferri peccata , sed ad id necessa-
rium fuisse Christum offerri et pali: a
*Utrum satisfactio Christi fuerit ab in- | nulla esset vis argumenti Apostoli si me-
trinseco nonsolumcondigna, sedetiam | rita Christi ex sola Dei acceptatione et nos
superabundant ?* | inseipsis haberent valorem peccatis delft-
dis sufficientem, cum potuisset Deus ad
Revoca in memoriam quæ diximus supra | hunc effectum acceptare aacrificia veteri»
dissert.5, a. 2, $ 2, scilicet,satisfactionem, | legis.
quæ est recompensatio voluntaria debili,
aliam esse condignam , quando nempe res | *Prob.* 2° ex principiis- articulo prree-
oblata adæquat debitum ; aliam de toto ri- | denti positis, valorem neii-pe satisfactionis
gore justiliæ, seu ad apices juris, quando | maxime attendi penes dignitatem person?
servantur omnes conditiones strict® justi- | satisfacientis. Et quidem probatur facile it
tiae. De prima in hoc articulo ; de secunda | sententia probabili, quod offensa peccri
agemus in sequenti. | sit infinita lanium secundum quid ; ea cilia
major est satisfactio infinita simpliciter.
Qui negant opera Christi esse ab intrin- | Sed et supposita altera opinione non mi-
seco valoris infiniti, negant pariter ejus | nils probabili, quod offensa peccati sit in-
satisfactionem esse ab intrinseco condig- | finita simpliciter, *probatur sic.* Longe plu-
nam. Contra quos | est personam divinam subjici physice et
realitcr Deo in ejus obsequium,quam Dena
Dico. Satisfactio Christi fuit ab intrin- | subjici creatur® quoad affectum tanlnm
seco non solum condigna, sod superabun- | moraliter et interpretative: atqui hoese-
dans. | eundum facit homo peccans mortaliter,
primum fecit Christus : ergo. *Prima pa π*
Prima pars sequitur ex articulo præ- | min. constat; *secunda* etiam *est cerln;*
cedenti.* Si enim satisfactio Christi sit in- | verum est enim Christo satisfaciente per-
finiti valoris, non potest non essecondigna. | sonam divinam se in natura assumpta sub-
*Patebit insuper ex probatione secundat | jecisse Deo realitcr, physice et quoad rf-
parti».* | fectum ; nam physice et realitcr Deus oral,
sc humiliat, dolet, offertur, immolatur,
Prob. secunda pars 1° *ab auctoritate.* | moritur.
Rom. 5 dicitur : *Non sicut delictum, ita
et donum; si enim unius delicto multi | Solvuntur objectiones.*
mortui sunt, multo magis gratia Dei ct
donum in gratia hujus hominis Jcsu | *Obj. 1° contra primam partem.* Valor
Christi in plures abundavit.* El ibid. *Ubi | satisfactorily operum Christi no» adæqual
abundavit delictum , superabundant ct | gravitatem peccati mortalis : ergo non est
gratia.* Chrysost. Horn. 10 in camdem | sali tactio condigna. *Prob. ant.* 1° Plus
Epistolam : « Multo plura quam debeamus
» Christus pro nobis exolvit, tantoque plu-
» ra quanto aquam exiguam pelagus exce-
» dit immensum. » Et concil. Triburiense
cap. Γ», ilicitincalice plus vini quama^i®

displicet Deo peccatum quam ipsi placeat satisfactio Christi. Ergo. *Prob. ant.* Non minus Deo displicet peccatum quam placent ips: sua propria bonitas : atqui plus ipsi placet propria bonitas quam satisfactio Christi : ergo. *Prob. maj.* Peccatum de $e est destructivum divinæ bonitatis : atqui quantum amatur res aliqua, lanium displicet illius destructivum : ergo.

Prob. primum ant. 2° Gravitas injuri® Deo irrogatæ infinita est ex duplici capite, nempe ex infinita dignitate person® offensas ct ex infinita vilitate, ut ita dicam, person® offendentis; est enim atrocior injuria seni in regem quam regis in regem : atqui satisfactio Christi est solum infinita ex parte person® satisfacientis, non vero ex parte illius cui satisfit, cum ex ejus dignitate potius deprimatur quam crescat satisfactionis valor : ergo. Unde

Prob. primum ant. 5° Si per impossibile unus deus alium deum offenderet, valor satisfactorius operum Christi adæquaret ad summum gravitatem offensæ uni deo irrogatæ ab alio deo : atqui offensa Deoinogata avili creatura est major quam offensa uni deo irrogata ab altero deo, *ut patet ex argumento prercedcnti :* ergo.

Prob. idem ant. 4° Peccatum mortale est majus mahur quam satisfactio Christi 'it bonum. Ergo. *Prob. ant.* Peccatum est privatio omnis boni, omnis grati®, nedum exislentis sed possibilis ct infinitae, gratia·unionis hypostai icæ, gloria: possibilis ctinfimi®, etc. Hæc enim omnia sunt cum peccato incompossibilia : atqui satisfactio (Jirisli non importat omne islud bonum quo privat peccatum : ergo.

A *N. ant. Ad primam prob.* 1° *N. an;. Adprob.omissa nunc min. N. maj. .tdprob. D. maj.* Peccatum de se est destructivum divinæ bonitatis moraliter et secundum prudentum aestimationem , *C.* realiter et physice, *N. Et ad hunc sensum diftinct.min. C. conseq.* Itaque cum bonitas divina sit nedum moraliter, sed physice infinita, plus amatur quam displiceat id quod est tantum destructivum illiusmoraliter.

2' A7, *min. omissam;* quia, ut diximus an. præced. satisfactio Christi involvit pertouam satisfacientem, quæ cum sil infinite iiuiia et amabilis utpote Deus, tam necesuiio diligitur a Deo quam propria bonitas.

Ad secundam prob. 1" *D. min.* Atqui satisfactio Christi est lanium infinila ex parte person® satisfacienti* et non exparte personæ cui satisfit, et ille defectus (si tamen defectus est) superabunde suppletur aliunde, *C.* et non suppletur, .V. Suppletur enim per hoc quod per satisfactionem Christi persona divina realitcr subjiciatur Deo, per peccatum autem moraliter tantum et affective Deus subjiciatur crcaturæ; item per hoc quod cum persona satisfaciens non posset esse infinite superior Deo cui satisfit, voluerit esse infinite inferior, seu se depresserit in natura infinite Deo inferiore ct infinite a Deo distante.

2° *D. conseq.* Ergo valor satisfactorius non adæquat extensive gravitatem peccati mortals, *C.* intensive, *N.* Cum enim offensa sit infinita in ratione injuriæ, ratione precise personæ offensæ, continet eminenter seu æquivalenter omnem aliam injuri e gravitatem possibilem : unde licet injuria augeatur ex distantia offendentis ad offensum, illud augmentum est extensivum tantum, non intensivum; sicut quia Deus continet eminenter omnes perfectiones creaturarum, non est cum illis quid majus intensive, sed ad summum extensive.Unde.

Ad tertiamprob. Juxta hanc secundam solutionem, *It.* 1" *D. min.* Atqui offensa Deo irrogata a vili creatura est major extensive quam ea quæ irrogatur ab alio deo, *C.* intensive, *N.*

2° Juxta primam solutionem, A. *maj.* Quia ratione subjectionis realis persolis infinite et depressionis in natura infinite distante, injuriam irrogatam uni deo ab altero deo superaret.

Ad quartam prob. 1" *D. ant.* Peccatum est majus imlum in ratione mali seu privationis, quam satisfactio Christi sit bonum, *transeat,* in ratione injuriæ Deo illatæ, *N.* De peccato autem ut est injuria et oflensa Dei, reparanda per satisfactionem; hic est quaestio, non de ipso ut est privatio boni, sub qua ratione est potius malum hominis quam Dei.

2° *Negari potest ant. Adprob. N. min.* Quia, ut dictum est, satisfactio Christi involvit personam divinam quai omnia bona continet.

3° A. *iterum ant. Ad prob. D. maj.* Peccatum est privatio omnis boni ut in homine adeoque finite participandi, *C.* om-

nie boni secundum sc etsuam infinitatem, AT. Unde fit quod ista privatio sit finita simpliciter et infinita tantum secundum quid, adeoque minus malum quam sit bonum satisfactio Christi, quæ est infinita

Obj. 2° *contra secundam pariem.* Infinito non datur majus : atqui peccatum in ratione offensæ est infinitum simpliciter, secundum probabiliorem pluriumThomistarum sententiam : ergo satisfactio Christi illud non superexcedit.

Jl. i° *D. maj.* Infinito in ratione entis seu in omni genere non datur majus, *C.* infinito in certo genere non datur majus, *subd.* In illo genere, *C.* in alio genere, *N.* Sic si daretur linea infinita in genere lineæ, non daretur linea major; posset tamen dari major quantitas, puta corporis infiniti, quod foret infinitum, nedum secundum longitudinem, sed etiam secundum latitudinem et profunditatem : peccatum autem et satisfactio Christi sunt in diverso genere et ordine ; peccatum enim est in genere mali moralis et in ordine creaturarum,satisfactio Christi in genere boni moralis et in ordine hypostatico, reductive in ordine divino.

Jl. 2° *D. eamdem maj.* Infinito non datur majus formaliter, *C.* materialiter, *N. Explicatur.* Cum ratio formalis infiniti sil quod careatfine et termino, nec ullum possit dari infinitum qui terminum habeat, infinitum sic formaliter sumptum est semper æquale, ideoque unum non est sic formali ler majus altero. Attamen res seu subjectum supra quod cadit infinitas, potest unum esse majus altero, adeoque majus infinitum materialiter : sic v. g. si darentur infiniti homines, darentur infiniti capilli , et licet multitudo capillorum non esset major formaliter multitudine hominum, quia utraque foret sine fine et termino, major tamen materialiter foret multitudo capillorum quam hominum, siquidem quilibet homo plures haberet capillos.

Obj. 3° *et simul inst.* Ideo, secundum nos, satisfactio Christi peccatum superexcedit, quia pe-catum subjicit Deum creatura moraliter tantum et interpretative, satisfactio autem Christi subjicit personam divinam Deo realiter et effective : atqui *falsum est istudassumplum :* ergo. *Prob. mm.* Judæi crucifigentes Christum* Deum ipsum nedum moraliter, sed realiter | physice creatura subjecerunt, humihaurunt, occiderunt, destruxerunt· Ergo.A *dicas* quod non humiliaverint eum in i tura propria sed in natura humana assuo-. ta, *dicam* ego quod etiam non se humil ›. verit satisfaciendo in natura propria,.·» in natura assumpta ; et sic semper stat ρ› ritas et æqualitas.

A*. *N. mtn. Ad prob. D. ant.* Itatair. ut actio Judæoruin in ratione injuriæ iu raliter tantum affecerit Deum, *C.* ita ut n liter ct physice affecerit Deum in ration injuriæ, *N. Unde N. conseq. Explicatu* Duo in peccato distinguenda sunt : malit, moralis, quæ petitur ab objecto; et rati offensæ seu injuriæ, quæ petitur ex dignitate person» in quam peccatur. Igitu Christo patiente aJudæis, actio Judæoruj attigit physice ct realitcr personam ditinam in natura assumpta ut objectum uni hausit malitiam moralem, gravissimam e infinitam secundum quid seu extrinsecen objective, minus gravem tamen quamuu liliam peccatorum quæ versantur circa divinitatem in se, qualia sunt peccata bli·· phemiæ, odii Dei, etc. ut docet D. Th.it fra q. 80, a. 3 o. in ratione tamen offensi seu injuriæ infinitæ , actio Judæorum allicit persanam divinam ut subjectum monliter tantum, quatenusjuxta æstimalionc. moralem offensa est in olfenso, et offensa dicitur pati injuriam, ex quo crescit injuria moraliter juxta dignitatem personso!-, fensæ. At vero actio satisfactoria Chris physice procedit a persona divina ut principio *quod*, physice subjectatur in illi quatenus actio immanens physice involvit illam ut formam moraliter informante;!!: unde cum fiat comparatio satisfaction· Christi cum peccato in ratione iujuriæ, ne: in ratione maliliæ moralis, stat quod satis, factio Christi superet in valore gravitate, peccati crucifigentium Christum in ratior/ injuriæ seu offensæ; quia plus est essemliter principium *quod* et subjectum sati.factionis, quam esse subjectum injuriæmoralilcr tantum.

Pepones. Christus non se humiliavi: seu satisfecit ut Deus, sed ut homo : ergi non realiter, etc.

Jl. ut art. praecedenti, *D. ant.* si lv uf reduplicet principium *quo, C.* si ly *ut nduplicet principium quod /V.*

Obj.49 ct simul inferes. Si satisfactio | Christi fuit superabundans, injuste Deus illam exegit; injuste enim a debitore exigitur plus quam debet : ergo.

A. *N. ant. Ad probat. D.* Injuste exigitur a debitore plus quam debet, si satisfactio æqualis sit possibilis , *C.* si non sit possibilis, zV. Sic pauper a quo dives abstulisset panem hordeaceum vitæ necessarium, non exigeret injuste cibum pretiosiorem, si dives nullum alium haberet restituendum, hoc enim est per accidens : non poterat autem Christus ratione dignitatis personae nisi superabundantem satisfactionem reddere.

ARTICULUS VII.

Utrum satisfactio Christi fuerit ex toto rigore justitiæ, seu ad apices juris ?

Nota. Ut satisfactio sit ex toto rigore justitiæ et ad apices juris, prater condignitatem seu squalitatem ejus ad offensam, multæ insuper requiruntur conditiones, ut alibi jam observavimus. Variæ a variis assignantur, communius quinque sequentes.

Prima conditio rigorosæ satisfactionis est,quod sil ad alterum , quia rigorosa satisfactio est actus justitiæ; justitia autem respicit squalitatem quæ necessario requirit extrema realitcr distincta.

Secunda; quod non intercedat gratia creditoris, seu quod non fundetur in gratia creditoris; gratia enim et justitia stricta opponuntur, nec potest dici rigorosa solutioquæindiget favore aut gratia creditoris.

Tertia ut fiat ex bonis propriis debitoris, non creditoris aut alterius; ex pecunia enim ex thesauro creditoris aut alterius deprompta nullus debita sua solvere potest, cum istiuspecuniæ dominium, quod ipse non habet, in creditorem transferre Don possit, adeoque nec fieri æqualitas.

Quarta, quod id quod offertur in satisfactionem non sit debitum aliis titulis multiplicantibus debitum; si enim debeam Petro centum ratione mutui et centum ratione census annui, non satisfacio solvendo tantum centum.

Dixi, *titulis multiplicantibus* debifum ; quia si novus titulus novam obligationem seu novum debitum non inducat, wlprocedens tantum confirmet, possum ona solutione satisfacere ·. v. g. si voto me hiringam reddere mutuum acceptum cx-

treme indigenti, illud reddendo satisfacio obligationi religionis, justitiæ ct charitatis.

Quinta , quod creditor teneatur ex justitia acceptare satisfactionem , ita ut si nolit acceptare, maneat tamen extinctum debitum, siquidem totum quod ablatum est restituatur ct servetur medium rei. Magis elucidabuntur hæ conditiones ex mox dicendis.

J)ico. Christus satisfecit ex toto rigore justitiæ et ad apices juris.

Est communis inter Thomistas quibus adhærent plures alii. *Prob.* Christus servavit conditiones quinque assignatas ad rigorosam satisfactionem. Ergo. *Ant. non potest melius probari quam expendendo et solvendo rationes in contrarium.* Unde

Solvuntur objectiones.

Obj. conlra primam conditionem. Satisfactio rigorosa debet esse ad alterum : atqui satisfactio Christi non est ad alterum : ergo. *Prob. min.* Christus sibi ipsi satisfecit non minus quam Patri aut Spiritui sancto ; non enim solus Paler aut Spiritus sanctus est creditor seu offensus, sed Deus unus ct trinus : ergo.

77. *J). maj.* Satisfactio rigorosa debet esse ad alterum natura, *C. maj.* ad alterum supposito, *N.* Et dico quod ad strictam justitiam non requiratur necessario distinctio suppositorum, sed sufficiat distinctio naturarum in eodem supposito, qua lis reperitur in Christo. In tantum enim requiritur distinctio inter satisfacientem et creditorem, in quantum distingui debent jura utriusque ad æqualitatcm reducenda ; posita autem distinctione naturarum in eodem supposito salvatur distinctio jurium, quia salvatur distinctio voluntatum ct libertatum quæ sunt fundamenta juris et dominii. Et sane justitia stricta non magis petit esse ad alterum quam obedientia et religio; sicut enim nemo sibi ipsi satisfacit, ita nec sibi obedit, aut sibi cultum exhibet : sufficit tamen in Christo distinctio naturarum ut in eo salvetur ratio striet® obedientiæet religionis, quidni et justitiæ?

Inst. Satisfactio rigorosa debet esse ad alterum suppositum. Ergo. *Prob. ant.* 1° auctoritate Aristot. 3 Ethic, c. 1, 2 ct 6; et D. Th. 2 2, q. 38, a. 2, ubi dicit, ▮ quod justitia proprie dicta requirit di-» versitatem suppositorum, et ideo non est

» nisi unius hominis ad alium ; sed secun- » dum similitudinem accipiuntur in uno » et eodem homine diversa principia actio- » num quasi diversa agentia, sicut ratio » et irascibilis et concupiscibilis, et ideo « metaphorice in uno et eodem homine di- * citur esse justitia. » 2° *Bationc.* Quia non inter dominia exercetur justitia, sed inter personas ratione dominii. 5° A pari. Secundum communem opinionem, non datur justitia rigorose dicta inter patrem et filium, inter dominum et servum; quia Ïicet sint supposita physice distincta, sunt tamen unum moraliter ; juxta enim moralem æstimationem, filius est aliquid patris , servus domini : ergo *a fortiori* si suppositum sit physice unum.

/i. *D. ant.* Satisfactio rigorosa debet esse ad alterum suppositum formaliter vel virtualilcr alterum, *C. Ant.* semper fonnaliter alterum, *N. ant.* Licet itaque in Christo sil unum tantum suppositum secundum rem et formaliter, gerit tamen vices duplicis suppositi, idcoque est virtualiter multiplex; cum enim propter suam infinitatem possit subsistere in pluribus naturis, potest etiam prastare quæ facerent plura supposita, et quia quod est virtualiter multiplex tantam habet virtutem quantam haberet si foret formaliter multiplex : ideo sicut si foret formaliter multiplex suppositum in Christo, unum divinum, alterum humanum, facile conciperemus quod suppositum humanum rigorose satisfaceret ex hac parte supposito divino ; ita ex hoc quod sit virtualiter multiplex, concipimus quod Verbum ut subsistens in natura humana sibi ipsi rigorose satisfecerit ut subsistenti in natura divina, servelurque conditio requisita , *esse* scilicet *ad alterum.* Eniinvero in casu quo Verbum assumpsisset duas naturas humanas, quod poterat, *ut probavimus supra,* negari non potest quin ut subsistens in una potuerit exercere justitiam strictam erga seipsum ut subsistens in altera, siquidem in utraque natura reperiretur distincta libertas, dislhtctaque voluntas, adeoqub*distinctum jus et dominium : ergo a pari nihil ex hac parte obstat quin Verbum ut subsistens in natura humana sibi ex rigore justitiæ satisfecerit ut subsistenti in natura divina.

inde palet responsio ad probationes ant. Et *ad /iristot* non est mirmn hoc genus justitiæ strict® ignorasse, ad que requisivisse distinctionem formata suppositorum , quia fide destitutus n-:. novit duas naturas diversis rohintalita et dominiis instructas posse in eodem sup- posito subsistere. *Ad. D. Th.* loquiturd· justitia quæ inter puras creaturas exerts tur, aut de supposito formaliter vel virtu liter altero. *Ad rationem, B.* justitii strictam exercef-i inter personas formali vel virtualiter distinctas.

Ad paritatem, N. ideo non dari justi- tiam strictam inter patrem et filiuni, in' dominum et servum, quia non sufficiente distinguuntur supposita, sed qùia unius sunt alteri subordinata et a domino alterius reguntur : unde si filius emancipetur fiatque sui juris, potest strictam jntitiam erga patrem exercere, ut omne-litentur.

Bepones. Eadem est ratio de offensa u de satisfactione; quia, ut fert commoti axioma, *contrariorum est eadem ratio:* atqui Christus ut subsistens in natura humana non potuit seipsum offendere ut subsistentem in natura divina : ergo.

B. D. min. Christus ut subsistens ia natura humana non potuit seipsum offendere ut subsistentem in natura «livin', præcise quia non esset sufficiens alieti- ut ita dicam, seu distinctio suppositi, aliunde et quia suppositum divinum e:: impeccabile, *C.* Unde, *conseq.* Er; Christus non potuit sibi rigorose satisfi- cere pro peccato proprio, C. pro peea« lis alienis,/V.

Urgebis. Christus satisfaciendo, vel oh tulit divinitatem ct sic nihil distinctum Patre, vel suam personam et sic nihil dilinctum a scipso, vel humanitatem et - infra debitum. Ergo.

B. ut supra, Christum ut sunsisfentm in natura humana seipsum obtulisse l'ata et sibi ut subsistenti in natura divin ; quia, ut diximus , Verbum subsistens in duabus naturis, gerit vices duorum suppositorum : ct sicut ut subsistens in natura divina producit Spiritum sanctum, creat, conservat, etc., sic ut subsistens in natura humans, obedit, patitur, moritur, etc.

Obj. 2° *contra secundam conditionem.* Satisfactio rigorosa non debet fundari in gratia creditoris ; in quantum enim inter' cedit gratia seu favor creditoris, in tantum recedit satisfactio a rigore justitiæ : atqui satisfactio Christi fundatur tota in gratia creditoris, scilicet in gratia unionis, cæteri-que donis tam habitualibus quam actualibus pendetque ab acceptatione Dei :

despondetur communiter, non quamcumque gratiam creditoris obstare rigorosæ satisfactioni, sed eam solum quæ supplet defectum valons in satisfactione, vel ipsam debiti solutionem formalitcr ingreditur, ita ut gratia data non solum juvet ad satisfaciendum, sed etiam sit illud ipsum per quod satisfit; tunc enim collatio doni est victualis condonatio debiti ; ut si creditor videns debitorem impotentem ad solvendum, det ipsi summam debitam ut per eam satisfaciat, vel summa inæquali ad debitum velit esse contentus. Si vero gratia creditoris præsupposilive tantum se habeat, ita ut licet collata fuerit in finem satisfactionis, tamen non suppleat defectum v loris satisfactionis, tamen non suppleat defectum valoris satisfactionis, nec ex ea solum fiat satisfactio, sed ex aliis labore ct industria comparatis , tunc gratia rigorosam non impedit satisfactionem : sic v. g. debitor impotens ad solvendum, si a creditore gratis seu mutuo accipiat pecuniam, (piam proprio labore et industria auget, poterit ex rigore justitiæ satisfacere creditori ex illis pecuniis labore et industria partis. Similiter, inquiunt, in casu nostro ; licet humanitati Christi gratia unionis, divinorumque auxiliorum adjumenta liberalitcr collata sint, non tamen per ea solum satisfecit, sed per actus proprios omnium virtutum debitum compensavit, ita ut acceptatio ex parte Dei non suppleat aliquem defectum in valore horum operum.

Tametsi veram admittamus doctrinam hanc, videtur tamen insufficiens ad solvendum argumentum, nisi aliquid superaddatur. Eniinvero instatur quod gratia unionis cæteraque dona, non solum præsupposilive se habeant ad satisfactionem, sed formalitcr, siquidem ab ipsis gratiis actus virtutum in Christo vim satisfaciendi formalitcr habeant, ita ut gratia creditoris nedum sit suppletiva valoris , quinimo totius valoris sit collativa. Unde

It. facilius et brevius ad argumentum, D. maj. Satisfactio rigorosa non debet

fundari in gratia creditoris ex ea parte qua sumitur valor satisfactionis, *C. maj.* ex alia parte, *N. maj. Ei ad hunc sensum D. min. N. conscq. Explicatur.* Suppono ut certum gratiam creditoris nullatenus obstare rigorosæ satisfactioni, si ex ea non petatur valor operis satisfactcrii, quandoquidem valore satisfiat. Suppono iterum ex dictis quod, licet actiones Christi valorem aliquem habeant ex humanitate variis gratiis ornata ut a principio *quo,* valorem tamen infinitum et plene superabundanterque salisfaclorium habeant a Verbo ut principio *quod :* jam autem neque unio hypostatica, neque ullum aliud donum ullatenus est gratia respectu Verbi, cum inde potius voluti deprimatur quam elevetur, sed tantum respectu humanitatis. Igitur valor satisfactorily in Christo non fundatur in gratia creditoris, mhilque ideo ex hoc capite obstat quin satisfactio ejus sit ex toto rigore justitiæ.

Obj. 5° *contra tertiam conditionem.* Satisfactio debet fieri ex bonis propriis debitoris, noncrediloris aut sub ejus dominio contentis : atqui actiones quibus satisfecit Christus, utpote creatæ, erant proprie creditoris , scilicet Dei, ct sub ejus dominio, ratione creationis et conservationis:ergo.

Gravis est hæc difficultas, cui, variis aliis solutionibus relictis, triplex probabilior adhiberi solet. Prima est, ad satisfactionem honoris læsi non requiri hanc conditionem, *quod fiat ex bonis quæ non sunt sub dominio creditoris;* sed po^se fieri ex quibuscumque, modo praestet obsequium et honorem æqualem injuriæ illalæ ; nec enim satisfactio injuriæ fit sicut in restitutione pecuniæ per abdicationem dominii alicujus rei a debitore el translationem illius in creditorem, sed per humiliationem et subjectionem, ad quod non requiritur aliquod dominium ita proprium quod omnino sit exemptum a creditore.

Si dicatur quod in hoc casu creditor non reciperet nisi suum, et quod de jure posset aliquid amplius exigere, quod est contra rigorosam satisfactionem

B. quod, licet hæc actio «ntitative foret creditoris, moraliter tamen ut satisfactio et honorans, esset satisfacientis, quia honor est in honorante, ct cum supponatur ad æqualitatem injuriæ, nihil ultra de jure exigere posset creditor.

Secunda solutio est quod, licet actiones Christi essent sub dominio generali, Christus tamen habebat in eas particulare dominium ; dominium enim generale non tollit particulare, sicut causa universalis non tollit particularem ; sufficit autem ad rigorem juslitiæ ut satisfactio fiat ex bonis contentis sub dominio particulari debitoris, licet sint etiam sub dominio generali creditoris, ut patet in cive qui reipublicæ rem furto ablatam stricte et rigorose restituit, seu compensat ex bonis propriis, licet in ea respublica habeat generale dominium. Et certe si generale dominium Dei obstaret quominus de rigore justiliæ satisfecisset, sequeretur quod si Christus per impossibile alterum hominem offendisset, non potuisset illi in rigore satisfacere; imo quod nullus homo alteri homini rigorose posset satisfacere, quia sicut rigorosa satisfactio exigit quod non fiat ex bonis creditoris, ita nec ex alienis quandiu sunt alterius aut sub ejus dominio remanent. Sic servus neque domino neque alteri satisfacere potest ex bonis domini quandiu ipsius sunt. Sicut ergo dominium generale et inabdicabile quod Deus habet in opera nostra, non impedit quin aliis rigorose satisfacere possimus, ita nec quod Christus ipsi rigorose satisfaciat.

R. 5° subtilius quidem sed forte solidius ex fundamentis præjactis, *D. min.* Actiones quibus Christus satisfecit, physice et entitalive sumpte, seu quatenus procedunt ab humanitate ut principio *quo,* sunt Dei creditoris et sub ejus dominio, *C.* quia ut sic sunt create; moraliter sumpte quoad valorem seu quatenus procedunt a supposito Verbi ut principio *quod,* suntque super illud retlexivæ, *N.* Ut sic enim invoh untmoraliter ipsum Verbum, nedum ut principium effectivum, sed etiam ut principium formale, ut supra diximus. unde sicut suppositum Verbi non est sub dominio Dei, sed Deus ipse, ita nec actiones ejus sub hac praecisa ratione quod ipsum moraliter involvant, quia, ut diximus, ut sic non ponunt in numero cum ipso.

Nec obstat si dicas quod illæ actiones moraliter considerate sint vel aliquid creatum vel increatum. R.enim esscquid creatum quoad entitatem; quoad terminationem vero seu terminative, esse quid increatum : seusi mavis, sunt quid creatum unitum increato, et sub illa formaltetaM ratione uniti ad increatum non sunt sub dominio Dei, sed solius Verbi ut subsistentis in natura humana.

Repones. Ipsa unio est a tota Trinitate, Ergo. *R. D.* Unio effectiva seu unitio, C, unio formalis et ut ita dicam effecta, N. Hæc enim est soli propria Verbo : undt solum dicitur incarnatum, non Pater aut Spiritus sanctus; satisfecit autem ut unitum formaliter humanitati.

Replicabis. Dominium quod Verbua habet super has actiones ipsi competit,vtl penes voluntatem increatam, vel creatam; omne enim dominium fundatur in voluntate : atqui si penes voluntatem increalaa competit toti Trinitati, cum trium personarum sit una voluntas ; si penes creatam dominium est creatum adeoque Dei ; ergo.

R. dominium hoc esse penes volunutem creatam, non simpliciter et absolutterminatam, sed terminatam hoc supposito divino, ct sub hac formalissima ration*, non esse Dei, sed ipsum Deum.

Inferes. Ergo Verbum sibi ipsi satisfacit ex propriis ; Verbum enim est personi offensa.

R. D. illatum, Verbum ut subsistens in natura divina, sibi ipsi satisfacit ex propriis, *N.* Verbum ut subsistens in natura humana, satisfacit ex propriis sibi ut subsistenti in natura divina, *C.*

Urgebis. Valor satisfactionis Christi no: petitur ex Verbo ut subsistente in natun humana, sed ut subsistente in natura divina. Ergo. *Prob. ant.* Verbum ut subsistens in natura humana est finitum, ut si: enim gerit vices suppositi finiti : atqui v? lor infinitus operum Christi non potest peti a supposito finito : ergo.

R. D. maj. Valor satisfactionis Christi non petitur ex Verbo ut subsistente in natura humana, ly *ut* rcduplicanle rationem formalem valons, *C.* ly *ut* rcduplicanle conditionem præsuppositam,iV. Licetergo Verbum sit unde profluit valor infinitus satisfactionum Christi, eum tamen communicare non potest nisi humiliatum ct subjectum Patri; quoa fieri nequit in latura divina, sed humana. *Unde ad prob.* juxta eumdemsensum, *D.* an«j.Verbumü subsistens in natura humana non estimnitum, ly *ut* sumpto reduplicative, sumpto specificative.iV. Ethoc sufficlti*

importatum in actione satisfactoria sub ratione principii *quod* ct formalis, censeatur moraliter ipsi communicare infinitum valorem.

Subsumes tandem contra omnes istas solutiones. Atqui Verbum etiam ut subsistens innatura divina, dependet a Patre et est subejus dominio. Ergo. *Prob. ant.* Verbum ipsam suam subsistentiam et personalitatem accepit a Patre. Ergo.

B. N. ant. Adprob. D. ant. Verbum accipit suam personalitatem a Patre sine dependentia, *C.* cum dependentia, *N.* Quia Pater non libere, sed necessario generat Filium in omnibus sibi coæqualem et consubstantialem.

Obj. 4' *contra quartam conditionem.* Satisfactio rigorosa debet fieri ex bonis alias seu alio titulo non debitis : atqui omnes Christi actiones erant debitæ Deo variis aliis titulis, puta, titulo creationis, conservationis, servitutis ut supremo Domino, titulo gralitudinis ut summo benefactori, titulo obcdicnliæ, religionis, etc. Ergo.

B. 1°. Ex eodem semper principio, *D. min.* Actiones Christi ut procedebant ab humanitate, debebantur Deo variis titulis, C. ut procedebant a supposito divino et super illud reflectebantur, *N.* Nullum enim debitum suppositum Verbi contraxit, imo ncc debili capax est, sed sola humanitas; sufficit autem ad rigorem juslitiæ quod bona non sint debita cx illa parte ex qua sumitur valor satisfactionis, qui, ut diximus, desumitur ex ipso supposito divino.

Bespondent alii communiter,hancqnartam conditionem esse intelligendam de satisfactione cujus valor est finitus, non autem quando valor est infinitus; quia hoc ipso quo est infinitus, est inexhauribilis a quocumque debito, quod semper fundatur in aliquo creato. Valet etiam hæc solutio.

Tertia responsio etiam probabilis est, quod varii illi tituli non multiplicent materiam, sed super eamdem cadant : unde iisdem actionibus potuit Christus omnibus illis titulis satisfacere, sicut qui deberet dare Petro centum nummos ex contractu, ex volo, ex sententia judicis, unica solutione his omnibus titulis satisfaceret.

Inst. Actiones Christ i non sufficiebant ut satisfaceret obligationi gralitudinis pro omnibus beneficiis acceptis ;tum quia non potuit reddere æquivalens, scilicet subsistentiam divinam quam accepit; tum quia ipsa gratiarum actio beneficium est; tum quia tandem compensatio gralitudinis debet plus reddere quam sit acceptum. Ut enim docet D. Th. 2 2, q. 106, a. 6. hæc reciprocatio debet esse gratuita, sicut gratuita fuit beneficii collatio · si autem solum reddatur tantum quantum acceptum est, non critgratuita,sed debita compensatio. Ergo.

R. 1° *Dato ant. N. conseq. Esto* enim Christus non potuerit reddere æquivalens aut supcrcxcedens beneficia accepta, potuit tamen reddere honorem injuriæ illate æqualem, adeoquesatisfacere ex rigore justitiae.

R. 2° *N. ant.* Nullum enim beneficium accipit suppositum Verbi, sed sola humanitas : unde cum seipsum in humanitate offerat et subjiciat Patri, reddit ultra quod accepit.

Obj. 5° *contra quintam conditionem.* Ad rigorosam satisfactionem requiritur quod creditor teneatur ex justitia illam acceptare, aut si nolit, remaneat extinclum debitum ; est enim contra omnem justitiam quod debitor teneatur ad aliquid amplius quam ad restitutionem æqualem et rigorosam satisfactionem · atqui Deus non tenebatur cx justitia acceptare satisfactionem Christi, et ipso nolente eam acceptare non fuisset cxtinctum debitum : ergo. *Prob. prima pars min.* 1° Quia nullum justiliæ debitum potest cadere in Deum : importat enim obligationem strictam ct subjectionem ei cui debetur cx ejus voluntate ortam. 2° Quia offensus non tenetur acceptare fidejussorem, ncc unius satisfactionem pro alio; sed potest vellent offendens sit ipsemet satisfaciens, cum rationi sit congruum ut per eum qui fecit injuriam, fiat et injuriæ reparatio.

Hinc patet secunda pars min. scilicet quod Deo non acceptante satisfactionem Christi pro peccatis hominum, remaneret inextinctum debitum in hominibus, *Patet insuper hac ratione* quod, posita Christi satisfactione, posset nihilominus Deus hominem privare gratis, annihilare, damnare, ctc. ratione supremi dominii quod habet in suas creaturas. Ergo.

R. D. min. Deus non tenebatur cx justitia formaliter et proprie dicta acceptare

satisfactionem Christi. *C.* ex justitia æquivalcnter sou eminegter, *N. Explicatur.* Fateor itaque propter rationes factas omnem obligationem stricte justiliæ, ortam ex voluntate alterius, repugnare Deo, utpote superiori ad omnes creaturas, ab eis independente et omnium supremo Domino; non tamen ipsi repugnat obligatio orta ex propria voluntate. Sic Deus non obligatur creare mundum, aut hominem diligere ; sed supposito decreto creandi mundum , tenebatur illum creare ; supposito quod det gratiam creature, obligatur illam amare, lia similiter Deus non tenebatur exigere satisfactionem pro peccatis hominum , nec constituere Christum caput et fidejussorem illorum; sed supposito quod velit sibi satisfieri pro peccatis hominum, et illorum caput et fidejussorem constituerit Christum Dominum , tenetur tum ex fidelitate , tum ex summa æquissimæ voluntatis rectitudine, quæ justitia est æquivalentcr et eminenter, acceptare ejus satisfactionem, utpotc debito æqualcm et superabundantem, ita ut ampliorem exigere non possit ? quod bene adverte. Licet enim ut supremus omnium Dominus , posset hanc satisfactionem annihilare, recusare, ulteriora exigere, non tamen, inquam, ut creditor læsus ct ratione injuriæ cui satisfactum est ad æqualitalem, et cujus proinde debitum manet extinclum.

Ex his palet responsio ad omnes prolationes minoris, ct quo sensu intclligendum sit illud S. Ansehni lib. *Cur Deus homo,* cap. 49 : *Necesse esse video ut Pater Filio retribuat, alioquin injustus esse videretur si nollet,* necessitate scilicet ex suppositione et procedendo ut judex justus et creditor læsus, doh absoluta necessitate, *ut explicuimus.*

Dices. Secundum hanc explicationem , semper stat satisfactionem Christi fundari in gratia creditoris Ergo.

A. *ut supra, D. ant.* Fundatur in gratia zreditoris præsupposilive et materialiter se habente , *C.* formaliter se habente et supplente valorem satisfactionis , *N. Unde N. conseq.* Talem enim gratiam nihil officere rigori satisfactionis constat ex usu quotidiano hominum, inter quos, supposito semel pacto vel consensu creditoris, unus ex ligore justitiae pro altero satisfacit.

Jlepones. Qui rigorosam offert satisfactionem quam tenetur creditor acceptare, non orat creditorem ut ipsam admittat, d*. bitumque remittat : atqui Christus sqt oravit Deum ut peccatum hominibus dimitteret : ergo.

B. D. maj. Si oratio non sit unum ei operibus satisfactoriis, *C.* secus Ar. Oratio autem Christi erat ipsa satisfactio seu illam integrabat cum aliis bonis operibus. Voluit enim Christus ex summa cliarib' pro nobis satisfacere omnibus generibus operum satisfactoriorum, orando, patiendi, moriendo, etc.

ARTICULUS VIII.

Utrum satisfactio Christi procedat a justitia commutativa?

Probavimus art. præced. salvari in-i-lisfactione Christi conditiones reqr.isitü ad valorem rigorosum justiliæ, nunc resw videre a qua virtute in Christo elicita luerit hæc satisfactio. Non enim virtus qu? recompensationem offert, confert recompensationis valorem, sed aliunde supponi! sic v. g. libéralités erogat pecunias, non tamen pecuniis confert valorem, sed supponit. *Proba cimus* itaque in satisfaction Christi i operiri ex persona Verbi valore rigorosum et superabundantem. Quærimus modo utrum Christus ex virtute justitiæ commutativæ, an ex alia, illum Dti obtulerit?

Quidam volunt quod ex pluribus virtutibus processerit, scilicet ex charitatc, nligione , etc. alii ex justitia legali, alii er commutativa.

Dico. Satisfactio Christi fuit actus ju? titiæ commutativæ. Est communior inter Thomistas.

Prob. 1° *ex S. Scriptura,* quæ appellit hanc satisfactionem, *emptionem, redemptionem , solutionem pretii, commutationem,* quæ sunt actus justiliæ commutator. Ergo.

Prob. ratione. Ad actum justiliæ commulalivæ requiruntur ct sufficiunt duo, scilicet stricta obligatio ad solvendum debitum et perfecta squalitas pretii cum debito ; atqui salisfacüo Christi habuit ha? duas conditiones : ergo. *Prob. min.* l· Fuit perfecta æqiialitas; qma *ut probati·* mus, nedum fuit æqualis debito sed superabundans , et aliunde servat alias conditiones requisitas ad rigorosam satisfactio-

nem. 2° Christus stricte ex justitia tenebaltir illam præstare, quia se vadem et fidejussorem pro nobis præsliterat. Ergo.

Adverte tamen quod, licet satisfactio Christi sit specialiter et formaliter actus justitiæ commutativæ, contineat tamen eminenter honestatem aliarum virtutum; in ea quippe relucet magnificentia, quatenus offert superabundans ; religio et gratitude, quatenus his actibus satisfactoriis reddebatur honos et cultus Deo ut primo Auctori et summo benefactori : misericordia, quatenus non pro suis , sed pro alienis peccatis satisfaciebat; idem discurrendo per omnes virtutes: sed tamen quia per se ct primario Christus hanc satisfactionem offerebat ad resarciendum jus divinum læsum ad æqualitatem, tanquam fidejussor generis humani lapsi, ideo dicimus hanc satisfactionem a virtute justitiæ promanasse, de cujus ratione est injurias illatasad æqualitatem reparare ex stricta obligatione, ut diximus.

Solvuntur objectiones.

o'j. 1°. Non datur justitia commutativa nisi ititer æqualcs : unde juxta Aristot. et I). Th. non datur inter patrem ct filium, dominum et servum : sed Christus qua satisfaciens non erat æqualis Deo : ergo. *Prob. min.* Christus satisfecit ut homo. Ergo.

P. 1n. *D. maj.* Non datur justitia commulaliva nisi inter æqualcs quoad jus et obligationem, *C.* nisi inter æquales quoad omnia, *N.* Licet itaque non possit dari justitia commutativa, v. g. inter patrem ct filium, formaliter qua filium , quia ut tali' non est æqualis patri in jure proprietati·, idem dic de servo ; potest tamen dari si filius liat sui juris per emancipationem, quia tunc est æqualis patri quoad jus et Obligationem : Christus autem ratione liniri arbitrii erat sui juris quoad actiones minianas.

Il. 2°. *N. min. Ad prob. D.* ex principio sæpo repetito. Christus satisfecit ut homo, ly *ut* reduplieanle principium *quo,* C. rcduplicaiUe principium *guod,N.* Ex principio *quod* autem desumitur valor infinitus satisfauionis.

Obj. 2°. Fidejussor non suscipit m sc ajorem obligationem quam debitor principalis : atqui debitor principalis, nempe homo, non tenebatur satisfacere Deo ex justitia commutativa ▮ ergo. *Prob. min.* 1° Non datur virtus ad impossibile ·. atqui homo non potest reddere Deoæquale sive pro offensis, sive pro beneficiis acceptis, quod tamen importat justitia commutativa. Ergo. 2° Obligatio satisfaciendi ex justitia commutativa, oritur cx ipsius justiliæ violatione : atqui homo peccando non semper violat justitiam commutativam, alias in quolibet peccato, v. g. intemperanti®, foret duplex difformitas, scilicet intemperanti® et injustitia·, adeoque duplex specie distincta malitia in confessione accusanda , quod nemo unquam dixit : ergo.

Ii. D. min. Debitor principalis, nempe homo, non tenebatur satisfacere Deo cx justitia per accidens ratione impotenti®, *C.* per se defectu sufficientis tituli obligatorii, *N.* Itaque ex peccato, ut modo dicam, oritur per se in homine peccatore titulus quantum cx se obligans ex justitia ad satisfactionem æqualcm; sed quia homo non potest reddere Deo æqualc, quod requirit justitia commutativa, et nemo ad impossibile tenetur, hinc per accidens hemo non tenetur ex justitia commutativa satisfacere Deo : tenetur tamen in quantum potest, et ideo ponitur in eo pœnitentia quæ est pars potenlialis justiliæ. In Christo autem non erat impotentia reddendi æquale, ct cum aliunde obligaretur stricte quatenus fidejussor peccatorum, nihil ipsi deest ad strictam justitiam. *7A hinc patet responsio ad primam prob. min.*

Ad secundam, N. min. Per quodlibet enim peccatum mortale aufertur a Deo quoad affectum ratio ultimi finis ad quod strictum jus habet, tribuiturque creatura'; quod summa injustitia est. Nec tamen inde sequitur inconveniens quod affertur in probatione, nempe duplicem illam diffbrniitatein, v. g. intemperantia· et injustitia·, constituere peccatum in duplici specie, et accusandum in confessione, quia illa injustitia est generalis qua'dam conditio omnium peccatorum quæ non constituit actum peccaminosum in diversa specie peccati, nisi cpiando pe·· se et veluli directe tanquam objectum a peccatore intenditur paritas est in conditione generali inobedientia· quæ in omni peccato reperitur.

Jnst. contraprimam solutionem. Si iu

homine non datur justitia commutativa ad 'Deum, non datur etiam in Christo : atqui ex concessis etc. ergo. *Prob. maj.* Gratia Christi in esse physico ct quatenus ex ea procedunt virtutes, non est alterius speciei quam gratia cætcroi um hominum : atqui ex concessis in cætcris hominibus non est racftx jxistitiæ commutativæ ad Deum : ergo nec in Christo.

P. N. maj. Ad prob. D. maj. Gratia Christi, etc. non est alterius speciei, etc. ct tamen diversus est status diversumque subjectum, *C.* et non est diversus status diversumque subjectum, *N.* Habet enim in Christo statum perfectionis propter conjunctionem ad Verbum, et suppositum dinum est ejus subjectum *quod.* Et cum sit forma accidentalis perficiens subjectum secundum capacitatem ejus, non est mirum quod in Christo, qui ad æqualitatcm Deo reddere potest, effundat justitiam commutativam, et non in aliis hominibus. Sic eadem ratione, v. g. in hominius producit virtutes moderatrices passionum, non tamen in angelis; in viatoribus 5dem, non in Christo nec in beatis; in ;:obis poenitentiam, non in Christo ; in no- . is filiationem adoptivam , non in Christo.

Unde, *ut prævcniatur instantia,* non sequitur, ut quidam objiciunt, auctam esse potentiam obcdienlialem animæ Christi , sed quod ratione status gratiæ et subtecti ejus, apposita sit conditio, scilicet, squalitas satisfactionis ad injuriam, ratione cujus satisfacit ex justitia commutativa, et defectu cujus homo purus non potest ex hac virtute satisfacere.

Obj. 5°. Debitore solvente ex justitia, corresponde! ex parte creditoris debitum cx justitia, ut vel accipiat solutionem, vel ea maneat contentus; quomodo enim satisfacerem alicui cx justitia, nisi illi sit satisfactum cx justitia? atqui Deus est incapax justitiæ commutativæ ad homines , quippe quæ necessario involvit subjectionem : ergo.

P. ex jam dictis, D. maj. Corrcspondet debitum cx justitia formali vel eminentiali, *C.* cx formali semper, *subd.* Si extrema sint ejusdem ordinis, *C.* si sint diversi ordinis, .V. *similiter D. min.* Deus est incapax justitiæ commutativæ formalis ad hominem , *C.* justitiæ eminentialis , quæ, ut diximus, est summa rectitudo æquissimæ voluntatis AT. Licet ergo i· Deo non sit formaliter justitia cominutatin justitiæ Christi correspondons quia Dca non potest induere obligationem, needs ! bitor constitui, hoc tamen non imped quin in Christo sit formaliter vere jusliti commutativa, quia ad hoc sufficit quod r. parte Dei respondeat aliquid eminente æquivalens : sic quando extrema relati nis non sunt ejusdem ordinis, ut Den-›· homo, datur relatio realis hominis i! Deum, quamvis ipsi non correspondrai t· latio realis Dei ad hominem, quia Den-‹ illius incapax, utpotc extra omnem ori nem creaturarum ct ad quem omnes errturæ ordinantur, non ipse ad illas :r- proportione servata in nostro casu.

Obj. 4°. Satisfactio Christi fuit actus j › titiæ vindicativæ · ergo non commutati».

P. N. conseq. Justitia enim vindicatio tam in judice aequam poenam crimini r· pendente, quam in reo illam patiente, perlinet ad justitiam comnvjtativam, c dixi dum de justitia.

Ex dictis inferes, justitiam cotnmui:· livam Christi specie distingui a nostri quia habet objectum formale distincte Objectum formale justitiæ nostræ est il'· l hilum homini per rationem humano mod. regiilabilc ad æqualitatcm, ila ut need, excessus nec defectus : objectum veroju-i titiæ Christi est debitum Deo regulabili ad æqualitatcm, sed non per rationem humano modo, quia superat omnem régulai l et mensuram humanam.

Inferes ulterius quod, si Verbum dimitteret humanitatem Christi, hæc st› (im amitteret justitiam commutalivam al Deum, quia tunc non posset esse principium satisfactionis æqualis et infinitæ.

Foret hic locus agendi de morte Chris', pro omnibus, adversus novatores; sd quia hanc materiam secundum omnes suas partes ad amussim expendimus in tract, de Deo, dissert. 7, a. 7, illuc lectorem rc· mittimus.

DISSERTATIO XX.

DE SERVITUTE, ORATIONE ET SACERDOTIO CHRISTI.

D. Th. QQ. 20, 2i ct 22.

His tribus quæstionibus S. Doctor agit de liis quæ competunt Christo per comp*

rationem ad Patrem ; 2° de oratione ejus ad Patrem; 5° de ejus sacerdotio : unde sit

ARTICULUS I.

Utrum Christus ut homo fuerit vere servus Dei ?

Nola triplicem posse distingui servitutem: unam naturalem , alleram legalem, tertiam moralem. Naturalis ea est, qua quis ratione originis est alteri subditus eique tenetur obsequi : sic filius est parentum servus ; omnis creatura, Dei. Legalis est, quæ a lege introducta est, et est misera quædam conditio eorum qui bello capti , vel justo titulo venditi, alterius dominio subduntur, juxta illud 2 Petri 2: Λ *quo quis superatus est, hujus ct servus est.* Moralis, est servitus peccati, juxta illud Joan. 8 : *Qui facit peccatum, servus est peccati.*

Discrimen est inter servitutem naturalem et legalem , quod bæc excludat servum a consortio seu communicatione bonorum , honoris et sedis cum domino, non vero servitus naturalis; filius enim, qui est naturaliter servus patris , cum eo communicat in honore, bonis et sede ; item justi, qui sunt Deo naturali servitute subditi, cum eo communicant in bonis, sunt enim regni cœl^slis hærcdes.

Certum est Christum qua hominem non esse Dei servum servitute legali nec morali, utraque enim summam ejus dignitatem ac sanctitatem dedecet, nec aliunde bello captus, seu emptus, aut peccator fuit. Unde,

Hic q. 20. a. 1. o. — *Dico.* Christus ut liomoest vere servus Dei servitute naturali.

Est communis Thomistarum cum Auctoro, et plurium extraneorum contra Vasquem , Bcccanuin , etc. Videtur tamen quasi quaestio de nomine; conveniunt enim auctores utriusque sententiæ Christum ratione humanitatis a Deo dependere, illi esse ad omnia subjectum , Deumque proinde de illo ad libitum posse disponere; eo tamen non obstante, humanitatem Christi ratione unionis hypostaticæ communicare cum Deo in bénis et honoribus. Unde summa quæstionis eo fere devolvitur, utrum , supposita hac communicatione , Christus ut homo posset nihilominus dici servus Dei quod jam probatum manet cx notatmne : sed insuper,

Prob. conclusio 1° *cx S. Scriptura.* Jsai. 42: *Eccc servus meus, suscipiam cum;* S3 : *Justificabit ipse justus servus meus multos.* Quem primum locum Matlh. cap. 12 interpretatur de Christo. Joan. 14 : *Pater major me est ;* 20 : *Ascendo ad Patrem meum ct Patrem vestrum, Deum meum ct Deum vestrum.*

Ex Patribus. S. Chrysost. Ilom. *7* in Epist. ad Philipp. « Si forma Dei perfcc- » tus Deus est, est ct forma servi perfectus «servus. » S. Aug. Epist. 178 : « In qua « cum infirmitate non solum subditum, sed «et servum evidentissime confitemur. » S. Athanasius Senn. 5 contra Arianos, ubi has voces *facti, conditi, servi,* etc. respectu Christi dicit : « Omnes istiusmodi » voces ratione humanitatis bene ct proprie «competunt. » Hæ autem disertissimae Patrum auctoritates evincunt S. Scripturam allatam non esse intelligendam in sensu improprio et metaphorico, ut vult Vasques ; qui enim est proprie, perfecte, evidentissime servus, non est talis improprie aut metaphorice.

ibid. — *Prob.* Ille vero dicitur servus alterius, qui minor est illo qui ejus ordinationi subjacet ct qui ejus præccptis est obnoxius: atquihæc tria competunt Chri-lo ut homini : ergo. *Maj. est certa. Prob. min.* Christo conveniunt ea quæ sunt propria naturæ bumanæ : atqui natura humana ex sui conditione habet hanc triplicem subjectionem ad Deum. 1° Minor est secundum gradum bonitatis, quatenus bonitas convenit Deo quoad essentiam, naturæ autem humanæ per participationem tantum a Deo.2° Dei ordinationi est subjecta,secun dum illud Sap. 16: *Creatura tibi factori deserviens.* 5° Obnoxia est ejus mandatis tanquain supremi Domini et legislatoris. Ergo, llancquc triplicem subjectionem S. Scriptura tribuit Christo : primam Matlh. 19, ubi Christus dicit : *Quid me interrogas de bono? unus est bonus Deus ;* secundam Philip. 2, ubi dicitur Christus formam servi accepisse; tertiam ibid.ubi dicitur factus obediens Patri usque ad mortem.

Confirmatur. Deus est verus Dominus Christi hominis : ergo Christus est vere servus Dei. *Patet conseq.* Quia domi.aiscl servus sunt correlativa. *Prob. ant.* Christus ut homo pendet a Deo in esse, fieri et cotisées ari, coque Deusuti potest ad quoscumque usus citra ejus injuriam : atqui id sufficit ut sit verus ejus Dominus, non enim

aha ratione est Dominiis aliarum creaturarum : ergo.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° auctoritatem concilii Francofordiensis et Adriani I contra Felicem episcopum Urgelitanum, et Elipandumarchiepiscopum Toletanum. Adrianus in Epist. præmissa concilio sic lios hæreticos alloquitur : » Tanta vos temeritatis dementia deludit..., » ut adoptivum eum Filium quasi purum » hominem calamitati human® subjectum, » et, quod pudet dicere, servum eum impii » ct ingrati tantis beneficiis, liberatorem » nostrum non pertimescitis venenosa fancc » susurrare. Cur non veremini, queruli ob- » Irectatores Deo odibiles, illum servum » nuncupare, qui vos dc servitute diaboli » liberavit? » Et ipsum concilium in Epistola ad episcopos Hispanis : « Intelligite, » inquit, in hac professione vestra duplices » diabolic® fraudis latuisse dolos.... dum » et Dominum nostrum Jesum Christum » quem Deum colimus et adoramus, scr- » vum prædicatis et adoptivum...Considerate quale hoc est scandalum inter paga- » nas gentes, ut dicatur Deum chrisliano- » rum servum esse vel adoptivum. Nos per » illum adoptivi sumus, non ille nobisenm «adoptivus; nos per illum a servitute li- » berati, non ille nobisenm servus. » Ex quibus infert Vasques nostram sententiam, qu® est D. Th. esse damnatam.

II. concilium ct pontificem his et similibus loquendi formulis uon negasse in Chrislo servitutem ratione solius natur® humana·, sed duntaxat vel servitutem ratione person® multiplicantem naturas et personas ad sensum Nestorianoruin, vel servitutem peccati.

Primus sensus patet ex eo quod Felix ct Ehpandus, contra quos hic agitur, erant novi Nestoriani, *ut probabimus infra,* ita ut sicut filiationem adoptivam ponebant in Christo ratione suppositi creati adeoque multiplicantem in Christo supposita, ita ct servitutem; eodem enim modo dicebant cum lilium adoptivum et servum.

Secundus sensus patet ex ipsis verbis Epistol® concilii · « Sed et hoc, inquit, vo- « lumus a vobis audire : an Adam primus » humani generis pater, si de terra virgine » creatus est, liber esset conditus sive scr- ■ vus? Si servus, quomodo tunc imago Dei? » Si liber, quare et Christus quoque » ingenuus de Virgine?.. Unde Adatufiùj « servus factus, nisi ex peccato? Apov «Petro attestante : *Qui peccatum fodi « servus est peccatif'* Christus autem » fecit peccatum, et ideo servus non est p « cati, sed magis liberator et redemptore, « rum qui servi sunt peccati. » Etcolnmm pr®ccdcnti, probat Christum non esse- vum, quia secundum S. Leonem assumpsi naturam, non culpam. Quibus evidenti?»· mc patet illic agi dc servitute peccati.

Sed et concilium et summum pontili,· agnovisse servitutem naturalem in Chii· in sensu nostro, patet ex ipsis conciliit' pontificis verbis. Pontifex in citata. Epis. « In umbra propheti® dictus est senti*. » propter servilis form® conditionem qmi » sumpsit ex Virgine. » Ibidem : « Inip » articulo passionis in quo servilis fom_ » pati parata erat. » Concilium in EpL< cit. « Et si cum Propheta nominasset, no:, tanlen ex conditione servitutis, sedexliu- » militatis obedientia, quia factus est pain » obediens usque ad mortem, papa Leofc « dicente : Assumpta est de Matre Domin » natura, non culpa; creata ex forma sen, « sine conditione servili ; » id est servitote peccati. Item ct Carolus Magnus, qui cilio aderat, in Epist. ad Elip. « In fort· » Dei Creator, in forma servi Redemptor.· Ex quibus patet concilium agnoscere i Christo servitutem ratione natur®, et tantum excludere servitutem ratione personi aut peccati-

Mulla reponit Izosçues.1°NegatFelic«i et Elipandum fuisse N'cstorianos,contraei· pressa verba concilii, ut videbimus infra.

2° Dicit concilium eodem modo negare Christum esse senum, quo negat cum esse lilium adoptivum : atqui nullo inoik juxta concilium potest dici filius adoptivus : ergo.

II. N. maj. Aperte enim, ut vidimus, agnoscit aliquam in Christo servitutem, scilicet natur® ; nullam autem (Hiationem adoptivam. Altera disparités est, quod filiatio non possit esse nisi ratione persone, ut dicemus; servitus autem possit esse ratione el person® el nature

Instat. Adrianus loca S. Scriptura: qui objiciebat Elipandus ul probaret Christum esse servum, explicat in sensu mystico · atqui si aliquam natur® servitutem in Cliri»·

to agnovisset, de illa satius et facilius cx-plicasset hæc testimonia, quam recurrere ad figuram et sensum mysticum : ergo.

H.D. min. Si illa testimonia in sensu litterali ct historico procederent de servitute natura, *C.* si procederent de servitute persona'. Ar. Offerebat ergo Elipandus ea S. Scriptura loca in qui bus Job, Jacob, David, dicuntur Dei servi etiam ratione person®, volebatque iis significari Christum cujus erant figura. Respondet pontifex, hæc loca littcraliter et historice inlelligenda esse de istis Patriarchis et Prophetis, allegorice autem ct mystice de Christo, qui revera non erat servus ratione person® ut isti.

Urget, Felicem et Elipandum non ita fuisse dementes et blasphemos, ut peccati servitutem Christo affingerent. Ergo.

Λ.ηοη mirum esse hunc theologum, qui Anomæos in materia comprehensionis Dei defendit poliusquam S. Chrysostomum, ab errore absolvat; qui Monothelilas contra D. Thomam et omnes fere theologos ab assertione unius voluntatis excusat, hic contendere novos Nestorianos a dementia et blasphemia eximere, «pios tamen concilium et summus pontifex et demenliæ et blasphemi® accusant : Adrianus in Epist. cit. *Tantœvos temeritatisdementia deludit;* concilium in Epist. cit. *Tam ridicula, tam itulta hujus sententiæ expositio apud vos.* Et in *Sacrosyllabo,* dicit epistolam Elipandi *esse plenam blasphcmiis.* etc.

Ad testimonia quorumdam SS. Patrum, Athanasii contra Arianos,Chrysost. Cyrilli.elc. quæ possent objici, similiter respondendum est, eos loqui vel de servitute ratione person®, personamque multiplicante, vel de servitute peccati, vel etiam de servitute pœnali seu legali.

Obj. 2° *cum codem Fasque.* De ratione servi proprie dicti est 1° quod non communicet cum domino in bonis, honoribus et sede; 2° quod sit persona distincta ab hero : atqui Christus in omnibus prodictis communicat cum Deo, nec est persona ab ipso distincta : ergo.

Λ. *ad primam partem ant. eam distinguendo.* De rationi· servi legalis est, etc. *C.* servi naturalis, *N. Patet ex nolamine cl ex confirmatione conclusionis* id non requiri ad veram et proprie dictam servitutem : *dato* autem id requiri, tunc, ut monui, erit quæstio de nomine.

/id secundam partem ant. Fateor esse veram in humanis, ubi non reperitur diversitas naturarum in una persona; secus in Christo, in quo contrarium accidit; proindeque ratione natur® human® potest dici servus. Quamvis cnit.1, inquit S. Th. — Q.20. a<l 2.— non proprie dicatur quod natura sit domina vel serva, potest tamen proprie dici quod quælibet hypostasis vel persona sit vel domina vel sen a, secundum hanc vel illam naturam; quia, ut dixerat initio responsionis, relatio servitutis vel dominii fundatur super actione ct passione, qu® licet competant nature *ul quo,* conveniunt tamen person® *ut quod;* actiones enim sunt suppositorum et singularium : et secundum hoc, subdit, nihil prohibet Christum dicere Patris subjectum vel servum secundum humanam naturam.

*Obj.*5° .Non potest dici de Christi quod sil proprie creatura : ergo nec quod sit servus.

Ibid, ad 1. — //. *D. ant.* Non potest dici, etc. simpliciter et sine addito expresso vel subintellecto, *C.* cum addito secundum naturam humanam, V. Ita de denominatione servi. Non enim dicimus simpliciter, Christus et servus, sed cum addito expresso vel subintellecto, Christus ut homo, seu secundum humanitatem, est servus.

Obj. 4°. 1 Cor. 15 dicitur de Christo : *Cum autem subjecta illi fuerint omnia, tunc ipse Filius subjectus erit illi,* scilicet Deo seu Patri : atqui, ul dicit idem Apostolus 1leb. 2, M*nc *necdum videmus omnia subjecta ei:* ergo.

Ibid, ad 5. — *II.* ex I). Aug. 1 deTrinit, cap. IS, verba priora Apostoli inlelligenda esse dc subjectione Christi ad Deum, nor» in se, sed insuis membris; nec Apostolus negat per posteriora verba, Christo non esse subjecta omnia quantum ad potestatem : *Data est enim ipsi omnis potestas in calo ct in terra,* Matth. ultimo; sed solum quantum ad finalem implelionem su® voluntatis in electis.

Obj. 5°. Nobilius copulatur humanitas Deo per unionem hypostaticam quam ancilla viro per matrimonium, atqui ancilla conjuncta viro per matrimonium desinit esse serva : ergo *a fortiori* Christus respectu Dei.

It. X. conseq. Disparitas est, quod ancilla per matrimonium liat viro comparsct æqualis; humanitas autem, non obstante

unione hypostatica, remanet semper creatura Dei eique proinde subjecta.

Quæritur utrum Christus possit dici sibi ipsi subjectus?

ibid, ad 2. o. — *Ii. sub distinctione.* Si id intelligatur ratione diversarum personarum, ita ut sit alia persona Christi dominantis, alia Christi servientis, Nestorianum est. Si autem id intelligatur ratione diversarum naturarum in eadem persona, potest dici quod Christus sit sibi ipsi subjectus, cum determinatione tamen secundum naturam humanam, ne videatur induci pluralitas personarum, juxta regulam sequentem quam hic tradit S. Doctor in fine o.

ibid. — *Itegula notanda.* Quæ conveniunt Christo ratione personæ seu naturæ divinæ, possunt simpliciter de illo pradicari sine addito, ut esse Dominus, esse maximus, etc. Quæ autem ipsi conveniunt ratione humanœ naturæ, partim propter periculum erroris, partim propter rigorem sermonis, non prædicantur de illo simpliciter, sed cum addito, secundum humanam naturam, nisi talia sint quæ nullam ambiguitatem importent, ut v. g. esse passum, mortuum, etc.

ARTICULUS II.

De oratione Christi.

Quœritur 1° utrum Christo competat orare ?

Hic q. 21. a. 1. în a. s. c. — /?. 1° Christum de facto orasse. Constat cx S. Scriptura, Matth. 14,26; Luc. 6, Joan. 11, etc.

Ibïd. o. — *Ii.* 2°. Christo secundum quod est homo convenit orare; quia oratio est quædam explicatio propriæ voluntatis apud Deum ulcam impleat : atqui in Christo, licet sit voluntas divina, secundum quam omnia potest, est tamen alia voluntas humana, quæ non est per se efficax ad implendum ea quæ vult nisi per virtutem divinam : ergo Christo ut homini et ut habenti voluntatem humanam competit orare.

ib. ad 1 ct 2. — *II.* 3° orationem non fuisse Christo necessariam absolute sicut nobis; quia cum esset Deus, poterat perse excqui quæ peteret : fuit tamen necessaria ex suppositione divinæ ordinationis, quatenus sciebat esse divinitus ordinatum a Patre ut quædam non nisi per orationem acciperet. Fuit etiam conveniens, propter instructionem et exemplum nostrum. Juxta hæc facile conciliari possunt varii . i culiones..Patrum.

Quœritur 2° utrum Christus nunc eu tens in coelo vere et proprie oret pronobi!

Nemo negat Christum nunc in cdmq. re pro nobis improprie seu interpellati.» quatenus exhibet suam humanitatem e merita Patri, quibus movetur Pater ad c ·. ferenda nobis beneficia. Sed quæstio* utrum vere et proprie oret expresse,; tendo a Patre nobis salutaria. Negat Ψ dina, Vasques, etc. contra quos

It. affirmative cum aliis theologis.

Prob. ex S. Script. Rom. 8 de Chris dicitur : *Qui est ad dexteram Dû,';, etiam interpellât pro nobis.* Hob.; *Semper vivens ad interpellandum* j- *nobis,* id est, ad petendum, postulant]r. etc. id enim importat vox *interpella* juxta S. Aug. Epist. 59. Unde ipse CL·· tus, Joan. 14 : *Ego rogabo Patrem,np.* do nempe ascenderit in cœlum, *et ali« Paracletum dabit vobis.*

Porro juxta regulam S. Aug. hæ Scitura in proprio sensu accipiend® sunt,cœ inde nullum sequatur inconveniens, ‹Illinimo illustrior fiateharitas Christi erga no. Insuper Scripturas dicentes Christum i; terris orasse, accipiunt adversarii in se& proprio , quidni et eas quibus cnuntiaiv orare in coelis ?

Subscribunt SS. Patres : Greg. Mag.i 5 Psal. poenit. « Quotidie orat Christs » pro Ecclesia. » Just. lib. QQ. ad orthodoxos q. 135 : « Confessionis nostn » pontifex pro nobis loquitur et rogat.· S. Ambros. in cap. 8 ad Rom. « Sempu » causas nostras agit apud Patrem, ctijœ » postulatio contemni non potest.»S. Au: in Psal. 85 : « Et modo orat pro nobis. » orat in nobis, et oratur a nobis s ut Sa- « cerdos noster, orat pro nobis; ut captf » nostrum, orat in nobis; ut Deus noster, » oratur a nobis. »

Confirmatur. Christus etiam nunc ia coelis est advocatus noster. 1 Joan. 2,« mediator noster, *1* Timot. 2 : atqui proprium munus advocati et mediatoris d pro cliente orare, intercedere, interpellare : ergo. I

Dices. S. Greg. Mag. lib. 1 Moral, cap. 24, meminit tantum orationis interpretilivæ. Ergo.

nec illic negavit expressam ; quinimo juxta | S. Th. in cap. 7 ad Hcb. Christus exhibendo Patri humanitatem suam, exprimit simul sanctissimi»» animæ suæ desiderium pro salute nostra, quod est orare proprie.

Si qui autêm,ut Ruperlus lib. 9 de Offic. c. 3, videantur id negare, intelligendi suntde oratione admodum supplici et submissa,qualis a Christo fundebatur in diebus carnis suæ mortalis; nunc enim sedenti ad dexteram Patris non convenit tanta supplicandi humilitas.

Inferes. Ergo poterit dici: *Christe, ora pronobis;* quod est in Ecclesia inauditum.

Il. Licet id absolute posset dici, idque licere in privatis orationibus quidam concedant, sicque factum a S. Cypriano narrent, qui moriturus dixit Christo : *Ego pilo a te ut tu a Patre petas ;* ita tamen orare maxime in orationibus publicis velat Ecclesiæ consuetudo, propter vitandos errores Nestorianorum et Arianorum, qui Christum purum hominem reputabant : nec etiam in privatis orationibus existimamus lias voces esse usurpandas, quja qui oratur potiori quo pollet attributo honorandus est; ct dum Christum oramus, alloquimur eum qui simpliciter est persona divina, cujus, ut sic, non est petere sed dare; et ideo dicimus : *Christe, miserere nobis,- Christe, exaudi nos.*

Quœritur 5° utrum Christus oraverit secundum suam sensualitatem ?

ihid. a. 2. o. — *II.* quod Christus non oravcritsecunduinsensualitatem,hocsensu quod ejus oratio fuerit actus sensualitatis, oratio enim est actus rationis. Oravit tamen secundum sensualitatem hoc sensu quod oratio ejus erat de objecto sensualitatis, quatenus nempe oratio ejus exprimebat Deo suæ sensualitatis affectum tanquam sensualitatis advooota ; et hoc ut nos instrueret de tribus : 1° ut ostenderet se veram humanam naturam cum naturalibus suis affectibus sumpsisse ; 2° ut ostenderet quod homini liceat, secundum naturalem affectum, aliquid velle quod Deus non vult ; 5· ut ostenderet quod proprium affectum debet homo divinæ voluntati subjicere. Et ita oravit dum dixit : *Transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, ttd sicut tu.*

Quœritur 4° utrum Christus oraverit proie?

Ibid. α. 5 o. — *It.* Christum oras<e pro se dupliciter : 1° secundum sensualitatem, exprimendo scilicet affectum sensualitatis, ut dictum est modo ; vel eliam voluntatis simplicis quæ consideratur ut natura, sicut cum oravit a se calicem passionis transferri. 2° Oravit secundum rationem, exprimendo scilicet affectum voluntatis deliberat® quæ consideratur ut ratio, sicut cum petiit gloriam resurrectionis, ut daret nobis exemplum et ut ostenderet Patrem esse auctorem omnium bonorum quæ secundum naturam humanam habebat.

Quœritur. 5° utrum oratio Christi semper fuerit exaudita?

ibid. a. 4. o.—*It.* orationem proprie dictam , quæ nempe procedebat a voluntate absoluta rationis deliberate, fuisse semper exauditam ; quia hæc voluntas semper fuit conformisdivinæ voluntati,ita ut nihil vellet aut peteret hac oratione, nisi quod sciret Deum velle: et dehacorationeintclliguntur verba Joan. 11 · *Quœvumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus ;* et : *Ego autem sciebam quia semper me audis;* et Heb. 3 : *Exauditus est pro sua reverentia.*

ibid, ad 1. et 3. — Oratio tamen improprie dicta. quæ est nempe secundum motum sensualitatis seu voluntatis simplicis quæ consideratur ut natura, non fuit semper exaudita,ut patet de oratione Christi in horto qua petebat a se transferri calicem.

Ibid. o. —Porro orationem procedentem a voluntate absoluta et rationis dicimus propriam, et procedentem a sensualitate seu voluntate ut natura, impropriam ; quia oratio est voluntatis humanæ interpres, et sola voluntas absoluta rationis deliberate, est simpliciter ct proprie voluntas : voluntas autem secundum motum sensualitatis seu naturæ, est tantum voluntas secundum quid, scilicet si aliud non obstat.

Dices. Christus oravit ut peccatum crucifixoribus suis ignosceretur, ut patet Luc. 22 : atqui tamen non omnibus peccatum illud fuit dimissum, nam Judæi fuerunt pro illo peccato puniti : ergo.

Respondet S. Doct. ad 2, « quod Do- D minus non oravit pro omnibus crucifixo- μ ribus, neque eliam proomnibusqui erant D credituri in eum , sed pro his solum qui » erant praedestinati, ut per ipsum vitam h consequerentur sternam. »

itec est doctrina quam sugillarunt ut

Jansenianam quatuor professores facultatis thcologicæ Diiaccnæ in sua censura, data 22 Augusti 1722, t damnata Romæ 18 Julii 1726, quasi S, Doctor sine ulla distinctione restrinxisset omnem orationem Christi ad quosdam, curn tamen luce darius sit ex noc articulo et ex duobus procedentibus, ipsum loqui de oratione proprie dicta, procedente a voluntate absoluta et efficaci, ut invicte probavi in tract, de Deo, dissert. 7,

ARTICULUS III.

De sacerdotio Christi.

Præcipua uuæ spectant sacerdotium Christi exposuiBnS, dissert. præced. contra Socinianos; quapropter hanc qnæstionem 22 D. Th. breviter perstringemus. *Sacerdos,* juxta nominis etymon, est quasi *sacra dos,* id est, offerens pro hominibus preces, dona, maxime sacrificium.

Hic q. 22.a. 1. ct 2. o.—*DtCO* 1°. Clinstus est vere sacerdos et hostia simul.

Prob. prima pars exS. Scriptura. Psal. 109 : *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedcch.* Heb. 4 : *Habemus pontificem qui penetravit caelos, Jesum Filium Dei.* Item cap. 7 et S ct alibi, ut exposuimus dissert, præced. contra Socinianos.

Ilis conformiter definit Trid. sess. 22, cap. 1, « Sacerdotem alium secundum or- » dinem Melcliisedech surgerc Dominum » nostrum Jesum Christum. » Similiter concil. Ephes, can. lO.SuffraganturPatres: S. Aug. in Psal. 132,Epiphan. Uæres. 55, Tcrlull. lib. 4 contra Marcion.

ibid. —*Prob.* Ille est vere sacerdos, qui consecratus est, ut tanquam mediator Dei et hominum offerat Deo dona, preces ct sacrificia pro peccatis ct salute hominum : atqui Christus consecratus est non oleo materiali, sed unctione divinitatis; obtulit Deo Patri pro hominibus dona, preces et sacrificium incruentum in cœna, cruentum in cruce : *ergo.Min. constat ex dictis contra Socinianos. Maj. etiam patet ex* etymologia et no'ione sacerdotis; item ex Apost. Heb. 3, dicente: *Omnis pontifex cx h otn in ib us assump tus, pro hom in ibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.*

Ibid. n. 3.ad 1.— *Unde colliges,* Christum esse sacerdotem ratione humanitatis non ratione divinitatis; alias nulli vel s ipsi offerret sacrificium. Potest tama | propter communicationem idiomatum, i· ci simpliciter sacerdos.

Hic a. 2. in a. e. c. —*Prob. SCCU'l:.' pars ex S. Scriptura.* Ephes. 3 dicite *Christus dilexit nos, et tradidit* «r/. *ipsum pro nobis oblationem et hon Deo in odorem suavitatis.* Vide dictae. tra Socinianos.

Ibid, ct 1. 2. q. 102. n. 5. ad 8. — I dit S. Doct. fuisse hostiam perfectam,r quo erudite advertit in veteri lege fut triplex genus hostiæ seu sacrificii, ner, hostia pro peccato spectans statum pe - tentium, hostia pacifica spectans sb'.. proficientium, et holocaustum spectans tum perfectorum, unde ct totum conti? rebalur. Et quidem homo indiget sacrifi ad tria, ad remissionem peccatorum, conservationem graliæ et ad consummat:- nem gloriæ : hæc autem per humanitate Christi oblatam nobis provenerunt, ut [·· tet et probat S. Doctor ex S. Scriptura.E ideo concludit: Christus in quantum hor non solum fuit sacerdos, sed etiam lio- perfecta, simul existons hostia pro pecc- et hostia pacifica et holocaustum.

Dices. Sacerdotis est hostiam occidor;;i sed Christus non seipsum occidit : er: ipse non simul fuit sacerdos et hostia.

ibid, ad 1. — *11. D. maj.* Sacerdotist·: hostiam occidere physice vel moraliter/ physice semper, *N.* Constat enim ex2Γ;- ralip. 29, v. 54, alios quam sacerdote posse peragere quædam officia sacerdota- lia , ut hostias jugulare, decoriare et simi- lia : ita ut ad rationem sacerdotis et sacri- ficii sufficiat quod hostia per aliquem* nutum sacerdotis occidatur, ct ab ip›: deinde sacerdote assumatur et in sacri'.- cium offeratur. Ita docent Abulensis j.l cap. 5 Josuë q. 12; Valentia hic q. 2Î, puncto 4; SuaresD. 4(>,sect. 1, toni. l;d aperte supponit S. Th. hic ad 1, et infra q. 48,. a 5, ad 3.

z/d *hunc itaque sensum D. min.* Christus non seipsum occidit physice, C.ideniffl fecerunt sacrilegi audæi; moraliter, .V, Voluntarie enim se morti obtulit, voluntarie sustinuit occidentium impetus, quo? facile poterat repellere, et vulneribus Itthalibus percussus, quamvis etiam tunc notuisset mortem impedire, voluntarie u-

mend vi propria, urgente redemptione | generis Immani et prorepto Patris, ipsi ut supremo vitæ et inertis auctori reddidit spiritum, juxta illud Christi Joan. 10 ; /Venio *tollit eam* (animam) *a me, sed ego pono tama meipso, ct potestatem habeo ponendi eam, ct potestatem habeo iterum tumendi eam.* In quo differt mors Christi a morte martyrum, quæ ideo non habet rationem veri sacrificii. Licet enim ipsis ut Christo mors sit voluntaria in causa, hoc rst, in tormentis sponte susceptis; in procinctu tamen mortis,posito lethali vulnere, non est ipsis sicut Christo liberum servare vel ponere animam.

Ibid. n. 5. 4. o. — *Dico* 2°. Effectus potissimus sacerdotii Christi est expiatio peccatorum quoad culpam et quoad poenam. Etenim Christus morte sua nobis meruit gratiam qua deletur culpa, et plenarie satisfecit pro poenis debitis, ut late dixi contra Socmianos ; quem effectum ipse, quia non erat peccator, non recepit.

ibid. n. S. ct 6. o.— *Dico* 5°. Sacerdotium Cl risti est æternum et secundum ordinem Melchisedcch, juxta illud Psal. 109: *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedcch;* et Heb. 7 : *Hic autem* (Christus) *eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.*

Ibid. α. 3. — *Explicatur.* Dicitur sacerdotium Christi æternum ex multiplici capite .· 1° ratione effectus, qui est salus æiema hominum ; 2° quia nullum habuit in ›iio sacerdotio successorem ; 5° ratione offert, non solum quia ipse semper interpellat et gratias agit et aget pro nobis, sed etiam quia ipse per ministros jugiter sacrificat et sacrificabit usque ad finem mundi, quod dicitur quandoque *in æternum;* 4° ratione unctionis nunquam perituro, u'pote quæ est ipsa unio hypostatica.

rb:d. a. G. o. ctadl. — Dicitur sacerdos *Kcundum ordinem Melchisedcch ;* non hoc sensu quod fuerit sacerdos ejusdem rationis ac ordinis cum Melchisedcch,seu quod abeo sacerdotium participaverit ; fuit enim longe excellentioris rationis ct ordinis , ut modo dicam : sed hoc sensu quod sacerdos Melchisedcch fuit specialius Dgura Christi sacerdotis quam alii sacerdotes veteris legis.

ibid. o. a<I 2. ct 5. — Prafiguravit autem Melchisedcch excellentiam sacerdotii Christi in pluribus : 1° in hoc quod panem ct vinum obtulit, juxta illud Genes. 14 ᵗ. *Melchisedcch rex Salem, proferens panem ct vinum, erat enim sacerdos Dei allissimi, benedixit ei,* scilicet Abrahæ; Aaron enim oves et boves offerebat, non: panem et vinum , nisi ut partem et condimentum alterius sacrificii, Exod. 29 et Num. 28 : Christus autem corpus et sanguinem suum obtulit sub speciebus panis et vini. — Ibid, ad 5. — 2° Quia introducitur Melchisedcch in S.Scriptura *sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum neque finem vitæ habens;* non quod reipsa ista non habuerit, sed quia contra morem in Scriptura sacra ista de eo non leguntur : et per hoc, inquit Apost. Heb. 7, *.issimilatusFilio Dei* qui in terris est sine patre, clin coelis sine matre, neque principium neque fidem dierum habens secundum divinitatem, adeoque sacerdos in æternum.—ibid. o.—5'Quia acceptis decimis ab Abraham, benedixit ipsi etsimul sacerdotibus legalibus, in ejus lumbis secundum seminalem rationem existentibus ; per quod figurabatur excellentia sacerdotii Christi supra sacerdotium legale, quatenus qui benedicit major est illo qui benedicitur. 4° Quia *Melchisedcch* idem est ac rex jus'.itiæ, fuit insuper rex Salem, id est rex pacis : Christus autem fuit rex justitiæ et pacis.

.DISSERTATIO XXL

DE ADOPTIONE CHRISTI.

D. Th. Q. 23.

ARTICULUS I.

Utrum Deo conveniat adoptare creaturam intellectualem ?

Nota, duplicem esse filiationem, naturalem unam , adoptivam alteram. Filiatio naturalis est relatio quæ convenit alicui, quatenus ex vi suæ originis recipit naturam generantis, vel camdem numero ut in divinis, vel specie ut in creatis : unde fundamentaliter sumpta, dicitur origo viventis in similitudinem naturo.

Hic q. 23. 1. 1. 0.·-— Filiatio adoptiva est imitatio secundum quid filiationis naturalis , in quantum qui adoptatur, cum non habeat ex patre naturam, ipsi confertur quædam ejus proprietas, scilicet jus ad hærcditatcm ac si esset verus filius : unde

communiter a jurisperitis el theologis definitur adoptio : *Gratuita et liberalis assumptio personæ extrancœ ad hæréditâtes.* Ita Instil. *de Adoptionibus,* if. clc. c. cod. til. et cone. Francoford.

Ibid. — *Dico* 1°. Deo convenit adoptare ; quia cum sit infinite bonitatis, admittit creaturas suas intellectuales ad participationem suæ hæreditatis, quæ est ipsius Dei fruitio; hæredilas enim alicujus dicitur per quam ipse beatus est et dives : Deus autem dives est et beatus, in quantum seipso fruitur.

Ibid. — Hæc autem est disparilas inter adoptionem divinam et humanam, quod Deus hominem quem adoptat idoneum facit per gratiæ munus ad suarn hæreditatem : homo autem non facit idoneum eum quem adoptat, sed idoneum supponit et talem eligit adoptando.

ibid. α. 2. 0. — *Dico* 2°. Adoptare, est actio Trinitatis; quia est actio libera et ad extra, collatio scilicet gratiæ quæ toti Trinitati convenit.

Ibid. α. 5. 0. — *Dico* 5°. Omnis creatura intellectualis potest adoptari ; quia est capax gratiæ per quam iit adoptio, et beatitudinis in qua consistit hæredilas, ut dictum est.

Ex quo inferes angelos esse filios Dei adoptivos; item primos parentes in statu innocenti® ; justos in veteri lege ; et eos omnes qui sunt in gratia quandiu in illa permanent, etsi non sint prxdestinati.

Nec obstat quod Apostolus, Galat. 4 et i Rom. 8, opponat Christianos justis antiquæ legis, quod hi acceperint spiritum servitutis in timore, illi spiritum adoptionis liliorum. Non enim opponit eos inter se, ratione justiti® personalis, sed ratione legis utriusque secundum se seu ratione status utriusque, hoc sensu quod lex vetus erat lex timoris secundum se, nec ex se vim habens justificandi, lex autem nova sit lex gratiæ et in se continens vim justificandi.

ARTICULUS II.

Utrum Christus quatenus homosit filius Dei adoptivus?

§ I. — *Pranotamina, ubi de hteresi Felicis Urgelitani ct Elipandi Toletani,*

Nota 1°. Fide certum est Christum ut Di um non esse lilium Dei adoptivum, sed Filium naturalem Patris aeterni, ipsi cm· substantialem. Quapropter de Christou. homine diflicullas procedit.

Nota 2°. Christum qua hominem *ts** filium Dei adoptivum, triplici sensu pes se intelligi : 1° quod sil purus homo,;, hæc fuit hæresis Photini : 2° ponendo U illo duo supposita, unum divinum, alterna humanum, ratione cujus sil filius Dei ado;- tivus; et hæc fuit hæresis Nestorii : 5'·„·. vata unitate personæ, asserendo Christe quatenus hominem esse lilium Dei adoptivum.

Nola 5°, ly *quatenus,* in hoc tertio sensu posse intelligi tripliciter prout reduplicat suppositum ; 2° prout reduplicat him nitatem ; 5° prout rcduplicat utrumqut Si primum, error est Arii. Si secundum, sensus est Gabrielis, Majoris et Almaiii, qui volunt humanitatem esse adoptata, non tamen esse filiam. Si tertium, esi opinio Durandi et Scoti, licet iste opposita repnlet probabilem.

Nota 4°, Felicem episcopum Urgeliu-1 num et Elipandum archicpiscopum Tole- ! tanum, circa finem sæculi octavi, propu.· nasse Christum qua hominem esse filiu Dei adoptivum.

Hoc dogma 1° damnatum fuitinsynoiL | Foro - Juliensi sub Paulino Aquilcien-j episcopo anno 791.

Anno sequenti 792, iterum damnatu fuit in concilio Ratisponensi et ab Admno I, ad quem ductus Felix ab Angilber: abbate, errorem ejuravit. Ita Alcuiuulib. 1 contra Elipandum, et Eginhardusiii Annalibus ad annum 792.

Anno 794 , concurrentibus Adrian' summo pontifice ct Carolo Magno, convocatum est concilium Francofordiense contra utrumque hæresiarcham, Felicem relapsum et Elipandum, quorum error damnatus est in hujus concilii canone 1.

Porro hæc synodus, quæ constabat trecentis circiter episcopis ex Germania, Italia, Gallia , etc. ct cui præeranl legali Adriani SS. pontificis Theophilactus el Ste* phanus, approbata fuit saltem quoad condemnationem hujus hæresis auctoritate S(dis apostolicæ, Adriano sedente, cl inter Ecclesiæ concilia computata ; et Adriani epistola ad episcopos Hispani® contra El· pandum et consortes, prævia hac de re fu sa disputatione Romæ habita, inter decrc-

tales inserta fuit. Unde de hujus concilii certitudine quoad hoc punctum nulla supervise debet dubitatio, siquidem non alia poliori auctoritate concilia, epistolæ pontificum et decretales apud nos admittuntur.

Constat autem hoc concilium quinquaginta sex canonibus et quatuor tractatibus. Primus tractatus est epistola Adriani qua respondet libello Elipandi. Secundus est liber dictus *Sacrosyllabus,* cujus auctores creduntur Paulinas Aquileiensis et cæteri Italiæ episcopi. Tertius est epistola concilii ad episcopos Hispaniæ. Quarius est epistola imperatoris ad Elipandum, <pio significat ipsi ejus damnationem in concilio factam.

Acta hujus concilii haereticorum astutia diu latuerunt, sed tandem Surii (obiit 1578) diligentia fuere reperta. Quapropter Durandus, Scotus, seu quivis alii qui tunc Christi adoptionem propugnavere ultimo sensu, juxta duas posteriores explicationes, nullatenus accusandi sunthærescos, quantumvis eorum sensu damnata fuerit hærctis Feliciana et Elipandina.

Fuit iterum damnata hæc hæresis a Leone HI, in concilio quinquaginta sex episcoporum Romæ congregato occasione libelli quem Felix contra Alcuinum scripserat; et tandem in synodo Aquisgrancnsi anno 799, in qua, præsente Carolo Magno, Felix, vi argumentorum Alcuini ibidem disputantis victus, errorem iterum ejuravit.

Utrum constans in fide fuerit, dubium est propter schedulam post mortem ejus repertam ab Agobardo Lugdunensi archiepiscopo, in qua Felix prius suum dogma instaurabat, contra quam scripsit idem Aeobardus. Etiam dubiæ fidei in morte facit cum Ado Viennensis in Chronico. Elipandum voro, diu veritati obstinate resistentem, cessisse tandem , ct in communicatione Ecclcsiæ mortuum , narrant Legendarium ecclcsiæ Asturicensis, Chronicon dictus Luitprandi et alii.

Hanc bærcsim primi impugnaverunt in Hispania contra Elipandum Elherius Uxamensis episcopus ct Beatus presbyter; contre Felicem tres libros scripsit Paulinus Aquileiensis patriarcha. Sed inter omnes hujus hæresis debellatores palmam tulit Alcuinus seu Albinus, in Gallias a Carolo llaguo vocatus ejusdem ac filiorum pr.ceptor, deinde abbas S Martini Turonensis, ubi obiit anno 804, an monachus professione, an vita tantum, non constat.

Quæstio est inter eruditos quo sensu Felix et Elipandus filiationem adoptivam in Christo propugnaverint : an sensu Nestoriano, ponendo duplex suppo-itum; an tertio sensu tantum ratione humanitatis, servata unitate suppositi. Unde sit

§ II. — *Utrum Felix et Elipandus filiationem adoptivam in Christo sensu Nesloriano propugnaverint ?*

Dico. Felix et Elipandus filiationem adoptivam in Christo sensu Nesloriano propugnaverunt. Est contra Vasqucsium.

Prob. 1° ex concilio Francofordiensi in epistola ad episcopos Hispaniæ, in qua patres Felicem et Elipandumsic alloquuntur· « Nonne olim eadem hæresis vestra in » Nestorio ab universali sancta Ecclesia » refutata est et damnata? »

Prob. 2° ex lib. *Sacrosyllabo,* ubi dicitur : « Non duo filii, alius Dei et alius ho» minis, ul (sicut illi errando existimant) » adoptivus sit hominis filius et sine adop» tione Dei filius. » Duos autem asserere filios in Christo, ipsissima est hæresis Nestorii.

5° Paulinus Aquileiensis lib. 1 contn Felicem : « Modo, inquit, Arium obvium » amplectitur, modo prævium Nesloriua » gressu sequitur errabundo. »

4° Alcuinus lib. 1 contra Felicem : « Igitur, sicut Nestoriana impietas iu duas » Christum dividit personas... ita ct ves» Ira indocta temeritas in duos cum dhi» dii filios. »

Et lib. 1 adversus Elipandum : « Quem, » inquit (scilicet Christum), vos sine du» hio cum Nestorio iu duos dividitis filios » cl induas personas per proprietatem ct d adoptionem ; non igitur idem magister ·) vester Ncstorius invenitur duas personas » palam in Christo confiteri,sed omnia quæ » duabus necesse est in esse personis profer» re de Christo reperitur, adoptionem sicut » et vos humanitati ascribens, et divinitati » proprietatem Filii designans. » Ita p issini Alcuinus. Idem testantur Jonas Aurelianensis fere coævus lib. 1 de cultu Imag. Sigebcrlus in Chronico ad annum 793, S. Antoninus 2 p. Chronici, lit. 14.

Objicit 1° */'astjuetius.* Patru cor.uU

Francoford, cum de Felicis et Elipandi errore loquuntur, vocant eum *novum* ct inauditum.

2° Si Felix et Elipandus fuissent Nestoriani, non ita suæ smtentiæ coniidissent, ut peterent a Carolo Magno concilium in quo probaretur ; atqui tamen illud petierunt : ergo.

5° Ncc Adrianus, nec synodus Francoford. attulerunt contra Felicem et Elipandum testimonia S. Scripluræ probantia unitatem personæ iu Christo; sed ea supposita, filiationem adoptivam duntaxat impugnarunt.

4° Elipandus in confessione fidei, unam in Christo personam admittit, his verbis : « Homo interior in una cademque persona » agglomeratus, atque camis vestimento » ~~indutus~~. » ~~Ergo~~.

Jl. i° generaliter, in quæstionibus facti magis esse standum conciliorum, pontificum et auctorum coævorum testimoniis quam levibus conjecturis, ut sunt fere omnia Vasquesii argumenta.

R. 2'» *ad singula. Ad primum,* errorem Felicis et Elipandi dici a concilio novum, scilicet, vel de novo suscitatum , vel novum quoad modum explicandi, non quoad rem ipsam. Etenim etiam *vetus* ab eodem concilio appellatur in lib. *Sacrosyllabo,* ubi dicitur, « Elipandum namque ct Feli- “ cem novos hostes Ecclcsiæ, sed veterno- » sa fæce perfidiæ pollutos. » Et paulo superius*. « Hæresim veternosam illustrium « fortium, scilicet virorum, calcibus miia- “ bilitcrincalcatain, catholicaque falce olim « funditus detruncatam, spinosa moliun- « tur rediviva radice suscitare de stirpe. »

Ad secundum, n. non minim haereticos ab imperatore concilii judicium expe- '.iisse ; quia vel non inlelligebant modum quo suam hæresim exponebant reipsa cum Nestorii hæresi coincidere; vel sperabant (quod hæreticis non est insolitum) se simulatione sua fucum svnodo facere.

Ad tertium, R. falsum omnino esse quod asserit Vasquesius, ut legenti acta concilii patebit.

Àd quartum, ^.Felicem ct Elipandum verbo tenus unam in Christo personam admisisse, reipsa duas : unam, inquam, unitate morali eo modo quo vir ct uxor, quo duo amici dicuntur una persona, ca scilied versutia qua usus est ipse Nestorius. | Id patet ex verbis immediato sequeutibm· « Quia, inquit Elipandus, non per illum » qui natus est de Virgine, visibilia et in· » visibilia condidit ; sed per ilium qui non » est adoptione sed genere, neque gratia » sed natura. » Propter quæ verba Elbe· rius et Beatus dicunt eum incurrisse ant thema pronuntiatum a S. Joanne his verbis : *Omnis spiritus qui solvit Jesum ex Deo non est.* Quod et ipse his verbis evidenter facildistinguens *illum* et *illum,* id est, duos filios, duas personas.

Similiter Alcuinus refellit epistolam expandi, et probat quod, quamvis videatur agnoscere unam personam, duas tamen revera defendat. Idem probat de Felice 1.5; « Tandem, inquit, illo pervenimus ub » destruis quod ædifîcasti, et confiteris qœ » negasti... Si ergo, secundum tuam sen- » tentiam, verus Dei Filius bis genitus est » et est verus Dei Filius in utraque nativi* » tate, paterna scilicet et materna, quomo- •rdo potest fieri ut non sint duo filii ex n» » tre nati? unus quem tu asseris, catholica » voce, verum esse Filium Dei ; alter quem « tua perversitas verum non esse Filum » Dei affirmat ? verum et non verum nui· » latenus unum esse potest, »

$ III. *Utrum concilium Francofordiente n-jeceritfiliationem adoptivam in Christo,v" solum in sensu Felicis et Elipandi qui* ΛA *toriamis erat, sed etiam absolute et quoin sensu ?*

Observandum rursus quod jam anlei observavimus, quosdam auctores catholicos sustinuisse , salva unitate personi, Christum qua hominem esse filium Du adoptivum duplici sensu : 1° ut ly *qualo nus* reduplicct solam humanitatem, qut licet non diceretur filia, esset tamen adoptata; et hæc fuit, ut dixi, sententia Gabrielis, Majoris ct Almaini ·. 2° ita ut If *quatenus* reduplicct compositum ex divino supposito ct humanitate; et hæc fuit sententia Durandi et Scoti. Quæstioestiîitur utrum non solum sensu Felicis et Elipandi, qui Nestorianus erat, ut vidimus, Ised etiam hocduplici sensu assignatoconcilium Francford, filiationem adoptivam in Christo damnaverit. Et videtur sutim quod non, quia mens concilii desumi debel cx opposito errore quem damnat: Felix autem et Elipandus Christum esse i-

Hum Dei adoptivum asserebant sensu Nestoriano, ut vidimus:ergo hunc solum sensum damnat concilium. Hoc tamen non obstante, citra injuriam et censuram doctorum catholicorum, qui vel acta concilii ignoraverunt, vel non satis penetrarunt.

Dico. Opinio asserens Christum quatenus hominem esse filium Dei adoptivum ratione humanitatis, etiam salva unitate personæ, aut humanitatem esse adoptatam etsi non filiam, videtur damnata a concilio Francofordiensi.

Aob. prima *pars.* 1° Concilium in Epist. ad episcopos Hispaniæ post initium, dicit : α Si verus Deus et verus Filius, etsi i verus Filius, nequaquam adoptivus, quia » adoptivus... non vere natura est Filius. » Hæc autem vox *nequaquam* idem est ac *nullo modo* : atqui foret aliquo modo adoptivus Christus, si talis esset ratione humanitatis, etiam salva unitate personæ : ergo.

2* Ibidem : « Adoptivus siquidem non • habet aliam significationem , nisi ut Je- «susChristusnon sit proprius Filius Dei : » atqui aliam haberet significationem si Christus ut homo est filius adoptivus, possetque componi adoptio cum filiatione propria in una persona : ergo.

3° Ibidem : « Unitas personæ quæ est » in Dei Filio et filio Virginis, adoptionis » tollit injuriam : » ergo neque ut Filius Dei, neque ut filius Virginis, seu ut homo, est adoptivus, etiam supposita unitate personæ: quinimo hæc est ratio secundum concilium cur non sit adoptivus.

4'Adrianus in Epistola sic habet : «Ma- • teria autem causalisperfidiæ inter cætera • rejicienda de adoptione Jesu Christi Fidii Dei secundum carnem, etc. » Ubi damnatur adoptio filii Dei secundum carnem. Et ibid, infra i « Animadvertite,in- » quit pontifex, quia nihil vobis restat ut •secundum divinitatem tantummodo credatis,dixisse Patrem,//tc *est Filius meus;* • sed potius secundum humanitatem su- • perquem Spiritum sanctum dicitur des- • rendisse › » ergo non sohiin secundum divinitatem, sed etiam secundumhumanitatemest Filius Dei naturalis, non adoptivus.

Prob. secunda pars. 1° In *Vib.Sacrosg-lebo* colum. 5, sic legitur : ‹« De beata • Virgine inenarrabiliter sumpsit, non •adoptavit carnem. » 2° In Epist. concilii: « Hoc quod Joannes dixit, *Fidimus » gloriam ejus quasi Unigeniti a Putre.* » contra adoptionem cam's. »

Per *carnem* aulein, hic intelligitur hamanilas ; tum quia intelligitur caro animata quæ est humanitas, ut in his verbie j *Ferbum caro facium est ;* tum quia in primo testimonio eodem modo affirmatur assumptio et negatur adoptatio carnis ; affirmatur autem assumptio humanitatis : ergo et negatur adoptatio humanitatis.

Hanc etiam partem probant verba superius citata : *Unitas personæ in Christo adoptionis tollit injuriam :* ergo etiam in ejus humanitate.

Ad rationem oppositam , Λ. *D. maj.* Mens concilii debet desumi inadæquate ex opposito errore quem damnat, *C.* adæquate semper, *N.* sed et sumi debet ex verbis ejus proprie et rigorose acceptis. Concilia enim contra aliquem congregata, maxime dum disputando procedunt, ut hic contingit, non semper solum ejus sensum damnant sed et omnem alium cum illo connexum, ut sic ei omnes evasiones et effiigia occludant : concilium autem, *ut patet* dixit quod distinctio personarum necessario sequatur omnem modum adoptionis. *Unitas,* inquit,*personæ adoptionis tollit injuriam.* Et .· *Adoptio nullam habet significationem, nisi ut Christus Filius proprius et naturalis non sit.*

$ IV. — *Impugnatur rationibus theologicis filiatio adoptiva Christi secundum humanitatem, et adoptio humanitatis.*

Hio q. 25. a. 4. o. — *Prima ratio sic proponitur.* Adoptatio duo necessario requirit : primum, quod non solum ipsa natura personæ quæ adoptatur, sed etiam ipsa persona quæ adoptatur sit extranea adoptanti ; secundum, quod non habeatjus ad hæreditatem ad quam adoptatur : atqui Christus quatenus homo, licet sit persona naturæ Deo extraneæ, non tamen est persona Deo extranea et habet jus ad hæreditatem Dei : ergo. *Min. est de fide. Maj. patet* ex definitione adoptionis, quæ, ut diximus art. 1, definitur, *gratuita et liberalis assumptio personæ extraneæ ad hæreditatem;* ‹\w b definitio traditur a jure locis citatis, admittitur communiter a theologis et jurisconsultis, aconcil. Francoford. et D. Th. hic a. 1.

Hac etiam ratione pate.t humanitatem

non posse dici adoptatam; tum quia non est jærsona cui soli convenit denominatio adoptionis ; tum quia ratione unionis hypostatica qua trahitur ad esse divinum , habet jus ab intrinseco ad hæreditatein Dei quæ est visio beatifica. Quod quidem trahatur ad esse divinum, est magna gratia, sed non omnis gratia est adoptio.

Secunda ratio. Christus quatenus homo, non solum materialiter ct identicc, sed formaliter est Filius Dei naturalis : atqui filius naturalis alicujus non potest esse adoptivus respectu ejusdem : ergo. *Maj. indiget explicatione.* Et quidem certum est Christum qua hominem, in sensu materiali et idenlico, seu per communicationem idiomatum, esse filium Dei naturalem, sicut certum est quod hoc sensu homo sit Deus; dicimus autem Christum quatenus hominem, etiam formaliter esse Filium Dei naturalem , sic tamen ut ly *quatenus* importet in recto, non naturam humanam , sed suppositum subsistens in natura humana, non reduplicative, alias sensus foret quod esset Filius naturalis Dei, quia subsistit in natura humana, quod est falsum ; sed specificative, ita ut sensus sit : Verbum subsistens in natura humana est Filius naturalis Dei, quod est verissimum, siquidem per assumptionem humanitatis non amiserit filiationem naturalem Dei. Et hoc sensu inlelligendæsunt auctoritates S. Scriptura. Rom. 8, Concilii Francoford, cit. et Patrum, quibus dicitur Christus, qua homo, Filius Dei naturalis.

Prob. min. 1° auctoritate concilii Francoford. cit. prima probatione § procedentis, num. 1 et 2.2° *Bationc.* Ille qui adoptatur, non secundum naturam, sed solo affectu conjungitur adoptanti,ut delinit idem concilium in sua Episl. et palet ex ipsius vocis etymologia; adoptare enim est optare sibi in lilium eum qui talis non est naturaliter. 5° Adoptio, ut dicebamus modo, supponit personam adoptatam extraneam. — ibid. — 4° Filiatio adoptiva est quædam partipalio seu imitatio imperfecta filiationis naturalis : atqui quod est tale per se est naturaliter, non dicitur tale per participationem . ergo.

Neque dicas esse tale per se ct per participationem ratione diversæ naturæ,quod non repugnat; quia, ut diximus exdetiniione adoptionis, adoptio soli persona* convenit, et filiatio est proprietas personal, filiatio enim non dicit solinn genitum, v; genitum per modum entiscompleti, **uti** D. Th. in 5, d. 8 , q. 1. a. B. ad 1, ct. 1, ad 5. Et ideo non dicitur naturalium na filia, sed homo filius. Quapropter, d.·, cero Christum esse Filium naturalem]). ratione divinæ naturæ, et filium adopting ratione humanæ naturæ, est ponere in t duas personas.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Non minus opponuntur inters, servitus et dominium, quam esse filius Dei naturalem et adoptivum : atqui Cbn·· tus est supremus Dominus et tamen c· servus : ergo licet sil filius naturalisait

Confirmatur. Non minus opponun I inter se esse sanctum per essentiam et <ψ·. tum per participationem, quam esse filii", naturalem et adoptivum : atqui Chrislosi subsistens in natura divina,est sanctus pt: essentiam, et ut subsistens in natura humi· na,est sanctus per participationem: erga.

ibîd. ad. 3. — *B. D. maj.* Non minia opponuntur inter se servitus et dominion quam filiatio adoptiva et naturalis, si sent· tur identitas subjecti sub eadem ratione, C. secus, *N.* Porro servitus et dominium competunt supposito ratione voluntatis, adeoque et naturæ; et cum in Christo sil duplex natura divina et humana, non miras quod possit esse dominus ratione divini I naturæ, et servus ratione humanæ. At vero filiatio non convenit supposito ratione naturæ, sed immediate et ratione sui, u *patetcxdictis,* et communi modo loquendi, secundum quem natura non dicitur filia. In Christo autem una lanium fuit persona, et consequenter una filiatio, eaqut naturalis. ;

Ad confirmationem, B. eadem distinctione; quia sanctitas convenit suppositoratione naturæ , non sic filiatio.

Inst. Filiatio convenit etiam natura saltem *ut quo.* Ergo. *Prob. ant.* Relatio geniti convenit naturæ ut *quo :* atqui eadem est relatio geniti et filii, ut patet in divinis : ergo. *Prob. maj.* ex D. Th. in 5,d. 8, q. 1, a. 5, ad 1, ubi dicit <niod « ha- » tivitas temporalis seu generatio passiva » Christi est quædam relatio, quæ secun- « dum rem fundatur in natura humana,«l » ex hoc nominatur natum sicut et homo.» I Ergo.

Xe. S. d. 8. q. 1. a. 1. ad — /?. *N. ant.* | *Ad prob. D. min.* Eadem est relatio geniti | et filii in/livinis, *C.* propter nempe summam identitatem substantialem in creatis, *N.* Ad relationem enim geniti sufficit generatio passiva qualiscumque; ad rclatio- Sem autem filii requiritur generatio passita, perfecta et completa; filiatio enim respicit ens completum in specie generantis, ideoque et suppositum : unde vermes, v. g. generati ex homine non sunt filii hominis. Et hæc est notio filiationis quam haurimus cum ista solutione ex D. Thoma, loco citato, ubi dicit : «Ad filiationem requiritur › plus quam ad nativitatem vel ortum, • scilicet, ut quod exit per generatio- » nem a generante, sit completum in specie generantis ; et ideo fructus arborum, • ova avium et capilli et alia hujusmodi non » habent rationem filiationis, quamvis di- » cantur nasci. » Et il id. a. 5, ad 1, dicit : « Subjectum filiationis non potest esse na- ▮ tura, cum sit ejus quod habet comple- » mentum speciei, ut supra dictum est. »

Pepones. Sicut natura non potest dici filia, ita nec serva : atqui tamen hoc non obstante servitus convenit naturæ, etChristus ut homo es* servus, ut diximus : ergo a pari.

Λ. *N. maj.* ct dico quod natura possit diciserva;quiaservitusdcquahicestquæslio nihil aliud est quam dependentia creatura rationalis a Deo in esse , conservari rt operari : unde sicut hæc. dependentia immediate convenit naturæ, ita et servitus, et sicut natura pole.-t dici a Deo dependens, creata, conservata, Deo subjecta, ita etserva; licet tamen, ut diximus ex D.Th. supra, non ita proprie dicatur natura seria quam homo servus , quia li re denominatio magis proprie est suppositi, sed tamen ratione naturæ. Id totum innuit. S. Doct. hic ad 5. «-Dicendum, inquit, quod • esse creaturam et etiam servitus vel sub- › jectio ad Deum, non solum respicit per- » sonam, sed etiam naturam, quod non • potest dici de filiatione, et ideo non est • similis ratio. »

Urgebis. Concilium Francoford, non minus negat Christum ut hominem esse wrvumDei quam lilium adoptivum : atqui tamen aliquo sensu est servus Dei, ut sustinuimus supra : ergo.

Λ. *N.maj.* Loquens enim specialiter de I filiatione dicit ; *Si filius, nequaquam adoptivus,* id est, nullo sensu, nullo modo; hæc enim est vis hujus vocis *nequaquam,* quam non adhibuit loquens de servitute. Insuper admisit servitutem natur» in Christo. Pro quo vide dissert, præced. art. 1, obj. 1.

Obj. 2°. Filiatio adoptiva est effectu' formalis gratiæ habitualis : atqui in Christo est gratia habitualis : ergo.

7/. 1°. Filiatio adoptiva est effectus formalis primarius gratiæ habitualis, *N.* secundarius , *transeat.* Etenim gratia est qualitas absoluta, filiatio autem est relatio : unde non potest filiatio esse effectus formali· saltem primarius gratiæ, sed ejus etfeclus formalis primarius est reddere subjectum gratum et participem divinæ naturæ : potest autem forma esse sine ullo effectu formali secundario , maxime quando subjectum est illius incapax, ut contingit in present!; quia nempe ad adoptionem requiritur quod persona adoptata sit extranea adoptanti, Verbum autem est intraneum Patri et filius ejus naturalis.

7?. 2°. *D. maj.* Filiatio adoptiva est effectus formalis gratiæ collatæ per modum naturæ, *C.* collatæ per modum proprietatis, *N.* Sicut enim ut natura det formalitcr osse filium naturalem, debelconferriad modum naturæ , id est, ut perse primo terminans generationem (et ideo licet in Spiritu sancio non minus quam in Verbo inveniatur natura divina, tamen Spiritus sanctus non dicitur Filius) : sic ut gratia habitualis det esse filium adoptivum, debet dari per modum naturæ, non per modum proprietatis consequentis ad naturam, quo tamen modo datur in Christo, in quo gratia habitualis sequitur ut proprietas ad gratiam unionis.

Inst. Sufficit extranea natura, etsi suppostum sit secundum se intraneum, ut sit subjectum capax filiationis adoptivæ per gratiam. Ergo. *Prob. ant.* Natura extranea potest efficere quod suppositum quod secundum se est intraneum suo principio, fiat ipsi extraneum et capax filiationisadoptivæ. Ergo. *Prob. ant.* Natura intranca potest efficere quod suppositum quod secundum se est extraneum principio cui natura est intranca , fiat ipsi intraneum , et capax filiationis naturalis. ergo a pari natura extranea, etc. *Jnt. patet* in filiatione

naturali Christi respectu beatæ Virginis; humanitas enim, quia est intraneaB. Virgini , unita Verbo , facit Verbum intraneum B.Virgini ct filium ejus, licet tamen Verbum sit secundum se ct ante incarnationem suppositum extraneum respectu illius et humanitatis.

B. N. ant. Ad prob. N. ant. Ad prob. N. conseq. et paritatem. Disparitas est, quod ut suppositum quod est extraneum fiatintraneum,nihil debeatamittere de prædicatis positivis sed tantum quamdam privationem seu carentiam intrancitatis, quæ aufertur per adventum fonnæ intrancæ substantialiter illi unitæ . at vero ut suppositum quod est intraneum fieret extraneum, deberet amitterepræ̀dicata positiva et naturalia per quæ erat secundum se intraneum, scilicet naturam habitam primo per se per generationem, sicque non maneret idem, sed fieret aliud.

Res exemplo allato in instantia clarescit : Christus itaque est suppositum intraneum Patri filiusque ejus naturalis per divinitatem secundum generationem æternam; ct idem suppositum ante incarnationem erat extraneum respectu B. Virginis: facta autem incarnatione, humanitas substantialiter illi unita , facit illud per hanc intimam et substantialem unionem intraneum et quasi domesticum matri, saltem ad terminandam generationem adeoque ad filiationem naturalem, absque eo quod quidquam positivum amittat, sed *Quod erat permansit,et quod non erat assumpsit;* ita ut manserit simul intraneum Patri et matri, absque ulla incompatibilitate. Si autem eadem humanitas quæ est extranea Patri, redderet etiam ipsum suppositum Patri extraneum, deberet ab illo auferre intraneitatem naturalem quam habet respectu Patris, seu id per quod est illi naturaliter et secundum sc intraneum, scilicet divinitatem per generationem æternam, quia esse intraneum et extraneum respectu ejusdem privative opponuntur.

Obj. 5°. Si Christus non esset illius Dei adoptivus, ideo maxime quia est filius ejus naturalis : atqui hæc ratio nulla est : ergo. *Prob. min.* Filius naturalis inhumanis potest adoptari a patre proprio, ut constat ex jure civih,l. *Qui liberatus,* IT. de Adoptionibus, ubi dicitur : *Qui liberatus est a patria potestate, honeste reverti non potest nisi adoptione.* Ergo. 2' Si vlei Christus non posset esse filius Dei adopt? vus, quia est filius naturalis, sequeret·# quod si S. Spiritus assumeret naturam lmmanam, posset esse filius adoptivus(n?j enim foret filius naturalis), quod tamen non admittitur.

B. N. min. Ad primam prob. dico quod jus istud civile Romanum non attenderit in filiatione nisi jus ad hæreditatem : uwl· filius cpii excludebatur ab hteredilate, non censebatur secundum hanc considerationem filius naturalis, sicquc poterat adoptari saltem sensu improprio; melius cni., diceretur restitui in jus quod amiserat. At nihil tale in Christo accidere potest, qm sive quoad jus hæreditatis, sive quoad [>ersonam intrancam, semper est filius D.; naturalis et proprius.

Ad secundam prob. N. sequelam. Lit enim, quia Christus est filius Dei naturalis, sit ratio sufficiens cur non sit filius Dii adoptivus, non est tamen ratio sola; altera enim est ratio quod sit persona inita-nca Deo et quod ab intrinseco habeat jus ad hæredilalem, quod utrumque reperitur in Spiritu sancto.

Inst. Christus quatenus filius Virginii potuisset adoptari ab alio homino i ergoct a Deo.

B. N. ant. Quia si Christus ut filius Virginis consideretur ratione supposili, habe, titulo creationis jus ad omnia quæ hom possidet : si in quantum homo consideretur, habet idem jus titulo redemptioni', meruimus enim amittere omnia usque .1 annihilalioncm per peccatum : *adoptiva* autem, juxta concilium Francoford, in lib. *Sacrosyllabo,* dicitur, *cui nihil a patre debetur,*

Obj. 4°. Christus quatenus homo non est filius Dei naturalis ·, ergo potest cvc adoptivus. *Prob. ant.* 1° Ut Christus quatenus homo foret filius Dei naturalis, filiatio deberet uniri humanitati sub conceptu filiationis formaliler : atqui id fieri non potent, alias cum filiatio sit formaliter relatio, constitueret humanitatem relatam : ergo. *Prob.* 2°. Christus ut homo non potest dici Verbum aut imago Patria : ergo nccfiliui ejus naturalis. 5° Si Pater assumeret humanitatem , non foret pater quatenus homo, non enim quatenus homo ullum filium

generaret : ergo nec filius quatenus homo | est filius naturalis.

II. D. ant. ex dictis in probationibus conclusionio. Christus quatenus homo non est filius Dei naturalis, si ly *quatenus* importet humanitatem in recto, *C.* falsum est enim quod Immanitas in Verbo sit filius Dei naturalis; si ly *quatenus* importet suppositum in recto, id est, Verbum subsistens in natura humana, *subd.* Non est filius Dei naturalis, το *quatenus* sumpto reduplicative, *C.* ratio enim cur Christus sit filius naturalis Patris, non est quia subsistit in natura humana; το *quatenus* sumpto specificative, *N.* Ex eo enim quod subsistat in natura humana, non desinit esse Filius naturalis Dei : unde verum est quod subsistens in natura humana sit fdius Dei naturalis.

Hinc patet resp. ad probationes. Ad primum, non requiritur quod Verbum uniatur humanitati formaliter sub conceptu relationis, ut sensu nostro Christus quatenus homo sit fdius Dei naturalis; sed sufficit quod non repugnet illi esse filium Dei naturalem ex eo quod subsistat in natura humana. Quinimo *dato* quod uniatur humanitati formaliter sub conceptu relationis, ut volunt quidam, non ideo tamen constitueret illam relatam, quia est hujus relationis incapax, sicut eadem ratione non constituit naturam divinam relatam, etsi illi uniatur sub conceptu relationis.

.■*idsecundum, Ii.* eodem sensu, Christum qua hominem posse dici Verbum et imaginem Patris quo sensu dicitur fdius Dei naturalis; licet tamen specialiori modo dicatur fdius, quia filiatio soli person® convenit.

Ad tertium, dico quod in hac hypothesi et hoc sensu, prima persona quatenus homo foret pater aeterni Verbi, sicut modo Christus est ejus fdius naturalis.

Objic. 8° ab auctoritate quorumdam SS. Patrum. Hilarius lib. 2 de Trinit. ait : • Ita potestatis dignitas non amittitur, dum » carnis humilitas adoptatur. » Cyriîlus Alexand. Dialog. 5, dicit quod sit *adoptatus nobiscum.* Aug. lib. de Prædestin. Sanctorum cap. IK, quod gratia sit Filius Dei; Facundus Hcrmiancnsis, quod *adoptionem filiorum susceperit.* Irenæus lib. S contra Hier. cap. 21 : « Propter hoc A er- » bum Dei homo ct qui Filius Dei est filius hominis factus est, commixtus Vcr- » ho Dei, ut adoptionem percipiens fiat » Filius Dei. » S. Ildephonsus, Eugcniii*, Julianus Toletanæ sedis antisles, in mis-a Cœnæ Domini et in mi-sa de Ascensione, censucrunt Christum esse filium Dei adop tivum; et ita censuisse traducuntur in concilio Francoford, ubi dicitur : « Melius est » credere testimonio Dei Patris de Filio » suo quam lldcphonsi vestri : etsi Ilde- » phonsus vester in orationibus suis Chris- |* tum adoptivum nominavit, nosterGre- » gorius pontifex Roman® fidei in suis » orationibus semper eum Unigenitum no- » minare non dubitavit. » Ergo.

B. communi solutione, Patres citatos plerumque usurpasse vocem adoptionis in impropria locutione, scilicet, pro assumptione humanitatis ad personam Filii. Ita S. Th. interpretatur Hilarium, licet Aleutnus et Hincmanis in Prafationc libri de Pradest. contra Gotteschalcum, legendum putent *adoratur* pro *adoptatur.* Utut sit, certum est Hilarium non agnovisse Christum filium Dei adoptivum; dicit enim de Christo lib. 3 de Fide : « Hic ct verus ct » proprius est Filius, origine, non adop- » tione. » Et lib. 6 : « Donavit adoptionis » nomen plurimis, sed iste mihi Filius. »

Primam interpretationem patitur locus S. Cyrilli, qui aliunde, ut omnibus notum est, duos Christos et duos Filios contra Ncstorium impugnavit, maxime Horn. Pas chali 8, in Epist. ad Aeacium lib. 11, in Joan, et alibi.

Ibid. ad. 2. — *Ad S. August.* dico nihil aliud velle quam quod, sicut sine meritis quilibet fit Christianus, ita sine meritis habet iste homo quod sit Christus. *Patet ex textu.*

Ad Facundum, dico intelligendum esse eodem modo ac S. Hilarium de locutione impropria.

Ad S. Ircnæum, B. quod hæc verba *adoptionem percipiens,* non referantur ad Christum, sed ad quemlibet fidelem; sic enim habet : « Propter hoc Verbum » Dei homo et qui Filius Dei est, filius ho- » minis factus est, commixtus Verbo Dei, « ut adoptionem percipiens (scilicet homo » quilibet alius a Christo; fiat filius Dei; » non enim poteramus aliter incorrupte- »› lam et immortalitatem accipere, nisi ad· » unati fuissemus incorruptela; et immor-

talitati. » Idquc magis patet ex versione Sirmundi quæ sic locum hunc reddit : « iTopterea enim Verbum Dei est homo, » ut homo verbum capiens, adoptionem- » que consecutus, filius Dei efliciatur. »

Ad S. Jldcphonsum et alios, R. quod, cum Elipandus in confirmationem suæ hæreseos eorum verba citaret, nec præsentes haberentur codices, ut de veritate allegationis constaret, responsum est a Patribus magis deferendum esse SS. Aug. et Greg. et similibus quam lldephonso, Eugenio et Juliano, si tamen vera essent quæ afferebantur ab Elipando. Hæc autem non esse vera maxime quoad Ildephonsum constat ex ejus libris adversus eos qui disputabant de perpetua virginitate Mariæ, ubi sic habet : « Non ergo illum ut cæteros adoptio » filios Dei fecit Filium, sed divinitatis » natura illum in proprium Dei Filium » exaltavit. »

Petes 1° utrum Christus ut homo sit filius naturalis totius Trinitatis?

infra q. 32. a. 5.—*B. negative. Prob.* 1° auctoritate concilii Toletani secundi, in quo ex S. Augustino dicitur hæc verba, *Hic est Filius meus dilectus,* esse de Patre æterno intclligenda, additque concilium : « Neque enim Jesus, etiam Spiri- » tus sancti filius, aut suus etiam filius » credi aut intelligi potest. »

Prob. ratione. Licet non omnis genitus sit filius, ut dictum est, omnis tamen filius est genitus : generatio autem maxime perfecta et ad filiationem requisita, est origo viventis a vivente in similitudinem naturæ vi ipsius generationis : atqui Christus sub quavis ratione non procedit a tota Trinitate in similitudinem naturæ : ergo. *Prob. min.* In Christo potest attendi vel suppositum, vel natura humana, vel unitum seu suppositum ex utroque : atqui quoad suppositum seu personam, fide certum est generari a solo Patre ; quoad humanitatem, etiam plus quam certum est non procedere a tota Trinitate in similitudinem naturæ ; neque etiam, *ut patet*, ut compositum seu unitum : ergo. Unde hoc compositum *Christus*, est quidem factum a tota Trinitate, non tamen genitum. Hinc Ü. Th. loco cit. ait : « Nullo modo debet » dici Christus filius Spiritus sancti, ne- • que totius Trinitatis; » adde neque etiam sui ipsius.

Dices. Prolatio horum verborum : *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui,* cum sit actio ad extra, competit toti Trinitati ; et ita hanc vocem *complacui* intellexit Adrianus I. Idem dic de traditione Filii in his verbis Rom. 8 : *Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

B. concil. Toletanum, ut dictum est, cum SS. Aug. et Hieronymo, priora verbi Patri ut soli loquenti adaptare et appropriarc, licet non negemus hanc locutionem, quatenus est effectus ad extra, a lota Trinitate produci. Adrianus autem solum vult totam Trinitatem reipsa complacuisse in Filio, non negat tamen solum Patrem dixisse *complacui,* nec usquam probari potest ex illius verbis totam Trinitatem esse patrem Christi.

z/d *secundam auctoritatem,* similiter fateor totam Trinitatem reipsa tradidisse Christum, quia est actio ad extra; sed tamen de solo Patre hic dicitur quod illum tradiderit, sicut solo respectu illius dicitur quod sit Filius. *Petes* 2° utrum Christus ut homo sit filius naturalis B. M. Virginis?

B. affirmative, ita ut tamen filiatio in Christo sit tantum relatio sit rationis. *Prima pars patet*, tum quia dicitur sæpe in S. Scriptura Christum esse filium hominis, tum quia B. Virgo est vere mater Christi; tum tandem quia Christus ut homo procedit a B. Virgine ut a vivente in similitudinem naturæ, ejusque generatio terminatur ad suppositum Christi supplens vices suppositi humani.

Patet etiam secunda pars ; quia suppositum Christi quod est divinum et solum subjectum capax filiationis, non est capax relationis realis ad creaturam : unde dicitur filius B. Virginis, eo sensu quo Deus dicitur Creator.

DISSERTATIO XXII.

DE PRÆDESTINATIONE CHRISTI.

D. Th. Q. 24.

ARTICULUS I.

Utrum Christus sit prædcstinatus et «d quid?

Hic q. 23. a. 1. 0. — *Dico* 1° Christi» est praedestinatus.

xbid,—*Prob.* Prædestinatio proprie ac-

cepta.est *Dei præordinatio ab ætcrno de his quæper gratiam facturus est in tem-porc ;* atqui per gratiam unionis factum est in tempore q"od homo esset Deus et Deus liomo, et hoc est Christus. Nec potest dici quod Deus ab æterno non præordinaverit «facturum in tempore, quia sequeretur quod divinæ menti aliquid de novo accide-ret. Ergo.

Dices. Christus non dicitur simpliciter factus : ergo nec prædestinatus.

Λ. *N. conseq.* Disparilas est, quod prædestinatio cum significet actum animi interiorem , faciat subjectum accipi formaliter; Christus autem formaliter sumptus , est subsistens in duabus naturis : at vero *facium esse* applicat suum significatum subjecto materialiter sumpto : Christus autem materialiter sumptus, est persona Christi. Porro verum est Christum ut subsistentem in duabus naturis esse praedestinatum, at falsum personam Christi esse factam. *Consule solutionem objectionis contra sequen tem conclusionem.*

ibid. q. 2. 0. — *Dico* 2°. Christus ut homo prædestinatus est primario et principaliter ad filiationem Dei naturalem, secundario tantum ad visionem beatificam cætcraque dona supernaturalia ipsi collate.

Prob. 1° ex Apost. Rom. 1 : *Qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute,* etc. In qua auctoritate; licet a Græcis Chrysost. Thcophilacto, etc. iiitelligatur/jr«?iZesfinrttws, prout idem est ac *declaratus* Filius Dei, S. Augustinus tamen lib. de Prædest. Sanctorum cap. 13, quem sequitur S. Th. hic ad S, convenientius intelligit, retenta usitatiore significatione S. Scripturae, pro eo quod est destinare, definire, statuere, ita ut sensus sit : *Qui* (Filius) *factus ex semine David secundum carnem, prædestinatus est Filius Dei,* sive ut sit Filius Dei verus ct naturalis; *in virtute,* id est, in potentia et majestate veri Filii Dei; *secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri,* id est, ut haberet spiritum sanctificantem nos, quod post resurrectionem Christi ex mortuis maxime declaratum est. Unde S. Aug. loco citato : « Prædestinatus est Je-» sus,ut qui futuruserat secundum carnem « Filius David, esset in virtute Filius Dei.»

Prob. 2° *ratione.* Christus ut homo prædestinatus est ad id quod ipsi ut homini convenit in tempore ex gratia : atqui Christo ut homini convenit in tempore per gratiam unionis esse filium Dei naturalem : ergo. *Maj. palet* ex notione prædestinationisdata supra. *Min. etiam constat.* Licet enim personæ Christi ut subsistenti in natura divina, naturale sit esse filium Dei naturalem, non tamen est ei naturale secundum naturam humanam. *Id magis elucidabitur ex sol. object.*

Prob. secunda pars conclusionis, scilicet, quod primario prædestinatus sit ad filiationem Dei naturalem, et secundario tantum ad bealitudinem, etc. Ad id primario et principaliter Christus ut homo est prædcslinalus , quod primo et principaliter fuit intentum in decreto ejus prædeslinationis et ex illo in tempore subsecutum : atqui primum et principale donum intentum et collatum Christo est filiatio Dei naturalis : primum quidem, quia ex illo bcaliludo et alia sequuntur et ipsi debentur; principale, quia majus est esse ct fieri Deum quam frui Deo : ergo.

Obj. Subjectum prædestinationis seu persona quæ prædestinatur, non debet involvere essentialiter terminum ejusdem prædestinationis : atqui Christus ut homo includit in suo formali conceptu filiationem Dei naturalem quam dicimus terminum prædestinationis Christi: ergo. *Palet maj.* Quia terminus prædestinationis est id ad quod tendit et pervenit subjectum prædestinationis; nihil autem tendit aut pervenit ad scipsum,sed ad aliquod posterius a se distinctum : et ideo homo, v. g non dicitur prædcstinari ad animam rationalem quam essentialiter involvit, sed ad gloriam ad quam transmittitur. *Min. etiam constat ;* quia Christus ut homo importat essentialiter suppositum Filii naturalis Dei ; Christus enim ut homo est Verbum, seu secunda persona Trinitatis, quatenus distinguitur a prima ct tertia, ut subsistens in humanitate. Ergo. Non levis est hæc difficultas, in cujus solutionem varios dicendi modos excogitaverunt auctores : quibus relictis, utpote quia magis implicant quam expediunt difficultatem,

A. *simpliciter D. maj.* Subjectum prædestinationis non debet essentialiter involvere terminum prædestinationis ejus-

dem, secundum camdem rationem secundum quam est subjectum, *C.* secundum diversam rationem, 2V. *Similiter ad min.* Christus ut homo includit in suo conceptu formali filiationem Dei naturalem, secundum eam rationem secundum quam est subjectum praedestinationis, *N.* secundum aliam rationem, *C. Unde N. conseq.* Itaque Verbum ut subsistens in humanitate seu ratione humanitatis, est subjectum pradestinalionis Christi, ita ut subjectum *quod* sit Christus seu hic homo, subjectum *quo* ipsa humanitas : terminus autem *qui,* filius Dei naturalis ; terminus *quo* filiatio divina; ideoque subjectum *quo* et terminus *quo* realitcr distinguuntur, subjectum *quod* et terminus *qui* fonnaliter seu virtualiter distinguuntur, idemque Christus secundum diversam rationem est subjectum et terminus prædeslinationis, subjectum ratione humanitatis, terminus ratione filiationis divinæ. Id autem sufficere ut Christus quatenus homo dicatur prædcstinatus filius naturalis Dei, *patet tum a ratione, tum a paritate. A ratione,-* quia prædeslinalio cum sit actus mentis, sicut praescindere potest ea quæ sunt conjuncta, ita potest præcise concipere hunc hominem ut in humanitate subsistentem et ordinare ut sit Filius Dei : ex qua ratione infert S. Doctor hic a. 1, ad 5, quod, licet possit dici quod Christus ut homo sil prædcstinatus Filius Dei, non potest tamen dici quod Christus ut homo factus sit Filius Dei, quia nempe esse factum convenit persohæ, non secundum pnecisionem mentis ut *pradestinari,* sed secundum quod est a parte rei ; persona autem Christi (quam importat ly *Christus)* ut est a parte rei, non est facta Filius Dei in tempore, sed sic erat ab æterno. *A paritate;* sicut enim inter Christum ut hominem et ipsum ut Deum invenitur sufficiens distinctio ad rationem satisfacientis et creditoris, merentis et praemiantis, quidni sufficeret formalis seu virlualis distinctio inter Christum ut hominem et ipsum ut filium Dei naturalem, ut quatenus homo sit subjectum quod praedestinatur ad esse filium Dei naturalem ut ad terminum *qui,* maxime cum intercedat realis distinctio inter subjectum *quo* quod est humanitas, ct terminum *quo* qui est filiatio?

Inferes. Ergo melius diceretur humanam esse prædestinatam ad filiationem Dei.

Ibid. a. 1. ad 2- — *JI. /V. Illationem,* Quia secundum hoc locutio Apostoli esset impropria propter duo. 1° Quidem ratione communi. Non enim dicimus naturam alicujus prædestinari, sed ipsum suppositum ; quia prædestinari est dirigi in salutem, quod quidem est suppositi agentis propter bealiludinis finem. 2° Ratione speciali ; quia esse Filium Dei non convenit naturæ humanæ; est enim hæc falsa, humana natura est Filius Dei.

Inferes iterum. Ergo saltem poterit dici quod Christus ut subsistens in natura divina, sit prædcstinatus ut sit filius hominis; sicut dicitur quod ut subsistens in natura humana, sit prædcstinatus ut sit Filius Dei.

ib. ad 2. nd 5. — *B. N. paritatem;* quia gratia non est facta Filio Dei ut esset homo, sed potius humanæ naturæ ut Filio Dei uniretur : unde magis proprie potest dici quod Christus secundum quod homo, est prædcstinatus esse Filius Dei, quam quod Christus secundum quod est Filius Dei, sil prædcstinatus esse homo.

Inst. contra primam ct principalem solutionem. Christus ut homo ita in conceptu suo formali importat filiationem Dei, ut ab illa non possit praescindi ; ergo Christus ut homo non potest esse subjectum prædeslinationis ad filiationem Dei. *Prob. ant.* Christus ut homo subsistit subsistentia Verbi prout distinguitur a subsistentia Patris et Spiritus sancti ; alias Pater et Spiritus sanctus dicerentur incarnati : atqui subsistentia Verbi distinguitur ab aliis subsistentiis ex conceptu relationis per quam constituitur fonnaliter Filius - ergo.

B. N. ant. Ad prob. D. min. Subsistentia Verbi ab aliis subsistentiis divinis distinguitur ex conceptu relationis implicite , importât®, *C.* explicite importât®, *subdistinguo.* Inadæquale, *C.* adæquatc, *N.* Itaque subsistentia Verbi, prout distincta ab aliis, triplici munere gaudet. 1° Verbum genitum constituit sub munere passivæ generationis; 2° personam sub munere formæ hypostatic® ; 5« Filium sub munere relationis : ut duo prima munia exercens, distinguitur ab aliis subsistentiis divinis, equidem ratione relationis, non tamen ut fonnaliter et explicite importai®,

‘•d implicite tantum, quatenus sub illis prioribus muneribus hoc tertium exigit et involvit : sic igitur in ordine ad Christum hominem, subsistentia Verbi, 1° constituit cum in ratione person® sub munere forni® bypostaticæ; 2° humanitatem unit cum divina natura, prout existit in Verbo per sternam generationem ; 3° unit cum eadem natura divina, prout existit in Verbo ut relato relatione filiationis. Unde Christus ut homo constitutus per filiationem sub munere subsistentis *quo* ut dictum est, sufficienter distinguitur a cæteris subsistentiis divinis, est subjectum praedestinationis ad filiationem sub munere relationis.

Dices. Concilium Tolet. secundum, in professione fidei, habet Christum nec factum nec praedestinatum esse. Ergo.

B. concilium loqui de Christo ut Deo : unde slalim subdit : «Per hoc tamen quod » de Maria virgine natus est, et natus, et » factus, et prædcstinatus esse credendus « est. »

ARTICULUS II.

An et quomodoprædcstinatio Christi sit causa noslræ prædeslinationis?

Q. 24. q. 5. ct 4. o. — Quæstio hæc non procedit de prædestinatione nostra prout est actus Dei ; nullus enim ita insanus est, ut existimet actum divinum causari ab alio, cum unico actu simplicissimo a se indistincto Christum et nos praedestinaverit. Sed de prædestinatione ex parte objecti seu termini,

Ibid. — *Dico.* Praedestinatio Christi est causa exemplaris, finalis ct efficiens, moralisseu meritoria prædeslinationis noslræ. Est expresse D. Th. a. 3 quoad primam partem ; implicite quoad secundam ct tertiam , art. 4.

ibid. a. 5. o.— *Prob. prima pars.* Praedestinatio nostra potest considerari, vel secundum bonum ad quod praedestinamur, vel secundum modum consequendi istud bonum : atqui utroque modo praedestinatio Christi est exemplar prædeslinationis nostra : *ergo. Prob. min.* quoad primum. Christus prædcstinatus est ad filiationem Dei naturalem, nos ad filiationem adoptivam quæ est quædam participata similitudo filiationis naturalis, juxta illud Rom. 8 : *Quosprascivit... hos prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.* Quoad secundum. Natura humana in Christo nullis procedentibus meritis unita est Filio Dei, ita cl nos nullis procedentibus meritis nostris accipimus de plenitudine gratiae Christi. Hinc S. Augustinus de Praedest. Sanctorum cap. 13 : « Est praclaris- » simum lumen prædeslinationis et gra- » tiæ Christus Jesus. »

Observandum tamen prædestinationem Christi esse nostra exemplar heterogenem et divers» rationis, tum ratione termini qui excedit terminum nostra, tum ratione modi ; praedestinationem enim Christi nulla praecesserunt merita *de condigno:* nostram praecesserunt merita Christi, etsi non nostra, ut dicemus modo.

Prob. secunda pars. Esto Deus prius voluerit voluntate antecedente salutem om nium, et in hunc finem Christum prædestinavcrit, posterius tamen voluit voluntate consequenti quorumdam electionem efficacem, quæ est praedestinatio, propter gloriam Christi : *patet ex dictis* de molivo Incarnationis. Aliunde, ut modo dicebamus, Christus est exemplar nostrae praedestinationis; item, ut alibi diximus, caput nostrum. Porro non archetypus ad apographum, nec caput ad membra, sed c contra apographum ad archetypum, membra ad caput seu ad finem ordinantur. Hinc illud Apostoli 1 Cor. 5 : *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.* Et Tiid. sess. 6, cap. 7, definit causam finalem justificationis nostrae esse gloriam Dei ct Christi : eadem autem est ratio de prædestinatione.

Prob. tertia pars. Christus meruit omnes effectus praedestinationis noslræ, ut probavimus supra dum de merito Christi art. 5. Ergo ct ipsam praedestinationem nostram, ut est actus divinæ voluntatis, non equidem entitative sumptus, sic enim est ipsemel Deus; sed sumptus secundum liberam terminationem active considerata. *Conseq, patet* ex differentia quæ est inter causam physicam ct moralem, quod illa immediate in effectum exerceat suam causalitatem, ista vero non immediate circa effectum, sed circa affectum efficientis, ipsum alliciendo et inclinando in effectum.

Confirmatur. Meriti. Christi fuerunt praevisa et praedestinata a Deo antequam homines praedestinaret ; ut diximus dum

de motivo Incarnationis : ergo congruum erat dignitati el officio Redemptoris nt moverent Deum ad praedestinandos homines. Hine Apo<t. Ephes. 1 : *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in calentibus in Christo ;* id est, per Christum seu per merita Christi, secundum omnes interpretes : potissima autem hominis benedictio est ejus praedestinatio. Prosequitur Apost. *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut esternus sancti.... Qui prxdestinavit nos in adoptionem filiorum pcrJcsum Christum.*

Hanc autem partem intellige etiam de prædestinalione comparativa, quatenus est acceptatio seu electio, non aliquorum tantum vage, sed istorum in particulari præ aliis. Id ipsum probat ratio facta, et declarat ipse Christus alloquens discipulos his verbis, Joan. 13 : *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Quæ verba S. Aug. de Prodest. Sanet, cap, 19, ct de Correpi. ctGrat. cap. 7, intelligit de electione, non solum ad gratiam apostolatus, sed etiam ad gloriam et regnum aeternum , dicens ullimo loco citato : *Illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum.* Similiter S. Th. ad Ephes. 1, lect. 1, et ibi agitur de prædestinatione comparativa aliquorum determinate, scilicet apostolorum seu discipulorum præ aliis.

Dices 1°. Prædestinatio nostra est ita gratuita et cx mero Dei beneplacito pendens, ut Apostolus ad eam graluilalcm cficacius explicandam utatur exemplo luti in manu figuli, illud vel in vas honoris, vel in vas contumelia pro beneplacito clformantis; et S. Aug. de Prædest. Sanet, cap. 15, dicat ita esse gratuitam sicut ipsam prædeslinalioncm Christi, quam nulla merita processerunt. Ergo.

B. prodcslinationem nostram in S.Scriptura ct Patribus dici gratuitam respective ad nos, non respective ad Christum. Nec id obstat quin semper fuerit gratuita et pendens cx beneplacito Dei, non enim Christus hos aut illos elegit seu petiit ct meruit eligendos, nisi dirigente ct movente voluntate Patris; proindeque semper stat totum negoiium salutis primordialiter reduci m divinx voluntatis beneplacitum gratuitum. Et ratione hujus primordialis voluntatis moventis ct diligentis Christum iu electione pradestinatorum, dicit Christus Patri deprædestinatis Joan. 17: *Tulerant* addit : *Et mihi cos dedisti,* movendo scilcct voluntatem meam ad hos meritorum oblatione præ aliis eligendos. Vel, *eos dedisti mihi* in tempore, quos elegeras ab aeterno intuitu meritorum meorum.

Dices 2°. Merita Christi sunt effectus prodestinationis nostro : ergo non cama meritoria ; ut enim alibi dictum est, principium meriti non cadit sub merito. *Prob. ant.* Merita Christi sunt media efficaciter conducentia ad salutem et prædestinationem nostram : ergo sunPrjuseffectus. *Prob. conseq.* Volitio medii efficaciter conducentis ad finem est effectus volilionis finis cl ab illa imperatur. Ergo.

7?. *N. ant. Ad prob. N. ant.* Ad rationem enim medii non sufficit quod efficaciter conducat ad finem, alias Deus qui est primus molor, omnia attingens a fine usque ad finem, foret medium, quod est absurdum ; sed requiritur quod supponat amorem finis ct cx illius intentione imperetur. Merita autem Christi prædeslinata sunt, si non ante voluntatem antecedentem salvandi omnes homines , saltem ante voluntatem consequentem salvandi efficiter aliquos, quæ voluntas consequens est prædeslinatio et prodestinaloruin electio. Ideoque licet merita Christi possint dici media salutis volitæ per voluntatem antecedentem, non tamen volitæ per voluntatem consequentem ; ut sic enim ipsa salus seu prædestinatio nostra est medium ad gloriam Christi prius prædeslinati ordinatum, ut diximus dum de molivo Incarnationis.

DISSERTATIO XXIII.

DE ADORATIONE CHRISTI ET CULTU IMAGINUM.

D. Th. Q. 23.

ARTICULUS T.

Prccnolamina ad tolam dissertationem.

Nola 1°, nomen adorationis derivari, vel ab *ador* quod est species frumenti in sacrificiis adhiberi soliti; vel a propositione ad et verbo *oro,* quia oratio ut plurimum comitatur, procedit vel sequitur adorationem. At vero secundum vocis significatio-

nem, adoratio est *honor exh ibit us alteri propter superiorem ejus excellentiam , in protestationem noslrce erga illum submissionis.* Unde minus late patet quam tonor; honoratur enim æqualis, at non nisi wperior adoratur.

Nota 2°. Adoratio tres actus complectitur : 1° actum intellectus, quo excellentiam alicujus apprehendimus ; 2° actum voluntatis, quo nos illi interius inclinamur et aliquid actu interiore facimus, vel volumus facere actu exteriore in protestationem ejus cxcellentiæ et nostra ad eum subjectionis : non enim, *quod advertas,* solo actu exteriori , sed et interiori perficitur adoratio, ila quippe angeli adorant; 5° actum exteriorem, scilicet signum aliquod exterius orolestativum excellentiae et nostra subjni.-sionis, ut genuflexionem, incurvationem, inclinationem capitis, etc. Secundus actus est maxime proprius et essentialis adorationi; primus enim potest esse sine adoratione, ct tertius cum irrisione; licet tamen si procedat ex religione dirigente, sil etiam vera adoratio.

Nota 5°, adorationem ratione excellenti® propter quam exhibetur, dividi analogice in 1res species : alia enim est excellentia divina cui respondet prima species cultus seu adorationis, quæ dicitur a theologis *latria,*- alia excellentia creata naturalis, puta potentia, scientia, bonitas, etc. cui respondet secunda species adorationis quæ dicitur cuZius seu *observant ia civilis;* alia est excellentia creata supernaturalis, utsanclitas, dona supernaluralia, etc. cui respondet tertia species adorationis quæ a theologis vocatur *dulia ;* et quia inter sanctas creaturas maxime pracellit Mater Dei, illi tribuitur a theologis *hypcrdulia*, id est, praelautissima *dulia.* Sed quia excellentia dicitur analogice tantum de Deo et dc creaturis, ita etiam adoratio dicitur analogice de cultu Dei et creaturarum, sive de *latria* et *dulia.*

Nola 4°, has adorationes seu cultus species quoad actus interiores optime distingui. *Latria* enim est summa voluntatis prostratio ct inclinatio cum apprehensione infinite cxccllcntiæ, Dei scilicet ut primi principii el ultimi linis. *Cultus civilis* est longe minor voluntatis inclinatio cum apprehensione ccrtacxcellcnliæ humanæ. Pulta est media quædam voluntatis inclinatio cum apprehensione excellentiae plus quam humanæ et minus quam divinae.

Quantum vero ad actus exteriores, non ita facile distinguuntur; excepto enim sacrificio et iis quæ ad ipsum referuntur, ut templis, altaribus, sacerdotibus, etc. (volnit enim Deus sibi soli offerri sacrificium juxta illud Exod. 22 : *Qui immolat diis, occidetur, praeterquam Domino soli),* omnes fere alii actus sunteommunes omni cultui Dei ct creatura, *latriæ, duliæ, observantia; civili,* ut v. g. genufiexio, incurvatio, inclinatio capitis, prostratio, etc. Sic Abraham eodem actu incurvationis usque ad terram adoravit Deum, Genes. 17; angelos, Genes. 18; et homines, Genes. 23. Unde distingui non possunt nisi ex intentione.

Potest autem sive *latria,* sive *dulia,* dupliciter considerari, vel quoad actum quo colimus Deum aut sanctos, vel quoad habitum et est specialis virtus, scilicet religio, quando est do Deo ; licet enim vagetur per actus omnium virtutum etiam theologicarum, attendit tamen in eis specialem rationem, scilicet cultum Dei, cum e contra virtutes theôlogicæ habeant Deum ipsum pro objecto immediato.

Nota 5°,hæc nomina, *latria* et *dulia,* esse voces Græcas idem omnino significantes, scilicet *servitutem ;* neque in lingua Hebræa seu Latina ullum esse vocabulum quo designetur cultus solius Dei, quod S. Aug. notavit dc lingua Latina 10 de Civit. cap. 1. Hinc est quod Patres vocabula *adorationis* et *religionis* nunc tribuant creaturis, nunc ipsis denegent.

Attamen quamvis hæc vocabula , *latria* et *dulia,* secundum privatam eorum institutionem, non sint propria Dei vel sanctorum cultui, usu tamen theologorum effectum est ut *latria* significaretur cultus Dei, *dulia* cultus sanctorum, *hypcrdulia* cultus B. V. Marite.

Nola 6°, adorationem in communi iterum dividi in adorationem absolutam et relativam : absoluta est, quando res adoratur propter seipsam, id est, propter excellentiam propriam et intrinsecam; adoratio relativa est, quando res adoratur j»rojvter aliud, scilicet propter excellentiam quæ est in alia persona ad quam habet habitudinem, puta, vel quia illam repraesentat, vel quia illam tetigit, etc.

Priori modo est adorabilis creatura rationalis tantum, quia illa sola est capax honoris et excellentis honorabilis; potest tamen etiam adorari cultu relativo. Posteriori modo autem, scilicet adoratione relativa, sunt adorabiles res etiam inferioris ordinis ; quia cum adorentur propter aliud, adoratio non sistit in illis, sed redundat in personas propter quas adorantur.

Porro non est necessaria ista divisio in adorationes realitcr distinctas ; unica enim et eadem adoratione adoratur Christus et ejus imago, ita tamen quod respectu Christi sit absoluta, respectu imaginis relativa. His notatis ceu prxambulis ad totam hanc quæslionem, sit

ARTICULUS II.

Utrum una eademque adoratione sit adoranda Christi divinitas et ejus humanitas ?

Dico 1°. Fide certum est hunc hominem , designato Christo, adorari cultu *latriæ*. *Patet;* quia hic homo, designato Christo, supponit pro persona divina subsistente in natura humana ; personæ autem divinæ in quacumque natura subsistat debetur *latria*. Hinc Joan. 5, v. 25, dicit de seipso Deo et homine : *Ut honorificent Filium sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum.* Hæc conclusio magis firmabitur ex sequenti : unde

Hio q. 25. a. 1. ct 2. o. — *Dico* 2°. Eadem adoratione *latriæ* adoranda est divinitas Christi et ejus humanitas.

Prob. 1° *cx conciliis*. Synodus quinta generalis can. 9. dicit : « Si quis.... sic » Christum adorat,sed non una adoratione » Deum Verbum incarnatum cum propria » ipsius carne, sicut ab initio Ecclesiæ » traditum est, anathema sit. » Idem anathema iteratur in synodo Lateran.sub Martino I, act. seu secretario 4. Septima synodus aci. 5 : «Cum adoratur Christus, non » separatur humanitas a divinitate, sed » utraque ut unum adoratur *latria*. » Huc facit quod definit conc. Trid. sess. 15, can. 6, de adoratione Christi in eucharistia.

Prob. 2° *ex Patribus*. S. Damascenus lib. 5 de Fide cap. 8 : « Unus igitur est » Christus Deus perfectus cthomo perfectus, quem adoramus cum Patre et' » ritu una adoratione cum immaculata « ne ejus. » Et lib. 4, cap. 5. « Non di- » cimus quod carnem adoramus nudam, » sed carnem Dei, id est, incarnatum » Deum. » S. Cyrillus lib. ad Reginas, paulo post initium : « Confitemur... unant » naturam Dei Verbi incarnatam ct ado- » rabilemcum carne sua una adoratione. » Idem docet S. Ambros. lib. 5 de Spiritu sancto , cap. 12.

ibid. α. 1. — *Prob.* δ° *ratione*. Proprie honor exhibetur personæ seu toti rei subsistenti ; non enim dicimus quod manu· hominis aut pes honoretur, sed homo.Et«i quandoque contingat quod dicatur honorari manus vel pes alicujus, hoc non dicitur ea ratione quod hujusmodi paries secundum se honorentur, sed quia in istis partibus honoratur totum seu homo : atqui humanitas constituit unum totum subsistens, idemque esse personale cum Verbo : ergo una cum Verbo partialiter terminat eamdern, quæ ipsi defertur, adorationem *latriæ*.

Confirmatur. Quando adoratur persona, eadem simul adoratione adorantur omnia quæ sunt in illa ut aliquid ejus, maxime si eidem esse ct eidem subsistere communicant, quamvis non sint adorationis causa : atqui, ut modo dicebamus , humanitas est in Verbo ut aliquid ejus; est enim illius natura non minus quam natura Petri est illius, eidem esse eidemque subsistere communicans : ergo. *Patet maj. ex usu.* Quando, v. g. honoramus aliquem virum propter excellentiam animæejus, quæ sanctitate et dotibus eximiis, sive supernaturalibus, sive etiam naturalibus ornatur, licet anima sit tota honoris exhibiti causa et non corpus, non tamen soli animæ exhibetur, sed loti composito adeoque et corpori. Ergo.

Ex his colliges 1°, humanitatem Christi , seu Christum ut hominem non dici adorari *latria* per communicationem idiomatum tantum, sicut dicitur omnipotens, æternus, etc. sed ita quod humanitas sit revera res adorata.

*Colliges**·*, hanc adorationem humanitatis non debere diei relativam, sicut ea quæ defertur imagini Christi,sed propriam et absolutam ; quia adoratur persona cujus est natura, totum cujus est pars, adeoque, ut dictum est, ipsa ut pars totius adorati terminat etiam adorationem ; secundario

tamen et miniis principaliter, quia adoratur non propter scipsam, sed propter Verhum conjunctum, ad quod ideo primario et principaliter terminatur adoratio.

Hæc omnia clare exprimuntur ill his quæ in prima synodo Nicæna definita sunt adversus Paulum Samosat. relata in concil. Ephes, part. 3, cap. 6 : « Confitemur Doe minmn nostrum Jesuin Christum. ..totum » adorabilem etiam cum corpore, sed non » secundum corpus adorabilem; totum adorantem etiam cum divinitate, sed non » secundum divinitatem adorantem : totus » quippe ergo est Deus etiam cum corpore, non secundum corpus ; totus adoraudus etiam cum corpore, non propter » corpus. »

Colliges 3°, humanitatem Christi posse dici coadorari cum divinitate, ut docet Epiplianius; non tamen Christum qua hominem coadorari, quia homo significat personam, et *coadorari,* junctum personis, importat distinctionem personarum. Ita S. Cyrillus in Scholiis de Incarnat, cap. 26, et concil. Ephes, can. 8.

Dices 1°. Soli Deo debetur adoratio *latrie? :* atqui humanitas Christi quantumvis Deo conjuncta, neque Deus est, neque squalem liabetcum Deo excellentiam : ergo illi non debetur adoratio *latriæ.*

B.D. conseq. Ergo illi non debetur adoratio *latriæ* propter scipsam, *C. conseq.* propter divinitatem substantialiter conjunctam , *N.* Hoc enim ipso quo non adoratur propter scipsam, sed propter divinitatem, ita ut divinitas sit tota ratio adorandi, verum est dicere quod solus Deus adoretur *latria*, sitque una ct eadem utriusque adoratio, quia una eleadem est in utraque adorandi ratio, nempe una ct eadem excellentia adorabilis quæ est divinitas.

Dices 2'. Damasccn. Orat. 1 dc Imaginibus pag. 3, dicit : « Non materiam, sed » materiæ auctorem adoro... materiam per » quam salus mihi parta est colere non dc» sinam, non tamen ut Deum. » Ergo.

B. neque in nostra sententia materiam seu humanitatem adorari ut Deum , Deus enim adoratur propterseipsum, et humanitas propter Deum, .xleoque non eodem modo.

Q. 23. Q. 2. 0. ct ad 1. — *Dico* 3°. Humanitas secundum se sumpta et ut per intellectum præcisa a Verbo, potest adorari cultu inferiori ob perfectione* suas creatae, v.g. ob gratiam habitualem, dona Spiritus sancti, etc.

Datio est. Quælibet excolentia potest esse ratio ob quam exhibeatur cultus proportionates : atqui in humanitate Christi præter divinitatem ei communicatam repentur excellentia inferior orta ex gratia habituali et donis supernaturalibus; et cum ista excellentia sit superior qualibet excellentia sanctorum, ita etiam debetur ipsi superior adoratio, scilicet *hyperdulia.*

Confirmatur. Humanitas sicpræcisapotest amari et laudari : ergo et adorari.

Dices 1°. Modo dicebamus soli personæ, seu toti rei subsistenti proprie honorem deferri : atqui humanitas Christi sic præcisa, neque est persona, neque totum subsistens : ergo illa ut sic præcisa non potest adorari.

ibid. o. — *D. D. conseq.* Ergo illa sic præcisa non potest adorari, ita ut sit sola res adorata, *C. conseq.* ita ut sit sola ratio adorandi, *N.* Hoc enim solum intendimus quod humanitas præcisa a Verbo sit sola ct tota ratio adorationis *hyperduliæ*, quæ tamen terminatur ad personam seu totuin subsistens ut ad rem adoratam.« Ita quod, » inquit S. Doctor o, una et eadem per» sona Christi adoretur adoratione *latriæ* » propter suam divinitatem, et adoratione » *duliæ* propter perfectionem humani» tatis. »

Inferes. Ergo hic homo Christus adora tur duabus adorationibus, quod passim damnant concilia et Patres, *ut patet exsecanda conclusione.*

D. D. illatum. Ergo Christus adoratur duabus adorationibus in una persona, *C.* in duplici persona, *N.* Et hoc ultimum duntaxat damnant concilia et Patres; agunt enim contra Nestorianos et alios hærelicos qui, cum ponerent in Christo duas personas etiam duabus adorationibus necessario adorandum esse asserebant ; ita quod sicut in quantum Deus nullo modo posset adorari *dulia,* sic in quantum homo non posset adorari *latria;* ideoque non posse dari unica adoratio, quia simul adoraretur divinitas ct humanitas, seu Deus homo. Contra hunc errorem igitur definiunt concilia et Patres, dari unicam adorationem *latriæ* qua simul et adoratur ct adorari debet divinitas et humanitas, Christus qua homo

et qua Deus. Utrum autem præter istam adorationem sit alia qua possit adorari humanitas ratione propriæ perfectionis, non negant Patres.

Depones. Quod est dignum superiori honore , indecenter colitur inferiori : sicLudovicus XV, qui simul est rex et dux, inconvenienter honoraretur ut dux tantum. Ergo.

B. D. ant. Quod est dignum superiori honore, indecenter colitur inferiori, si superior ei denegetur vel expresse vel virtualiter, puta, quia diu differtur, vel inferior honor ita exhibetur ut videatur excludi superior, *C.* secus, *N.* Id ipsum evincit exemplum regis, qui alio modo honoratur in solio sedens, alio in palatio domestico conversans, qui alia jura, alias honoris significationes exigit ut dux Burgundiæ v. g. quam ut supremus totius regni monarcha. Et numquid rex gestiret honorari et laudari ut miles singularis in bello oh heroica facinora, modo non denegetur honos aliunde debitus regiæ dignitati ?

Insuper latum est discrimen quod, quia homines vident quæ parent, reges possint ct soleant praecipuum sibi debitum Ironorem exigere, ad dignitatis suæ securitatem: Deus autem scrutatur corda : unde diversos adorationis motus ex diversa consideratione ortos non despicit.

Nota. Quod D. Th. in fine o art. 2, dicit *latriam* deberi Deo Patri propter deitatem, et *duliam* propter dominium quo gubernat creaturam, non sic est intelligendum quasi Deus Pater duplici cultu specie distincto debeat adorari, superiori *lalriæ* ut Deus, inferiori *duliæ* ut dominus; *dtilia* enim hic non sumitur pro specie distincta contra *latriam,* sed pro *dulia* communiter sumpta ad species *dulice* et *latt ice,* sicut dispositio est genus ad dispositionem ct habitum, ul recte notat Cajet, hic. Sed sensus est quod , licet Patri, ul Deus est, conveniat cultus *lalriæ,* qui est ipsi soli proprius etiam quoad nomen, quia præter illum nullus est Deus aut Creator; ipsi tamen ul Domino conveniat etiam cultus *duliæ,* qui licet sit supremus (quia ipse est supremus Dominus) el in re a *latria* indistinctus, convenit tamen quoad nomen cum cultu exhibito creaturis quæ participantde dominio. Hoc autem exemplum afI'i t D. Th.imnut demonstrativum assertionis suæ, quod persona Christi posnt duplici adoratione *lalriæ* et *duliæ* adorari: sed ut monstraretur aliqua consonants hujus veritatis in eo quod aliquid quasi simile contingeret in persona Patris, sicque tolleret admirationem circa assertum de duplici adoratione personæ Christi.

ARTICULUS III.

De cultu imaginumChristictsanctorum.

§ I. — *Synopsis historica Iconoclastarvm.*

I. Judæos, gentiles, Marcionitas, Manichæos, Theopascbitas jam olim belluin indixisse imaginibus testatur synodusseplirua act. 1 ct 5*.

Anno 725, Sarantapcchys, diixllehraorum , insignis præstigiator, bellum hocin stauraturus, Jezido Arabum caliphi diuturnum imperium spopondit, si ex totius regni sui finibus Christi sanctorumque imagines ejiceret. Huic præstigiatori facilius auscultans princeps imprudenlissimus,omnes imagines sacrasque picturas ubivisdeleri publico edicto jussit. Sed spe diuturnioris imperii frustratus, post sesquiannum moritur; Ulidusejus filius Sarantapccliyin ceu mortis patris sui reum et auctorem turpissima morte mulctat, restituto in pristinum statum imaginum cultu.

II. Anno 726, vehementer contra sacras imagines excitata fuit persecutio ab imperatore Leone Isaurico, qui a Constantino Nacoliæ in Phrygia episcopo, sed ob impietatem a suis diœcesanis sede expulso, in imagines incensus, in id etiam impellentibus Judæis , quibus jurejurando se obstrinxerat se illis concessurum quidquid postulassent, cum ad imperium evectus esset (quod illi vaticinati fuerant), sacrilegum tulit edictum dc abolendis sacris imaginibus; eas e templis ejecit, Christianos ipsi resistentes crudelissime exilio , mutilatione, nece, incendio exagitavit;S. Germanum , Constanlinopolitanum patriarcham, pro cultu imaginum verbis et scriptis strenue pugnantem, et imperatoris impietati in conciliabulo subscribere recusantem , c sede ct regia urbe expulsum, prope centenarium strangulari jubet Leo furens, ci subrogato Anastasio Iconomacho.

Tunc temporis Romæ sedebat Gregorius II. qui imperatorem frustra monitum,

sam sua hæresi, diris devovit in synodo hac dc causa Romæ coacta.

S. Joannem Damascenum, Damasci praefectum et in aula caliphæ Saracenorum, cui erat a consiliis, auctoritate et gratia pollentem, eo quod adversus nascentem hæresim strenue propugnaret, malis artibus perdere decrevit perfidus Leo. Cum intercepisset quamdam ejus epistolam, alteram characteribus similem exarari jussit, quasi ad se a Damasceno missam, et qua civitatis Damasci proditio ipsi promitteretur; hanc ad calipham misit, qui S. Joanni Damasceno, characteres quidem suos agnoscenti, sed (actum neganti, extemplo Jussit amputari nexleram, quæ coram Virginis Deipara imagine oranti, eodem die miraculose restituta est, teste Joanne Jerosolymitano, in Vita ejusdem S. Damasceni.

Anno752, Gregorius HI, Grcgoriill successor, commonitoriis litteris frustra ad Leonem Isaurum missis, eum cum hæresi in synodo altera Romæ coacta mille fere episcoporum iterum damnat.

III. Leoni successit anno *741* Constantinus ejus filius, regni et impietatis patemæhæres; dictus est *Copronymus* ab Hcrementorum profluvio quo sacrum fontemfœdavit dum baptizaretur;malum omen futura impietatis qua Christi Ecclesiam aliquando deturparet. Hujus impietate et crudelitate exacerbatus populus, eum exauctorare, etei Artabasdum Curopalatem sufficere lentavit anno 742, sed post biennium comparato exercitu Curopalalem fudit Copronymus, cumque cum filiis trucidavit.

Deinde, bello contra Saracenos prospere confecto, bellum adversus sacras imagines ardentius instauravit impius imperator : eo line convocavit Constantinopolim concilium trecentorum ct triginta octo episcoporum qui a fide defecerant, ul auctoritate concilii et Ecclesiæ sacræ imagines aboleri lidereniur : soluta itaque synodo octavo Augusti 754, Constantinus Copronymus cum Constant ino quodam monacho nefario, quem in sedem Constantinopol. Mortuo Anastasio iniruscrat, prolatis in medium sacra Eucharistia et sanctis Evangiliis, super illis plebem solemniter jurare jussit quod nusquam imagines coleret, quod illa.' vocaret idola, elui talia exerrarentur. Prohibuit communionem accipere a monaqui pene soli causam fidei propugnabant, omnibus fere episcopis impio tyranne morem gerentibus : monachos et monialew qui vel matrimonio jungi, vel imagines exeerari recusarent, opprobriis, raplationibus ct ludibriis affecit, ad ultimam paupertatem adegit aut morte damnavit; cives plurimos excarnificatos interemit; senatores gravissimos et nobilissimos, quod imagines colerent, nervis in medio fori cædi jussit ad internecionem; ipsum Constantinum patriarcham, quod secretum ejus errorem Nestorianum patefecisset, capite truncari jussit, ipsique substituit Nicetam eunuchum. *Nota* hoc concilium falso a quibusdam vocari Ephesihum tertium, in hoc forte decepti quod illi præfucntTheodosius episcopus Ephesinus.

Anno 769,Stepbanus IV nontifex maximus, coacta Romæ synodo , cui interfuere duodecim Galbarum episcopi, pseudo-synodi Constantinop. acta rescidit.

Anno 775, crudelem efflavit animam scelestus imperator, carbunculis crura depascentibus et febri insolita ad instar ignis urente, qua se velut inferni flamma torreri misere ejulabat ob violatum Deipara cultum , quam ideo deinceps coli jussit.

IV. Copronymo successit Leo ejus filius, initio regni simulatus catholicus, sed postea firmato regno apertus imaginum impugnator; qui, cum coronam pretiosissimam lapillis coruscantem, quam in ecclo sia Majori consecraverat Ileraclius, inde detractam sacrilego capiti suo imposuisset, ex eo ipso capite eruperunt statini ac quasi formicarunt venenati carbunculi, quorum tabo ingenerata febris ipsum brevi extinxit anno quinto imperii sui·

V. Leo moriens Constantinum filium tunc decem annis natum regni hæredein reliquit sub pientissimx matris ejus Irenes tutela, cui cum nihil religione c>sct antiquius, cultum imaginum pro viribus restaurari curavit. Paulo qui post Nicetæ mortem patriarcha Constantinop. inauguratus fuerat, in monasterium sponte recedente, quod imaginum violationi subscripsisset, suffecit Irenes imperatrix Tarasium laicum, quocum synodum œcumenicam ab Adriano I instanter petiit, f.relus annuit SS. pontifex, missis Constantinopolim legalis Petro archiprcsbytero ecclesiæ S. Petri, ct Petro abbate S. Sabæ, qui in synodo v iccscjuset locum tenerent.

VI. Anno 786, concilium primo congregatum fuit Constantinopoli in basilica SS. Apostolorum, sed Iconomachis militibus illic seditionem agentibus, in Nicaeam urbem translatum est, ibique anno sequenti 787 octavo Kalcndas Octobris inchoatum. Huic cum legatis Sedis Apostolicæ et aliarum sedium patriarchalium, quarum antistites jugo Saracenorum oppressi per se adesse non poterant, interfuerunt trecenti quinquaginta quinque episcopi, plurimi monachi et archimandrite; in eo Iconoclastarum impietas damnata est, sacrarum imaginum asserta veneratio tanquam apostolica traditio, iidelibusque ad sanctorum memoriam et imitationem excitandam perutilis; rescissa acta synodi pseudo-septimæsub Copronymo, ac tandem Salvatoris imago in medio consessu Patrum prolata, ab omnibus procumbentibus adoratur. Præter fidei definitionem, edidit hæc synodus viginti duos canones circa disciplinam, qua actione incertum est.

VII. Adrianus primum hanc synodum non confirmavit ritu solemni, datis ad episcopos et imperatores litteris ; suscepit tamen et approbavit, non quidem quoad canones, nec quoad singulas actiones quas-1'helve episcoporum interlocutiones, sed quoad decretum fidei tantum quod sepi i-ma et ultima actione editum est. Ita ob-«ervateum aliis Christianus Lupus, in notis ad hoc concilium cap. 44, et merito : canone enim primo hujus concilii, recipiuntur generaliter cum canonibus sex priorum conciliorum, omnes canones apostolici ctTrullani; et canone octavo, decernitur Judæosbaptizatos, sidam judaizant, impune ex Ecclesia dimittendos, pueros eorum non esse baptizandos, aut servos emendos; quod repugnat Gregorio Magno lib. 1 Epist. 45, et canoni 56 concilii Toletani quarti. Item act. 4, videtur synodus approbare sententiam Joannis episcopi Thessalonicensis, asserentis angelos esse corporeos.Unde merito AnastasiusBibliothecarius advertit in præfatione ad Joannem IV S. pontificem, « quædam in hac » (\icæna) synodo ex Apostolorum et sex- › læuniversalisTrullaiiisynodi (seu quini- » sexlæ) canonibus et sententiis inveniri, - <iuæ penes nos (Latinos) nec habentur » nec admittuntur »

VIII. Anno 790 , cum acta synodi timæ in Galliam perlata essem, nectunt pro oecumenica toto passim Occidente adhuc haberetur, acriter confutata sunt ia libris illis quatuor qui dicuntur Carolini, quia vel a Carolo Magno, vel ejus nomine editi sunt.

Anno 794, congregatur concilium Francofordiense in causa Felicis ct Elipandi, in quo pariter damnatur propositio afficU septimæ synodo, præsente Carolo Magno et legatis Adriani pontificis : hac in synodo excerptum est Capitulare seusumrai ex libris Carolinis, et a Carolo ad Adrianum per Angilberlum abbatem missum fet, quod confutavit Adrianus data ad Carolum apologetica epistola. Circa hæc tempora vivebat Claudius Taurinensis, alter in Occidente impugnator imaginum, teste Jona Aurelianensi lib. 1.

Anno 824, conventus Parisiensis sub Ludovico Pio pariter rejecit synodum septimam. Attamen definitionem ad doctrinam septimæ synodi revera non fuisse damnatam in libris Carolinis nec a synodo Francoford, nec a conventu Parisiens!, infra demonstrabitur.

IX. Hæc dum agerentur in Galliis,recrudescit in Oriente bellum adversus sacras imagines. Anno 814 et sequentibus, sub Leone Armcno, Michaele Balbo et Theophilo successive imperantibus, usque ad Michaelem Theophili filium, cujus nuter religiosissima Theodora, mortuo Theophilo marito, cum una cum filio quatuor tantum annos nato proclamata esset Augusta, totum animum restituendis sacris imaginibus applicuit, quæ solemni ritu restitutae sunt anno 841, annua solemnitate quæ *Orlhodoxiæ* festum dicitur, in hujus restitutionis commemorationem instituta.

Contra posteriores hos imperatores Iconomachos egregie pro cultu imaginum decertarunt S. Nicephoros patriarcha, S. Theodorus Studita, Theophanes, celeberrimus ac sanctissimus Methodius, cæterique plurimi, quorum alii verberibus, alii exilio, alii morte variisque tormentis mulctati sunt.

Hos impios Iconoclastas sequentibus temporibus imitati sunt Wiclefistae circa annum 1575, ct circa annum 1522 et liquentibus, Carlostadius, Zwingliam, i* therani et Calviniste.

f II» — *Asseritur cultus imaginum Christi et sauciorum.*

Nota inter imaginem et idolum hoc esse discrimen, quod imago (sic dicta ab imitando) si vera rei similitudo, seu , ut alii dicunt, rei vel subsistentis ad eam repraesentandam expressa similitudo : idohiin vero est falsa similitudo, seu simulacrum reprasentans, vel id quod simpliciter non est, vel quod non est tale quale colitur, juxta illud Apost. 1 Cor. 8 : *Idolum nihil est,* scilicet, quantum ad formam seu naturam quæab idololalris creditur ibi inesse. Simulacrum videtur idem significare ac idolum; simulacrum enim interpretantur multi, a simulando dictum : idem videtur dicendum de το *scuptile,* quod ordinarie accipitur in malam partem.

Differt etiam imago a similitudine tanquam inferius a superiore : licet enim omnis imago sit similitudo, non tamen e contra; quia similitudo significat relationem inter duo ratione alicujus convenienti® : imago autem significat talem similitudinem quæ ad repræsentandum est expressa.

Hinc inferes imagines Christi ct sanctorum non esse idola, simulacra aut sculptilia; neque etiam imagines Dei et angelorum; non enim hæ depinguntur ad repræsentandam naturam Trinitatis aut angelorum, sed vel formas in quibus apparuerunt, vel quasdam eorum proprietates, ut latius dicemus infra.

Suppono sanctos in se *dulia* esse colendos, propter specialem eorum excellentiam, scilicet sanctitatem inamissibilem et possessionem summi boni; B. Virginem *hyperdulia,* propter superexcellenteni ejus dignitatem ; cuilibet enim person® debet exhiberi cultus excellenti® su® proportionate^, de «pio ct de invocatione '.netorum sat dixi in tract, de Religione, dissert. 2, art. 4.

Dico. Cultus sacrarum imaginum Christi et sanctorum est licitus ct pius.

Prob. 1° *ex veteri Testamento.* Dens jussit fieri figuras duorum Cherubinorum sureorum ex utraque parte Arc®, Exod. A, ct erigi serpentem æneuin, quem qui jpicercnt sanabantur, Num. 21. Atqui Arca coli non poterat (maxima autem veneratione colebatur a Judæis) quin et duo psi Cherubini tanquatn partes Arem colurentur; imo S. Hieronymus in Epist. ad Marcellarn, dicit Arcam veneratione habitam fuisse a Judæis propter Cherubim. Similiter serpens æneus a quo salus expectabatiy· et qui erat figura Chnsti pendentis in cruce, ut ipsemet testatur Joan. 2, aspectu saltem venerabundo colebatur. Ergo.

Confirmatur ex S. Aug. lib. 5 de Doctrina Christiana cap. 9, ubi dicit signa utilia divinitus instituta veneranda esse, quia honor eorum ad protolypum transit : atqui ist® imagines Cherubim et serpentis ænei erant a Deo institut® et utiles : ergo

Prob. 2° *ex historia ecclesiaslica.* Mulier hemorroissa erexit Pancade, seu C®sareæ-Philippi, ®ream statuam Christi, in memoriam collati sibi a Salvatore beneficii , ad cujus basim crescebat herba qu® vim sanandi haberet omnes morbos hoc ipso quo ®ger fimbriam vestimenti statu® tetigisset. Ita refert Eusebius Cæsar. lib. 7, cap. 14, additque se eam statuam vidisse, qu® ad usque Juliani Apostat® tempora perstitit.

Septima synodus act. 4, meminit imaginis Christi qu® a Nicodemo depicta, Gamaliel! et postea Jacobo apostolo relicta, imminente Jerosolymorum excidio, Berytum civitatem Syri® in finibus Tyri et Sidonis translata , a Judæis percussa et perforata, tantam sanguinis el aqu® copiam effudit, ut suppositam hydriam impleverit.

Tertullianus lib.de Pudicitia,testatur suo tempore, hoc est. initio tertii sæculi, in calicibus depictum fuisse Christum sub figura boni pastoris. Lactantius, qui floruit sub finem dicti sæculi. in suo Carmine de Passione Domini, tradit imaginem Christi crucifixi in templis more nostro fuisse collocatam.

Multi hic referunt Christum imaginem su® faciei tribus linteis impressisse, quorum unum Abgaro regi Edessae traditum fuit, secundum Veronic®, tertium sudarium quod Taurini servatur; item S. Lucam pinxisse imaginem B. Virginis : >ed h® historiæ, probabilibus boet nitantur testimoniis, plures aliunde et graves patiuntur instantias. Unde his relictis,

Prob. 5° *ex conciliis et sutnm is pontificibus.* Septima synodusæcumcnica sub Adriano I : altera synodus Romana sub Gregorio 11 ; item altera Romana sub Greg.ilf, de quibus supra, contra Iconoclastas con-

gregat®, sententiam nostram definierunt.

Item concil. Trid. sess. 25, cap. de *Invocatione Sanet,* definit «imaginesChristi, Deipara Virginis et aliorum sanctorum in templisprasertim habendas ct retinendas, eisque debitum honorem et veneration em impertiendam, non quod credatur inesse aliqua in eis divinitas, vel virtus propter quam sint colendæ; vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibu$sitfigcnda,vclutolim fiebat a gentilibus, qui in idolis spem suam collocabant; sed quoniam honos qui eis exhibetur, refertur ad prototypa quæ illæ repræsentant. »

Prob. 4° *ex Patribus.* S. Basibus Magnus in Julianum, citatus ab Adriano in Epistola ad imperatores in septima synodo act. 2 : « Historias, inquit, imaginum » illorum honoro ct palam adoro ; hoc enim « nobis traditum a sanctis apostolis non est prohibendum. » S Chrys. in Liturgia : Sacerdos ad imaginem Christi caput in» clinat. » S. Aug. supra citatus et lib. de Consensu Evang. cap. 10, tradit suo tempore inultis in locis cerni Christum depictum inter apostolos Petrum et Paulum. S. Greg. lib. *7,* Epist. 53 ad Sccundinum, dicit imaginem sacram honorandam esse etiam prostratione ad terram, non tamen ut Deum. Thcodoretus in Religiosa historia cap. 26, testatur « sancti Simconis Stylitæ, Rom® » passim in officinarum propylæis, erectas « fuisse imagines, ut hanc sibi tutelam ac « præsidium adjungerent. »

Ilis adjunge SS. Germanum, Damascenum, Methodium, Nicephorum, Theodorum, Studitam, Theophanem et alios, qui, ut supra notavimus, ad agonem pro cultu sacrarum imaginum dimicaverunt. Plures alios antiquiores Patres citant septima synodus, Bcllarminus,Natalis Alcxan. et alii.

7'rob. 5° *rationibus.* Iu Apud omnes gentes usus ct cultus imaginum regum, imperatorum, heroum, parentum recipitur ct probatur; filii enim lubenter venerantur suorum parentum imagines, subditi suorum regum : et ita iste usus apud omnes invaluit, ut censeri possit jus gentium · ergo *a fortiori* sanctorum imagines superiori aliqua veneratione dignæ sunt.

2° Arca et Propiliatoriuin erant digna veneratione, quia erant scabellum pedum Domini; Moysi pracipilur solvere calceamentum de pedibus in signum venerationi» quia locus in quo stabat sanctus erat prop. 1er præsentiam angeli, Exod. 5. Dies primi erat sancta, et septima eadem festivitate venerabilis, quia erant divino cultui eoosecratæ, Exod. 12. Codex Evangclionra honore dignus est, quia significat ælcrnr veritatem et verba vitæ continet : undeej;. lectionem stantes, detecto capite, accen·:, luminibus audimus : hanc vocem Jesusv neramur, et ad ejus prolationem caput inclinamus, quia significat Verbum incarnatum : hæc, inquam, omnia jure veneram, et cultu religioso juste prosequimur, innuentibus ipsis hærcticis, propter scilit-i relationem aliquam quam habent ad Deum: ergo et imagines quæ vel ad Deum, v' Christum, vel sanctos relationem habent, quatenus eos repræsentant et sunt eonn imagines, licite et pie coluntur.

5° Vari® utilitates Ecclesi® obveniuntci usu et cultu imaginum. Ergo. *Prob.ant.* 1° Inde rudiores instruuntur; 2® perseve-1 rat memoria eorum quæ gesserunt sancti, 5° incitamur ad eorum venerationem, d-volionem et imitationem. Ita concil. Tril sess. et cap. cit.

Tandem usus imaginum nulla lege prohibetur : non naturali, siquidem eos permiserit Deus in veteri Testamento, illudimus; non positiva, cum nulla exteir novo Testamento, aut alibi. Ergo.

Prob. ultimo ex miraculis quæ Deusicit in probationem cultus imaginum etin gratiam colentium eas. Hujus generis et herba, de qua supra, orta ex basi stati» Christi a Syrophenissa positæ; item illud quod narrat Zozomenus lib. i>,cap. 20scilicet, cum Julianus Apostata statuam hanc impie confractam inde amovisset ut eju· loco suam substitueret, ignis e coelo Juliani statuam mox discerpsit et caput a reliquo corpore avulsit; item illud imaginis Berytanæ a Judæis confossæ, ex qua tantus sanguis erupit qui ægros sanaret, ut testatur S. Athanasius lib. de Passione imagine Domini, Gregorius Turonensis deGlon Martyr, cap. 12, Regino in Chron. anno 804. Notissima sunt insuper miracula qiu' ad imagines B. Virginis in Liesse, Ixireü et alibi, ad imaginem S. Dominici in Soriano ct aliorum sanctorum patrata sunt d quotidie patrantur.

Ncc obstat quod inferunt inde centumtoresMagdeburgcnscs, scilicet,aquam Jordanis qua Eiisæus curavit lepram Naaman, sputum quo Christus linivit oculos cæci, esse pariter colenda. Aliud enim est id quo simpliciter tanquam instrumento Iit miraculum, aliud id ad cujus venerationem astruendam fit miraculum : hujusmodi sunt quæ attulimus. Utquid enim Deus Juliani statuam evertit, nisi ut ejus impietatem in destruenda Christi statua redargueret? Utquid ex basi statuæ Christi ab Hemorroïssa positæ, herba sanans germinaret, nisi in confirmationem cultus huic statuæ exhibiti? Utquid tanta copia sanguinis ex confossa imagine Berytana, nisi in exeerationem sceleris confodentium ?

§ III. — *Solvuntur objectiones Iconomachorum, tam veterum quam reemtiorum.*

Ol/j. 1°. Exod. 20 praecipitur : *Non facits Γίτ sculptile neque omnem similitudinem.* Idem repetitur Deut. 4 ct 5, Levit. 26. Ergo.

Q. 25. a. 5. ad 1. — *7l.* 1°. *Ct COmmuniter,* non prohiberi his locis quamcumquc imaginem aut similitudinem simpliciter fieri, sed ne ne liant statua; et imagines adoranda cultu *lalriæ* ut quædam numina rooregentium. Ita etiam interpretanturpræler Auctorem, S. Aug. Irenæus, Damasc. *Et palet* ex eo quod semper adjungitur prohibitio adorationis. Sic post verba citata Exodi, dicitur : *Non adorabis ea neque coles.* Post verba Levitici, sequitur; *Ut adoret is cum.* Post verba Douter. 4 : Ac *forte... errore deceptus, adores ea et colas qua creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus.* Et cap. 5 : *Son adorabis cact non coles.* Patet etiam nilis verbis praecedentibus immediate in Lxod. ct Deuteron. 5 : *Non habebis de elitnoscoram* me,· et ex his sequentibus in utroque loco : *7lgo enim sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes.* Quibus constat Deum tantum intendisse prohibere idololatriam seu cultum falsorum numinum.

Quidam addunt per hæc verba, *Non faciestibi sculptile, neque omnem similitudinem·,* ct per ista, *Non adorabis ea neque* colei, duo prohiberi : primum, nequis idolum sibi fabricet tanquam idolum fonnaliter, hoc est, quod reputet esse Deum, vel Det,qm tamen non sit Deus,similitudinem, Hti forte non faceret ad adorandum i seeundum, ne ullum idolum colat. Huic, intcrprctalioni favet S. Th. 2. 2, q. 122, a, 2, ad 2.

/i. 2°. *Dato* Judæis ad idololatriam valde propensis hoc præcepto prohiberi omnes imagines, qua forte de causa ars statuaria et ars pingendi erant decreto Synagoga; ipsis interdict®, secundum Orig. lib. 4 contra Celsum,ct Joseph, lib. 17Antiquit. cap. 8 : hoc tamen præceptum non erat naturale, siquidem ipsemet Deus jusserit fieri imagines Chcrubinoruin et serpentis; sed tantum per accidens Judæis impositum ob periculum idololatriæ, in quam maxime propendebant : quo itaque periculo jam cessante, cessare debet et præceptum.

/nst. Clemens Alexand. ctTcrlull. docent hoc Decalogi præcepto quascumque imagines aut figuras prohiberi, etiam respective ad nos. Ergo. *Prob. ant.* Clemens Alexand. lib. 5 Stromat. dicit : « Aloyses » mullis ante sæculis aperte legem sanxit, » nullam oportere sculptilem, vel fusilem, » vel lictam, vel pictam imaginem simula» crumve facere, ut sensibilia minime at» tenderemus, sed ad ea transiremus quæ «percipiuntur intelligcntia. » Lib. 6ibid, damnat pictores ut fures; ct in Protreptico · « Nobis est, inquit, aperte vetitum ar« tem fallacem exercere : *Non facies,* in» quit Propheta, *cujusvis rei similitudi» nem eorum qui sunt in coelo et quacumque sunt in terra infra.* »

Tcrtnll. lib. de Spectaculis cap. ○ᵔζ « Jam vero, inquit, ipsum opus personarum, quæro an Deo placeat, qui omnem » similitudinem vetat fieri; quanto magis « imaginis suæ? » Lib. de Idololatria,cap. 5 ait « Diabolum sæculo intulisse artifices « statuarum, ct imaginum, et omnis gene» rissimulacrorum. « Ibid. cap. 5, solvens quod sibi poterat objici, Deum scilicet jussisse fieri serpentis ærei simulacrum, respondet cumdem Deum qui vetuit similitudinem fieri, jussisse fieri similitudinem serpentis, ctsic in sua lege dispensasse : unde subjungit : « Ne facias adversus legem si» mulacrum aliquod, nisi ct tibi Deus jus« serit. « Lib. contra Hermogenem, cap. 1, illi objicit ut grave crimen artem pingendi : « Prætcrea, inquit, pingit illicite, nu» bit assidue, legem Dei in libidinem de» fendit, in artem contemnit. « Et lib. contra Marcioncmcap. 24, dicit : ▮ Quomodo

» 'loysen et Eliam Petrus cognovisset, nisi » in spiritu?Nec enim imagines eorum vel » statuas populushabuissetetsimilitudines, » lege prohibente. » Ergo.

B. D. ant. Clemens Alexand. et Tertulhan. docent hoc praecepto Decalogi prohiberi etiam respective ad nos quascumque picturas aut figuras, effectas ad idololatriam aut cum ejus periculo, *C.* absolute, *N.* ünde

z/d *Clementem Alexand.* Primo loco, si non truncatus sed integer referatur, aperte loquitur de imaginibus falsorum deorum; dicit enim : « Rursus autem non esse ges- » tandos annulos, neque deorum imagines » esse iis sculpendas, sicut Moyses multis » ante sæculis, » etc. prout in objectione. Insuper loquitur de non effingenda Dei imagine , subdit enim immediate : « Ut Dei » majestas vilis ct contempta reddatur, ef- « ficit quæ est in promptu videndi consue- » tudo. » Est autem apertum discrimen inter Dei imaginem ct imagines Christi ct sanctorum, ut dicam infra, ct satis communiter Patres priorum sæculornm erant hujus opinionis, imaginem Dei non debere effingi, quia Deus est incorporeus, quæ ratio non currit de Christo ct sanctis.

z/d *secundum locum,* Clemens Alexand. damnat ut fures, pictores et sculptores qui gloriabantur se esse inventores ct primos auctores animalium et plantarum pictarum, quasi Deus occulte non operaretur in omnibus, quod est quædam species furti respectu divinæ omnipotentiae ; subdit enim : « Qui ergo dixerit se aliquid exco- « gitasse vel fecisse in cis quæ pertinent ad » creationem impii ct nefarii incepti, da- » bit pœnas : nam generali et universa Dei u providentia, per ea quæ moventur pro- » pinquius, per submissionem transmitti- » lur ad singularia efficax operatio. »

z/d *tert ium,* dicit vetitam esse artem pingendi ct cujus-is rei similitudinem in ordine ad idololatriam, aut cum ejus periculo ; subjungit enim verbis citatis : « Rc- » vera enim Cererem Praxitelis ct Proser- » pinam et Iacchum mysticum deos cxisli- » inaremus; vel Lysippi artes, vel manus » Apellis, quæ divinæ existimationisfigu- » ram præbucre maleriæ. Sed vos quidem » ut statua fabricetur pulcherrima valde » allaboratis; ne autem propter insensibi- litatem efficiamini statuis similes, noncij. » ratis. »

z/d *Tertullianum.* Primo loco apertt loquitur de similitudine falsa, vel ad idololatriam effecta; præmiilil enim verbiscitatis : « An Deo placebit auriga ille (Bit· » chus) tot animarum inquietator, tot fa- » riarum minister, tot statuarum;velutsa- » cerdos coronatus, vel coloratus ut leno, » quem curru rapiendum diabolus advir- » sus Eliam exornavit ? « Et post pauca (I Saturno, Iside ct iterum Libero seu Bar cho, subdit vorba quæ opponuntur : *Ja:n vero ipsum opus personarum,* etc.

z/d *secundum,* idem est sensus; dic' enim ibid. Tertullianus : « Idolum tau » fieri quam coli prohibet Deus. Quanto » præcedit ut liat quod coli possit, tanto » prius est ne fiat, si coli non licet. Prop- » ter hanc causam (ad eradicandam scilicet » materiam idololatriæ) lex divina procla- » mat : *Ne faceris idolum.* ·

Ad teriium, de serpente æneo. Non ideo censet Tertullianus omnem imaginem praeopto Dei esse prohibitam, sed eam solara quæ populo rudi et in idololatriam propenso scandalum esse posset, cujusmodi erat serpens æneus, nisi expresso Dei mandato erectus fuisset in figuram Christi venturi. Simulacrum autem adversus legem factum, intclligit Tertullianus simulacrum ad idololatriam effectum : « Potes , inquit » ibid, verum Deum predicate qui falsos » facis ? Facio, ait quidam, sed non colo.... » Imo tu colis qui facis ut coli possint. «

Ad quartum contra Hermog. non asserit Tertullianus artes pingendi ct sculpendi esse absolute et universaliter prohibitas, sed quatenus tantum deserviunt idololatriæ, aut est periculum ne ad ejus usum transferantur : alias ut licitas admittit; licit enim ibid. « Si ita necessitas exhibitia- » nis obtenditur, habent ct alias species » quæ sine exorbitatione disciplinæ, id c-t, » sine idoli confic'ura npcin vicius pr.es- » tent.... Cum igitur ad hoc artificiorum » genera cohortemur- quæ idolum quidem » et quæ idolo competunt, non attingant, » sint autem ct hominibus communiasæpc » quæ ct idolis, hoc quoque cavere debe- » mus, ne quid scientibus nobis ab aliqui- » bus de manibus nostris in rem idolorum « postulatur. »

4d quintum. In ea fuit opinione Ter-

lullianusin qua sunt adhuc quidam theologi catholici, Judæis in idololatriam propensis prohibitas esse quascumque imagines lege Dei vel Synagogae, ut ab ipsis removeretur jmne periculum idololatriæ. Hoc autem praeceptum, esto esset divinum, si usus imaginum secundum se spectetur,est positivum et cærcmoniale; si spectetur periculum idololatriæ, est naturale : cum ergo præccpta cæremonialia legis positiva? sint abrogata, et nullum nunc inter diristianos ex usu imaginum subsit idololatriæ periculum nihil contra nos ex hoc loco Tertulliani erui potest.

Subsumes. Atqui colere ligna, lapides, telam, ut faciunt catholici, est vera idololatria. Ergo.

Λ. *D. ant.* Colere ligna, lapides, telam, etc. itant credatur inesse iis aliquam divinitatem, vel colere imagines creaturarum tanquam deorum, more gentium, est idololatria, *C.* colere eos cum prototypis quorum sunt figura cultu relativo et eo mdo quo proscribitur a conciliis, *N.*

lust. Neque Judæi, neque ethnici, præserlim doctiores, crediderunt ligna, lapides, etc. esse deos, sed in illis statuis colebant serum Deum per illas repraesentatum, non secus ac catholici. Ita Calvinus lib. 5 Inslit. cap. 11, idque probare contendit Dallæus ex Celso gentili philosopho apudOrigenemIib.7,cx Athenagora christianoin *Legatione pro Christianis,* ex Arnobio lib. 6 adversus Gentiles, ex Lactantio lib. 2 Divinarum Instit. cap. 2.

It. 1° quoad Judæos, apertum esse Calviniel Dallai mendacium, contra expressa S. Scripturo testimonia. Etenim Exod. 52, Israélite videntes vitulum aureum, dixerunt: *Hi sunt dii tui, Israel.* Deuteron, 52: *immolaverunt dermoniis ct non Deo; Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui; ipsi me provocaverunt in eo qui non erat Deus.* Psal. 103 : *Fecerunt vitulum in Iloreb, et adoraverunt sculptile, et mutaverunt gloriam suam in simililudintm vituli comedentis fanum ; obliti sunt Deum.* Idem. Jerem. 2.

Quoad gentiles, *N. pariter ant.* ct dico paganos omnes, quotquot sacerdotum et pontificum suorum doctrinam sequebantur, existimasse sua simulacra esse deos, «ive immutatione substantiæ (quæ opinio apud vulgus valuerat <ove infusione quadam et incorporatione deorum in ipsa vi consecrationis, sicut animæ in .oqvore infunduntur : <piæ opinio erat ut plurimum eruditorum; quamvis quidam ethnicorum philosophi , ut se ab objectionibus cnristianorum liberarent, confusionemque de tam ab surdo dogmate vitarent, communem gentilium superstitionem emollire et dissimu lare contenderent, dicentes non simulacra, sed iis repraesentata numina ab ip^is coli. Quod quam certum sit patet ex S. Scriptura ct Patribus, quibus potius fides est adhibenda quam quibusdam gentilium philosophis.

***Ex** .S'. Scriptura.* Dicitur enim Exod. 20 : *Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis.* Levit. 19 : *Nolite converti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis,* 4 Reg. 19 : ***Et** miserunt deos eorum in ignem; non enim erant dii, sed opera manuum hominum.* Jer. 2 : *Dicentes ligno * Pater meus es tu; et lapidi: 'Fu me genuisti. Ubi sunt dii tui quos fecisti tibi?* Sap. 45 : *Quoniam omnia idola nationum deos æslimaverunt, quibus neque oculorum usus est ad videndum.* Baruch. 6 : *Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos, ct argenteos, ct lapideos, ct ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus... Hi autem non liberantur abærugine ct tinca... unde vobis notum sit quia non sunt dii; ne ergo timueritis eos,* etc. Daniel. 4, Daniel regi interroganti cur Bel non adoraret, respondit : *Quia non colo idola manu facta, sed viventem Deum. Et dixit rex ad eum : Nonne videtur tibi esse Bel vivens deus? .-in non vides quanta comedat et bibat quotidie? Et ait Daniel arridens : Ne erres, rex : iste enim intrinsecus luteus est,et forinsecus arcus, neque comedit aliquando.* Similiter Psal. 145 : *In exitu Israël,* etc.

Ex Patribus. S. Athanas. Orat, contra gentes · « Pro numinibus adorant quos » pretio a sculptore redemerunt. » *S.* Aug. » lib. S de Civit, cap. 25, ubi de Trismegisto, dicit : « At ille visibilia et con-» trcctabiha simulacra, velut corpora deo-» rum esse asserit; inesse autem his quos-» dam spiritus invitatos qui valeant aliquid » sive ad nocendum, sive ad desideria eo-«rum nonnulla complenda, a quibus eis

» divini honores et cultus obsequia defe-
» nuitur; hos ergo spiritus invisibiles per
» artem quamdam visibilibus rebus corpo-
› ralibus niateriæ copulare, ut sint quasi
' animata corpora, illis spiritibus dicata et
subditi simulacra, hoc esse dicit deos
» facere, eamque magnam et mirabilem
› deos faciendi accepisse hominis potesta-
» tem. » S. Cyprianus lib. 5 Testimonio-
rum adversus Judaeos; Minutius Felix in Octavio; Arnobius lib. 1 adversus Gentes; Cyrillus Alexand. lib. 6 adversus Julian. et alii.

K'. 2°. *Dato* quosdam ethnicos argumentis Christianorum convictos, sensisse simulacra sua non esse deos, nullus tamen erat qui non existimaret saltem esse imagines eorum qui vere dii essent, nec nisi per illa deos posse adiri, aut aliquid ab eis posse impetrari. Porro ab his omnibus superstionibus longe sunt Christiani, qui colunt imagines juxta praescriptum Trid. supra cit. in probationibus. Et ul præoccupetur instantia quod quandoque aliquas imagines magis colant quam alias : non ideo quia alias aliis secundum se potenliores existiment, sed quia Deus ac sancti specialibus gratiis ac variis miraculis testantur se velle specialiter in iis coli.

Obj. 2'. Libri Carolini, concilium Francoford. præsente Carolo Magno, can. 20, conventus Parisicnsis sub Ludovico Pio Caroli Magni filio, Jonas Aurelianensis, Agobardus Lugdunensis et alii episcopi Galliarum hujus temporis reprobarunt et damnarunt definitionem synodi septimæ de cultu imaginum : hic est canon secundus concilii Francoford. « Allata est in rae-
» dium quæstio de nova Græcoruin syno-
» do quam dc adorandis imaginibus Con-
ii stantinopoli fecerunt, in qua scriptum
• ferebatur, ut qui imaginibus sanctorum,
» ita ut deiticx Trinitati servitium aut ado-
» rationem non impenderent, anathema
• judicarentur : qui supra sanctissimi pa-
■ lres nostri omnimodis adorationem et
» servitutem renuentes contempserunt.»
Ergo. Dicit autem synodum Constantinopoli factam, quia illic primum fuit convocata , et postea Nicxain translata, ut observavimus.

It. 1° concilium Francoford, in causa tantum Felicis et Elipandi, qui adoptionem Christi asserebant, esse in Ecclesia | receptum, nullatenus vero quoad condemnationem synodi septimæ si quam tulerit, nec in hoc ab Adriano fuisse approbatum, sed e contra improbatum cl impugnatum in Apologia quam edidit contra Capitula, ria extracta ex libris Carolinis quæadip. sum miserat Carolus Magnus. Idem *a fortiori* dicendum de libris Carolinis, de synodo Parisicnsi, Joua, Agobardo et aliis tunc temporis ejusdem sententiae Galliarum episcopis.

B. 2° cum Baronio , Bellarm. Pcrronio et aliis, concilium Francoford, a synodo septima quoad dogma seu fidei summam non dissensisse, sed eam damnasse errore facti deceptum, credens ab ea definitum esse imagines non secus ac Trinitatem ado- i randas esse *latria,* ut patet ex canon, cit. cujus tamen omnino contrarium definit septima synodus act. 7, dicens : « lllisque
» (imaginibus) salutationem et honorariam
» adorationem exhibeant, non secundum
» fidem nostram veram *lalriam* quæ so-
il lum divinæ naturæ competit. »

Occasio erroris fuit perversa traductio actorum synodi septimæ, in qua subscriptio Constantini Cypriorum melropolilæ male i sic traducta legebatur : « Suscipio et ain-
» pletor honorabilité!· sanctas seu venera-
» biles imagines,secundum servitiumado-
» rationis quod substantiali et vivificalri-
» ci Trinitati emitto. » De qua traductione conqueritur Anastasius Bibliothecarius his verbis ; « Interpres, pene per singula rc-
» licto utriusque lingua; idiornate, adeo est
» verbum e verbo secutus, ut quid in ca
» editione intelligatur, aut vix aut nun-
» quam possit adverti, in fastidiumque ver-
» sa legentium, pene ab omnibus hac pro
» causa contemnatur. » Quapropter aliam traductionem ipse Anastasius tempore Joannis Vili adornavit, in qua sic latine reddit subscriptionem Constantini episcopi : « Constantinus sanctissimus episcopus
» Constantis Cypri dixit . His consentio
» et concors sum, suscipiens et cum hono-
·· re ampleclens sanctas ac vetferaildas
» imagines; atque adorationem quæ per
» *latriam,* id est, Deo debitam servilu-
» tem efficitur, soli supersubstantiali cl
» vivificæ Trinitati impendo. »

Cum igitur auctor seu auctores librorum Carolinorum et patres Francofordienses qui his libris tenaciter adhærebant

(idem dic de synodo Parisiens), Joua Aurelianensi, Agobardo Ltigd. et aliis), existimarent subscriptionem hanc falso traductam , esse genuinum suffragium Constantini episcopi, nec a synodo improbatum legerent, quin e contra actis ejus insertum; facile adducti sunt ut crederent talem fuisse mentem concilii, quam etsi aperta definitione non dcclarasset, tacita tamen hujus subscriptionis approbatione sufficienter proderet, et eo maxime quod indifferenter passim uteretur vocabulo adorationis respectu cultus imaginum, suamque definitionem concinnasse verbis contrariam ad faciendum fucum et ad errorem dissimulandum, quem minus callidus Constantinus sua subscriptione prodidit.

Item hunc facti errorem eo facilius et etlubentius ebiberunt tunc temporis quidam præsules Galli, quod 1° infensi erant Græcis ob spretam a Constantino Orientis imperatore sororem Caroli .Magni (piam desponderat, ut alteri nuberet; 2° quia nondum reputabant synodum septimam ut œcumenicam, sed nationalcm, tantum Gracorum, cui nulli fere Occidentales adfuerant, et quam Adrianus solemniter non confirmaverat, licet privalim approbaverat; 3° quia inter cos aliqui et præcipui, licet Iconomachorum hæresim non probarent «pii imagines omnes destruebant, sed illarum usum in ecclesiis ad piam memoriam et rudium instructionem admitterent, alieni tamen omnino erant ab illo speciali modo venerandi imagines, puta incurvatione, osculis, thymiamatibus, lumiliaribus, etc. quem approbaverat septima synodus, non quod secundum se judicarent illicitum, sed quia indiscretum et periculosum existimabant; timebant enim ne inde eadem superstitionis mala quæ in Oriente grassari audiverant, in ecclesiam Gallicanam irreperent.

Dico *aliqui;* non enim omnes ecclcsiæ Gallicanæ episcopi erant hujus sententia·, siquidem duodecim ex eorum cœtu sacræ Scriptura cl canonum peritissimi ad Ste.-phanum IV missi, cum eo in synodo Romana imaginum venerationem sanxerant anno 769.

in summa igitur certum est concilium Francoford, nullatenus damnasse doctri nam synodi septimæ, sed errorem falso ipsi affictum : unde nec dicunt se damnare | definitionem synodi, sed quod in synodo scriptum habebatur, subscriptionem scilicet Constantini perverse traductam, ad quam, praejudiciis ex libris Carolinis et aliunde occupati, magis attenderunt quam ad ipsam synodi definitionem, qua oppositum omnino decernitur, si tamen eam penes se haberent aut legitime traductam, quod non constat.

Quoad libros Carolines, conventum Parisiensem, Jonam, Agobcrtumct alias Galbarum antistites, certum est etiam in eodem errore facti circa septimam synodum versatos fuisse. Quod autem videantur ulterius impugnare cultum respcctivum imaginum a Græcis usurpatum et a synodo septima probatum (quibus quoad hoc se junxerant Angli) verosimile est, ut diximus, quod illum non damnaverint ut secundum se illicitum, sed ut indiscretum ct periculosum, cum et ipsi admitterent usum imaginum ad piam memoriam quæ est aliqua religiosa veneratio : ita ut tota controversia inter illos erat de modo cultus, quod spectat disciplinam; non de cultu quoad substantiam, quod spectat dogma. Id fuse conatur ostendere Natalis Alexand. sæculo S, dissertat. 6.

Sed quidquid sit, nosmorarinon debent neque libri Carolini quos refutavit ipse Adrianus I, quosque mulli cum Bellarm. volunt a quodam Iconoclaste fuisse confictos, utpotc cusos absque ulla sive loci sive typographi nola, barbariem ubique spirantes alienam ab eleganti Caroli Magni stylo , atque apertissimis scatentes falsitatihiis tam religioso imperatore indignis. Neque conventus Parisiensis sub Ludovico Pio, qui ncc sibi auctoritatem synodi arrogat, et suam de colendis imaginibus sententiam Eugenio tunc summo pontifici subjicit, ul constat ex Epistola Ludovici et Lotharii imperatorum ad ipsum Eugcnimn. Nec *a fortiori* morari nos debent quidam particulares episcopi, si quid forte a doctrina catholica alienum consuerint, utpote in hac. parte nullius ponderis, ct quibus omnibus opponimus duo concilia generalia, septimum scilicet, nunc ubique receptum ut œcumenicum, et Tridenlinum.

Instat.Dallceus. Non e-t eredi bile Theophilactum et Slepbanum , legatos Adriani in concilio , non aperuisse patribus Francoford. veram mentem et genuinam defi-

<58 DISSERT. XXTII. ART. TII.

nitioncm concilii septimi, si revera illam ex errore facti non attingebant, neque ipsis indicasse hanc sÿîàoduin esseœcumenicam ct ab Adriano confirmatam, si id ignorarent. Ergo.

B. legatos Adriani vel non salis perpendisse definitionem septîmæ synodi, vel satis eruditos non fuisse ut episcoporum Germanorum et Gallorum scrupulos expellere eorumve pertinaciam frangere possent, vel tandem prudenti œconomia eorum errorem circa utrumque factum dissimulasse, ne iis episcopis præconceptæ opinioni tenacius adhærcntilms , diro schismate scinderetur Ecclesia. Quod et ex parte fecit ipse Adrianus, qui, cum Capitulari a Carolo Magno per Angilbertum abbatem misso responderet, nusquam œcumenicæ synodi nomen auctoritatemve objecit.

Obj. 5°. Concilium Illiberitanum (*El*tire civitas prope Granatum in Hispania) circa initium quarti sæculi, canone 36 sic habet : « Placuit picturas in ecclesiis esse » non debere, ne quod colitur aut adora- » tur in parietibus depingatur. » S. Ircnæuslib. 1 contra Hæreses cap. 15, inter errores Carpocratis ct Gnosticorum numerat, quod haberent quasdam Christi imagines quas colebant. Idem refert Epiphanius in Ilæresi Carpocratianorum; et S. Aug. libro de Hæresibus cap. 7. Item S. Epiphanius in Epist.ad Joanncm Jerosolymit, quam latinitate donavit S.IIieron. narrat se, cum pervenisset ad vicum quemdam Palæstinæ, qui dicitur Anablatha, invenisse ibi « velum pendens in foribus cc- » clesi®, tinctum atque depinctum, etlia- « bons imaginem quasi Christi vel sancti ▮ cujusdam. Non enim satis memini, in- “ qn't, cujus imago fuerit : cum ergo hoc » vidissem in ecclesia Christi, contra auc- » toritatem Scripturarum , hominis pen- » dere imaginem , scidi illud, » etc. S. Greg. Magnus in Epist. ad Serenum episcopum Massiliensem, ipsum quidem redarguit quod fregisset imagines, negat tamen esse adorandas ; sed dicit ad solam rudium instructionem esse in ecclesiis collocandas : « Frangi, inquit, non debuit, » quod non ad adorandum in ecclesiis, ▮ sed ad instruendas solummodo mentes » fuit nescientium collocatum. »

Ii. 1° ad concilium Illiberitanum cum Bellann. ct aliis, non prohiberi illic absolute qsum imaginum, sed tantum ne in parietibus depingerentur, idque duplici r ratione : 1° quia sæpc parietum decrustalionc diiTormes et ridiculæ fiebant; 2' ct præcipue, quia sic depict® auferri non poterant : unde accidebat quod tempore persecutionis gentilium ludibrio exponerentur.

B. 2° cum aliis quibus hæc responsio Bellarmini displicet, ex canone citato nihil aliud colligi quam non fuisse probatum in hac Hispani® provincia tunc temporis usum actualem imaginum ; non quod secundum se judicaretur illicitus, sed quia hæc disciplina judicabatur minus expedire pro tuncchristianis interidololatraj viventibus, ut mox fusius explicabo.

AdSS. Irenœum, Epiphan. Aug. de Carpocratianis, Ii. illos non reprehendere Carpocratianos quod imagines Christi precise colerent, sed 1° quod dicerent eas esse a Pilato factas ; 2° quod eas colerent ritu gentilium ipsis sacrificando, juxta illa S. Irenæi verba : « Et reliquam observa- » tionem circa eas similiter ut gentes fa- » ciunt; »id est sacrificia, ut interpretatur S. Epiphan. 5° quia Christum contumelia afficiebant, ejus imaginem adjungendo imaginibus Homeri, Pythagorie, Platonis ct Aristotelis.

Ad aliumlocum S. Epiphanii respondetur communiter, illam imaginem quam dilaceravit, fuisse alicujus hominis profani. Sed hæc responsio non videtur cohaerere cum verbis Epiphanii, qui dicit fuisse imaginem Christi vel alicujus sancti, licet non satis recordetur cujus fuerit, Christi vel sancti : unde

B. probabilius S. Epiphanium ideo hanc imaginem quasi vel Christi vel sancti alicujus concidisse , quia non erat congrue expressa et erat superstitionis alicujus aut erroris occasio rudioribus; quod innuit hæc particula *quasi;* et hac ratione fuisse contra religionem et contra auctoritatem Scripturarum. Ideoque prudenter egit S. Epiphan. hanc imaginem aufereado, quod et nemo episcoporum nunc non faceret in simili casu, juxta decretum Trid. supra cit. quo jubetur ut « Null® falsi dogmatis ima- » gines, et rudibus periculosi erroris oc- » rasionem præbemcs statuantur... omnis » superstitio in sanctorum invocatione.

» liquiarmn veneratione ct imaginum sa-
» cm usu tollatur.....omnis denique las-
H civia vitetur, ita ut procaci venustate
• imagines non pinguntur nec ornentur. »

Addunt plurimi hanc narrationem Epistolæ Epiphanii ab Iconomachis fuisse assutam ; tum quia cum Epistola nullam habet connexionem; tum quia Iconomachi tempore septimae synodi hæc verba non protulerunt in suæ hærcseos confirmationem, cum tamen alia ejusdem sancti ad Theodosium proferrent, quæ suppositionis et mendacii a synodo revicta sunt. Cæterum S. Epiphan. nunquam impugnasse cultum imaginum secundum se et legitimum, patet ex eo quod communione conjunctus fuerit cum SS. Gregorio Nisseno , Basilio, Chrysost. qui usum imaginum in suis ecclesiis probabant.

.-fd 5. *Gregorium , B.* ipsum in epistolis duabusad Serenum, negare tantum adorationem *lalriæ,* quæ Deo exhibetur, imaginibus propter se esse deferendam, quippe quæ prohibetur hocprxcepto : *Dominum Deum tuum adorabis ct illi soli serviti,* ut dicit ipse S. Greg, in Epist. 2 : •Omne manufactum , inquit, adorare » non licet, quoniam scriptum est : *Dominum Deum tuum adorabis ct illi soli «servies. »* Ita ut hæc particula , *solummodo* , in verbis oppositis, sit hujus tantum incompetenlis adorationis exclusiva, non qualiscumque honorarix venerationis; quod et indicant hæc ejus verba ad Serenum Epist. 2 : « Indica (scilicet fide-
› libus quibus fractione imaginum scan-
• dalo fuisti) quod non tibi ipsa visio his-
» toriæ, quæ pictura teste pendebatur, displicuerit, sed illa adoratio quæ picturis
» fuerat incompetenter exhibita. »

Porro S. Grcgorium approbasse usum et cultum imaginum patet 1° ex ejus Epist. ad Januarium Calaritanum lib. 7, ubi occasione cujusdamJudæirecenter baptizati, qui synagogam vi invaserat et illic crucem ac imaginem B. Virginis collocarat, mandat episcopo ut Judæis synagoga reddatur, *sublata exinde cum ea, qua dignum ut, veneratione, imagine atque cruce.* 2° Ex Epist. 5i, lib. 7, adSecundinum data, in qua de imagine quam ilii mittebat et quam ipse a pontifice postulaverat,scribit : « Et nos quidem, non quasi ante divini-
» talem , ante illam prosternimur, sed il-
» lum adoramus quem per imagine in , aut
» natum aut passum , sed et in throno se-
» dentem recordamur. » Ubi diserte pro-
» litetur christianos ante imagines prosterni solitos, non tamen quasi ante Deum.

Objiciunt insupernovi Iconoclastæpiares alios Batres, maxime quinque priorum Ecclcsiæ sæculorum, quo contendunt nullum in Ecclesia fuisse usum seu cultum imaginum : quos cum omnes sigillatim exponere longum foret, hæc sequentia ad eorum solutionem, præcedentiumque clariorem explicationem annotamus.

1° Duo accurate distinguenda sunt in cultu imaginum: dogma ipsum et ipsius dogmatis usus seu praxis. Dogma, scilicet esse licitum ac pium colere sacras imagines, immutabile esse et ab apostolis ad nos continua traditione derivatum dicimus. Hujus autem dogmatis usus seu praxis, hoc est, actu colere imagines, cum disciplinam spectet, mutationi obnoxia est, non secth ac cætera disciplinæ capita, ita ut Ecclesia stare possit etiamsi nullas haberet imagines quas actu veneraretur; aut eas ad tempus prohibere secundum varias occurrentes circumstantias, non quod in se sint make, sed quia quandoque esse possunt occasio scandali aut erroris, etc. Sic Ezechias confregit serpentem aeneum quem Moyses jussu Dei erexerat, quia Judæis erat occasio idololatrandi.

Nota 2°, in primis Ecclcsiæ sæculis admodum infrequentem fuisse usum imaginum, in quibusdam ecclesiis nullum omnino , item et statuarum vix ubicumque ullum. Id videtur constare 1° ex silentio ethnicorum, qui alioquin non omisissent hunc cultum improbare nostris, in confirmationem suarum profanarum ceremoniarum, si palam ubique usurpatus fuisset; 2° ex silentio Judxorum, imaginum hostium infensissimorum , qui etiam certo usum earum Christianis objecissent, sicut postea fecerunt; quod tamen tunc non fecisse evincitur ex disputationibus SS. Patrum contra Judxos , v. g. ex Dialogo S. Justini cum Tryphone Judæo, ex lib Tertull. adversus Judxos et alis Patrum monumentis. Hujus autem disc.iplmx in prioribus Ecclcsiæ sæculis causa fuit quod, si usus imaginum et statuarum in omnibus ecclesiis palam invaluisset, in isiis nascentis Ecclcsiæsaxulis, religioni noxius ma-

gis quam utilis fuisset: 1° quia ethnici existimassent Christianos non dereliquisse, sed mutasse tantum idola; 2° quia Christianis inter idololatrae et cum idololatris passim conversantibus, periculum erat ne circa imagines e'statuas cultum superstitiosum gentilium erga sua idola ebibissent.

Nota 5°, seu potius recole distinctionem art. 1 positam inter cultum absolutum ct cultum relativum.

Nota 4°, non eamdem esse rationem imaginis Dei ct Christi seu sanctorum. Imagines enim Christi et sanctorum posse depingi ct coli, fide certum tenemus, tanquam dogma decisum in conciliis A'icæno secundo ct Trid. idque admittunt omnes catholici ; de imagine autem Dei non ita constat, quia nullibi est definitum ct aliunde est incorporeus, cujus ideo natura corporeis coloribus figurari non potest, licet tamen aliis titulis possit depingi, ut infra dicam. Hinc tempore concilii septimi nondum erat in usu imago Dei, ut patet ex Epist. Gregorii If ad Leonem Isaurum, cx act. 5 ejusdem synodi, ct ex S. Joanne Damasc. Orat. 1. de imaginibus ; ita ut quidam theologi ut Ilenricus, Tostatus, Durandus existiment nefas esse imagines Dei pingere, cujus tamen oppositum Jj sequenti ostendemus.

Nota 5°, aliquando irrepsisse abusus in cultu imaginum, qui ad idololatriam vergerent ; item ct aliam superstitionem invaluisse apud Christianos, qui ad sepulcra defunctorum imagines ipsorum superstiIioso cultu adorabant, contra quos scribit S. Aug. lib. 1 de MoribusEcclesiæ, cap. 5 !.

Hæc si attente perpendas, lector, iisque prudenti discrimine utaris, facile tc poteris expedire a pluribus objectionibus ex Patrum antiquorum operibus petitis.

Obj. ultimo. Homo est imago Dei : atqui tamen homo non colitur religioso cultu: ergo mullo minus lignum, lapis, tela aut quid simile, licet sil Christi vel sancti imago.

quatenus imago Dei est, esse veneratione dignum, juxta Cyrillum Catechesi 12, ubi ait: « Imago lignea terreni regis honorantur, quanto magis rationalis imago Dei ! » Et S. Aug. Epist. 105 ad Maximinum episcopum Donalistarun.. Aon tamen solet cultu religioso coli, quia cum sit creatura rationalis quæ secundum se est capax honoris , periculum esset ne propter se coli putaretur, quod non potes* contingere de imagine sculpta vel picta in materia mere corporea, quæ secundum se non est capax honoris.

§ IV. — *Utrum imagines Dei ct angelorum possint depingi ct coli?*

Dico. Possunt depingi et coli imagines Dei et angelorum.

Quoad angelos certum est, utpote definitum act. 7 seplimæ synodi, ubi decernitur imagines non solum Christi et intemerate Virginis, *sed etiam venerandorum angelorum ct omnium deinde sanctorum virorum* esse licitas et honoraria veneratione colendas. Patet etiam ex Cherubinis Arcæ, ct cx S. Dionysio qui cap. 15 Cœlest. Hierarch, apud Sylvium, indicat suo saeculo usum luisse pingendi angelo?

Quoad vero imagines Dei et Trinitatis, licet non æqua certitudine contest, quia non est definitum, videtur tamen etiam certum, cum eadem sit ratio Dei et angeli, uterque enim est incorporeus ; et ita censet communis opinio theologorum, paucis exceptis, ut dixi supra : proinde videretur nunc temerarium id negare. Itaque præter dicta, insuper

Prob. ct explicatur conclusio. Si quid obstaret quominus possint pingi Deus ct angeli, esset quia natura sunt incorporei; natura autem incorporea non potest delineari coloribus sensibilibus, ncc repræsenlari per figuram corpoream : atqui hæc ratio non obstat : ergo. *Prob. min.* Duin pinguntur Deus ct angeli, non pinguntur ad eorum formam seu naturam ut est in sc repræsentandam , quasi divinitatem seu substantiam spiritualem angeli, ut est in se, imago seu statua corporea possit repræsenlare ; hoc enim esset summæ impietatis et imperiii.c , noscilurque ab omnibus impossibile ; sed pinguntur propter alia duo : 1° ad repræsentandam figuram in quaaliquando apparuerunt ; 2° ad exprimendas figurate et per analogiam eorum perfectiones, quod nullo sensu potest probari illicitum , quinimo usus ipse Ecclesiæ probat licitum et pium : nec Ecclesiæ usus tantum, sed el S. Scripturarum auctoritas; si enim Deus ipse sæpe se aspectabilem pvxbueril, si angeli sæpius sub humana

specie apparere dignati fuerint ; si sacra Scripluræ Dei perfectiones sub membrorum corporeorum velaminibus nobis describant; si illi attribuant oculos videntes æquitatem, aures intendentes vocem orationis nostra, bracnium potens, viscera misericordiae, etc., quidni poterit Ecclesia ea similiter penicillo exarare, caute monendo has imagines, perfectiones Dei seu angelorum adumbrantes, metaphorice esse intelligendas ?

Igitur pingi potest Deus Pater ut Antiquus dierum, quia sic apparuisse legitur Daniel. 7; in specie humana, qualis apparuit Adamo et Ev® deambulans in Paradiso terrestri ; sub specie llanunæ ignis, qualis apparuit Moysi, etc. Spiritus sanctus depingi potest sub specie columbae, oualisapparuit in baptismo Christi; vel sub specie dispertitarum linguarum, qualis apparuit in die Pentecostes.

Angeli vero depinguntur in specie humana, quia sic sæpe apparuerunt : pinguntur juvenes, ut exprimatur eorum vigor et vita quæ nunquam senescit; appinguntur eis alæ, quia sunt Dei nuntii celerrimi exequentes ejus mandata ; effinguntur in vestibus albis, ad significandam eorum puritatem et innocentiam, etc.

Cætcrum serventur imagines sive Dei sive angelorum quas probat Ecclesia, nec aliæexcogitentur quæ vel indecentiam, vel absurditatem, vel stupendam novitatem pre se ferant, ut si v. g. pingeretur Trinitas sub specie unius hominis habentis tria capita vel tres facies.

Dices. Isai. dicitur : *Cui similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei?* Idem Deuteron. 40, et Actuum 17. Ita quoque docent Patres, Clemens Alcxand. lib.5Stromat.Orig. lib. 6 contra Celsum; Justinus martyr Apolog. 2; S. Aug. de Civit, lib. 4 cap. 9; S. Ambros. in Psal. 118; et tandem D. Th. hic ad 1, his verbis : « Ipsi autem vero Deo, cum sit incor» porcus, nulla imago corporalis potest » poni; quia, ut S. Damascenus dicit, in» sipientiæ summæ est ct impietatis figu• rare quod est divinum. »

Λ. has omnes .Vuctoritatcs intelligendas esse de imagine Dei quæ ipsius naturam seu divinitatem figuraret, quia, ut dicunt, incorporeus est; non autem dc his quæ vel ipsius apparitiones vel proprietates figurate exhiberent.

§ V. — *Quo cultu imagines sint colenda.*

Licet Ecclesia definiverit imagines sacras esse colendas, gravis tamen et intricata difficultas restat, quomodo et quo genere cultus sint colendæ : circa quam triplex est potissimum theologorum sententia.

Expenditurprima sententia et rejicitur.

Quidam dicunt nullo modo imaginem esse in se colendam, nisi improprie et abusive, sed solum coram imagine colendum exemplar; ita ut imago nullatenus sit terminus cultus, sed tantum signum seu conditio qua excitamur ad honorandum prototypum. Ita Durandus, Alfonsus a Castro et quidam alii.

Sed hæc sententia communiter rejicitur a theologis, ct merito. 1° Quia constat ex conciliis supra citatis imagines vere esse adorandas seu colendas : atqui hoc esset falsum si se haberent tantum ut signa excitativa ad adorationem exemplarium ; excitare enim ad adorationem non est adorari : sic licet creatura sæpe excitent mentes hominum ad adorationem Creatoris, non tamen ideo dicuntur adorari.

2° Concilium septimum act. 7, dicit imagines Christi esse colendas, sed non *latria :* vult ergo aliquo alio cultu vel modo in se esse colendas , et non solum exemplar colendum, quod colitur *latria.*

5° Concilium ibid, definit imagines esse venerandas eo modo quo veneramur Evangelium et sacra vasa : atqui ista honorantur in se et proprie, ut omnes fatcnlur; licet enim horum veneratio sit relativa, terminatur tamen immediate ad hæc objecta, et ultimate ad id ad quod habent relationem et ratione cujus honorantur.

Dices 1°. Res inanimata et insensibilis non est in se adorabilis. 2° Juxta sententiam Basilii in septima synodo sæpe repetitam ct Patres, honor imaginis transit ad exemplar. Unde Adrianus Epist. ad imperat. dicit : « Non ipsum lignum adora» tur, sed quod in ligno ad contcmplan» dum datur; et ita per recordationem vc» neratio exhibetur.» hiem legitur in con* cilio Moguntiuo tempore Pauli 111 can. il , idqiie confirmant hi duo versus, qui dicuntur compositi tempore seplimæ sy-

nodi, quique leguntur Vcnetiis et referuntur a Sabellico lib. 8 Æneadis 8 :

Nam Deus est quod imago docet, sed non Deus ipsa :
Ranc videas, sed monte colas quod cernis in ipsa.

R. ad primum, rem inanimatam non esse in se adorabilem propter sc seu cultu absoluto; potest tamen coli cultu relativo propter excellentiam alterius ad quam habet aliquam habitudinem, ita ut sit objectum quod colitur, non tamen ratio ob quam colitur. Quando autem theologi docent imagines esse colendas, intelligunt omnes de cultu relativo, nunquam absoluto; quod bene adverte.

./d *secundum et sequentia,* dico perhæc omnia nihil aliud significari quam quod veneratio non debeat sistere in imagine, sed transire ultimate et principaliter ad exemplar, et quod non adoretur ratione sui, sed ratione exemplaris; cum enim passim definiant ipsa concilia et Patres vere adorandas imagines, sibi ipsis contradicerent si intelligeretur adoratio relativa quæ immediate transiret ad exemplar, tunc enim non vere coleretur imago, ut probatum est.

Exponuntur duæ aliæ sententias.

Secunda sententia est, quod idem cultus debeatur imagini et exemplari, diverso tamen modo : exemplari propter se, imagini propter exemplar; id est, cultus absolutus exemplari, relativus imagini ; ita ut ex imagine et exemplari integretur unum objectum totale adorationis, exemplar principale et primarium, imago secundarium et ratione exemplaris : unde juxta hanc sententiam , imagines Dei et Christi adorantur *lalria,* imago B. Virginis *hyperdulia,* imagines sanctorum *dulia.* Ita D. Th. hic a. 5, Cajet.ibid. Alexander,!).Bonavent. Albet tus Magnus, Medina, Richardus, Paludatius, Capreolus, Almain, Major, Marsilius, Thomas Wald. Soto, Turrecremata, quos citat el sequitur Nugno.

Fundatur hæc sententia 1° in dictis conciliorum , quæ docent honorem delatum imagini transire ad prototypum, ut modo dicebamus. Sic synodus septima act. 7 · › Imaginis enim honor ad primitivum Iran· i» sit, et qui adorat imaginem adorat in c. u depicti subsistentiam. u Sic synodus Trid sess. 25. decreto *de Invocatione tantiorum :* « Honor qui cis (imaginibus) exhi- » betur, refertur ad prototypa quæ illæ re- » præsentant; ita ut per imagines quas os- » culamur et coram quibus caput aperimus » et procumbimus, Christum adoremus, » et sanctos quorum illæ similitudinem ge- » runt veneremur : id quod conciliorum, » praesertim vero sccundæ Nicænæ synodi, » decretis contra imaginum dppagnatores » est sancitum. » Quibus plane verbis docent eodem honore coli et imaginem el exemplar.

2°Insentenliis Patrum, qui eodem modo loquuntur, Sic S. Ambros. lib. de Incarnat. cap. 7 : « Num cum in Christo iniagi- » nem Dei et crucem adoramus, dividimus » eum? » S. Basilius lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium, cap. 18: «Quoniam » rex dicitur regis imago, non autem duo » reges, neque etiam potestas scinditur, » neque gloria dividitur : quemadmodum » autem principatus ac potestas nobis do- » minans una est, sic glorificatio quam » illi deferimus una est et non multe : ita- » que imaginis honor ad exemplar primum » refertur. » Ita similiter S. Dionysius cap. 2 Cœlest. Hierarch. S. Greg. Niss. citatus ab Adriano in Epistola ad imperatores, S. Damascenus lib. 4 de Fide, S. Athanasius lib. contra Arianos non longea principio , Nicephoros Constantinop. in Dialago *Orthodoxus,* S. Chrysost. apud Adrianum Epistola citata.

Q.25.a.5o.— *Prol).&> ratione* quæ est D. Thomæ et quæ coincidit cum ea qua usi sunt concilia et Patres citati. Motus qui est in imaginem, in quantum imago alterius est, est idem cum illo qui est in exemplar : atqui imago non adoratur nisi formalitcr ut imago alterius : ergo idem est cultus imaginis et exemplaris. *Maj.* est \ristol. lib. de Memoria ct Reminisc. cap. 2. *Et palet,* quia 1° imago formaliter quatenus alterius representative , unum moraliler facit cum suo prototypo ; 2° quia una est in utroque ratio adorationis, scilicet excellentia proloty,^. Ergo. *Magis hac ratio elucidabitur ex dicendis infra.*

Confirmatur 1°. Lux et color eadem visione videntur ;quiacolor videtur ratione lucis ·. atqui similiter imago adoratur ratione protolypi : ergo una el eadem adoratione adorantur.

Confirmatur 2°. Mensura adorationis «jusque rei est ratio propter quam adoritur : atqui ratio propter quam adoratur imago, non est alia quam excellentia prototypi : ergo.

Prob. 4° *a contrario.* Eadem est ratio imaginis et exemplaris respectu inhonorantis: ergo et respectu honorantis. *dnl. palet;* qui enim imaginem regis contumelia afficit, reus censetur læsæ majestatis ac siipstun regem contumelia affecisset: unde S. Athanasius episc. Theopoleos, citatus a 1.4septimae synodi, dicit : « Qui contumeliam infert imagini imperatoris, pœnam justam perpetitur ac si eidem imperatori contumelias irrogasset. »

Prob. 3° ex usu Ecclesiae sic canentis : *OCrux ave, spes unica , auge piis justitiam,* etc. et adorandum lignum crucis feria sexta Parascevcs.

Tertia sententia docet imagines in seipiis et proprie esse quidem adorandas, attamen honore minori quam exemplar, qui cultus seu honor analogice tantum et reductu e pertineat ad speciem cultus qui debetur exemplari, sicut imperfectum ad perfectum sui generis; ideoque nullam imaginem adorandam esse *lalria.* Ita Sanderos, Catharinus, Persius, Bellarminus, Cabassulius et alii plures.

Pro hac sententia militant etiam argumenta, nec pauca, nec levia.

1° Synodus septima act. *7*, definit expressis verbis imagines esse vere adorandas, non tamen secundum *lalriam;* «Illis, » inquit, *scilicet imaginibus,* salutationem ct honorariam adorationem exhi- » beant, non secundum (idem , nostram » veram *lalriam* quæ solum divinæ natu- * ræ competit. » Et ibid. Basilius Ancyranus act. i, ct Constantinus Cypri episcopus act. 5, abjurantes hæresim, pronuntiant se recipere et colere imagines, non tamen veneratione *lalria.* Similiter S. Damascenus lib. 1 ct 5 Apologetico , quibus jungi possunt S. Aug, Epist. 119 cap. 11; S. Greg. Magnus ad Serenum, de quo supra; concilium Senoneusc can. 14, Mogunlinuin c<.. 41 : qui omnes ct alii cum prohibeant adorari imagines, non censendi sunt denegare omnem cultum imaginibus ut Iconomachi, sed solam *lalriam.*

ftecdicashxc esse intelligendade adoratione *lalriæ* ratione sui ipsius, non ratione exemplaris. Etenim concilium septimum, postquam dixit veram ^*triam* non esse exhibendam imaginibus, immediato subdit esse honorandas sicut sacra Evangelia et sacra vasa, quod repetit concilium generale octavum, act. 1C, can. 5, his verbis : « Sacram imaginem Domini nos- » Iri Jcsu Christi, ct omnium Salvatoris, » æquo honore cum libro sanctorum Evan- » geliorum adorari decernimus... Dignum ›· est ut... derivative imagines honorentur » et adorentur ut sanctorum Evangcliorum » sacer liber atque typus preliosæ Crucis.· Nemo autem unquam dixit *lalriam* deferri libro Evangcliorum seu vasis sacris.

2° *Lalria* est cultus proprius soli Deo; sed quovis modo consideretur imago etiam ut imago, fownaliler, non est Deus.

Nec dicas lalriam esse propriam Deo quando exhibetur ratione sui, non autem si e.\h beatur ratione alterius. Nam hoc ipso quo exhibetur ratione alterius , non est *lalria; lalria* enim essentialiter est summus cultus qui exhibetur rei propter se ; seu, ut alii dicunt, qui exhibetur Deo ut primo principio : implicat autem exhiberi summum cultum ut primo principio et propter aliud.

5° Imagout imago distinguitur ab exemplari ; nihil enim est sui ipsius imago, et est ipso inferior; longe enim majus est esse Christum quam esse imaginem Christi : ergo non eodem, sed minore cultu adoranda.

4° Impossibile est unam et eamdem adorationem esse simul absolutam et respeclivam; differunt enim genere absolutum et respcctivum : atqui adoratio Christi esi absoluta, adoratio ejus imaginis est relativa, ut in confesso est apud omnes : ergo.

5° Adoratio Christi est causa adorationis imaginis ; ergo non est una et eadem adoratio ; causa enim et causatum distinguuntur. *Palet* «nLquiaChri tus est causa adorandi imaginem.

G° z/b *absurdis.* Sequeretur 1u Christum, si esset pr.cscns, non adorari majori adoratione quam in imagine , seu quam ejus imaginem, cum ulrobique etiam foret *lalria* quæ est summa adoratio. Consequens autem est contra communem sensum ct contra experientiam ; non enim tantus honor exhibetur imagini regis quam ipsi regi personaliter præsenti. Sequitur

2* quod liceret vota nuncupare imagini, illi sacrificare, in illam spem nostram ponere; eadem enim ratio est de istis ac de adoratione : hæc autem sapiunt idololatriam et damnantur a conciliis, maxime Trid. cit.

Resolutio quccstionis.

Q. 25. a. 5. o. — *Nota* imaginem posse tripliciter considerari : 1° materialiter ut est res quxdam auro, ligno, tela constans, figura, coloribus, lineamentis aliisque artis ornamentis decorata: sic sumpta imago nulla veneratione est digna.

2° Potest considerari formalissime imago prout in actu exercito exercet officium imaginis, quod est actu exhibere exemplar cujus vices gerit et a quo sub ista formalissima ratione non distinguitur nisi penes diversum essendi modum , eo fere modo quo species intelligibilis est ipsum objectum in esse intclligibili ; imago enim formalitcr et reduplicative qua imago, idem est quod exemplar in esse representative, licet ut est res addat materiam, figuram, colores , etc. et hic modus considerandi imaginem est illi proprius, nec ita proprie convenit aliis rebus sacris aut signis respectu Dei vel sanctorum.

3° Quodam modo medio quidam iterum considerant imaginem, nempe prout est res sacra cultui divino deputata ct in honorem Dei ct sanctorum instituta, habens vim eos significandi seu representandi ; cl sic, inquiunt, consideratur etiam ut imago formalitcr, non in actu exercito , sed in actu signato, non ut actu reprasentans, sed ut representiva ct ut habens relationem ad exemplar a quo mutuat quamdam sanctificationem et quasi consecrationem, co fere medo quo codex Ev angellorum , signum Crucis exterius expressum , vasa altaris, reliquiae sanctorum, propter relationem quam habent ad res sacras, dicuntur sacra. Ita Snares , Sylvius hic et alii. Et licet S. Th. hic non meminerit istius modi, eum tamen agnovit alibi, inquit Sylvius, scilicet 2 2, q. 99 , a. 1, ubi docet aliquid dici sacrum ex eo quod ad divinum cultum ordinatur. Et a. 5, rerum sacrarum ordinem exponens, 1" recenset personam sacram, 2" sacramenta, tum addit : «Post » sacramenta autem, secundum locum te- • nent vasa consecrata ad sacramentorum » susceptionem, et ipsæ imagines sacrati » rcliquiæ sanctorum in quibus quodam » modo ipsæ person® sanctorum veneram » tur. » Ilis notatis,

Dico 1°. Loquendo de imaginibus tertio modo consideratis, vera videtur tertia lententia, et hoc sensu esse intclligcndaminnuit Bellarminus lib. 2 de Imaginibus cap. 24 in resp. ad 5 argument, ex ratione D. Thomæ. Illamautcm probant momenta quæ superius protulimus.

Si objicias, cultum imaginis etiam hoc tertio modo considerat® ultimate terminari ad Christum seu sanctum,Christo autem deberi *latriam,* sancto *duliam.* Respondet Bellarminus ibid. Christo quidem deberi *latriam* quando adoratur ut est in se, non autem quando adoratur ut est in imagine per participationem : quemadmodum qui honorat famulum regis honorat regem; longe tamen aliter honorat regem in propria persona quam in famuloibid. — *Dico* 2°. Loquendo de imagine secundo modo considerata formalissime ut imago est et in actu exercito, secunda sententia videtur admittenda; quia tunc ex imagine et exemplari integratur unus terminus adorationis, ita ut tamen exemplar in recto importatum, v. *g.* Christus in imagine refulgens, adoretur primario et propter se; imago vero in obliquo importata, secundario et propter exemplar.

Unde sequitur 1° quod adoratio exemplaris sit absoluta, adoratio imaginis relativa et hac ratione inferior ad adorationem exemplaris, plus est enim adorari prima rio ct propter se (piam secundario et propter aliud. *Sequitur* 2° quod, licet adoratio quæ terminatur ad imaginem sit *latria,* quia est eadem individualiter cum adoratione exemplaris, non habet tamenabimagine quod sit *latria,* sed ab exemplari: sicut licet eodem actu visionis beatifici intellectus videat Deum ct creaturas, non tamen est beatitudo formalitcr quatenus terminatur ad creaturas : unde adoratio prout terminatur ad imaginem, non est formalitcr et reduplicative *latria,* sed materialiter tantum seu specificative. Et lit c sententia sic explicata forte non displicebit auctoribus terliæ sententiae; illam probant quæ superius in ejus expositione adduximus. Cætcrum

Solmuiliir argumenta tertia nvritentue in quantum militant contra hanc secundam conclusionem.

Ad primum, II. et concilia et Patres intclligcndos esse de *latria* absoluta, non relativa; seu, quod idem est, de *latria* quoad substantiam et modum, non de *latria* quoad substantiam tantum. Dupliciter itaque potest accipi *latria* : 1° ut significat *latriam* simpliciter tantum, id est, quantum ad substantiam; 2° prout significat fairiam quoad substantiam et modum simul importando et quod terminetur ad hanc rem, et quod terminetur ad illam ratione ipsius : hæc soli Deo et Christo convenit, illa ejus imagini. Hoc autem sensu inlelligenda esse concilia et Patres constat : cum enim asserant imagines Christi et «anctorum eadem adoratione adorari ac ipsorum exemplaria, ut vidimus in probatione hujus sccundæ sententiae, ct aliunde dicant non adorari *latria,* cum tamen exemplaria adorentur *latria,* ut contradictio vitetur, necessario dicendum est imagines non adorari *latria* ratione sui, *latria* absoluta, *latria* quoad substantiam et modum; adorari tamen *latria* , ratione alterius, *latria* respecliva , *latria* quoad substantiam tantum ' in quo nulla est contradictio. Posset etiam forte dici has auctoritates esse intelligcndas de imagine tertio modo considerata.

Ad instantiam in contrarium, R. concilia et Patres dicere imagines adorari ut codices Evangel iorum et sacra vasa, ly *ut* dicente omnimodam paritatem, *N.* aliquam C. Volunt ergo concilia ct Patres imagines, sicut sacra vasa, non adorari cultu absoluto ct ratione sui ; ct in hoc est paritas quam intendunt ; non tamen quod sit diversus honos qui exhibetur imagini et prolotypo.sicut est diversus qui exhibetur vasis «criset Deo; est enim, ut diximus, specialis ratio de imagine, quæ ut est imago formalissime, est ipsum objectum in esse repræ-«entalivo. Vel loquuntur de imagine tertio modo considerata , prout est repraesentaliia tantum in actu primo.

Ad secundum, II. eadem solutione, I) maj. Latria absoluta , *latria* ratione sui, *latria* quoad substantiam ct modum , est propria Deo, *C. latria* relativa, *latria* ratione alterius, *latria* quoad substantiam tantum, *N.*

Et ad instantiam similiter D. Hoc ipso quo exhibetur *latria* ratione alterius non est *latria* absoluta seu quoad substantiam et modum, *C.* non est *latria* relativa seu quoad substantiam tantum, ,V. *Similiter ad probatiorum. latria* est essentialiter summus cultus qui exhibetur rei propter se seu ut primo principio, *latria* absoluta seu *latria* quoad substantiam et modum, *C. latria* relativa seu quoad substantiam tantum, *N.*

Ad tertium, D. ant. Imago ut imago distinguitur ab exemplari penes ipsum modum essendi, *C.* penes rem ipsam. *N.* Est enim eadem res exemplar et imago, sed sub diverso modo, exemplar in esse enlitalivo, imago in esse representativo. *Unde similiter D. conscq.* Ergo imago non est adoranda eodem cultu quoad modum, *C.* quoad substantiam, V. sive *C. totum;* adorari enim ratione alterius est quid inferius ct modus adorationis diversus ab adoratione ratione sui, licet possit esse idem quoad substantiam; adoratur autem imago ratione alterius,exemplar ratione sui.

Ad quartum R. D. ant. Impossibile est unam et camdem adorationem esse simul respcctivam et absolutam respectu unius ct ejusdem, *C.* respectu diversorum, N.

Ad quintum, N. ant. Ad prob. D. ant. Christus est causa adorandi imaginem,hoc sensu quod Christus seu adoratio Christi efficiat adorationem imaginis, Λ. hoc sensu quod ratione Christi qui primario et propter se adoratur, imago secundario adoretur, *C. Sed N. conseq.* Licet enim color videatur ratione lucis, eadem tamen visione videtur.

Ad sextum, R. ad primam sequelam piod,si Christus esset personaliter præsens, adoraretur adoratione majori individualité^ non specifice; *latria* enim admittit intra propriam speciem gradus e latitudinem.

Ad secundam sequelam , V. *illam,* ilL enim actus sunt supremus gradus *lalriat* qui non nisi soli Deo secundum se deferuntur. Existimat tamen Nugno hos actus etiam posse fieri ad imaginem seu coram imagine, quia fierent ad imaginem in ordine ad Christum et ratione illius; non autem quod crederetur inesse ei aliqua divinitas seu aliqua virtus, quod damnat Trid. suss. 25, decreto *de Invocatione sanctorum.*

obj. insuper maxime contra rationem D. Th. Adoratio imaginis et adoratio exemplaris se habent ut electio et intentio, adoratur enim imago propter rem imaginatam : atqui electio et intentio sunt actus distincti ·. ergo.

B. N. ant. Ad prob. D. Imago adoratur propter rem imaginatam, ly *propter* dicente causam finalem tantum, *N.* dicente etiam causam formalem, *C,* Et sub hac ratione hic consideratur.

Inst. Qui videt imaginem Christi male pictam, odit imaginem ut imago est, et tamen diligit Christum. E contra qui videt imaginem Judæ bene ipsum exprimentem, diligit imaginem ut imago est, et odit Judam : ergo non est idem motus in imaginem ct in rem imaginatam.

B. D. ant. Qui videt imaginem Christi male pictam, odit imaginem ut imago est materialiter, et diligit Chi istum, *C.* ut imago est formaliter et formalissime Christi, *N.* Odit itaque formam figura malæ proportionatam cum exemplari, vel diligit formam figure quatenus est bene proportionate exemplari veramque ad illud relationem habet ; sed hoc est considerare imaginem materialiter et ut res est, non formalissime ut exercet officium imaginis, quod est exhibere in actu exercito exemplar gerendo ejus vices : unde in hoc casu odit imaginem Christi quia imago est, non quia est imago Christi, et diligit imaginem Judæ quia imago est, non quia est imago Judæ; fieri enim non potest quod quis diligat imaginem Christi quia est imago Christi, quin simul diligat Christum quia Christus est causa cur diligat imaginem.

Pepones. Juxta hanc sententiam, sequerelur quod verbum mentis Christum reprxscntans deberet adorari *latria* , est enim idem motus in speciem intclligibilem ct rem intellectam. Sequitur insuper omnes res sacra, Evangelia, vasa altaris, imo omnes creaturas posse adorari *latria;* nihil est enim quod non habeat aliquam relationem ad Deum, et in quo Deus non possit repraesentari ut principale objectum adorationis ; quæ tamen omnia videntur inaudita. Ergo.

B. quoad verbum mentis, nullum videri inconveniens, si ratione rei cujus est naturalis similitudo adoretur ut imago. Quoad alias res sacras, non difliteor quin absolute loquendo Deus possit in ipsis tl per ipsas repræsentari ut principale objectum adorationis, et illæ simul repræsentatæ ut aliquid Dei eamdem adorationem secundario terminare, ut vestes regis simul cum eo secundario terminant adorationem quæ ei exhibetur, juxta D. Th. a. 4, seq. o; vel ut reliquiæ sauctonnn quando adorantur simul cum sancto cujus sunt reliquiæ, ut dicemus.

Neque enim una est ratio cur creatura cum Deo vel cum aliquo sancto cogitatione conjuncta adorari potest, sed plures assignantur. Prima est repræsentalio perfectior ac facilior; et hæc est in imagine. Secunda est contactus realis etiam praeteritus ; et hæc est in iis quæ Christum vel sanctum tetigerunt, ut sunt crux,clavi vestes. Tertia est cum res quæ adoratur fuit aliquid ipsius sancti, ut sunt membra ejus corporis. Quarta est specialis deputatio ad cultum divinum, ut in vasis sacris ; aut quævis specialis pertinentia seu relatio ad rem sacram vel Deum, ut codex Evangeliorum, signum Crucis, etc. Quintam addit Vasques, nempe generalem relationem cujuslibet creatura ad Deum ut ad suum auctorem intime sibi præsentem; quam tamen alii negant.

Cætcrum, licet quæ fiunt venerabilia secundo et tertio modo ratione contactus realis ad personam sacram, vel quia sunt paries ejus, simul eadem adoratione soleant adorari ac ipsa persona propter immediatam conjunctionem seu relationem ad illam, ut dicemus de reliquiis Christi ct sanctorum; item ct maxime imagines quæ non possunt considerari formahter ut imagines nisi cum prolotypis : non sic tamen solent apprehendi ct adorari qui quarto modo sunt venerabilia, quia non dicunt relationem immediatam ad ipsam personam sacram, sed mediatam tantum: sic vasa sacra dicunt immediatam relationem ad cultum divinum, mediante cultu ad Deum; codex Evangeliorum immediatam dicit conjunctionem ad verba significantia veritatem, ct bis mediantibus ad ipsam essentialem veritatem; signum Crucis immediate reipræsenlat crucem Christi, ct ipsa mediante Christum.

Quoad omnem aliam reni mundi non sacram, concedit Vasques, ut diximus, quod, cum sii opus Dei et in ea Deus con-

linuo sit et operetur, possumus æqne facilein ea Deum cogitare quam virum sanctum in veste quam habuit, et sic illum in ipsa el cum ipsa adorare eadem adoratione; quod confirmat cx juramento, quod est artus religionis, ct tamen fieri pote-t per quamcumque rem, ut in ea relucet veritas divina. Fatetur tamen illas omnes res non sacras non proponi communiter populo adorandas, propter periculum idolatriæ ratione ignorantiæ populi. Alii ut Augno dicunt, ut res aliqua adoretur simul cum Deo, non sufficere conjunctionem illam generalissimam cujuslibet creatura ad Deum, sed specialem requiri, qualis est una ex quatuor assignatis.

Ex dictis videtur Bellarminum (quem exscribit hic Honoratus Tournely) modum excessisse dum dixit lib. 2 de Imag. cap. 22, «hunc loquendi modum (nostra con- • clusionis) non carere magno periculo... i- offendere aures catholicorum et prabere •occasionem hærelicis liberius blasphe- » mandi. » Forte non attendebat, dum hæc scriberet auctor praclarissimus, hanc esse sententiam S. Th. S. Bonavcnt. Alexandri de Hales, Alberti Magni et illustrium Scholasticorum. Sed et observandum est quod hunc loquendi modum sugillet laudatus Bellarminus*prasertim in concione ad populum,* propter subtilitatem distinctionum quarum non est capax populus imperitus, quam modificationem censura annectere non placuit ejus exscriptori, cui vix unquam non placent quæ illiberaliter dicuntur contra scholam D. Thomæ.

Eadem, ut videtur, animi propensione idem Tournely initio ejusdem quæstionis inter observanda numero tertio, sic loquitur : « Mullis displicet hæc D. Thomæ • sententia, quam parum idoneam existi- • mant novatoribus nostris ad unitatem » fidei hac in parte revocandis : quaprop- » ter illustrissimus ac doctissimus Bossue- » tins, in Epistola de adoratione crucis ad • virum religiosum, scripta die sexta Julii » anno 1691, pag. 22, consentit ut si hæc • Angelici Doctoris loquendi ratio quem- • quam offendat, supprimatur, nec ulla » ipsius habeatur ratio. » Sinceritas hic iterum desideratur in theologo Parisiensi; sic enim habet illustrissimus et doctissimus Bossuetins Epistola citata : « S. Tho- » tuas tribuit Cruci cultum *latriæ,* qui est » cultus supremus; sed seipsum explicat » dicendo quod sit *latria* respectiva, quæ » ex hoc ipso non est amplius in se sa- » prema, nec talis evadit nisi qma refer- » tur ad Christum. Fundamentum hujus » *S.* Doctoris est, quod motus qui tendit » in imaginem sit idem cum illo qui tendit » in archetypum, et quod utrumque simul » uniatur. Quw *hunc sensum culpare po- ή test? nemo certe.* Si expressio displi- » ceat, potest omitti, sicut absque hæsita- » tione fecit P. Pctau ; Ecclesia enim non » adoptavit hanc S. Thomæ expressionem. » Sed magna erit imbecillitas et vanitas, » si res quæ *sensum tam rationabilem* » *habent,* quemquam commoveant, id » profecto miserum est imo et horribile, » dum attenditur has tricas eo usque pro- » gredi, ut abrumpant unitatem. »

Non displicet ergo illustrissimo ac doctissimo Bossuetio *sententia D. Thoma,* quin e contra illam adeo veram existimat ut *eam a nullo posse culpari* certo asserat, adeo *rationabilem* ut imbecillitati et vanitati deputet si quis inde commoveatur, *miserum* dicat ct *horribile* si cavillando inde unitas abrumpatur. Si tamen expressio, non sententia, auribus delicatulis displiceat, potest salvo sensu omitti, non quia mala aut falsa, non quia *illius aut S. Thomæ nulla ratio est habenda,* (hoc enim ambiguum est apud Tournelium), sed quia *Ecclesia illam non adoptavit.* Quantum hæc distent a verbis Tournely, quæque fides sit huic theologo adbibenda ubi de S. Thoma aut ejus schola agitur, hinc et ex aliis quæ alibi observavimus, judicet æquus lector.

Petes utrum cultus imaginum cadat sub præcepto ?

//. 1° Datur praccptum negativum naturale nullam inferendi irreverentiam sacris imaginibus; quia est intrinsece malum contra virtutem religionis indebite et irreverenter tractare res sacras.

2° Datur praccptum naturale affirmativum servandi debitum modum in cultu imaginum, ita ut dum coluntur, abstineatur ab omni cultu superstitioso *et* indebito.

5° Multi negant dari ullum praeceptum affirmativum colendi imagines : non naturale, quia licet ex principi* fidei ct rationis teneamur colere Deme ct sanctos, inde tamen non colligitur nos tali modo teneri

eo» colere, scilicet per imagines ; non positivum, quia neque in sacris Litteris continetur- neque ex traditione colligitur.

Quidam volnr.*. ratione consuetudinis esse modo in Ecclesia praeceptum affirmativum aliquando colendi imagines. Cæterum certum videtur eum peccaturum ratione scandali qui nunquam coleret imagines.

ARTICULUS IV.

De cultu crucis ct reliquiarum.

Q. 25. a. 4. ct 6. o. — *Dico* 1° Crux Christi, sive ea in qua pependit, sive aliæ quæad ejus similitudinem effinguntur, item cæteræ reliquiæ illius ac sanctorum, sunt veneratione et cultu dignæ.

Nomine reliquiarum Christi et sanctorum, non intelligimus solum partes eorum corporum, sed vel quæ ipsis conjuncta fuere, ut vestes; vel ea quibus usi sunt dum viverent, ut instrumenta ; vel ea quæ ad eorum corpora fuerunt admota, ut semicinctia; vel ea quæ fuerunt ipsis instrumenta supplicii, ut catenæ Petri, etc. Unde non solum veram Christi crucem veneramur, sed etiam ea omnia per quæ et in quibus salutem nostram oparatus est, clavos, lanceam, tunicam, fascias, lintea, montes Sion, Olivarum, Calvariæ, præsepe Bethlehem, monumentum, etc.

Prob. 1° *exS. Scriptura.* Genes. 50 et Exod. 15, ossa Jacob et Joseph cum magno honore conservantur et transferuntur ex Ægypto. 4 Reg. 15, ossa Elisæi suscitant mortuum ex contactu. Isai. 11 dicitur de Christo : *EI erit sepulcrum ejus gloriosum.* Matt. 9, Ilemorroïssa tangit summa cum veneratione Christi fimbriam, etsanatur. Act. 19, fideles venerabundi tangunt sudaria ct semicinctia Pauli, ct curantur.

Prob. 2° *ex conciliis.* Concilium Nicænum secundum act. 7, definit imagines esse adorandas, ad modum ct formam vencrandæ ct vivificantis erucis. Concil. Trid. sess. 25 de *Invocatione sanctorum,* definit, « affirmantes sanctorum reliquiis vc-
» ncrationem atque honorem non deberi,
» vel eas aliaque sacra monumenta a tidc-
» libus inutiliter honorari, atque eorum
• opis impetranda causa sanctorum memo-
• rias frustra frequentavi,omnino damnan-
» dos esse, prout jam pridem eos damna-
▪ vit ct nunc etiam damnat Ecclesia. » Et initio capitis, declarat hunc cultum esse juxta catholicæ et apostolicæ Ecclesia
» usum, a primævis Christians religionis
» temporibus receptum; » aaeoque esse apostolicam traditionem.

Prob. 5° *cx Patribus.* Legatur S, Hieronymus tontra Vigilantium, S. Amhros. Horn. 91, 92, S. Greg. Nazianz. Orat. 2, S. Basilius supra Psal. 115, S. Aug. Senn. 11 de Sanctis, S. Damascen. Iib.4de Fide c. 12, S. Chrysost. Horn. 85 in Joan. Origenes Horn. 6 in c. 15 Exod. S. Cyrillii» Jerosolymit. Catechesi 25.

Prob. 4° ex miraculis factis adpræseutiam seu contactum sanctæ Crucis et reliquiarum sanctorum, quorum quædam refert S. Aug. lib. 22 de Civit, cap. 8. Toti mundo nota sunt miracula facta in inventione, exaltatione ct apparitione sanctæ Crucis facta Constantino Magno cum his verbis, *In hoc vince,* ut referunt Eusebius, Sosomenus, Paulus Diaconus, etc.

ibîd. a. 6. 0. — *Prob. ratione* fundati in verbis S. Aug. lib. 1 de Civit, cap. 15. Qui habet affectum ad aliquem, veneratur etiam ea quæ de ipso post mortem relinquuntur, non solum corpus aut partes corporis ejus, sed etiam exteriora puta vestes et similia : atqui manifestum est quod non solum Christum, sed etiam sanctos Dei in veneratione habere debemus, tanquam membra Christi, Dei filios, et amicos, et nostros intercessores : ergo eorum reliquias qualescumque honore congruo in eorum memoriam venerari debemus. Ver-.jd autem S. Augustini, unde D. Th. desumit hoc argumentum, sunt hæc loco citato.·
« Si paterna vestis et annulus, ac si qui i
» est hujusmodi, tanto charius est posteri)
» quanto erga parentes est major affectus,
» nullo modo ipsa spernenda sunt corpo-
» ra, quæ utique multo familiarius atque
» conjunctius quam quælibet indumenta
» gestamus. »

ibid. λ. 4. 0. — Observandum, crucem in qua Christus pependit duplici ratione coli : uno modo in quantum repræsentat nobis figuram Christi extensi in ea; alio modo cxcontactu ad membra Christi, ct cx hoc quod ejus sanguine c?t perfusa : alia» autem cruces quæ ellingnuiur veneramur tantum ut imaginem Christi crucifixi.

ibid. — *Dico* 2°. Si crux et aliæ reliquis Christi et sanctorum apprehendantur simul cum eo cujus sunt reliquiæ tanquam

unum totale objectum , eodem cultu adorantur : Christus quidem aut sanctus primario et propter se ; reliquiæ secundario et propter Christum aut sanctum : sicut, inquit S. Duci, eadem veneratione veneramur regem et ejus vestimentum : unde concludit crucem qualemcumque adorari *latria,* scilicet respectiva, eo modo quem explicuimus supra de imaginibus ; eadem enim est ratio de reliquiis hoc sensu consideratis.

Si vero reliquiæ considerentur præcise secundum relationem quam habent ad Christum aut sanctum cujus sunt reliquiæ, quatenus fuerunt aliquid illius, aut eum tetigerunt, ut diximus de imaginibus tertio modo consideratis, tunc adorantur cultu inferiori qui analogice et reductive tantum pertinebit ad genus cultus sancio exhibiti. Idem est ac de imaginibus tertio modo consideratis.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Nullus pius filius veneratur contumeliam patris sui, puta flagellum (pio flagellatus est, vel lignum in quo fuit suspensus. Ergo.

ibîd. ad 1.— /i. *N. conseq.* Disparitas est, quod flagellum et patibulum patris consideratur a filio ut opprobrium ct malum patris tantum; si enim fuissent patri causa exaltationis ct filio liberationis cx acerba tyrannide, illa in pretio haberet. Nos autem veneramur crucem, clavos, lanceam sub secunda consideratione, quatenus fuerunt instrumenta triumphi Christi et nostra liberationis.

Inst. Saltem præter veram crucem, aliæ non videntur adorandæ. Ergo. *Prob. ant.* Licet adoremus veros clavos, veram lanceam, verum præsepe, verum sepulcrum, non tamen adoramus omnes alios clavos, omnes lanceas, omnia præsepia, omnia sepulcra, etc. Ergo.

R. N. ant. Ad prob. N. conseq. Disparitas est, quod ista omnia non repræsentantimaginemChrislisicutcrux, crux enim de novo facta non solum est imago primitivæ crucis, sed etiam ipsius Christi, (piem nobis slatim exhibet in ea extensum ; nullum enim nunc habet alium usum apud nos, post edictum Constantini qui prohibuit sontes crucifigi ; imo nec ista omnia rant imagines eorum quæ fuerunt inslrumenta passionis Christi, sicut crux est imago crucis in qua pependit; ad imaginem enim non sufficit omnis similitudo, sic, frater non dicitur imago fratris, nec ovum imago alterius ovi; sed requiritur quod unum exprimatur ex allero ad ejus similitudinem, sicut nunc cruces omnes fiunt ad exprimendam primam : at vero non omnes clavi, lances præsepia fiunt aut eriguntur ad repraesentanda illa quæ fuerunt instrumenta passionis Christi, sed ad alios usus ; si tamen in hunc finem criserentur, sua veneratione non carerent, ut cum pinguntur in imagine cum cruce.

Jlepones. Si adoremus instrumenta passionis et alia, ratione contactus, sequitur quod pariter potuissent adorari labia Judæ, manus crucifigentium Christum, asinus cui insedit, etc. atqui hæc sunt absurda : ergo.

P. Certum est rem ex contactu ad aliquam personam excellentem, secundum communem æstimalionem hominum, contrahere ordinarie aliquam dignitatem et venerabilitatem qua fit ut habeatur in majori pretio quam ante; sed ad hoc requiritur quod moraliter loquendo censeatur participasse aliqualiter ejus excellentiam aut sanctitatem, et quod nihil obstet in ea venerationi. *Hoc notato,* .V. *sequelam argumenti;* labia enim Judæ et manus crucifigentium nullatenus participaverunt sanctitatem Christi, sed potius malitiam eorum quorum erant membra et paries vitales, ita ut fuerint instrumenta immediata passionis non tam ut erat passio quam ut erat actio scelerata ; potest enim sub hac duplici ratione considerari passio Christi : crux autem, clavi et aliæ res inanimes fuerunt instrumenta immediata passionis Christi ut passio erat sanctissima, mediata tantum actionissceleratæJudæorum. Quantum ad asinum, repugnat ipsi deferri adorationem, quia erat brutum et fuisset ignorantibus occasio idololatrandi. Adde quod Christus non insederit immediate asino, sed vestimentis superpositis.

f rgebis. Exhacsententia sequitur quod cruces quæ sunt in plateis et locis indecentibus, x el quæ exprimuntur manu vel digito, debeamus adoraro, quod videtur absurdum.

/t. equidem cruces non debere erigi in locis indecentibus : unde Theodosius im-

neralor prohibuit ne humi pingerentur vel sculperentur, propter periculum eas pedibus calcandi, 1. 1 cod. Iit. 8, I. *Cum sit nobis.* Ubi tamen reponuntur, veneratione dignæ sunt, etiam cruses digito vel manu formatai, ut docent SS. Patres citati a Nugno, Dionysius. Cyrillus Jerosol. Athanas. Basil. Chrysost. etc.

Obj. 2°. Deus, Deuteron, cap. ult. abscondit corpus Moysis necoleretur a Judæis. Christus Luc. 11 et Matt. 25, arguit Judæos quod sepulcra Prophetis erigerent. Ergo.

B. adpi imum, id esse factum a Deo ne corpusMoysis coleretur ut deus a Judæis, qui valde erant propensi ad idololatriam. ItaS. Chrysost. Hom. 5 in Matth. Nec obstat quod non coluerint eum viventem ut Deum, ipsum enim tunc audiebant sæpe dicentem unum esse Deum, se vero servum ; post mortem ejus vero obliti sermonum et memores mirabilium quæ fecerat, facile potuissent eum ceu Deum colere, ut fecerunt serpentem æneum.

Ad secundum, B. Christum his in locis non reprehendere Judæos præcisc quod sepulcra Prophetis erigerent, sed quod non imitarentur eos quorum monumenta magnificabant, sed potius patres suos qui Prophetas occiderant, atque ita seipsos condemnarent·, quærebant enim ipsum occidere : unde dicit eos consentire openbus majorum suorum. Ita Chrysost. Horn. 75 in Matth. Ambros. ct Bedain cap. 11 Luc.

Obj. 5°. Concilium Illiberitanum can. 54, prohibet ne cerei per diem accendantur in coemeteriis : *Inquietandi enim,* inquit, *spiritus sanctorum non sunt.* Et D. Hieronymus Vigilando objicienti idololatriam esse accendere de dic cereos coram reliquiis, nihil aliud respondet quam cos solos id facere *qui zelum Dei habent, sed non secundum scientiam.* Et S. Aug. lib. de Moribus Ecclesiæ cap. 54, reprehendit sepulcrorum et imaginum adoratores. Ergo.

B. ad concil. Illiberit. ibi tantum prohibere superstitionem gentilium, qui accensis cereis ct variis aliis superstijiosc adhibitis animas defunctorum evocabant quasi illic adessent, talis enim evocatio est quædam inquietatio : sic anima Sainuelis evocata l'ytahonissa, dicit : Quare *inquietasti me?* 1 Reg. 28.

Ad S. Hieronymum, ibi tantum culpare eos qui superstitiose accendebant cereci coram reliquiis martyrum, putantes eo‹› ni cereis accensis illustrari ; quia objecer e n Vigilantius per ironiam Mfiynuni *honorem prwbent hujusmodi homines biaiii· simis martyribus, quae putant de ei/... simis cereis illustrari.* Seclusa autem b- superstitione ibidem probat id esse pium ct licitum : « Quicumque, inquit, accen- « dunt cereos, secundum fidem suam In- » bent mercedcm ; » huneque usum probat, quia ad lectionem Evangelii accenduntur cerei. Idem probat in Epist. ad Riparium et in Vita Paulæ.

Ad S. Aug. B. ipsum eo loci non loqui de sanctorum sepulcris seu imaginibus, sed quorumlibet defunctorum : damnat ergo eos qui defunctorum manibus ad eorum sepulcra seu imagines more gentium parentabant, offerentes cis panem el vinum, aliasque epulas, quibus deinde se ingurgitabant et inebriabant. *Patet ex ejus verbis .·* « Novi, inquit, mullos esse sepulcro- » rum et picturarum adoratores, novi rnul- » tos esse qui luxuriosissime super mor- » tuos bibant et epulas cadavei ibus cxlii- » bentes super sepultos, seipsos sepeliant » ct voracitates ebrietatesque suas depu- » tent religioni. » Quod autem non negaverit S. August, religiosam venerationem sepulcrorum sanctorum, patet ex his verbis Epist. 42 ad Madaurenscs : « Videtis » imperii nobilissimi cminenlissimuin cnl- » men ad sepulcrum piscatoris Petri sub- » misso diademate supplicare. »

Obj. ultimo, sæpe falsas reliquias venditari et coli pro veris, quod jam sæpe deprehensum est, et insinuat S. Aug. lib. de Opere Monach. cap. 18, ubi cum dixisset monachos quosdam circumferre reliquias martyrum, subdit : *si tamen martyrum.* Adde tot esse ejusdem generis reliquias, ut oporteat vel cumdcm sanctum habuisse inulta corpora, vel inultas reliquias e»c falsas. Ita Calvinus.

B. N. ant. de reliquiis quæ auctoritate legitima in ecclesiis venerationi fidelium proponuntur, dc iis enim tantum loquimur; semper enim Ecclesia diligentiam adhibuit ne fraudes 't-reperent, maxime post decretum conciiA Lateranensis quo cavetur ne ulla' reliqmæ publice exponantur absque sufficienti examined approbatione. i\on mirum est autem S. Augusti-

num dubitasse de reliquiis quas privati quidam monachi circumferrent. Quoad id quod additur de multiplicatione ejusdem rcliquiæ, *D.* id accidere ex co quod divers® partes ejusdem corporis sint in diversis locis et a parte denominetur totum : sic toti quadraginta martyres (ut scribit Rasilius Orat, in quadraginta Martyres) dicebantur esse in variis urbibus, quia quælibcl civitas habebat aliquam partem eorum. EtThcodorct. lib. 8 dc Martyribus, advertit corpora martyrum raro inveniri integra in sepulcris, sed in variis locis esse distributa.

Cæterum *dato* poss_ absolute loquendo aliquando falsas reliquias irrepere pro veris, non ideo tamen ab omnium cultu abstinere debemus, sufficit enim ad earum cultum licitum moralis certitudo de earum veritate ; sicut eadem moralis certitudo sufficit ut adoremus hostiam consecratam, etsi possit accidere quod non sit consecrata. Adde quod sæpe sit error materialis tantum, ita ut dicantur rcliquiæ unius sancti, quæ tamen sunt alterius.

Quœritur utrum mater Christi sit adoranda adoratione *latriœ ?*

Q. 25. n. 5. o. — *II. negative. Prob.* Non est adoranda *latria* absoluta, quia est pura creatura; neque respecliva, quia cum sit creatura rationalis, est propter propriam excellentiam adoranda. Ergo. *Patet ant.pro prima parte. Prob. pro secunda.* 1° Quia si creatura rationalis quæ ratione sui digna est veneratione, adoraretur *latria* respecliva, præberetur occasio existimandi quod talis adoratio ipsi tribueretur ratione propri® excellenti®. 2e Quia adorari *hyperdulia* propter se est , quid majus ct nobilius quam adorari *latria* propter aliud. Licet enim *latria* sit species cultus perfectior cl dignior quam *dulia* seu *hyperdulia,* in individuo tamen actus *duliœ* potest esse perfectior ct dignior actu *latriœ :* sicut v. g. licet justitia sit virtus specie perfectior temperantia, potest tamen actus temperanti® summus esse in individuo perfectior actu justili® infimo; et id contingit in actu relativo *latriœ* et absokilo *hyperdulia* ,-quia actus *latriœ,* licet quatenus absolutus est et terminatur ad Deum, sit perfectio ct perfectissimus; ut tamen est relativus et terminatur ad creaturam insensibilem, non est perfectior nec inde habet quod sit *latriœ,* nisi materialiter, ut diximus.

Dices. Conjunctior fuit Christo i.: ter ejus quam crux. Ergo.

ibid. ad5.—Ji. *C. ant. N. conseq.* Quia crux cum sit res insensibilis, incapax secundum se honoris, non ratione sui, sed ratione alterius adorari debet : beata autem Virgo, cum sit secundum se honoris capax, honoranda est cultu qui ei debetur secundum se, propter rationes allatas.

Depones. Honor matris refertur ad filium : atqui Filius adoratur *latria :* ergo.

ibid, od 2. — *II. D. ant.* Honor matris refertur ad filium ut ad finem, *C.* ut ad objectum quod eadem adoratione simul adoratur, *N.* Adoratio autem imaginis refertur ad exemplar sicut ad objectum seu terminum, qui eodem actu adoratur, ut diximus.

Sunt tamen quidam recenliores, quo* tacito nomine refert Nugno, qui existimant B. Virginem, propter intimam suam conjunctionem ad Christum ejusque maternitatem, posse saltem cultu interno adorari *latria* respecliva; sed non videtur communis hæc opinio, magisque standum communi praxi fidelium et sensui Ecclesi ■, quæ B. Virginem veneratur cultu quidem inferiore ad divinum quia est creatura, sed superiore ad alios sanctos, scilicet *hypt rdulia,* quia est excellentissima creatura, non solum ratione plenitudinis grati®, sed etiam maternitatis Dei. Et sic media via incedit inter duashæreses, scilicet \n:idicomarianitarum, qui nimis humiliter dc illa sentiebant, apud Epiphan. Hæresi 77 et 78; ct Collyridianorum, qui in aliud extremum declinantes, honores divinos ipsi deferebant, collyridas seu placentas ei offerentes iu sacrificia : apud cuindem Epiphan. Hæresi 79.

Finem huic tractatui hic ægrc imponimus : plurima enim utilia, pia et curiosa circa mysteria vilæ ct passionis Christi Salvatoris plus quam angelice tractat S. Thom. a quæslione 26 ad 59, quibus immorari quasque discutere maxima fuisset voluptas, nec minor utilitas; sed quia de iis vix aut ne vix disputatur in scholis, et præsens tractatus jam nimium pro instituto nostro excrevit, illa omittere cogimur, et lectorem Christianum et curiosum ad Auctorem nostrum remittere.

TRACTATUS

DE MYSTERIIS CHRISTI

D. Th. 5 p. a. Q. 27 ad 60.

q . 27 Proœm. — Discussis in tract. de Incarnatione quæ spectant unionem Dei et hominis et quae ad illam consequuntur, gratum fore existimavi lectori pio ac curioso, si speciali tractatu expenderem cum Angelico Doctore quæ Filius Dei incarnatus in natura humana sibi unita gessit vel passus est. etiamsi ista scholarum disputationibus subjici non soleant.Expendemus itaque J° ea quæ pertinent ad ingressum ejus in mundum ; 2° ea quæ pertinent ad progressum vitæ ipsius in hoc mundo ; 3° exitum ejus ex hoc mundo; 4° ea quæ pertinent ad exaltationem ipsius post hanc vitam. Et quia beatissima ejus Mater pertinet ad ingressum ipsius ia mundum, ideo sit

DISSERTATIO I.

DE BEATISSIMA VIRGINE MARIA, MATRE CHRISTI.

D. Th. QQ 27, 28, 29, 50.

ARTICULUS 1.

De sanctificatione BcalxMarixKirginis.

D. Th. Q. 27.

Quatuor in hoc articulo quæruntur : primum, utrum B. Virgo mater Dei fuerit sanctificata in utero; secundum, utrum per hanc sanctificationem fomes fuerit in ea totaliter sublatus : dicitur fomes appetitus sensitivus, non secundum se, sed ut habilualiter inclinatus ad actus contrarios rationi; tertium, utrum B. V. nunquam peccaverit etiam venialiter;quartum, utrum habuerit plenitudinem gratiæ.

q .27.3. 1. 0.—*Dico* 1°.QuamvisScriptura sacra nihil dicat de sanctificatione B. Mariæ in utero, sicut nec de ipsius nativitate ; rationabiliter tamen creditur fuisse in utero sanctificatam : an in primo vel secundo instanti conceptionis, non disputo. Vide quæ dixi de peccato originah.

Ibid. — *Prob.* Rationabiliter creditur quod illaquægenuit Unigenitum a Patre, plenum gratiæet veritatis, præcætcrisomnibus major» privilégia gratiæ sanctificationis acceperit : unde angelus Lue. 1 ei dixit : z/fe, *gratia plena.* Atqui invenimus quibusdam aliis hoc pris ilegium fuisse concessum ut in utero sanctificarentur, sieut Jeremiæ,cui dictum est, Jerem *{-.Antequam exires de vulva, sanctificati ti;* et Joanni Baptistæ, de quo dictum e»t, Luc. 1 : *Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.* Ergo.

ibid. a. 5. 0. — *Dico* 2°. Per hanc primam sanctificationem fomes non fuit totaliter sublatus in B. Virgine, sed persecandam tantum in conceptione Christi.

1° Quia SS. Patres, S. Leo Scrm. 2de Naliv. S. Joan. Damascen. lib. 4 Orthod. fid. cap. 15, S. Bernard. Scrm. SdePurif. et Horn. 5 super *Missus,* dicunt B. Virginem ex conceptione (ihrisli fuisse purgatam et purissimam factam : remanebat ergn tunc in ea aliquid purgandum; non peccatum : ergo infectio fomitis.

ibid. — 2° Quia sicut ante immortalitatem carnisChristi resurgentis nullus adeptus fuit carnis immortalitatem; ita inconveniens esse videtur dicere quod ante Christi carnem, in qua nullum fuit peccatum , caro Virginis matris ejus, aut cujusvis alterius fuerit absque fomite, qui dicitur lex carnis seu membrorum.

ibid. — Fuit tamen in B. V. ligatus fomes per primam sanctificationem, quatenus per virtutem gia iæ et providentiam singularem cohibeanturvires inferiores,ne moverentur contra rationem. Unde sequitur nulluni unquam fuisse in B. V. motum inordinatum eliam indeliberaluin,

ibid. a. 4. 0. — *Dico* B. Virgo minquam peccavit etiam venialiter.

ItacommunîterSS.PP.et theologi.Unde Trid. sess. 6, can. 23, dicit quod Ecclesia teneat B. Virginem, ex speciali privilegio, intota vita sua vitasse omnia peccata etiam venialia.

Ibid. — *Prob.* Illos quos Deus elegit ad aliquid ita præparat ct disponit, ut ad id ad quod eliguntur inveniantur idonei : B. autem Virgo fuit divinitus electa ut esset mater Dei; ct ideo non est dubitandum quin Deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddiderit. *Subsumo.* Atqui non fuisset idonea mater Dei, si peccasset aliquando. Ergo. *Prob. subsumpl um.* 1°Quia sicut honor parentum redundat in prolem secundum illud Prov. 17, *Gloria /iliorum Patres eorum;* ita per oppositum ignominia matris redundasset in prolem. 2° Quia singularem affinitatem habuit ad Christum, qui ab ea carnem accepit : dicitur autem 1 Corinth. 6: *Quæ conventio Christi ad Bellati* 5° Quia singulari modo Dei Filius, qui est Dei sapientia, in ipsa habitavit, non 'dum in anima, sed etiam in utero; dicitur autem Sap. 1 : *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in torpore subdito peccatis.* Ergo.

Dices 1°.S. Chrvsost. lIom.45inMatth. exponens illud Matlh. 12, *Ecce Mater tua d fratres tui foris stant quœrentes te,* dicit : « Manifestum est quod solum ex vana gloria hoc faciebant. » Et super illud Joan. 2, *Finum non habent*, dicit idem S. Chrysost. Horn. 40 in .loan, quod Mater Jesu « Volebat jam eum gratiam hominum conciliare, et seipsam clariorem facere per Filium, et fortassis quid humanum patiebatur, quemadmodum et fratres ejus, dicentes *'Manifesta te ipsum mundo.* » Et post pauca : « Nondum enim quam oportebat de eo opinionem habebat. » Atqui constat hoc totum esse peccatum : ergo.

itid. ad 5. — *B.* uno verbo cum Auctore, S. Chrysost. in illis verbis excessisse contra communem SS. Patrum et Ecclesiæ sensum.

Inst. Christus Joan. 2 reprehendit Matrem dicens . *Quid mihi ct libi, mulier I* Ergo peccaverat.

h. Hac verba non esse reprehendentis, sed instruentis circumstantes se nihil habere commune cum Matre, ubi agitur de miraculis, quæ sunt propria opera divinitatis, non humanitatis quam habebat a Matre. Quod autem quidam SS. Patres dicunt verba Christi esse reprehensionis, intelligent! sunt non de reprehensione proprie dicta propter culpam, sed de reprehensione quoad apparentiam tamum; quatenus si verba nude specientur, habebant speciem reprehensionis; seu, ut dicit Auctor,— Ibid. — in Matre cohibuit Dominus non inordinatum gloriæ motum quantum ad ipsam, sed id quod ab aliis posset aestimari.

Quod autem addit Christus : *Nondum venit hora mea,* quidam intelligunt de hora seu tempore mortis suæ; quia familiare erat Christo designare suam passionem per hanc vocem *hora,* in qua debebat agnoscere Matrem. Alii intelligunt de tempore patrandi miracula; quia nondum tunc omnibus innotuerat defectus vini, quod requirebat Christus, ut per hoc miraculum evidentius probaret suam divinitatem.

Dices 2°. B. Virgo poterat orare : *Dimitte nobis debita nostra.* Ergo.

B. sic potuisse orare, non in sua, sed in aliorum persona.

Ibid. a. 5. 0. — *Dico4°.* B.Virgo majorem præ omnibusaliis, sive angelis sive hominibus , habuit gratiæ plenitudinem; quia quanto aliquid magis appropinquat principio in aliquo genere, tanto magis participat effectum illius principii : atqui (Ihristus est principium gratiæ, secundum divinitatem quidem auctoritative, secundum humanitatem vero instrumcntaliter, et B. Virgo illi fuit propinquissima secundum humanitatem,quia cx ea accepit humanam naturam : ergo.

ARTICULUS II.

De B. Firginis parentibus, ortu , educatione et oblatione in templo.

Circa saeculum octavum invaluit opinio apud Græcos, deinde apud Latinos quosdam, B. Virginem a parentibus Joachim et Anna senibus et sterilibus miraculose in lucem editam esse, eam ætatis suæ anno tertio ex voto parentum in iemplo fuisse oblatam , ac tunc virginitatis voto se astrinxisse; traditam levitis ct sacerdotibus ad educationem, in templo, imo in Sancto sanctorum per undecim annos fuisse commoratam et eœlesli pabulo enutritam, donec annum decimum quartum assecuta,

tradita fuerit in matrimonium Josepho virgæ florentis indicio designato, qui virginitatem ejus custodiret, non violaret. Quærimus utrum hæc omnia sint vera.

Dico 1°. Hæc omnia sunt dubia et incerta; quia sunt excerpta exscriptis partim spuriis ct apocryphis, partim recenlioris ætatis. Quantum ad S. Greg. Nissen, qui laudatur, id refert ex historia incerti auctoris; similiter Epistola Evodii apostolorum in sede Antiochena successoris, qu c citatur, habetur apocrypha : cæteri sunt recentioris ætatis.

Equidem Raronius mullis argumentis probat id fieri potuisse s at non sequitur ita facium esse, imo non fuisse ita factum duo suadent. Primum : si B. Virgo tanto honore tanlisque privilegiis fuisset decorata, nunquam Judæi Christo in probrum venissent ejus Matris vilitatem, ut ejus miracula, sapientiam et virtutes deprimerent; neque dixissent Matth. 15: *Unde huic sapientia hæc ct virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria? Unde ergo huic hæcomnia ista ?*

Secundum; quia juxta Apost. Heb. 9, nemini nisi summo pontifici semel in anno licuit Sanctum sanctorum ingredi ex mandato Dei, Exod. 50 et Lev. 17. Quæ religio vigebat adhuc apud Judæos tempore Philonis,ut ipse testatur in libro de Legatione ad Cajum imperatorem. Nullatenus autem est verisimile sacerdotes et levitas admisisse aut tolerasse, contra religionem suam ct Dei mmdatum, in Sancio sanctorum commorantem puellam, cujus dignitatem et excellentiam ignorabant; neque enim eam futuram Dei matrem sciebant.

/11, inquies, quid ergo Ecclesia celebrat die vigesima prima Novcmb. sub nomine PræscntalionisB. Virginis?

Jl. Celebrat Ecclesia actum illum pientissimum ct generosissimum quo B. Virgo se adhuc tenera retate voto virginitatis astrinxit , atque professione vitæ perfectionis se Deo dicavit atque consecravit; quod factum esse in templo creditur. An autem hæc onialio lacta fuerit a parentibus ex voto? an triennis obi ita fuerit puella? an in sacerdotum disciplinam tradita? an in Sanctum sanctorum inducta et ibi undecim annis commorata? an decimo quarto anno ætatis Josepho florescentis virgæ indicio dc-i tialo in matrimonium tradita,nec dicit nec colit Ecclesia. Imo cum olim in oratione festi Præscntalionis legeretur *Dtui qui sanctam tuam Genitricem tabernaculum sancti Spiritus post ivienniumin templo præsentari voluisti* , Sixtus Vjtir sit hanc orationem emendatam sic lesi, prout hodie legitur : *Deus qui B. Marian semper virginem Spiritus sanciihabitaculum hodierna die in templo prtesenlan voluisti, præsta, quæsumus^* etc.

Dico 2. Parentes B. Virginiscolunlura!i Ecclesia subnominibusJoac/iiniiel.-imw; sed incertum est an sint vera et proprii eorum nomina, an ratione mystics significationis tantum imposita. *Joachim* eniii hebraice significat *præparalionem Domini , Anna* significat *gratiam.* Aon pauci putant nomen proprium patris B. Virgini· esse *Deli,* ut dicemus dum de genealogia Christi. Cælerum in id curiosius inqtiirert superfluum reputat S. Petrus Damianm Scrm. 5 de Nativit. Quia, inquit, *lector nimisinutililerquœrit quod Ævangtlida narrare superfluum duxit.*

ARTICULUS III.

Dc virginitate B. Marite.

D. Th. Q. 23.

Dico 1°. B. Maria virgo concepit, virgo peperit.

ɑ. 28. α 1. ct 2. — Prima pars est contra Cerinthum, qui dicebat Christum et semine Joseph conceptum; secunda,contra Jovinianum, qui, licet agnosceretD. Mariam fuisse virginem in conceptu, volebat tamen in partu fuisse corruptam,ul refert S. Aug. Hæres. 82 et I. 1 coiit. Julian. c. 2.

Utraque pars est de fide. Constat i° ex illo Isaï.c. 7 : *Ecce virgo concipiet cl pariet filium.* Neque dicas cum quibusdam Judæis, vocem hcbrxam *haalma* non significare virginem, sed puellam adolocentulam , sive virginem sive non ; observant enim linguæ hebraïcæ periti vocem hanc *haalma,* cum articulo einphalico*ha,* nullibi usurpari in S. Scriptura nisi pro puella virgine. Aliunde Isaïas hoc loco praenuntiat portentum ingens ct inauditum : quid vero novi et portenti haberet, si puella virum experta sit filium paritura? Lude Matth, cap 2, volens probare Christum esse conceptum ex Spiritu sancto, dicit : *Hoc totum factum est, ul adim-*

pleretur quod dictum est (t Dominoper Prophetam dicentem · Ecce virgo inutero habebit, et pariet /ilium.

2° Constat ex Symbolis Apostolorum et Constantinopolitano, in quibus dicitur Christus *conceptus ex Spiritu sancto , natus ex Maria virgine.* 3° Constat ex perpetua traditione Ecclesiae. Plurcs congruentias pro utraque parte affert S. Th. 1 et 2 articulo hujus quæst. quas videre potest curiosus lector.

Exivit itaque Christus ex utero clauso penetratione mirac.ulosa, sicut post resurrectionem intravit ad discipulos, januis clausis. Atque hinc sequitur quod B. \ irgo peperit absque dolore ; causa enim dolorum in partu est apertura seu fractura claustrorum, quæ hic abfuit.

Dices. S. Ambrosius in cap. 2Luc. dicit de Christo : « Ilicest qui aperuit matris suæ » vulvam, ut immaculatus exiret. » Ergo.

ibid.a. 2. ad 1. — *B.* quod ista apertio non significat reserationem claustri pudoris virginei, sed solum exitum prolis de utero matris. Unde idem S. Ambrosius 1. de Instil. Virg. c. 8 dicit : « Bona porta » Maria quæ clausa erat ct non aperiebatur; transivit per eam Christus , sed non » aperuit. »

Ibid.a. 5. o. — *DicoVP.* B. Maria post partum virgo permansit.

Est iterum de fide contra Helvidium, qui dixit .Matrem Christi post partum a Joseph fuisse carnaliter cognitam ct alios genuisse filios.

Ib. in n. s. c. — *Prob.* 1° ex illo Ezecb. *U: Porta hæc clausa erit ct non aperietur, ct vir non transibit per eam, quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam.* Quod exponens S. Aug. Scrm. 18 de Temp, dicit : « Quid est porta in do- » mo Domini clausa, nisi quod Mariasein- » per erit intacta? Et quid est, *homo non* * *transibit percam,* nisi quod Joseph non «cognoscet eam? Et quid est, *Dominus* » *solus intrat ei egreditur per eam,* nisi » quod Spiritus sanctus imprægnavit eam, » et angelorum Dominus nascetur per eam? » Et quid est *'datisa erit in ectcrnum,* • nisi quod Mana virgo est ante partum , » et virgo in partu , etvirgo post partum?» Eodem sensu allegoria* exponunt hunc, locum alii SS. Patres et interpretes.

2· Hæc est Ecclesiæ calholicæ traditio et fides adeo indubitata et universalis, u- i omnibus suis officiis Mariam semper virginem, vir.inem prius et posterius, virginem ante partum , in par'u et post partum, unanimi consensu celebret, ‹·ı hoc ipso quo quis profert nomen *Maria:,* stati.n virgo inlclligitur. « Neque enim , inquit » Epiphan. Hæres. 78, altera videturS. Ma- » riæ vox et virgo. » Unde in quinta sy- ɳ nodo generali dicitur : « Mariæ virgini- ɳ tas ante partum , in partu et post partum » interminabilis. »

ibid. o. 5° Suadent variae rationes Auctoris. 1° Error Helvidii derogat perfectioni Christi, qui sicut secundum divinam naturain Unigenitus est Patris tanquam perfectus per omnia Filius ejus, ita decuit ut esset unigenitus Matris tanquam perfectissimum germen ejus. 2° Hic error injuriam facit Spiritui sancto, cujus sacrarium fuit uterus virginalis, in quo carnem Christi formavit : unde non decebat quod de caetero violaretur per commixtionem virilem. 5° Derogat dignitati et sanctitati Matris Dei, quæ ingratissima videretur si tanto Filio contenta non esset, et si virginitatem quæ in ea miraculose conservata fuerat, sponte perdere vellet percarius com libitum. 4° Eliam ipsi Josepho esset ad maximam praesumptionem imputandum, si eam quam revelante angelo de Spiritu sancto Deum concepisse cognoverat, polluere attentaret. Ergo.

Obj. 1°. Matth. 1, dicitur de Maria ct Joseph : *Antequam convenirent, mvcita est habens de Spiritu sancto .· qu>>d* no i potest dici nisi de conventuris; sicut m ino dicet de non pransuro , antequam pranderet. Ergo. 2' Ibid, dicitur, Joseph *tccepit uxorem suam, et non cognoscebat cani, donec peperit Filium suum primogenitum :* τὸ *donec* significat tempus determinatum , quo Iit id quod usque ad illud tempus dilatum est. 5° *Primogenitus* non dicitur, nisi qui habet fratres sequentes. 4° Christum revera habuisse fratres exprimit S. Scriptura Joan. 2, ubi dicitur quod Christus descenderit in Capharnaiimeum Malreetfratribussuis.Ergo.

//. ad primum cimiS. Hieron. lib.cont. Helvid.de Pcrpet, Virg, Mariæ, quod,licet particula *antequam* sæpe consequentia indicis, nonnunquam tamen ea tantum qua cogitabantur aut solebant iieri ostendit:

necesse est ut c-'gMala vel solita fieri, fiant cum aliquid intervenit quod impedit ne fiant : s,tut si diceretur, Antequam nautæ in portu pranderent navigaverunt, non significaretur nautas pransissc in portu postquam navigaverint sed eos solitos et cogitantes prandere in portu, abiisse impransos. Ita similiter cum Evangelista dicit, *antequam convenirent, inventa est,* etc. non significat quod postea convenerint, sed quod dum secundum opinionem vulgi viderentur conventuri, pravenit conceptio per Spiritum sanctum, ex quo factum est ut ulterius non convenerint.

ibid, nd 5.— *Ad secundum, It.* ex eodem S. Ilieron. in Comment, ad 2 c. Matth. quod; quamvis usçweseu *donec* significet quandoque certum tempus, quandoqueetiam significet tempusindefinitum, ut cum dicitur Psal. 115 : *Oculi nostri semper ad Dominum, donec misereatur nostri;* non est sensus quod post impetratam misericordiam oculi avertantur a Deo, cum tunc debeant magis converti. Et secundum hunc modum loquandi, significantur ea de quibus posset dubitari, si scripta non fuissent ; cætera vero intelligentiæ nostra relinquuntur. Secundum igitur hum» modum Evangelista scribit Matrem Dei non esse cognitam usque ad partum, de quo posset dubitari; imo contrarium prasumi, ut multo magis intelligamus cognitam non fuisse post parium.

Ibid, ad 4. — *Ad tertium.* Primogenitus in S. Scripturis dicitur ante quem nullus est genitus, sive post eum alii gignantur, sive non. Unde secundum legem primogenita debebant redimi, antequam aliud nasceretur.

ibid, ad 5. —z/d *quarlum.* Secundum morem S. Scriptura,fratres Dominidicuntnr qui erant ejus consanguinei, ut patet de Abraham ct Loth,Genes. 15, et de Laban et Jacob, Gen. 29. Quoto autem gradu consanguinitatis, non constat. Plures volunt quod essent filii Cleophæ, qui aliter dicebatur Alphaeus, fratris S. Joseph, sicque erant secundum opinionem vulgi consanguinei Chvsti in secundo gradu. Alii dicunt quod essent filii Mariæ Cleophæ sororis B. Virg. et sityeipsa orant consanguinei Christi in secundo gradu.

ARTICULUS IV.

Dc voto virginitatis a Deipara emiw,

Quatuor hic quaerimus : primum, ulnia Deipara emiserit votum virginitatis; ‹?- eundum, cujus condition·* fuerit illudiotum, an conditionatum an absolutum;tertium, quandonam emisit ; quartam, an prima emiserit.

Q. 28. a. 4. c. — *Dico* 1°. Deipm emisit votum virginitatis. Est contra Calvinistas, qui inde vident probari vota monastica quæ odio habent.

Ib. in a. s. o. — *Prob.* 1° cx responso ipsius Deipa æ facto angelo nuntianti quod Christum conciperet et pareret : *Quomodo,* inquit, *fiet istud, quoniam virumnon cognosco* Quibus verbis objicit difficultatem quam patiebatur. Ista autem difficultas non oriebatur ex simplici proposito servandæ virginitatis, quod propria volunlate mulare poterat ; neque cx hoc quod actum cognitionis nunquam exercuerat, parius enim proponebatur futurus ab angelo : non repugnat autem quod quæ nondum cognovit virum, postea cognoscat, ct pariat ; neque repugnat quod postea cognoscat, nisi votum virginitatis emissum. Hanc ergo impotentiam cognoscendi It. A irgo his veritis exprimit : *Pirum* non *cognosco,* id est, cognoscere non possum: sicut dum abstemius dicit, *Non bibo* tinum, id est, bibere non possum; vel aecus, *Lumen caeli non video,* id est,videre non possum. Unde S. Aug. I. de S. Virginit. c. 4 dicit : Hoc profecto non diceret, nisi Deo virginem se ante vovisset.

Si dicas Deiparam non ignorasse Messiam nasciturum cx virgine, juxta illuti Isai. 7 : *Ecce virgo concipiet et parut; II.* id non ipsi slatim occurrisse ut ad sc pertinens : unde dicitur turbata in sermone angeli. Insupw *quomodo id fieri posset* (quod Mcssias nasceretur ex virgine) *ante non legerat,* impôt Vouer. Beda in cap. 1 Luc.

Prob. 2° *cx SS. Patribus.* Prater Aug. jam laudatum, S. Greg. Niss. Orat, in diem natalem Christi, Vcnerab. Beda supra cap. 1 Luc. S. Bernard. Serm. 4 sup r *Missus,* S. Edmerus lib. de Excellentia B. A . cap. 4 et alii votum B. Virginis astruunt.

Ibtd. o. 5° */latio suffragatur.* Per-

fectionis opera magis sinit laudabilia si cx volo fiant, ut docuimus 22. ad a. 6. q.88 : atqui virginitas debuit excellere in Matre Dei, propterea quod aliis virginibus proponenda erat in exemplum, et propter alias rationes congruentes, quas refert Auctor a. 1 hujus q. : ergo.

ibid. — *Dico* 2°. Probabile est Deiparam primum vovisse virginitatem conditionate, si nempe Deo placeret, aut aliud non ordinaret ; postea, cognita Dei voluntate, et accepto sponso secundum quod inores illius temporis exigebant, una cum ipso absolute vovisse.

Est expressa sententia S. Th. non solum hic, sed etiam in 4, dist. 50, q. 2, art. 1.

Prob. Erat Deiparæ justa ratio dubitandi num virginitatis votum Deo placeret, inio ct timendi ne ipsi displiceret : ergo prudens et religiosa Virgo illud absolute non emisit, sed conditionate, si Deo placeret, ne se exponeret periculo displicendi Deo. *Prob. ant. Esto* non fuerit tunepræceptum strictum saltem singulis vacandi generationi, cum jam esset sufficienter propagatum genus humanum et multiplicatus populus fidelis : attamen colere virginitatem, erat adhuc tunc contrarium moribus Israëlilarumpraesertim quoad mulieres : ergo Deiparæ justa ratio fuit, etc. *Prob. ant.* i° auctoritate Patrum. S. Aug. lib. de Dono Viduitatis cap. 7, dicit : « Sanctas fœminns propheticis temporibus • nubere obedientia, non concupiscentia • compellebat.» Idem habet S. Ilieron. lib. contra Helvid. c.lO;S. Bernard. Senn, de Virgine, ad illa verba Apocal. *Signum magnum apparuit in calo,* dicit B. Virginem vovendo virginitatem, *legis Molaicæ decreta transcendisse.*

Has autem auctoritates theologi, etiam ii qui liic nobis adversantur, exponunt de le-.eimproprie sumpta pro consuetudine quæ tunc vigebat apud Judæos, ut omnes nuberent ad propagationem populi fidelis, item de obedient ia et necessitate respective ad hanc consuetudinem : ct bene ex ipso S. August, qui lib. de Virginitate, c. 4, expendens votum a Deipara nuncupatum, dicit·. *Hoc Israëlilarum inores adhuc mutabant.* Ergo secundum SS. Patres, etiam fateutibus adversariis, colere virginitatem , erat adhuc tunc contrarium motibus israëlilarum. *Prob.* 2" *idem. ant.* Licet habeamus quxdam exempla virorum qui tempore Legis manserunt cœlibes, ut Josuë, Eliæ, Elisæi, etc. nulUm tamen legimus mulierem coluisse virginitatem. Id equidem quidam opinantur de .Maria sorore Moysis, sed aperte contradicit Joseph lib. 5 Antiquit.c.2, ubi dicit Mariam fuisse junctam matrimonio Huri, qui una cuir Aarone Moysis brachia in monte sustinebat, Exodi 17. Aliunde unius factum, sicut non facit, ita nec destruit morem. Ergo.

Dices 1°.SS. Patres qui votum virginitatis in Deipara agnoscunt, votum simpliciter dicunt, ncc distinguunt inter absolutum et conditionatum. 2° Quod est perfectius, est tribuendum B. Virgini : atqui perfectius est absolute vovere quam conditionale : ergo. 5° B. Alaria erat virginibus proponenda in exemplum : istæ autem absolute vovent. 4° Nulla est ratio quæ cogat agnoscere in B. V. votum tantum conditionatum : non praeceptum legis Judaica vacandi generationi, quia vel nullum fuit, vel saltem spectabat communitatem ; non singulos nisi in casu necessitatis,quæ tunc non erat : non matrimonium initum cum S. Joseph , quia essentia matrimonii consistit in jure mutuo ad copulam, non in ipso usu copulæ, ipii potest separari a jure; votum autem absolutum virginitati- non repugnat juri mutuo ad copulam, sed ipsi tantum usui copulæ. Ergo.

B. ad primum. Argumentum est negativum quod nihil probat. Insuper non erat ratio cur SS. Patres distinguerent inU r votum absolutum et conditionatum, eum utrumque B. V. emiserit.

Si dicas. Juxta SS. Patres B. A', emisit votum absolute ante matrimonium initum cum S. Joseph, quod nos dicimus emissum tantum inito matrimonio. Sic S. Aug. lib. de Virginit. cap. 4 : « Desponsata est, in» quit, viro justo, non violenter ablaturo, » sed potius contra violentos custodituro » quod illa jam voverat. » EtS. Greg. Aiss. in diem Natalis Christi : « Non liberorum » causa Josepho nupsit, quinimo nefas illi » fuit cognoscere virum. ·

B. laudatos Patres posse intclligi de voto conditionato, si Deus aliPr non ordinaret ; quandiu enim id non innotescebat illi, tenebatur voto. Adde quod bocarginnentni'i militet tantum contra circumstantiam temporis in quo dicimus emissum votum ab-1-

lutum, non autem probat quod ab initio j fuerit absolutum.

Ad secundum, D min. Perfectius est vovere absolute quam conditionate, secundum se, *C.* attendis circumstantiis, ut si esset periculum displicendi Deo per votum absolutum, *N.* Sic autem erat in casu. Adde quod Deipara etiam voverit absolute, ut jam dictum est, et quidem ante annuntiationem angeli. *Et per hoc patet responsio ad tertium.*

Ad quartum, It quod neque ratio præcepti stricte legis Mosaicæ, neque ratione matrimonii initi cum Joseph, dicamus Deiparam non vovisse absolute, sed quia *hoc mores Israclitarum adhuc recusabant,* ut dicit S. Aug. supra laud.

Ilis tamen non obstantibus, sententiam contrariam ut vere probabilem etiam agnosco propter rationes mox deductas, et quia a pluribus insignibus theologis etiam Thomistis propugnatur, ita ut videatur hodie communior. Et quantbm adD.Th. qui videtur aperte contrarius, observat noster SerriusS. Doctorem in sententiam voti conditional! hisse, delusum supposilitio testimonio S. Augustini, a Magistro Sententiarum et Gratiano laudato, cujus suppositionem S. Th. in sua ætate propter probato rum codicum penuriam deprehendere non potuit; sic enim S. Aug. loquentem inducunt Magister Sent. lib. 4, d. 30, et Gratianus can. *Sufficiat,*causa 27, q.2 : « Bea- » Ia Virgo proposuit se servaturam votum » virginitatis in corde; sed ipsum votum » non expressit ore ; subjecit se divins dis- » positioni; proposuit se perseveraturam » virginem, nisi Deus ei aliter revelaret, « committens virgo suam virginitatem di- • vinæ dispositioni ; consensit in carnalem » copulam, illam non appetendo, seddi- ʋ vinæ inspirationi in utroque obediendo. ∎ Postea vero simul cum viro labiis expres- » sit, etuterquein virginitate permansit. » Quo S. Augustini testimonio, bona (ide accepto, sententiam firmat S. Th. in q. cit. d. 30, q. 2, art. 1, dicens : « Et hoc est › quod Augustinus in littera tradit, quod › proposuit se persevewluram virginem, ›· nisi Deus aliter ordinaret. » Attamen nihil horum habctS. Aug.nequelib. de Aupt. et concup. qui apu l Magistrum Seni, citatur in margine, neque lib. de Virginitate ɪ n Gratiano notato.

Cæterum quidquidsit, cum utraque sententia admittat Deiparam vovisse absolute virginitatem, et sit tantum disputatio de tempore, an ab initio, ande^uesu temporis, quando novit ex divina revelatione id Deo placere, quod est contra liærcticos hodiernos, restant argumenta eorum solvenda.

Obj. Præceptum erat in Lege vacandi generationi, Gen. 1, v. 28, his verbis: *Crescite et multiplicamini et replete terram.* Quod Deus repetit post diluvium ibid, c. 9, v 1. Ergo Mater Dei non potuit absque transgressione et peccato vovere absolute virginitatem.

It. 1° hæc verba non esse Dei præcipicntis, sed benedicentis et promittentis fecunditatem; eadem enim legimus cap. cit. v. 22, dicta brutis, quæ non sunt capacia præcepti. 2° *Esto* fuerit, præceptum istud obligabat tantum perse, directe et primario communitatem, non privatos nisi in casu necessitatis propter propagationem generis humani et multiplicationem populi fidelis, ut probavi in tract, de Matrim. dissert. 1, art. 1, § 2, et docet S. Th. in 4, d. 57, q. 5, a 2, ad 2 : tempore autem B. Virginis ex neutro capite necessitas urgebat; sufficienter enim propagatum erat genus humanum, et multiplicatus populus fidelis.

Inst. 1°. Exodi 23, v. 26, legitur : Λ'οη *erit infacunda ct sterilis in terra tua.* Et Deuteron. 7, v. 14 : *Non erit in te sterilis tam in hominibus quam de gregibus luis.* Ergo.

B. ut ante, 1° non esse prohibitionem colendæ castitatis, sed promissionem fuitiræ fecunditatis; non enim sterilitas seu fecunditas subjacere potest præcepto, cum non sit in potestate hominis, neque pecora sint capacia praecepti. 2° Si sii præceptum, non afficit singulos nisi in casu necessitatis, qui tum non erat.

Inst. 2°. Saltem in vct.Testam.sterilitas erat probrosa, et instar maledictionis habebatur : Oseæ 9 - *Da eis vulvam sterilem; Hache],* Gen.50,ubi peperit lilium; *Abstulit,'nu\\iü, Deus opprobrium meum.* E contra fecunditas pro benedictione et summa felicitate habebatur : Isat. 26 : *Beatusquihabet si men* inôion.-et Luc. l Elizabelh propter natum Joanucm Bapt. Con- l *gratulabantur vicini cl cognati, quia*

magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa. Ergo.

Λ. *D. ant.* Sterilitas ex impotentia in conjugatis, qui cum vellent generare non possunt,erat prob-osa. *C.* sterilitas ex electione in virginibus, quæ cum possent generare, nolunt majoris perfectionis studio, *N.* Similiter de fœcunditate, est summa felicitas ct benedictio iu conjugatis, quia assequuntur quod optant in conjugio : at major est (elicitas ct benedictio servata virginitas, quia virgines bonmn excellentius quod quærunt, scilicet carnis incorniptioncm, assequuntur, juxta illud Sap. 5 : *Felix est sterilis incoinquinata, quæ nescivit Iliorum indcliclo;habebit fructum inrcspcctione animarum sanctarum.*

Quantum ad quosdam Patres qui videntur agnoscere legem vacandi generationi, explicuimus supra de lege impropriesumpta pro moribus ct consuetudine Israclitarum.

Dico 5°. Constat ex prima conclusione Deiparam votum virginitatis absolutum emisisse antequam salutaretur ab angelo, cui ideo respondit : *Quomodo fiet istud, quoniamvirumnon cognosco?*id est, cognoscere non possum ob votum virginitatis, ut exposui loco citato. Si namque votum fuisset conditione suspensum, si Deo placeret, aut aliud non ordinaret, ex nuntio angeli slatim intellexisset id Deo non placere, sed aliud ordinasse, neque respondisset, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco,* id est, cognoscere non possum, cum se sensisset solutam a voto conditionato, conditione non puri Picata.

Qui tenent votum fuisse ab initio condi* liODatum, dicunt emissum fuisse absolute post matrimonium contractum cum S. Joseph; alii ante matrimonium. Quovero celatis Deipara anno, incertum æslimant.

Dùo 4°. Juxta quosdam SS. Patres, Deipara mortalium prima virginitatem vovit camque ex voto servavit.

Prob. S. Bernardus Scrm. de Virg. in hæc verba Apocal. *Signum magnum ap [aruit in cado,* dicit : « Propositum vir- • ginilatis et ipsius quoque propodli novi tas virginitatem carnis illustrat, quod vi • deliret in libertate spiritus, legi» Mos i- • cædecretrt iransccnileiis, illibatam De » corporis et spiritussanctimoniam vovit. · S.Anselmusin Stimulo amoris, dicit Chrislo : « Descendisti e regali solio sublimis » gloriætuæ inhumilem et abjectam in » lis suis puellam, primo virginitatisconti- » nentiæ votosigillatam. » Rupertus abbas 1.5 in Cantica : «Qüiavotum egregium Deo » prima vovisti, votum virginitatis, » etc.

ARTICULUS V.

De matrimonio beatæ Firginiscum sano io Joseph.*

Verum extitisse matrimonium inter B. Virginem et S. Josephum probavi in digressione historica ad calcem diss. 5 de Matrim. Illuc recurrat lector, et simul conferat art. *S* ejusdem diss. de objecto consensus matrimonialis. Hoc supposito, restant duæ quæstionessolvcndæ : prima, quandonam matrimonium istud fuit contractum; secunda, quoto utriusque ætatisanno. Unde

Dico i°. Matrimonium inter B. Virginem et S. Josephum non fuit contractum tribus mensibus post salutationem angelicam, quando nempe B. Virgo reversa ex visitatione Elizabeth apparuit Josepho gravida, et ipse de mysterio fuit instructus ab angelo, ut quibusdam SS. Patribus visum est : sed probabilius contractum fuit antequam B. Virgo salutaretur ab angelo. Ita sentiunt SS. Chrysost. Horn. 4 in Matlh.3, Ambros. in Luc. cap. 1, Bernard. Hom. 2 super *Missus,* Petrus Chrysologus Serm. 175, Th. hie q. 29, a. 2 ad 5, et alii.

Prob. 1°. Idco secundum SS. Patres, etiam illos (pii hic nobis adversantur, Christus voluit nasci ab uxorata, ut Matris honori consuleretur, ne scilicet haberetur fornicaria : atqui si post 1res menses tantum a conceptione juncta sit matrimonio, apparuisset gravida ex concubitu fornicario, sive cum Josepho sive cum altero : ergo.

2° Ideo, juxta eosdem SS. Patres, Délai a juncta fuit matrimonio ul partus ejus celaretur diabolo, dum de Joseph semine et non de virgine putat esse natum : atqui si tribus mensibus post imprœgnalionem inivisset matrimonium, quando jam apparebat gravida, diabolus non putassct ex Joseph semine esse conceptum : ergo.

/'ice.' Matth. 1 sic legitur · *Cum esset d '/ ansata mater ft ut, Maria, Joseph, i i/ı m convenirent. incenia rst in n ' ro habens de Spiritu sancio. Joseph nui m vir ejus, cum esset justus* ct *nollet eum traducere, voluit occulte dimittere illam. JJwc autem eo cogitante, ecce*

tugelus Domini apparuit in somnis ci, dicens : Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod tnim in ca natum est, de Spiritu sancto est ; pariet autem Filium et vocabis nomen ejus Jesum... Exurgens autem Joseph a somno, fecit quod praecepit ei angelus Domini, et accepit conjugem suam.

Atqui ex toto hoc contextu eruitur quod tunc solum Joseph acceperit Mariam in conjugem suam, (piando ei revelatum est ab angelo mysterium divinæ fœcunditatis: ergo.

B. N. assumptum : quinimo ex hoc contextu attente perpenso eruitur contrarium. Nam 1° tunc jam Joseph dicitur *vir ejus,* scilicet Mariæ : ergo jam tunc erat Joscpho juncta matrimonio. 2° Dicitur, *voluit dimittere illam :* nemo autem dimittit uxorem quam reipsa non duxit : « Quam non accepit, inquit S. Ambros. l. » 2 in Luc. c. 1, nemo dimittit ; et ideo » qui volebat dimittere, fatebatur accep- » tam. » 5° Dicitur : *Noli timere accipere conjugem tuam;* et postea : *Joseph accepit conjugem suam.* Qui autem in matrimonio primum jungitur, non dicitur *accipere conjugem suam,* sed *accipere in conjugem suam.*

Itaque sensus horum ciborum est : *cum esset desponsata mater Jesu, Maria, Joseph ,* non per verba de futuro quæ sponsalia tantum efficerent, sed per verba de præsenti quæ verum matrimonium efficiunt : quo sensu dixit Luc. cap. 2 : *Ascendit Joseph a Galilœa cum Maria desponsata sibi uxore prægnante, antequam convenirent,* id est, antequam ullam copulam haberent. *Joseph autem cum esset justus et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere illam :* id est, cum nollet eam diffamare ct in judicium deducere , voluit occulte dimittere illam de domo sua ct convictu. *Noli timere accipere conjugem tuam,* id est, acceptam retinere in domo et convictu.

Quod posset opponi ex his verbis, *antequam convenirent,* quasi postea carnalitcr convenerint, dilutum est supra dum de virginitate B. Mariæ.

Quantum ad ætatem utriusque conjugis, quidam ex Epist. Evodii in sede Antiochena S. Petri successoris, dixerunt Josephum, dum contraxit matrimonium cum Deipara, fuisse senem ad minus octogenarium. Et Baronius ex eadem Epist. scribit B. Virginem fuisse quatuordecim annorum ; sicque eos exhibere solent pictores. Verum hæc. Evodii Epist. nunc ab eruditis penes omnibus rejicitur ut apocrypha, spuria et næniis atque fabulis referta. Unde

Dico 2°. Joseph dum cum Maria matrimonium iniit, non erat senex octogenarius , sed vir ætate florens.

Prob. 1°. Ideo, juxta unanimem SS. Patrum sensum, Joseph datus est maritus B. Virgini, ut illi esset solatio et præsidio in fovenda et educanda prole, in rebus domesticis gerendis, in oneribus matrimonii ferendis, utque pauperem familiam arte et industria aleret : atqüi hæc præsidia et subsidia a sene octogenario expeclari non poterant : ergo.

2° Item, juxta eosdem SS. Patres, Deus B. Mariam matrimonio jungi voluit, ut ejus honor in tuto poneretur, possetque ejus partus marito tribui ab his (pii mysterium ignorarent : atqui in hunc finem congruebat virum esse ætate florentem, non senem efTœtuin ; quinimo elfœla mariti ætas niak suspicandi de uxore juvencula patiente ansam præbuisset.

Dico 3°. Nullum extat certum antiquitatis monumentum B. Virginemætalis suæ anno decimo quarto iniisse matrimonium: quin potius rationi videtur conformius eam tunc fuisse grandiusculam et maturioris æiatis. 1° Quia post aliquot menses a matrimonio contracto, longam ct difficilem peregrinationem suscepit in montana Judææ, salutatura cognatam suam Elizabeth. 2° Quia cum nuberet non libidine aut desiderio prolis impulsa, sed ut Judæonun moribus se conformaret, nulla erat ratio accelerandi suum matrimonium.

Quo autem præcise ætalis suæ anno et ipsa ct Joseph matrimonium contraxerint, incertum plane est.

ARTICULUS VI.

De annuntiatione B. Firginis.

Plura hic occurrunt discutienda : primum, utrum fuerit conveniens annuntiari B. Virgini incarnationem Verbi in ca esse perficiendam; secundum , utrum ista annuntiatio debuerit fieri per angelum; tertium, quis, ex qua hicrarchia et ex quo

ordine fuerit angelus Gabriel missus ad B. Virginem; quartum, utrum angelus in humana specie apparuerit B. Virgini ; quintum, utrum debito ordine peracta sit salutatio angelica·, sextum, ubi et quando sit peracta; septimum, unde orta sit turbatio II. Virginis, de quaS. Lucas c. 1. Pro quorum resolutione

ρ. 50. α. 1. *o.* — *Dico* 1°. Conveniens fuit annuntiari B. Virgini incarnationem Verbi in ea esse perficiendam.

Ibid.— i° Ut debito ordine prius Deum mente conciperet quam corpore : unde S. Aug. 1. de Virgin, c. 5, dicit : « Beatior » est Maria percipiendo fidem Christi , » quam concipiendo carnem Christi. » Et infra : « Materna propinquitas nihil Mariæ » profuisset, nisi felicius Christum corde » quam carne gestasset. » 2° Ut super hoc «aeramentum divinitus instructa, jiosset illius esse certior testis. 5° Ut voluntarie Deo sua obsequia offerret, ad quod promptamse exhibuit dicens : *Ecce ancilla Domini.* 4° Ut obtineretur ejus consensus, quia in hoc mysterio intercedebant sponsalia seu spirituale matrimonium tum inter Verbum divinum et naturam humanam quam induit, tum interSpiritum sanctum et Mariam quam imprægnavit, tum inter Christum et Ecclesiam quam instituit : ad sponsalia autem seu matrimonium requiritur consensus sponsæ quem B.A irgosuo ctEcclesiæ totiusque naturæ humanæ nomine dedit. —ib. a. 2. o. Item requirebatur iste consensus ut, sicut femina dando consensum angelo tentatori ruinas generis humani initium dedit, sic femina dando consensum angelo salutanti redemptionis generis humani initium daret.

ibid.—*Dico* 2°. Annuntiatio B. Virgi- iiisconvenienter facta est per angelum.

ibid — 1° Quia hæc est Dei ordinatio, quod mediantibus angelis, nisi quid obstet, divina ad homines perveniant. 2° Congruum erat ut, sicut angelo tentatore perierat genus humanum, ita angelo ministrante repararetur. 5° Sic etiam congruebat virginitati MatrisDei : undeS. Hieron. inSerm. Assumpt. dicit : «Bene angelus » ad Virginem mittitur, quia semper est • angelis cognata virginitas: profecto in • carne prater carnem vivere, non terrena » vita est, sed coelestis, »

Hic ad 4. — *Dico* S'» Angelli* G ib';cl missus ad Mariam. non est suprem e hi/jrarchiæ, sediniimæ, primus ex secundo ordine qui est Archangelorum.

Ad quorum intelligentiam, *obsrrcandum est* angelos distribui in 1res hierarchias, et quamlibet in 1res ordine-. Suprema hierarchia continet Seraphinos, Chcrubinos et Thronos ; media, Dominationes, Virtutes ct Potestates; infima; Principatus, Archangelos et Angelos.

Prob. itaque conclusio. 1° Quia Gabriel missus ad .Mariam, ab Ecclesia et Patribus dicitur passim Archangelus. 2°Qma tanti mysterii excellentia requirebat ut illius nuntius esset summus inter eos qui summa nuntiant : atqui spiritus superiorum Ordinum non mittuntur ad ferenda nuntia, sed soli Archangeliet Angeli, Archangcli quidem ad summa, Angeli ad communia.

ibid. — Nec obstat dictum S. Greg. Horn. 54 in Evang. « Summum angelum » venire dignum fuerat, qui summum omit nium nuntiabat. » Per summum enim non intelligit primum omnium, sed primum inter eos qui mittuntur ad ferenda nuntia : unde ibid, paulo ante vocat ipsum Archangelum. « Ad Mariam Virginem, in- » quit, non quilibet angelus, sed Gabriel » archangelus mittitur. » « Et hoc nomen, » ut ibid, addit, officio suo congruit; Ga- » briel enim fortitudo Dei nominatur : per » Dei ergo fortitudinem nuntiandus erat, « qui virtutum Dominus et potens in prati lio ad debellandas aereas potestates veil niebat. »

ibid. a. 5. 0. — *Dico* 4° Angelus in humana specie apparuit B. Virgini.

Id aperte indicatseriesnarrationis Evangelic®, Luc. 1. Dicitur enim angelus ingressus ad Mariani, cum ea locutus, ct finito colloquio discessisse : quæ omnia externam speciem et quidem humanam referunt.

ibid. — *Idem suadent congruentiæ.* Prima, quia cum angelus nuntiaret Deum invisibilem assumpturum visibilem carnem humanam, congruum erat ut invisibilis creatura formam qua appareret visibilis assumeret. Secunda, quia cum B. Virgo non solum in mente, sed etiam in ventre corporeo Dei Filium receptura erat, non solum ejus mens, sed etiam sensus corporei

erant visione angelica refovendi. Tertia, ut Maria certior fieret ejus quod annuntiabatur; ea enim quæ sunt oculis subjecta, certius apprebcnd'mus quam ea quæ imaginamur. Unde S. Chrysost. Horn. 4 in Maltlt. dicit : « Quod angelus non in somnis, imo visibiliter Virgini astitit : nam » quia magnam valde relationem accipic- » bat ab angelo, egebat, ante tantæ rei » eventus, visione solemni. »

ibid. α. 4.0. — *Dico* S·. Salutatio angelica debito ordine peracta est.

ibid. — *Prob.* Tria angelus intendebat circa B. Virginem. Primo quidem reddere ejus mentem attentam ad tantæ rei considerationem, quod facit eam salutando nova quadam et insolita salutatione, in qua præmiltit ejus idoneitatem ad conceptum, dicens, *Gratia plena;* exprimit conceptum mox futurum, dicens, *Dominus tecum;* et prænuntiat honorem inde concoquentem, dum dicit, *Benedicta tu in mulieribus.* 2° Intendebat eam instruere de mysterio Incarnationis in ea perficiendo : quod facit, tum pronuntiando conceptum et partum, *Ecce concipies et paries,* etc. tum indicando dignitatem prolis conciptendæ , *Hic erit magnus,* etc. tum denique demonstrando modum conceptionis, *Spiritus sanctus superveniet in te,* etc. 5° Intendebat animum ejus inducere ad consensum, quod fecit exemplo Elizabeth et argumento ex omnipotentia Dei deducto : *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

Observandum quod angelus proposuerit exemplum conceptus Elizabeth, non ut B. Virgini quasi incredulæ mysterium Incarnationis persuaderet; iste enim conceptus longe minor erat conceptu quem annuntiabat; sed proponebat ut in aliquo simili mysterium explicaret ct rem ipsam confirmaret : sicut angelus nuntians pastoribus Christi nativitatem, dedit eis signum, quamvis ipsi de re indicata non dubitarent.

Dico 6° Salutatio angelica peracta est in civitate Galilææ, cui nomen Nazareth. Ita Luc. 1.

Nec obstat quod Joseph et Maria, utpote Judæ tribules, debuerint habere domum in Judæa, quæ in partitione terra sanctæ obtigerat tribubus Judæ et Benjamin, non in Galilæa quæ in sortem tribuum Zabulon [et Nephtali cesserat. Non obstat, inquam quia partitio facta a Josuë erat possessionum non habitationum. Poterant ergo Joseph et Maria habere in GalUæa «loinunculam elocatam, possessiones «ero in Judæa. Adde quod post captivitatem Babylonicatn, limites possessionum a Josnê proscripti non ita fuerint religiose servati, quin potius omnes susdeque permixti.

Dico 7°. Juxta Ecclcsiæ traditionem, peracta est salutatio angelica vigesima quinti Martii : ita ut inter conceptionem Christi et ejus nativitatem , quæ pariter creditur contigisse vigesima quinta Decembris, intercesserint novem menses integri.

De hora incertum est; et ideo ad memoriam et venerationem hujus sacratissimi momenti, usus obtinuit inter fideles ut ter in die, mane, meridie et vespere salutationem angelicam recitarent.

Non est tamen omnino improbabilis illorum opinio qui censent salutationem angelicam peractam esse slatim post mediam noctem sub initium diei naturalis. 1° Quii hac ipsa hora Christus natus est, sicque juste completi sunt novem menses gestationis in utero. 2° Quia id significatum videtur his verbis Sap. IS : *Cum quietum silentium contineret omnia, et nor insuo cursu medium iter haberet, omnipotent Sermo tuus exilions de coelo a regalibus sedibus, durus debellator, in mediamtr- terminii terram prosilivit.*

Dico 8°. Turbatio B. Virginis, de qua Lucas c. 1, orta est ex aliquo timore, quem ut excuteret angelus dixit : *Ne timeas, Maria.*

Quæ. fuerit autem causa timoris: varii variam assignant. S. Ambros. lib. 2 de Mirabam c. 9, assignat introitum angeli sub specie viri : at non dicitur turbata in introitu *ejus,* sed *in sermone ejus, et* non cogitabat quis et qualis esset qui apparebat, sed *qualis esset ista salutatio.*

Alii assignant sublimitatem mysterii ab angelo nuntiati. Verum sublimitas mysterii non tam timorem quam admirationem causassct, et hunc timorem, si inde natus esset, non sedasset, sed auxisset angtilin dicendo : *Spiritus superveniet m* te, etc.

Alii dicunt B. Virginem inde timuisse, quod dubitaret qualis esset angelus qui loquebatur, an bonus, vel malus qui eam laudando ad superbiam provocaret. Verum

non dicitur, ut jam observavi, cogitasse dc salutatore, quis esset, sed qualis esset ejus salutatio.

Quapropter verius videntur sentire, qui dicunt eam fuisse turbatam ex eo quod timeret fractionem voti virginitatis quod prius emiserat; subintcllcxerat enim ex his angeli verbis, *Benedicta tu in mulieribus,* prolem concipiendam , eo quod hæc esset solita in veteri Testamento mulierum benedictio; et cum nondum sciret modum quo id pel liciendum esset, timebat ne cum jactura virginitatis fieret : unde quærit, *Quomodo fiet istud, Quoniam virum non cognosco?* Quod posset opponi ex prophetia Isai. c. 7, quam non ignorabat Maria , solutum est supra art. 4, conci. 1.

DISSERTATIO Π.

DE CONCEPTIONE CHRISTI.

D. Th. QQ. 51,52, 55, 54.

ARTICULUS L

Dc conceptione Christi secundum se.

Plura hic subjicimus examini : primum, quo instanti salutationis angclicæ Christus sit conceptus; secundum, utrum assumpserit carnem de Adam; tertium, utrum de femina; quartum, quas partes habuerit B. Virgo in conceptione Christi, quas Spiritus sanctus; quintum, utrum solus Spiritus sanctus active egerit in conceptione Christi; sextum, utrum Spiritus sanctus seu tota Trinitas debeat dici Pater Christi secundum carnein.

Dico 1°. Christus non fuit conceptus sub initium salutationis angelicae, quando angelus dixit : *Ave, gratia plena , Dominus locum;* sed in fine, quando B. Virgo præbcns consensum, dixit : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.*

Prob. ex S. Scrip. Luc. c. 1, postquam angelus dixit : *Ave, gratia plena, Dominus fecum,* subdit : */Ecce concipies.* Ergo nondum conceperat. Hem : *Spiritus sanctus superveniet in te, ct virtus Altissimi obumbrabit tibi* : ergo nondum obumbraverat ad conceptum. Ipsa autem B. Virgo interrogat de modo · *(Quomodo fiet istud?* ergo nondum factum erat. Item Luc. 2, dicitur ab angelo *vocatum nomen Jesu priusquam in utero conciperetur ;* et tamen nondum vocatum erat, dum dixit angelus : *Dominus tecum.* Denique constat angelum fuisse missum ad Mariam ut oblineret ejus consensum; non consen-ii autem nisi in fipe colloquii, aum dixit-.*Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Atque ita sentiunt S. Aug. Serin. 18 de Sanctis, S. Greg. Mag. lib. 18 Moral, cap. 27, S. Joan. Damasc. lib. 5 de Fide cap. 2, S. Bernard. Serm. 4 super *Missus* , et alii plures.

Unde qu;e opponuntur ex quibusdam aliis Patribus, qui videntur contrarium docuisse , benigne sunt intelligenda, et ad sensum rectum flectenda ; non enim credendum ipsos consuisse contra aperla S. Scriptura testimonia.

Qui ergo dicunt B. Virginem concepisse dum salutata est *gratia plena,* etc. intelligunt de integra salutatione, quæ fuit absoluta dum dixit Virgo : *Ecce ancilla Domini.*

Qui dicunt Christum fuisse conceptum quando dixit angelus, *Dominus tecum,* intelligunt de conceptu mox futuro.

Qui denique dicunt Mariam fuisse gratia plenam, quia Christum conceperat, non intelligunt conceptum factum antequam salutaretur, quod esset absurdum, sed praedestinationem ad hanc dignitatem; ita ut sensus sit, Mariam fuisse gratia plenam, quia hatic plenitudinem requirebat dignitas matris Dei, ad quam erat destinata.

2 · 51. a. **1.o.** — *Dico* 2°. Christus accepit carnem de Adam.

Ibid, in a. s. o. — Constat 1° CX Apost. Web. 2 dicente : *Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Semen autem Abrahæ sumptum est ex Adam.

Ibid. o. — 2° *Palione.* Christus assumpsit naturam humanam ut eam purgaret : ergo congruum erat ut assumeret illam quæ purgatione indigebat : hæc autem dsl quæ ex Adam descendit.

ibid. a. 4. 0. — *Dico* 5°. Christus assumpsit carnem defirinina. Ila Apost. Galat. 4 ! *Misit Deus l'ilium suum facium ex muliere.*

ibid. — Idque convementissimum fuit ; licet enim Filius Dei carnem humanam assumere potuisset ex quacumque materia voluisset, congruum tamen erat ut de fœiiiina acciperet ; 1° quia per hoc tola na-

tura humana nobilitata est; 2° quia per hoc veritas carn>s astruitur : undeS. Aug. Epist. 5 ad Vohisianum ait : « Si omnipo-
« tens Deus hominem ubicumque forina-
» tum, non ex utero materno crearet, sed
» repentinum afferret aspectibus, nonne
» opinionem erroris confirmaret, nec ho-
» minem verum suscepisse ullo modo cre-
« deretur? Et omnia mirabiliter facit, au-
u ferret quod misericorditer facit.»5° Quia per hunc modum completur omnis diversitas generationis human® : nam primus homo productus est ex limo terne sine viro et fœmina : Eva producta est ex viro sine fœmina : alii vero homines nascuntur ex viro et fœmina. Unde hoc quartum quasi Christo proprium relinquebatur ut produceretur ex fœmina sine viro.

Ibid. a. 5. 0. ct q. 52. a. 11. — *DÎCO* 4°.B.Virgo more aliarum fœminarumpræparavit et subministravit materiam, purissimum scilicet sanguinem conceptui aptum : Spiritus autem sanctus hunc purissimum sanguinem deduxit in uterum ex quo sacrum corpus organisatum ilfic formavit , eique animam creatam infudit : ita ut totum quod efficaci® ct virtutis est in virili semine, modo excellentiori præstitcrit Spiritus sanctus; B. Virgo autem quidquid est corporalis substanti® subministraverit.

ibid. — *Dico* 5°. Non solus Spiritus sanctus, sed tota Trinitas active operata est conceptionem Christi; quia opera ad extra sunt communia toti Trinitati. Attamen appropriatione quadam specialiter tribuitur Spiritui sancto propter tria. 1° Quia Incarnatio est divini amoris opus, juxta illud Joan. 5 : *Sic Deus diiexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret.*Amor autem tribuitur Spiritui sancto, quippe est amor Patris et Filii. 2° Quia est maxime opus gratiæ : gratia autem tribuitur Spiritui sancto, juxta illud 1 Corinth. 12: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus.* 5° Quia p*r Incarnationem singulariter sanctilicata est humanitas Christi : sanctificatio autem etiam tribuitur Spiritui sancto.

ibid. a. 5. 0. — *Dico* 6°. Nihilominus Spiritus sanctus seu tota Trinitas non debet dici Pater Christi secundum carnem ; quia ad denominationem Patiis requiritur ut generans conferat aliquid de sua substantia ad formationem prolis, et quod em producat in similitudinem suæ natur®; paternitas enim sequitur gcnerMionein, generatio autem est origo seu productio liventis a vivente in similitudinem natura specific® : atqui Spiritus sanctus seu loU Trinitas neutrum præstilil in conception** Christi secundum carnem; nihil enimeontulit de sua substantia, nec produxit similem in natura : ergo.

ARTICULUS II.

Ex qua tribu ct familia ortus «it *Christus ?*

Articulo precedent! diximus Christum carnem sumpsisse ex Adam : nunc gravior quæstio hoc integro articulo discutiendi, ex qua tribu et familia sit ortus. Cum enim notum sit ex veteri Testamento Messiam futurum de tribu Juda et familia David, Tsaï. 11, Psal. 88, 151 et alibi, religioni, chrislianæ hostes, Celsus, Porphyrius. Julianus Apostata, Tatianus et Faustus Manichæus, ut Jcsu nostro Messi® dignitatem eriperent, dixerunt eum non esse de tribu Juda et stirpe David, sed ex tribu Levi, idcoque non esse .Messiam. Contra quos

Dico. Christus secundum carnem est ex stirpe David.

ç. 51. a. 2. 0. — *Prob.* 1°. Certo certius est Josephum esse de tribu Juda et familia David, juxta Luc. 1 ct 2, specialiter Matth. 1,ubi ejus genealogia deducitur ab Abraham per Judam, Davidem et Salomonem : atqui Maria ejus uxor erat ejusdem tribus et famili® cum sponso suo : ergo et Jesus Mari® Filius. *Prob. min.* Lege lata Num. 56,occasione filiarum Salphaad, prohibitum erat filiabus qu® defectu fratrum erant hæredes parentum, nubere nisi viris su® tribus et famili®. Sic fert lex : *Filia nubant quibus volunt, tantum ut sua tribus hominibus nubant, ne commisceatur possessio filiarum Israël.* El adhuc clarius in Ilcbrao : *Omnis filia hacrcdilans lucreditalem* (id est hæres patris defectu fratrum) *sini de familia tribus patris sui erit in uxorem* Atqui Maria erat hæres parentum suorum, carebat enim fratribus, et cum tam ipsa quam Joseph essent religiosi legum observatores, indubie secundum hanc legem qua tenebantur, matrimonium inter sc contraxerunt, protn.

deque orant ejusdem tribus et familiæ. Ita SS. Hieronymus, Chrysostomus, Hilarius, Damascenus et alii.

Diets. Eadem lex lata erat pro viris; dicitur enim ibid. *Omnes viri duceni uxousde tribu ct cognatione sua, ct cunctfffaininæ de eadem tribu maritos accident, ut hæreditas permaneat in familiis.* Quæ tamen lex multas passa est exceptiones etiam in religiosis viris, ut probant varia exempla. Sic Aaron de tribu Levi duxit Josabeth filiam Joram de tribu Juda, Exodi G. Sic David de tribu Juda duxitMicbol de tribu Benjamin, 1 Reg. 18 Joaïdas de tribu Levi eluxit Josabeth filiam Joram de tribu Juda, Paralip. 22. Ergo ex illa lege erui non potest B. Virginem fuisse ejusdem tribus et familiæ cum suo sponso.

Item omnes tribus Israël, Judic. 21, jurarunt se non daturos filias suas in matrim. Benjamitis : quod innuit id jam fuisse antea usitatum, et ideo legem etiam pro puellis non amplius vigere.

Jl. ad primum, hanc legem non fuisse generalem nec spectare omnes viros , sed eos solum de quibus mota fuerat quæstio coram Moyse, scilicet, ratione quorum hereditas uxoris devolvenda esset ad aliam tribum ct familiam.Quare reciprocam eo in casu obligationem Deus imponit, ut sicut jubet puellæ hærcdi nubere alicui de sua tribu et familia, ita jubet viro huicpuellæ proximecognatoeam ducere, nisi cedat jure sio, et alteri ejusdem familiæ eam requirenti transferat, ut factum legitur Ruth 4. Id patet tum ex occasione hujus legis, tum «ejus fine,tum ex textu Hcbræo cit. tum uexemplis citatis in object.

Ad secundum. Fatemur usitatum fuisse u!filix non hæredes, aut hæredes quidem, sed quæ renuntiarent bærcditati suæ, migrent quibus vellent etiam aliarum tribuum, et illas spectabat juramentum tribum Israël contra Bcnjamitas : at B.VirgO mt hæres, ut dictum est, nec est ulla ratio lingendi eam. renuntiasse hxreditati ‘in ut nuberet Josepho.

Confirmatur præcedens ratio ex titulo fwn Malthæus prællgit genealogiæ Jokph: *Liber generationis Jesu Christi ilii David, 'ilii Abraham.* Porro si Mater Jesu nihil attineret ad Josephum, non *set *liber generationis Jesu Christi,* sed Josephi duntaxat, sicque falso titulo Matthæus hanc genealogiam decorasset; quod admitti non potest.

Reponit Serrius id fecisse Malthæum ut velati argumento ad hominem magis urgeret Judæos, qui Christum verum et naturalem Josephi filium habebant, sicque eos convinceret esse filium David. Quasi vero Matthxus adhibuisset mendacium ut veritatem probaret; est enim in opposita sententia falsum et mendacium hanc genealogiam esse *librum generationis Jesu Christi.* Quinimo Matthaeus Judæos confirmasset in suo errore; sic enim ratiocinati fuissent : Christus est filius Dav id, nec est talis nisi per Josephum : ergo est verus et naturalis filius Joseph.

Prob.Wetconfirmatur prcccedcns probatio Maria mater Christi secundum carnem erat vere ex stirpe ct familia David : ergo et Jesus ejus filius. *Prob.* ex historia evangelica. Lucas cap. 2 sic narrat : ***Exivit edictum a Cœsare Augusto ut describeretur universus orbis, et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem*** (id est, quæ esset caput familiæ). *Ascendit autem cl Joseph a Galilœa de civitate Nazareth in Judceam in civitatem David, eo quod esset de domo et familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prœgnante.* (Non dicit simpliciter Lucas (quod bene nota), *Ascendit Joseph in civitatem David cum Maria*, quasi eam viæ comitem tantum habuisset; sed dicit: *Ascendit in civitatem David, ut profiteretur cum Maria sibi desponsata uxore preegnante.* Professa est ergo Maria in civitate David: ergo erat de domo et familia David ; *Ibant* enim *omnes, ut profiterentur singuli, in suam civitatem.* Idem probatur ex genealogia Christi per B. Virginem secundum Lucam, ut videbimus art. seq.

Prob. 5° ex Evangelio, in quo Christus pluries vocatur filius David, etiam ab iis qui ipsum ex sola Virgine natum noverant : sic Maith. 1 : *Liber generationis Jesu Christi fila David; filii tbrahw.* Sic angelus Luo. 1 : *Dabit ei Dominus sedem David patris tjus , ct regnabit in domo Jacob in adernum.*

Si dicas, etiam Josephum vocari a B. Virgine patrem Jesu, Luc. 2 : *Eccepater tuus ct ego dolentes quœrebamus te,* licet opi-

nione tantum csset cjus pater : ergo similiter,

Λ. *N. conseq.* Ilisparitas est quod, quamvis Joseph nun essel pater Jesu, hoc sensu quod ex ejus semine esset ortus, erat tamen ratio cur vere vocaretur pater Jesu, quia scilicet erat sponsus Matris ejus. Jure ergo dicebatur et erat pater Jesu, non ratione copulæ conjugalis, sed ratione matrimonii inter ipsum et Matrem Jesu contracti , et quia Jesus natus erat in fundo ipsius , in eo scilicet corpore ad quod ratione conjugii potestatem habebat. At si Jesus non sil revera ex semine David, non est ratio cur David dicatur pater ejus.

Prob. 4° cx Apostolo. Rom. *1* deChristo dicit : *Qui factus est cx semine David secundum carnem.* 2Timoth.2: *Memor esto DominumJesum resurrexisse a mortuis ex semine David.* Esse vero cx tribu Juda cl non ex tribu Levi, non solum asserit Hcb. 7dicens: *Manifestum est quod ex Juda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locu. tus est* ; sed etiam probat dum addit ibid. *Si consummatio per sacerdotium leviticum erat, quid adhuc neccsscfuit secundum ordinem Melchisedechalium surgerc sacerdotem, et non secundum Aaron ?*

Obj. 1°. Maria erat cognata Elizabeth de filiabus Aaron : ergo ct ipsa erat de eadem tribu et familia. 2° Quidam SS. Patres dicunt Christum esse de genere sacerdotali, quod soli tribui Levi addictum erat. 5° Nathan, per quem Lucas deducit genealogiam Christi a Davide, erat filius David adoptivus tantum , non naturalis , sed Uri®; aut certe erat Propheta qui David tie adulterio reprehendit : hic autem non erat de tribu Juda et familia David. Ergo.

P. ad primum, Mariam fuisse cognatam Elizabeth , non quod ipsa sicut Elizabeth esse lex tribu Levi, sed quia vel aliquis avorum Mari® duxerat aliquam ex tribu Levi, vel e contra quia aliquis avorum Elizabeth duxerat aliquam ex tribu Juda.

Ad secundum. Eadem ratione quidam Patres dixenmt Christum esse de genere sacerdotali, quia nempe aliquis ex proavis 11. Virginis duxerat uxorem cx filius Aaron; nec enim contradixerunt Apostolo dicenti Rom." : *Manifeslumest quodex Juda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.*

Ad tertium, N. ant. pro utraque parte. Et 1° Nathanem per quem Lucas deducit genealogiam Christi, esse verum etmturalem (ilium David. constat ex 1 Reg. j ubi dicitur : *Hæc sunt nomina filiorum qui nati sunt David in Jerusalem, Sanna, ct >obab, ct Nathaniel Salomon.* Idem legitur 2 Paralip. 5. 2° Isle Nathan filio. David natus est in Jerusalem, ut patet ex textu cit. Nathan autem Prophetam Gahbalh, nec cujus sil tribus certo scitur,licet quidam dixerint esse de tribu Levi.

ARTICULUS III.

De genealogia Christi.

Difficultas est in conciliandis tum inter se, tum cum veteri TestamentobinisCImsti genealogiis a Matthæo ct Luca descriptis, quam duplici resolvere conabimur. Unde sit

§ I. — *Conciliantur inter se binæ Christi gt· nealogiæ.*

Matthæus cap. 1 Christi genealogiam describit descendendo ab Abraham usque ad Joseph; Lucas ascendendo a Joseph usque ad Adam et Deum. Inter utramque apparent quædam dissonanti® ct contradictiones.

In primis Matthæus dicit Josephum fuisse filium Jacob : *Jacob autem genuit Joseph virum Maria.* Lucas dicit fuisse filium lleli : *Joseph qui fuit /teli.* Impossibile est autem unum (ilium habere duos patres, Hinc

2° Avi et proavi in utraque genealogia sunt diversi, exceptis Salathide ct Zorobabelc, qui in utraque genealogia aperiuntur, cum hoc tamen discrimine, quod Matthæus assignet illis patrem Jechuniam dicens : *Jechonias genuit Salalhitl,* Λ*lalhiel autem genuit Zorobabel·,* Luras vero assignet illis patrem *Neri,* diceib; *Zorobabel qui fuit Salathiel, qui fuil Neri.* Denique 5° Matthæus deducit genealogiam Christi a Dav id per Salomoni ni; Lucas per Nalhanem alterum filium Davidis.

Ad conciliandas has apparentes dissonantias, dussunt viæ. Prima est Julii Africani tertio saeculo, dicendo Matthæum descripsisse genealogiam carnalem Josephi; Lucam, legalem.

Pro cujus intelligent ia, observandum est fuisse legem latam Deut. 25 : *Quando*

bitaver'nt fratres simul, ct unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defundi non nubet alteri, sed accipiet eam fraltr ejus, et suscitabit semen fratris $ui,ctprimogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen ejus in hraei.

Jlæc autem lex non intclligitur de fratribus stricte, qui ex eodem patre et matre natisunt, sed latiori sensu secundum phrasim solitam S. Scriptura de cognatis et iropinquis, consequenter nec de habitanlilussimul in eadem domo, sed de viventibus simul eodem tempore, ita ut το *simul* sit adverbium temporis, non loci. Quomodo enim in eadem domo habitassent omnes cognati? Neque etiam frater matrimonio junctus, cujus possessio jam erat separata, poterat manere in eadem domo cum aliis fratribus absque confusione familiarum. Insuper utrumque patet ex historia Ruth 4, viduæ Mabalonis; cum enim actum est de jure illam ducendi, contentio non fuit inter fratres Mahalonis, sed inter ejus cognatosct propinquos, eamqne obtinuit Booz, non frater Mahalonis habitans cum ipso, sed ejus cognatus ct propinquus.

Itaque secundum hanc legem, quæ dicebatur *Lcviratus,* quia *levir* idem est ac *maritifrater,* lleli absque liberis defuncto, Jacob, sive fuerit frater ejus uterinus, ut quidam volunt, sive cognatus tantum, duxit ejus viduam ex qua genuit Joseph. Erat ergo Joseph filius naturalis Jacob, et filius legalis lleli : unde non mirum si in ulraque genealogia recenseantur diversi ui et proavi, quousque perventum sit ad iommunem stipitem, scilicet Davidem.

Quantum ad Salalhielcm et Zorobabeletnqui in ulraque genealogia reperiunlur, dicendum est quod Salathiel erat filius naturalis seu carnalis Jechoniæ, gener vero Neri,ct hoc sensu ejus filius, quia filiam unicam Neri duxerat. Iste Salathiel genuit Zorobabel descendentem a Davide per Salomonem ex parte patris, et per Nathan ix parte matris. Zorobabel genuit Abiud qui ponitur in genealogia Malthæi, ct Rons qui ponitur in genealogia Lucæ.

Obj. 1°. Si Joseph esset filius legalis Hcdcbirisse* ejus nomine vocari *lleli* et non Joseph, juxta hæc verba legis Leviralus: *Et primogenitum cx ea filium* nonine *illius appellabit, ut non deleatur nomen ejus cx Israel.* Ergo. %» Si Joseph fuerit filius lleli legalis tantum, idem dicendum erit de omnibus nominatis in genealogia Lucæ : sic Isaac erit filius legalis Abrahæ, Jacob Isaacv, et sic de cæteris : *falsum consequens:* ergo. *Prob. sequela.* De omnibus dicitur eodem modo ac de Joseph : Qui *fuit Mathat, qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham,* etc. Ergo.

II. adprimum, N. sequelam. Quia sensus logis non est quod filins ex secundo matrimonio natus, debeat prioris mariti nomine appellari ; non enim natus ex secundo matrimonio Rulli cum Booz, vocatus est nomine prioris mariti *Chclion,* sed *Obcd.* Sensus est igitur quod filius ex secundo matrimonio natus, habebitur ac reputabitur filius prioris mariti atque hæres illius constituetur, ut non pereat ejus memoria ex Israël. *Ad hoc valet,* inquit S Aug. lib. 2 Retract, c. 12, *ut ejus filius diceretur,non ut hoc,quod ille vocaretur.*

Ad secundum, N. sequelam. Ad prob. D.ant. Dicitur eodem modo quoad aliquid, *C.* quoad omnia, *N.* In hoc ergo est paritas, quod Joseph habeatur filius et hæres lleli, sicut cæleri nominati respectu eorum quorum dicuntur : at est disparitas, quod Joseph id haberet ex privilegio legis, cæteri ex natura ct carnali generatione.

Porro hunc conciliationis modum a Christi cognatis se accepisse scribit Julianus Africanus Epist. ad Aristidem ; « Cogna» ti, inquit, Salvatoris nostri, sive ad os» tendendam generis sui nobilitatem, sive ») ut simpliciter rem docerent, veraci uti» que sermone nobis hæc tradiderunt. « Huncquc secuti sunt plures cx antiquis Patribus, Eu-eb. I. 1 Hist. cap. 7, S. Hieron. ad cap. 1 Mattii. Nazianz. in Carmine de Christi genealogia, S. Ambros. 1. 5 in Luc. c. 1,8. Aug. loco cit. licet do eo antea dubitaverit S. Th. hic q. 51, a. 5, ad 2.

Alter conciliationis modus qui pluribus ct etiam nobis arridet, est, ut dicamus Matthæum texere genealogiam Christi per progenitores naturales Joseph, Lucam vero per progenitores naturales B. Virginis, ut is qui vocatur in evangelio Holi sit Eliachim vol Joachim, pater h. Virginis,socer Joscphi; adeoque istorum verborum quibus Lucas incipit suam genealogiam, *Jésus ut putabatur, filius Joseph, qui fuit*

Heli, duplex est sensus : primus, ut Joseph sit fiiius Heli, non natura, sed jure matrimonii; quia cstejus gener, sua· filia: B. Virginis sponsus. Alter, ut το *qui fuit* non referatur ad Joseph, sed ad Jesum : sic scilicet ·. erat Jesus incipiens annorum quasi triginta (ut putabatur filius Joseph) qui tamen fuit Heli, et ideo Heli nepos. Et hinc illa diversitas progenitorum in utraque genealogia, donec ad communem stipitem, scilicet Davidem, regressi, in unam postea coaluerint genealogiam.

.■*lt dices* 1°. Paler B. Virginis vocatur Joachim, non Heli. 2° Secundum genealogiam Lues, hoc modo explicatam, Christus non est ortus ex David per Salomonem, sed per Nathan : atqui ex 2 Reg. 7, debuit nasci ex David per Salomonem : ergo.

jR. ad primum. Dixi superius parentes B. Virginis equidem coli ab Ecclesia sub nominibus Joachim et Anns, sed utrum hæc sint nomina propria, an ratione mystics significationis, quod Joachim significi.*praeparationem Domini, etAnna gratiam,* non constare. Insuper fuit forte Joachim binomius, ut in pluribus contingit.

/id secandum. Solutio patet ex his quæ superius dixi, Salalbiclem scilicet, qui ponitur in genealogia Lues ut filius seu generNeri,fuisse filium carnalemJechonis, qui descendit ex Davide per Salomonem.

&' petas cur Matthsus descripserit genealogiam Joseph, et Lucas genealogiam Maris : responsio in promptu est ; quia Matthaeus scribens Judsis, voluit illorum inorem sequi : mos autem Judaeorum erat non mulierum, sed virorum genealogias texere, ut testatur S.Ilieron. super Malth. c. 1, S. Ambros. 1. 5 in Luc. S. Aug. contra Faustum 1.5, c. 2. Lucas vero scribebat Theophilo Antiocheno apud quem nulla erat necessitas sequendi morem Judæorumin texendis genealogiis usitatum.

II. — *Conciliantur bino' Christi genealogia: cum veteri Testamento.*

Conciliatis inter se binis Christi genealogiis: restant concilianda·, cum veteri Testamento, quocun. videntur etiam habere quasdam dissonantias.

Prima dissonantia est, quod Mattbæus scribat, *Joram genuit Osiam,* cum tamen 4 Reg. c. 8 ct 11 legatur : *Joram genuit Ochosiam, Ochosias genuit Joas, Joas genuit /imasiam, /Imasias genuit Osiam.*

11. sensum Matthæî esse, Joram genunt Osiam mediate, scilicet mediantibus tribu recensitis *i* Reg, quo sensu Raias 51 dixit: */ittendite ad /ibraham patrem vestrum, et ad Sarani quæ genuit vos.* Ideo autem Matthæus hos tres omisit, quia erani ex progenie Achabi (Joram enim genuit Ochosiam ex Athalia filia Achabi), cui progeniei Achabi Deus maledixerat 5 Reg.21. Nec obstat quod Evangelista nominaverit Osiam ct sequentes, qui erant etiam ei posteris Achabi ; quia maledictio Dei lata contra filios ob peccata parentum, non extenditur ultra tertiam ct quartam generationem, Exod. 20.

Secunda dissonantia. Lucas in sua genealogia scribit A rphaxad genuisse Cainan, Cainan genuisse Sale : *Sale qui fuit Coinan, qui fuit /irphaxad :* attamen in veteri Testamento, Gen. cap. 10 v. 24,cap. 11 v. 12 et 15, ct 1 Paralip. cap. 1 v. 18, legitur Arphaxad, omisso Cainan, genuisse Sale. Neque reponi potest quod modo dicebam ile Joram respectu Osiæ, scilicet Arphaxad genuisse Sale mediale, mediante nempe Cainan, quia c. 11 Gen. cit. dicitur : */irphaxad vixit triginta quinque tinnii ct genuit Sale ;* porro si geuuis'set immediate Cainan et eo mediante Sale, non tantum fuisset triginta quinque annorumquando genuisset Sale, sed plurium, scilicet eorum quos Cainan numerabat, quando genuit Sale. Et, quod observandum eot, hæc anlilogia reperitur in Vulgata editione: unde ejus authenticitasnon magis favet uni quam alteri loco.

Ii. oscitantia vel amanuensium , vel typographorum, vel temere emendantium irrepsisse mendum in alterutro textu. Neque tamen id officit authcnticitati \ iilgake editionis; tum quia est vitium sive amanuensium, sive lypographorum, sive temere emendantium, non sacrorum Scriptorum, tum quia est quid levis momenti, ex quo non est natus sequi error pernicio-sus contra lidem aut mores : authenlicilas enim Vulgalæ editionis in hoc sita est, juxta communiorem sententiam, quod nihil contineat fidei aut bonis moribus repiignaiis, ex quo perniciosus error natus sit sequi, ut late diximus in tract, de Regulis fidei, diss. 1, a. 6.

Ex qua vero parte stet mendum, dissen-

tiunt interpretes. Quidam volunt esse in veteri Testamento, quia Septuaginta interpretes inter-' runt Cainan inter Arphaxad et Salo, sien' Lucas in sua genealogia; sic enim habent; *irphaxad triginta quingue annorum genuit Cainan; Cainan triginta annorum genuit Sale.* Atque ita c-nsent Euseb. Ambros. Aug. Lippomanus, Canus, Tolelus, Bellarm. ct alii plurcs. Alii volunt mendum stare cx parte genealogiæ Lucæ; tum quia facilius est mendum irrepere in uno loco quam in quatuor locis : m veteri autem Testamento quater omittitur Cainan inter Arphaxad et Sale, in novo semel tantum inseritur; tum quia textus hebraïeus Genesis ct Paralipoincnon, item Vcrsio Chaldaica ct Samaritana similiter omittunt Cainan. Et quamvis hodierna vcrsio Septuaginta Interpretum habeat Cainan, verisimile est esse interpolatam, siquidem Julius Africanus, Irenæns, Origenes ct Epiphanius, qui illa utebantur, in genealogia patriarcharum omittant Cainan. Ita Serrius, ct valde probabiliter.

Tertia dissonantia. Matthæus scribit : *Josias genuit Jechoniam et fratres ejus in transmigratione Babylonis ;* et tamen ex 4 Reg. c. 24 ct 25, et 1 Paralip. 5, notum est Josiam non genuisse Jechoniam, «edEliacim seu Joakim, neque ipsum et fratres, scilicet Johanan qui obiit ante patrem, Joadiasdictum Sellum, ct Mathaniam dictum Sedcciam,genuisse in transmigratione Babylonis, cum ante illam occisus fuerit a Fliaraonc in Magcddo, 4 Reg. 25.

Respondent quidam, Josiam genuisse Jechoniam, non immediate, sed mediate , mediante scilicet Joakimo; sed hoc non suivit nodum ; dicit enim Matthæus Joiiam genuisse Jechoniam et fratres ejus; Jcchonias autem filium Joacbimi non habuit fratres, sed unum tantum nomine Sedeciam, 4 Paralip. 5, v. 16.

Quapropter dicendum est cum aliis, hunc loakirn seu Eliacim quem genuit Josias, esse ipsum Jechoniam quem nominat Matîiæus, eo quod etiam hoc illi nomen esset, nijus fratres, ut jam notavi, erantJohainn, Joachas alias Sellum , et Matbanias i iasSedccias. Iste autem Joachim seu Jetlenias genuit lilium sui nominis dictum Jechoniam et Joachim, item et Sedcciam ilterum, i Paralii». 5. v. 16. Contingit tem cx scriptorum vitio, Jechoniam non fuisse bis repetitum seu hunc secundum Jechoniam es-e omissum ut filium primi Jechoniæ in genealogia Matthæ», quæ ideo sic intelligenda est : Josias genuit Jechoniam seu Joakim ct fratres ejûs in tras*-migralione Babylonis ; Jcchonias autem seu Joakim genuit Jechoniam seu Joachim; ct post transmigrationem Babylonis , iste secundus Jcchonias genuit Salathicl.

Quantum ad id quod Matthaus dicit, *In transmigratione Babylonis,* intelligitur imminente transmigratione seu circa tempus transmigrationis; vel, ut alii dicunt, το *in transmigratione* non refertur ad *genui',sed* ad *fratres ejus;* ita u‘ sensus sit, genuit Jechoniam ct fratres ejus qui fuerunt in transmigratione Babylonis.

Cætcræ apparentes antilogies. 1° Matthæus scribit: *EI post transmigrationem Babylonis, Jcchonias genuit Salathicl,* quem tamen Jechoniam Jcremias c. 22, scribit virum sterilem. 2° Salathicl 2 Paralip. 55, dicitur genitus in transmigratione, non post transmigrationem Babylonis. 5° Matthæus dicit : *Salathiel genuit Zorobabcl,* et tamen 1 Paralip. 5, Zorobabel dicitur filius Phadaïæ.

Ji. ad primum, Jechoniam dici a Jcrcmia *virum sterilem,* non absolute et physice, cum constet 1 Paralip. 5, mullos habuisse filios; sed sterilem secundum quid etmoralilcr, quia nullum habuit filium qui illi succederet in regia dignitate; ita aperte se explicat Propheta · *Scribe,* inquit, *virum sterilem, qui in diebus suis non prosperabitur ; nec enim erit de semine ejus vir qui sedeat super solium David.*

Jd secundum. Matthæus intelligit post actum transmigrationis : 1 autem Paralip. 5, intelligitur tempus commorationis in Babylone, quod duravit septuaginta annis, quo tempore Jcchonias genuit Salathiel.

.id tertium, quidam dicunt Salathielem ‹•| Phadaïam esse eumdem, qui luit binomius; sed id videtur contrarium S. Scriptune 1 Paralip. 5, ubi Salatlij*·! et Phadaia ponuntur ut duo filii distincti Jechoniæ : *lilii Jechonia· fuerunt, Jsir, Sulûlhiel, Melchiram, Phadaia, eu..* I nde verius ᵛ idetur Zorobabelcm, filium Phadaïæ, esse diversum a Zorubabele filio Salalhielis

ARTICULUS IV.

De modo et ordine conceptionis Christi, necnon de perfectione prolis concepta?.

Petes 1° utrum conceptio Christi facta sit in instanti?

B. Conceptio Christi quantum ad formationem corporis, in qua principaliter consistit comeptio, facta est in instanti.

Prob. 1°. Agens infinilæ virtutis potest in instanti materiam disponere ad debitam formam ; tanto enim agens potest citius materiam disponere quanto majoris est virtutis : atqui agens per quem formatum est corpus Christi, nempe Spiritus sanctus, est infinitæ virtutis : ergo.

2° Si ante formationem perfectam corporis præcessisset tempore corpus inperfecte conceptum, illud non assumpsisset Filius Dei ; non enim debuit assumere aliquid imperfectum, et sic tota conceptio non terminaretur ad ipsum, nec simpliciter et integre dici posset *Filius Dei conceptus,* quod tamen confitemur in Symbolo Apostolorum.

Dices. Motus localis intercessit in conceptione Christi, scilicet transmissio purissimi sanguinis in locum naturalem generationis, ejus coagulatio, condensatio el configuratio; ad hæc enim omnia requiritur motus localis : atqui motus localis non iit in instanti, cum de ejus ratione sit quod partes successive subintrent locum : ergo.

/f. Quæ assignantur iu *majori* non constituere essentiam conceptionis, quæ, ut dixi, consistit principaliter in formatione corporis, sed esse prxambula ad illam. Igitur sanguine citissime coagulato, condensato el configurato, iu instanti corpus formatur.

Petes 2° utrum corpus Christi animatum fuerit in primo instanti suæ conceptionis?

Q. 31. a. 2. o. — Λ. *affirmative ;* quia ut conceptio Filio Dei attribuatur, terminalive scilicet, sicut confitemur in Symbolo , ut jam dictum est, necesse est ut ipsum corpus Christi a Verbo fuerit assumptum quando concipiebatur : atqui non assumpsit corp"s nisi animatum , ut probavimus in tract, de Incarnat, dissert, f, a. 2, ad q. G D. Th. Ergo.

Petes 3° utrum corpus Christi in primo instanti *uæ conceptionis fuerit a λ erbo assumptun?

ibid. α. 5. o. — Λ. *affirmative : jam patet cx præccdcnti retp.* Item quia si caro Christi fuisset concepta antequam susciperetur a Verbo, habuisset hyposta* sim præter hypostasim Verbi, quod est contra rationem Incarnationis, secundum «piam ponimus Verbum Dei esse unitum humanæ naturæ et omnibus partibus ejus in unitate hypostasis. Nec fuit conveniens quod hypostasim præexistentem humana naturæ, vel alicujus partis ejus, Verbum Dei sua assumptione destrueret; non enim venit destruere humanitatem, sed perficere. Et ideo contra fidem est dicere quod caro Christi prius luerit concepta et postmoduin assumpta a Verbo : undeS. Aug. lib. de Fide ad Petrum cap. 18, dicit.· « Firmissime tene et nullatenus dubites » carnem Christi non fuisse conceptam in » utero Virginis, priusquam susciperetur » a Verbo. «

Petes 4° utrum Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit plenitudinem gratiæ sanctificantis?

Q. 54. a. 1.o. — 7?. *affirmative;* quia abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi, derivatur cx ipsa Verbi unione, quæ in primo instanti suæ conceptionis facta est, ut modo dicebamus. Ergo. Confer dissert. 8 de Incarnat, art. 1, ad q. 7 D. Th.

Petes 5« utrum Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit usum liberi arbitrii?

ibid. a. 2. o. — *B. affirmative;* quia Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit spiritualem perfectionem , *ut patet ex dictis:* atqui perfectio ultima non consistit in potentia seu habitu, sed in operatione : ergo Christus habuit in primo instanti suæ conceptionis illam operationem spiritualem , quæ potest in instanti haberi, qualis est operatio intellectus et voluntatis, in qua consistit, usus liberi arbitrii.

Petes 6° utrum Christus ia primo instanti suæconceptionis meruerit?

Ibid. α. 5. o. — *B. affirmative.* Vide dissert. 19 de Incarnat, art. 1, concl. 2.

Petes 7» utrum Christus fuerit comprehensor in primo instanti suæ tonceplionis?

ibid. a. 4. o. — *B affirmative.* Vide dissert. 10 de Incarnat, art. 1, conoi. 9.

ARTICULUS V.

*D(peregrinatione b. Pirginis in montana Judææ, ad visitandam cognatam suam Elizabeth**

Lucas cap. 1, narrat quod postquam angelus discessisset a Maria, ipsa abierit cum festinatione in provinciam Judæ, visura cognatam suam Elizabeth. Quod non debet intelligi factum ipsa die discessus angeli : quamvis enim dicatur iter confecisse cum festinatione, non dicitur tamen suscepisse cum festinatione; quin potius contrarium innuitur, dum dicitur : *Et dicessit ab illa angelus: exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione.* Quæ loquendi formula , *in diebus illis* , significat non ipsa die qua discessit angelus iter fuisse susceptum, sed circa id tempus et paucis post diebus.

Circa hanc peregrinationem tria quæruntur: primum, qua de causa B. Virgo illam susceperit ; secundum, utrum Joseph illam comitatus fuerit ; tertium, utrum exultatio seu motus S. Joannis in utero matris fuerit naturalis et corporis tantum, ut contingit aliquando naturaliter in infantilius adhuc in utero, an supernaturalis et animi. Ex quibus resolutis quædam corollaria deducemus. Itaque

Dico 1°. B. Virgo hanc peregrinationem non suscepit ut exploraret veritatem (lictorum ab angelo, aut ut certior dc ea fieret, ut quidam minus digne senserunt; omnimodam enim fidem dictis angeli præImit, dum dixit: *Ecce ancilla .Domini,* elc.elde firmitate fidei laudatur ab Elizabeth : *Beata quæ credidisti quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a Domino.* Neque dicas non dubitasse de sua, sed de Elizabeth iinprægnatione ; quæ enim majus et difficilius credit, de minori el faciliori non dubitat.

Suscepit ergo hanc peregrinationem B. Virgo ex speciali instinctu Spiritus sancti, qui ea mediante volebat replere sua gratia Elizabeth et Joannem in ejus utero,ac unique revelare mysterium Incarnationis ; quamvis istos fines forte tunc ignoraret B. Virgo . sed solo animo obediendi divino instinctui hoc iter susceperit.

Dico 2° S. Joseph non est comitatus B. Virginem in hoc itinere.

Prob. Joseph post reditum B. Virginis I ignorabat adhuc mysterium divinæ ejus fœcundilatis, et ideo videns ejus uterum intumescentem, volebat illam dimittere: atqui illud probe nov-.sset, si comes viæ pro* digia quæ patrata sunt in domo Zachari® vidisset, ct audivisset Elizabeth exclamantem : *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui: et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini ad me?* Ergo.

Vel igitur B. Virgo sola perfecit hanc peregrinationem propter secretum mysterii, vel sociam adhibuit gravem aliquam matronam , prout honestas postulare videbatui

Quæ sit autem illa civitas Judæ ad quan accessit B. Virgo salutatura Elizabeth, nor certo scitur, cum S. Scriptura dicat duntaxat eam ivisse in civitatem Judæ. Veri simile est tamen fuisse *Cariatharbe ,* qu.i *Hebron* seu *Chcbron* dicta est ; quia civitas in qua habitabat Zacharias sacerdos, erat sacerdotalis et in monte Juda; nulla autem alia civitas in monte Juda fuit sacerdotalis quam Hebron. Hæc autem distat a Nazareth viginti sex leucis circiter.

Dico 5°. Exultatio seu motus Joannis in utero matris fuit supernaturalis, el non corporis tantum, sed etiam animi.

Prob. 1° ex praedictione angeli ad Zachariam Luc. 1, v. 15 : *Spiritu sancto replebitur adhuc cx utero matris suæ,* quod non alio tempore fingi potest completum, quam cum ad adventum Domini exultavit in utero matris.

2° Ex his verbis Elizabeth ibid. v. 24 : *Exultavit in gaudio infans in utero meo;* non utique in gaudio matris, ut qui dam fingunt, sed in gaudio suo, ut aperte innuit Lucas his verbis ibid. *l't audivit salutationem Mariée Elizabeth , exui favit infans in utero ejus, et repleta est Spiritu sancto Elizabeth,* Super qu.i· verba S. Ambros. lib. 2 in Lue. dicit « Exultavit infans ct repleta est mater, » non prius repleta mater quam filius, sed « cum filius esset repletus Spiritu sancto, » replevit ct matrem. » Et S. Aug. Epist. olim 57 ad Dardanum, nunc 187 : « Joan- » nes, inquit, nondum in hanc editus hi- » ccm, tamen exultavit iu gaudio, quod » utique nisi operatione Spiritus sancti » fieri posse qui» credat. »

Ex his colliges 1°, usum rationis tunc acceleratum fuisse in Joanne; quale enim

gaudium absque usu rationis illi esse potuisset ?

An autem fuerit instantaneus, an continuatus, non ita constat. Fuisse continuatum saltem quoad intelligentiam mysteriorum tradunt Origcncs el S. Ambrosius, primus Horn. 9 in Lue. secundus lib. 2 in Luc. ubi scribunt Mariam mansisse 1res menses apud Elizabeth , ut ex ejus praesentia proficeret Joannes; nullus autem profectus absque usu rationis. Item Orig. Horn. 10 in Luc. el S. Ambros. loco cit. dicunt Joannem recens natum intellexisse canticum Zachariæ : « Potuit, inquit S. » Ambros. vocem patris natus audire, qui » Marite salutationem antequam nascere- » tur audivit. »

Colliges 2°, fuisse sanctificatuin in utero, cum ibi fuerit repletus Spiritu sancio, sicque mundatum a peccato originali, quocum subsistere non potest sanctificatio. Nec obstat quod nemo possit renasci, nisi prius fuerit natus : id namque verum est duntaxat de regeneratione communi quæ fit per baptismum, non de regeneratione quæ lit miraculose occulta Dei virtute.

DISSERTATIO III.

DE NATIVITATE CHRISTI.

D. Th. Q. 55.

ARTICULUS I.

Dc nativitate Christi secundam se considerata.

Plura hic occurrunt expendenda i primum , utrum tribuendæ sint Christo duæ nativitates; secundum, utrum pariter tribuendæ sint duæ filiationes; tertium, utrum B. λ irgo sil vera et naturalis mater Christi; quartum, utrum possit et debeat dici mater Dei; quintum, utrum pepererit sine dolore.

Q. 55. a. 2. o. — *Dico* 1°. Tribuendæ sunt Christo duæ nativitates ; quia nativitas cl omnis generatio comparatur ad naturam sicut motus ad terminum, et motus diversilicatur secundum diversitatem terminorum : atqui in Christo sunt duæ natura*, divina scilicet et humana : ergo illi tribuendæ sunt duæ nativitates, una qua ælcrnaliter natus est ex Patre, altera qua temporaliter natus est ex Matre. Atque ita cauit Ecclesia in Symbolo S. Athana.*»» ; *Deus est ex substantia Patris ante itucula genitus; ct homo est ex substantia Matris in saxulo natus.* Sicque definivit quinta synodus can. 2, his verbis : « Si » quis non confitetur Dei Verbi esse duas » nativitates, etc. anathema sit. »

Hinc inferes, Christum posse dici bis natum. Neque refert quod prima nativitas non fuerit interrupta, neque quod secunda non sit ejusdem speciei cum prima; nam proverbium *bis* non requirit interruptionem temporis : unde qui ad uno episcopatu transit in alium, dicitur bis episcopus, etiam si nulla fuerit interruptio. Item beatus qui rem intelligit visione beatifica ct cognitione naturali, dicitur bis intclligere, quamvis nulla sit intellectionis iriterruptio. Neque etiam proverbium *bis* requirit actus ejusdem omnino speciei, sed sufficiunt duo actus qui in aliqua communi ratione analoga conveniunt : unde quamvis generatio et resurrectio differant, attamen homo resurgens dicitur bis productus.

Ibid. α. 5. 0.— *Dico*2°. Sunt in Christo duæ filiationes, sicut sunt duæ nativitates : una xterna , altera temporalis, cum hoc discrimine, quod relatio filiationis temporalis in Christo non sit realis, sed ratio' nis tantum.

Ibid. — *Prob.* Subjectum inhæsionis filiationis non est natura sola, sed totum compositum ex natura ct subsistentia, seu suppositum ct persona ; non enim dicimus quod natura sit filia, sed quod subsistens sit filius : atqui in Christo est unicum suppositum, idque divinum, quod non potest esse subjectum inhæsionis accidentis realis : ergo. f Γ

Neque tamen id obstat quin Christus sit verus et realis filius B. Virginis, quia ad hoc sufficit relatio realis in Matre ad ipsum*, sicut licet non sit relatio realis Domini in Deo, sed rationis tantum, est tamen vere ct rcaliter Dominus ex rcali relatione subjectionis creaturarum ad ipsum.

ibid. a. 5. o. — *Dico* 5°. B. Virgo est vera ct realis mater Christi ; quia totum præstitit in conceptione Christi quod solent præstarealiæ matres, subininistravitscilicet materiam aptam conceptui, ut dixi supra.

Si dicas in ea non fuisse resolutionètU seminis fœminei, sicut in aliis matribus.

ibid. nd. 5. — *Ii.* resolutionem seminis fœminei non requiri ad conceptionem tail-

quam quid necessarium, sed tanquam quid utile tantum et ut melius ac perfectius fiat coiicepl'o, quod a Deo potuit suppleri per virtutem Spiritus sancti absque detrimento maternilatis inB. Virgine, Unde Joan. 2, vocatur *Mater Jesu;* Luc. 1, *Mater Domini,* et sic alibi.

Ibid. a. 4. o. — *Dico 4°*. B. Virgo vere et proprie potest et debet dici NIaLcr Dei.

Estde fide decisa in conc. Ephesino contraNestorium ; deinde in conc. Chalcedon, act. 8, et in aliis.

ibid.— *Prob.* Ex eo mulier dicitur mater alicujiis, quod cum conceperit et genuerit : atqui B. Virgo verum Deum concepit et genuit : ergo. *Prob. min,* 1° Juxta S. Script. Christus est Deus ex B. A irgine conceptus et genitus, Luc. *i : Quod t-r te nascetur, vocabitur* (id est, vere erit et celebrabitur) *Filius Dei.* Et paulo ante angelus nuntiat Mariæ quod is quem concipiet et pariet, *vocabitur ditissimi Filius.* Ergo. *Prob.* 2° *ead. min.* Concipi ct generari tribuitur person® ct ad eam terminaturjnon enim dicimus naturam concipi aut nasci, sed personam : atqui in Christoest unica persona,eaque divina,ad quam in primo instanti conceptionis assumpta est natura humana in utero Virginis : ergoB. Virgo vere concepit ct genuit personam divinam seu Deum, nimirum in natura humana.

Obj. Actio B. Virginis terminata est ad naturam humanam priusquam assumeretur a Verbo; prius enim est esse quam uniri: ergo non potest dici mater Dei nisi improprie., id est, mater illius qui postea factus est Deus.

/?. *D. ant.* Actio B. Virginis terminata est ad humanam naturam priusquam uniretur Verbo , prioritate naturae, *C.* prioritale temporis , *N.* In eodem enim instanti reali conceptionis in utero B. Virginis, Verbum univit sibi hypostatice humanitatem ex B. Virgine assumptam, sicque fuit illius conceptionis etgenerationis terminus. Quapropter non est improprie mater Dei, sive ad sensum Ncstorii, eo quod genuerit hominem in quo postea Deus per gratiam habitaret ut in tçmplo, sive eo sensu quo mulier dicitur mater episcopi, quia giuuiteum qui postea episcopus factus est; led vero et proprie, quatenus ejus actio generativa terminata est ad personam divinam.

Inst. Divinitas non est assumpta ex B. Virgine : ergo non est mater Dei.

/t. N. conseq. Ut enim mulier sit et dicatur mater alicujus, non est neccsse ut ex se conferat totum quod est in composito, sed sufficit quod ex ea assumatur corpus, ut patet in homine cujus anima non est ex matre, quæ tamen dicitur mater hominis : in Christo autem corpus est assumptum ex B. Virgine.

Urgebis. B. Virgo nec est nec dici potest mater Verbi divini : ergo nec Filii Dei.

A. *Omisso antecedente, N.conseq.* Disparitas est, quod τὸ *Fcrbum* formahter significet terminum generationis æternæ per divinum intellectum : atro *Filius* significat indifferenter terminum generationis sive æternæ sive temporalis. *Omisi ant.* quia mulli promiscue et sine scrupulo \o eant B. Virginem matrem Verbi sicut matrem Dei ; et sensu catholico, intelligendo scilicet materialiter, quod sit mater illius qui est Verbum Patris.

Insistes. Mater debet esse consubstantialis suo filio : atqui B. Virgo non est consubstantialis Christo : ergo.

/i. *D. maj.* Mater debet esse consubstantialis filio exparte, *C. maj. ex* toto, V. *maj. dd cujus sensum distincta min.* V. *conseq.* hujus quidem rei exemplum non habemus in natura ; quia mysterium est singulare , et si exemplo constaret, singulare non foret, ut ait S. August. Ep. 2 ad Volusianum.

Inferes. Ergo B. Virgo poterit dici causa Dei, quod non admittitur.

7i. *N. illat.* <\w\A το *causa* magis late patet quam™ *mater :* esse enim causa significat generalem causalitatcm totius illius respectu cujus dicitur; esse autem mater, significat peculiarem modum cau-alitalis, scilicet per generationem.

ibid. a. G.o.—*Dico* 5°. B. Virgo pepererit absque dolore. Quia dolor parientis causatur ex apertione meatuum per quos proles egreditur; Christus autem, ut dixi supra, egressus est ex utero clauso Matris. Deinde decebat ut quæ sin? libidine conceperat, sine dolore pareret adeoque nervi umbilicaris , quo fœtus utero matris cohæret, sectio , absque sensu matris pe<) operante facta eroditur,

Ncque tantum sine dolore, sed cum ingenii jucunditate et lælitia peperit B. Virgo, juxta illud Isaï. 55 : *Germinans germinabit sicut lilium, et exaltabit Icelabunda et laudans.*

Attamen ut servetur partus proprietas, dicendum est quod B. Virgo actione ct impulsu quodam emiserit foetum per partes genitales, absque tamen violentia et labore. Ita censent S. Hieron. contra Helvid. cap. 9 et S. Epiphan. lib. 5 contra Ilxresi s, atque sic canit Ecclesia : *Enixa est puerpera.*

Hinc inferes nullam illic fuisse obstetricem quæ parienti opem ferret : « Nulla a ibi obstetrix', inquit S. Hieron. cit. nulla » muliercularum sedulitas intercessit: ipsa » pannis involvit infantem, ipsa et mater » et obstetrix fuit. » Hinc ridendi sunt pictores qui Virgini parienti obstetricem affingunt, et ei decumbenti ac quasi infirmx subsidia præbentem.

Utrum vero fuerint sordes in hoc puerperio, sicut in aliis puerperiis , negare videntur plurcs SS Patres. Aug. Orat de 5 HæresibusC. 5, ubi loquens contra Manichxum, qui nolebat Filium Dei dici filium hominis, a quo ipsum inter alia deterrebant humanx nativitatis sordes, dicit : « Stulte, unde sordes in virgine matre, ubi » non est concubitus cum homine patre? » unde sordes in ea quæ ncc concipiendo » libidinem, nec pariendo perpessa est la» borem? unde sordes in domo ad quam » nullus habitator accessit ? » S. Fulg. Serm. de Laudibus B. Virginis, loquens de concept. Christi : « O, inquit, con» junctio sine sordibus facta! Hoc splen» dore concipitur Dei Filius, hac munditia " generatur. » Bern. Serm. 5 de Purif. inducit B. Virginem sic loquentem : « Quid » mihi opus purificatione?... Nihil in hoc » conceptu, nihil in partu impurum, nihil b illicitum, nihil purgandum... Quid in me » legalis purificet observatio, quæ purissi» ma facta sum in ipso partu immaculato ? » Si dicas ibi agi de purificatione ab immunditia legali, verum est; sed immunditia legalis oriebatur ex immunditia naturali puerperarum. Pro eadem sententia citantur Epiphan. I. 5 coni. H eres, circa finem, lldcphonsus 1. de perpetua \ irg. ; denique S. Hieron. c. 4 cont. Helvid. ubi dicit : « Polluatur cruore puerpera, obstrices suscipiant parvulum vagientem, » maritus lassam teneat uxorem : dic inci» piant nuptix, ne evangelista mentitus » sit; sed absit ut hoc de Matre Salvatoris ·· et viro justo sit existimandum. » Unde quod objicitur cx eodem S. Hieron.c.9 ejusd.lib. dictum est per transitionem,qua,i diceret : Esto ita sit, non ideo erubescemus, qui Crucem ignominiosam sustinuisse confitemur.

Non desunt tamen theologi et interpretes, Toslatus, Christianus Lupus, Serriiu, qui contrarium opinentur, l.oc nixi fundamento, quod, cum Christus per omnia nobis similis factus sit, atque humanx natura sordes et contumelias toto decursu viti non horruerit, illas nascendo horruisse non sit putandus.

Ad SS. Patres respondent, eos esse intclligendos de sordibus animi, noncorpiris. Verum non ita facile hanc solutionem accommodabis quibusdam textibus citatis, ut legendi patet.

ARTICULUS II.

De circumstantiis nativitatis Christi.

§ I. — *De loco Christi nascentis.*

Tria hic quxrimus ; primum, iilnim Christus sit natus in Bethlehem; secundum, utrum in ipsa civitate Bethlehem, an in ejus suburbio ; tertium, utrum Christo nascenti bos et asinus adfuerint.

Ç. 55. a. 7. 0. — *Dico* 1°. Juxta evangelistas, Matlh. 2 et Luc. 2, Christus natus est in Bethlehem civitate Judx seu tribus Judx. Exprimitur civitas Jutlx, ut distinguatur ab altera Bethlehem tribus Zabulon.

Voluit autem Christus nasci in Bethlehem in qua natus est David : 1° ut ostenderet se esse ex ejus semine, et promissionem ipsi faciam esse impletam; quod designat Evangelista , dicens : *Eo quod esset de domo et familia David.* 2° Quia, ut S. Greg. dicit Hom. S in Evang, Bethlehem domus panis interpretatur ·. ipse autem est qui ait : *Ego sum panis vivus qui de calo descendi ;* sicque adimpletum est quod prædixerat MichxasS { ***Et tu,*** *Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Juda , ex te mihi egredietur qui sit Dominator in Israël.* Vocat Propheta Bethlehem *Ephrata,* quia sic antiquitus vocabatur, Geu.55 ct4S,

At forte quis movebitur quod Matthæus 2, referens illam prophetiam, scribat : *Et* 1« *Btthielu m, terra Juda, nequaquam minima i s in principibus Juda,* etc. cun. tamen Propheta vocet eam *parvulam in millibus Juda;* quæ videntur contraria.

Respondet S. Hieron. Matthæum prophetiam hanc non retulisse ex se, sed prout reddita fuerat a principibus sacerdotum et Scribis Herodi interroganti ubi Christus nasceretur, eamque vitiationem noluisse corrigere, ut omnibus innotesceret quanta lunc esset in sacerdotibus et Scribis Scripturarum ignorantia. Qui vero existimant Matthæum retulisse prophetiam proprio nomine, dicunt hæc verba prophetiæ, *Parturuses in millibus Juda,* non esse dicta a Jlichæa affirmando , sed interrogando ; quasi diceret Propheta : *Tunc parvula cs* tn *millibus Juda ?* Nec mirum quod id non exprimatur in S. Scriptura, quia Hebræi interrogationis puncta scribendo non habent : unde Matthæus dicendo, *Nequaquam minima es in principibus Juda,* expressit sensum germanum prophetiæ.

Dico 2°. Probabile est Christum natum esse in suburbio Bethlehem, in spelunca diversorio conjuncta, brutis animantibus destinata.

Colligitur ex S. Scriptura. 1° Lucas 2 *mmiPastorescustodicntcs vigilias noctis mper gregem suum* , seu sub dio cum grege cubantes, venisse adoratum Dominum : ηου autem habuissent facilem aditum de nocte intra civitatem probabiliter muris circumseptam ; nec facile in civitate Puerulum natum invenissent. 2° Quia Herodes jussit occidi omnes infantes, non solum in civitate natos, sed *in omnibus finibus ejus,* hac scilicet de causa quod Bethlehem nomine sciret intelligi non solum ipsam civitatem, sed etiam ejus suburbia. Cæierum ita censent Euseb. qui lib. 7 Demonst. Evang. c. 2, dicit *agrumjuxta Btlhlehemum demonstrari, ubi Pirgo enixa Infantem deposuit ;* et Justinus in Dialogo cum Tryphone, qui dicit speluntamin qua natus est Jesus, esse *juxta Btlhlehemum positam.*

Divi, *in spelunca,* ı *Uvcrsorio conjuncta,brutis animantibus destinata,seu* stabulo. Ili coruiat ex Luc. 2 dicente . *Bedinavii eum in præsepio, quia non erat* cii *locus in diversorio.* Erat autem verisimiliter illa spelunca in terra vel rupe excisa, ut moris erat in illis partibm» · ct ideo S. Hieron. Epist. 27, vocat *parvum terres foramen.* Euseb. lib. 5 de vita Constant vocat *antrum,* et Vencrab. Beda lib. de Locis Sanctis cap. 8, *semiantrum.*

Dico 5°. Christo nascenti adfuisse bovem et asinum antiqua traditio est apud S. Hieron. Ep.27,S. Greg. Nazianz. Orat. 58 de Nativit. Christi, S. Greg. Nissen, de Christi generatione, Paulinum ad Severian. Epist. 11, S. Cyrillum Catechesi 12, S. Aug. contra Judæos cap. 15, etc. Hi nempe hanc sententiam Isaï. 1, *Bos cognovit possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui,* quæ sensu litterali intellecta , exprobrat populo Judaico ingratitudinem suam erga Dominum præ bobus et asinis qui grati sunt dominis suis, sensu aeeommodalitio applicant bovi et asino qui Christo recens nato in præsepio Bethlehemitico astiterunt, cumque sive naturali sive miraculosa aliqua reverentia agnoverunt et adoraverunt. Idem de hac altera sententia prophetæ Habacuc c. 5, secundum Septuaginta, *In medio duorum animalium cognosceris ;* quæ licet per duo animalia significet Cyrum et Darium, qui ab Isala duobus animalibus scilicet asino ct camelo assimilanlur, allegorice tamen Patres varie intelligunt, modo de duobus Testamentis, modo de duobus latronibus, modo de Christo recens nato, in præsepio posito inter bovem ct asinum et a pastoribus agnito.

Atque hanc traditionem recipit Ecclesia, quæ in Officio Nativitatis respons. 4, canit : *O magnum mysterium et admirabile sacramentum , ut animalia viderent Dominum nutumjacentem in præsepio!* Et resp. 6 festi Circumcisionis : *In medio duorum animaliumjacebat in præsepio ct fulgebat in calo.*

Scio quosdam recentiores, inter quos noster Sernus, habere traditionem pro fabula, hac potissimum ratione, quod Lucas, qui Christi nativitatem accurate describit, nihil de bove et asino scribat et angelus qui pastoribus signa reçois nati Salvatoris dedit, non dixit in medio duorum animalium esse positum.

At hæc sunt argumenta negativa, qua non satis evincunt contra traditionem auctoritate Patrum ct usu Ecclesiæ firmatam.

Insuper, et Lucas describendo Christi nativitatem, et angelus eam nuntians pastoribus, sufficienter indicaverant locum Christi nascentis, dicendo ipsum jacere in prxsepio, nec eratnecesse commemorare omnia quæ solent esse in præsepiis, fœnum, paleas et alia hujusmodi.

Ad SS. Patres qui scribunt bovem et asinum cognovisse possessorem suum et prxsepe Domini sui,respondent allegorice et figurate locutos fuisse, coque bovis et asini subjugalium animalium symbolo, pastores genere et religione Judxos ferendo Mosaïcæ logis oneri assuetos intellexisse, qui ex dato sibi signo ab angelo natum Salvatorem in præsepio cognoverunt et adoraverunt; vel, ut alii volunt, intellexisse magos et pastores, gentiles et Judxos.

Verum nulla figura apparet in his quæ cantat Ecclesia, neque in his quæ plures ex laudatis Patribus dicunt. Sic S. Hicron. Epist. 27, de Paula dicit : « Inde Bethlehem ingressa, in specum Salvatoris in-
ii troiens, postquam vidit sacrum Virginis
» diversorium et stabulum in quo agnovit
m bos possessorem suum et asinus prxsepe
« Domini sui, etc. » Neque specus, neque diversorium, neque stabulum hic ponuntur figurate : ergo neque bos et asinus. Item S. Greg. Nazian.Orat.oSdeNativit. « Cog-
» nosce, inquit, ut bos possessorem tuum,
» ct cum asino prxsepe Domini tui,cum
» stella curre, cum Magis adora, cum an-
» gelis tripudia. » Numquid vere et littcraliter stella prxeessit, Magi adoraverunt, angeli Ixtantes gaudium magnum nuntiaverunt? Ergo vere et lilteraliter bosct asinus Christo nascenti adfuerunt.

Denique cum natus sit Christus in spelunca brutis animalibus destinata, ut omnes conveniunt, nihil miri aut absurdi, quin potius convenienti® est, si dicatur ibi reperta fuisse quædam animalia.

§ II. — *De tempore Christi nascentis.*

Tria hic expendenda occurrunt : primum, quo anno a creatione mundi Christus natus sit; secundum,quo mense et qua die mensis; tertium, qua hora diei.

Dico 1°. Secundum communem nunt sententiam, computando sex mundi states juxta textum Hebraicum et Vulgata · editionem, natus est Christus anno circiter quater millesimo a creatione mundi.

ρ. SB. α. 8. o. — Hic annus erat qindragesimus primus imperii Augusti Claris, sub quo uno principe vivebat orbis universus et profunda pace fruebatur. Porro congruebat eo tempore nasci Christum,qui est pax nostra *faciens utraque* unum,ut dicitur Ephes. 2, et qui venerat congregare suos in unum, *ut esset unum ovik et unus pastor,* Joan. 10.

Dixi, *computando juxta textum //«-braïeum ct Vulgatam editionem;* quia computando juxta versionem Septuaginta Interpretum, longe major est annorum numerus. Sed vitiata in hoc. communiter creditur editio Lxx, quamvis unde vitiatio provenerit incertum sit. Atque hinc factum est quod Marlyrologimn Romanum, quod editum fuit tempore quo Ecclesia connnuniter utebatur editione Septuaginta Interpretum , numeret a creatione mundi ad Christum natum annos 5199, quamvis rt hic numerus nondum attingat numerum Septuaginta Interpretum. Verum Ecclesia, ad hæc utpote leviora, accuratius disquirenda majestatem suam non dimittit, inquit Cano, sed calculo chronologonim relinquit.

Dico 2°. Universa Ecclesia tam Gra?<r. quam Latina, ex constanti majorum traditione, tenet Christum esse natum vigesinu quinto Decembris, improbanda est itaque opinio ecclesiarum /Egypti qux existimant Christum esse natum sexto Januari', elidfj hac die quatuor mysteria celebrant, scilicet Nativitatis Christi,Epiphani®, Baptismi Christi et primi ejus miraculi in CanaGalikeæ; utpote contraria traditioni univers® Ecclesix, et quam aliunde ut minus fundatam impugnat S. Hicron. in c. 1 Ezeclt

Dices cum quibusdam heterodoxii, quorum alii vigesimo Aprilis, alii vigesimo Maii Christum esse natum volunt, verisimile non esse Christum esse natum medii hyeme : habetur enim Lue. 2, Christo nascente pastores custodivisse vigilias noctis super gregem suum, id est, sub dio cubantes : id autem fieri non potuit media liyemc. Ergo.

It. ,V. *assumptum.* Palxstina enim sicut alia: orientales et australes plagxsunl Iero»
i peratissimx ; in quibus eiiam media liyerne greges sub dio pernoctant, et pastorcsjiiiU accubant.

I *Dico* 5°, Natus est Christus media nocie.

Quod sit natus de node, colligitur ex Luca qui, narrata Christi natis itate, iimnediale subjungit · *Pastores erani in eadem regione vigilantes ct custodientes vigilias nodis super gregem suum.*

Quod media nocte, constat partira ex antiquissima Ecclcsiæ praxi, quæ a primis aculis ideo hac die sua officia celebrat inedia nocte; partira ex illo Sapient, cap. 2: Cimi *quietum silentium teneret omnia,et nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus a regalibus sedibus duris debellator in mediam exterminii terram prosilivit.* Quod dictum de Christi nativitate inulti Patres interpretantur.

Ides utrum a Virgine pariente abfuerit S. Joseph?

A. verbisS. Petri Dam. Serra. 62 : « Adest » et Joseph, sed ab utroque remotus, ct in » excessu mentis miratur, ct mirari salis » non potest qualiter sit ad tantæ dignita- » tis admissus arcanum. » Recte quidem; non enim verisimile est, quod quidam comminiscuntur, sanctissimum sponsum media nocte abfuisse domo, et sponsam partui proximam dereliquisse.

DISSERTATIO IV.

DE MANIFESTATIONE CI11USTI NATI. D. Th. Q. 56.

ARTICULUS I.

Utrum manifestatio Christi nati convenienter facta fuerit?

Quæ hac q. 56 docet S. Th. pro majori parte sequentibus conclusionibus breviter perstringo. Unde

Q. 56. a. 1. o. — *Dico* 1°. non debuit nativitas Christi communiter et promiscue omnibus manifestari; quia si fuisset omnibus manifestata per signa exteriora cum ostensione signati, adjuncto lumine interiori fidei, sicut fuit manifestata Pastoribus, Magis, Simeoni et Annae, Christus non habuisset persecutores et crucifixores, juxta illud 1 Corinth. 2: *Si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent;* indeque impedita fuisset redemptio geiicrisbumaui,quæ per crucem peracta est.

iLid. «. 2. o. — *Dico* 2°. Debuit tamen aiiquibus manifestari nativitas Christi; tum quia nulli profuisset, si omnibus fuisset occulta, juxta illud Eccli. 41 : *Sapientia abscondita ct thesaurus invisus, qua: utilitas in utrisque?* tum quia ordo divinæ sapienliæ est, ut ejus dona et opera non maneant penitus occulta, neque tamen omnibus aequaliter innotescant, sed quibusdam praeordinatis, et per eos ad alios perveniant; — Ibid, ad 1.— tum denique quia tolleretur fides si nulli cognitum fuisset istud mysterium, a quo ab aliis posset audiri; *fides* enim *ex auditu,* Rom. 40 : neque sufficiens fuisset Josephi et Manae testimonium, quia,cuin esset domesticum, fuisset suspectum.

Ibid. α. 5. o. — *Dico* 3°. Convenienter fuerunt electi illi quibus Christi nativitas est manifestata, nempe Pastores, Magi,Simeon et Anna. Quia cum Christus esset Salvator omnium, ejus nativitas convenientissime omnibus hominum conditionibus est manifestata, scilicet pastoribus, qui erant Judæi, pauperes et simplices ; Magis, qui erant gentiles, sapientes, potentes et peccatores; viris et mulieribus, scilicet Simeoni et Annæ, qui erant justi : ut significaretur nullam conditionem a salute Christi excludi, juxta illud Coloss. 5 : *In Christo Jesu non est masculus et fcemina, ct gentilis et Judœus, servus ct liber.*

Si petas ubi ab angelis nuntiata fuerit Pastoribus Christi nativitas?

B. juxta S. Hicron. nuntiatam fuisse ad turrim *Ader* seu *Eder,id* est *Gregis,* sitam inter Bethlehem et Jerusalem, distantem a Bethlehem mille passibus, ubi Pastores greges suos de nocte pascebant, et inde venisse adoratum Dominum. Ita S. Doctor in Traditionibus Hebraicis ad cap. 55 Gen. ct Ep. 27, ubi hæc habet : « Haud procul » inde descendit Paula ad turrim Eder seu » Gregis, juxta quam pavit Jacob greges » suos, et Pastores nocte vigilantes audire » meruerunt *Gloria in excelsis Deo, et* » *super terram pax hominibus bona vo-* » *luntatis.* »

Quantum ad numerum, tres vulgo numerantur ex Beda lib. de Locis Sanctis c. 8. Quidam tamen quatuor numorant.

Ib. a. 4. o. — *Dico* 4°. Xon decebat quod Christus jht seipsum manifestaret suam nativitatem, quia id derogaret iide: humanitatis; et aliunde voluit nasci nobis similis, omnibus infantiæ infirmitatibus obnoxius.

Dico 5'°. Convenientissima fuerunt media quæ divina sapientia assumpsit ut Christi nativitatem manifestaret.

Ibî<l. — *Prob.'* Manifestatio quæ (it per signa, debet fieri per ea quæ sunt familiaria iis quibus fit manifestatio. Porro justis est familiare et consuetum interiori Spiritus sancti instinctu edoceri absque signorum sensibilium demonstratione ; et ideo convenienter Simeoni et Annas tanquam justis manifestata est Christi nativitas per interiorem instinctum Spiritus sancti, secundum illud Luc. 2 : *Responsum accepit Simeon a Spiritu sancto non visurum se mortem,nisi prius videret Christum Domini.* Alii vero corporalibus rebus dediti, per sensibilia ad intelligibilia deducuntur : unde Pastoribus et Magis corporalibus addictis manifestata est Christi nativitas per visibiles apparitiones angelorum et stellæ : Pastoribus quidem per apparitionem angelorum, quia apud Judæos frequenter fiebant apparitiones angelorum; Magis autem per apparitionem stellæ, quia erant assueti siderum contemplationi.

ibid, ad *i.* ct a. S. o. — Observandum tamen quod hæc stella non fuisset Magis certum signum nati Salvatoris Dei et hominis nisi prætcr illam speciem, quæ corporalem incitavit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuisset ; non enim ex sola novae stellæ consideratione ad tanti mysterii veritatem pervenire poterant.

ibid. a. G. o. — *Dico* 6°. Convenienti ordine manifestata est nativitas Christi, primo Pastoribus, deinde Magis, postremo Simeoni ctAnnæ : quia Pastores repræsentabant Apostolos et Judæorum primitias; Magi erant primiliæ gentium ; justi autem Ui templo repræsentabant plenitudinem Judæorum. Porro fides Christi primo manifestata est Apostolis, deinde plenitudini gentium, postremo in fu» sæculorum manifestabitur plenitudini Judæorum.

ARTICULUS II.

De Magis Christi nascentisadoratoribus.

Expeditis iis quæ docet S. Th. sex primis articulis hujus q. 5G, restant variæ difficultates circa ipsos Magos Christi adoratores et stellam quæ eis apparuit.

Quanam fuerit hæc stella. 2» Utrum existons in Oriente apparuit Magis, an potius existons in Judæa apparuit Magis exiv. tentibus in Oriente. 5° Utrum duxerit Migos ab Oriente in Jerusalem. 4° Cujiwm conditionis fuerint Magi. .V>L ntlc venerint

Q. 35. a. 5. — *Dico* 1°. Stellaquæappj. ruit Magis, non erat una ex sideribuscolestibus, neque cometa, sed nova stella « dementari aliqua materia miraculose formata. *Patet,* quia ista stella ita movebatur secundum divinam voluntatem, ut ur i staret, modo progrederetur, modo esxt occulta, modo conspicua etiam in meridie: hæc autem non competunt sideribus codes tibiis, neque cometis. Insuper non filabat in cœlo stellato, sed in aere terra vicino; alioquin nec Magos ducere, nec certam domum cis indicare potuisset.

ibid. — *Dico* 2°. Hæc stella existons in Oriente apparuit Magis. Id significare videtur Matthæus c. 1, dicens : *Stella quam viderant in Oriente,* sitam scilicet; et illa verba Magorum : *Fidimus stellam ejusin Oriente,* scilicet fulgentem.

Si objicias vaticinium Balaam,num. U: *Orietur stella ex Jacob : R.* hoc vaticinium intelligi de Christo ipso, qui Apocal. 28 vocatur *stella splendida et matutina,*cujus stella quæ apparuit Magis erat nuntia.

Hanc autem stellam non fuisse visam Judæis colligitur cx Evangelic, quo docemur Herodem nonnisi cx Magis didicisse tempus stellæ. Aliunde, si ex sola relatione apparitionis stellæ turbatus fuerit Herodes et omnis Jerosolyma cum illo, quanto magis fuissent turbati si vidissent ipsam stellam ab Jerusalem in Bethlehem progredientem?

Dico 3°. Probabilius est hanc stellam duxisse Magos ab Oriente in Jerusalem.

Prob. 1° ex Matth. c. 2, qui dicit de Magis egressis Jerusalem *zEt ecce stella quam viderant, in Oriente ante c.edcbateos. utque dum veniens staret ubi erat Puer.SÀ* ab Jerusalem in Bethlehem duxit, cur non ab Oriente in Jcrosolvmam, cum tunc esset magis necessaria?

•Si *dicas,* his verbis, *quam viderant* in *Oriente,* innui stellam solum visam fuisse in Oriente, non præivisse : *N. assumptum:* Evangelista namque narrat quod primum factum est, non negat quod inde subsecutum est.

Prob 2° auctoritate Etclesiæ, quæ in sacro hymno cantat. : */bant Magi quam viderant stellam sequentes pratviam*

5° Auctoritate Patrum : S. Chrysost. | St n. 13 dicentis : *Ambulante Mago, stella ambulat ; dormiente, excubat ;* S. Leonis Scrin. 2de Epiph. *Magos ad Christum adorandum pravia stella perduxit;* et S. Th. hic a 7 o, qui tamen addit id a quibusdam relinqui sub dubio. Equidem non desunt clarissimi interpretes qui nullum in stella ab Oriente in Jerusalem motum agnoscunt, sed sive Orienti sive Judææ incubantem, visam fuisse a Magis fixam dicunt; eos autem cx prophetia Balaam num. 24, *Orietur stella cx Jacob,* intellexisse quid ista nova stella quam videbant indicaret, sicque cos sine ductore venisse in Judæain. In hanc sententiam adducuntur præserlim cx verbis Matlh. cit. *stella quam viderant in Oriente,* ut dixi supra. Fatemur hanc sententiam non esse improbabilem ; sed prior est communior, et Ecclesia: ac Patrum sensui videtur conformior.

Dico Magos Christi adoratores non fuisse magicis artibus et daemonum invocationibus addictos, sed philosophos, sapientes, ct siderum scientiae peritos, qui in Oriente vocantur Magi, communior ct probabilior est sententia.

Non fuisse reges simpliciter, qui populis et provinciis suprema potestate dominantur, probabilius nobis videtur. 1° Quia nullus veterum Patrum eis talem regiam dignitatem, sed sapientiam et siderum notitiam attribuit : primus omnium Thcophilactus, auctor undecimi sæculi, hanc cis tribuit. 2° Quia Matthaeus illos nec regio titulo nec regio apparatu adventantes designat, quod non omisisset ad majorem nascentis Christi gloriam et famam. 5° Herodes ipsos alloquitur ut inferioris conditionis homines ct cum iis ex imperio agit : *Mittens cos in Bethlehem, dixit : Ite et interrogate diligenter dc Puero, ct cum inveneritis renuntiate mihi.* 4® Non est verisimile reges exteros ingressos fuisse limites alterius regni, nullis missis nuntiis aut legatis; nec Herodes, (pii ad simplicem nuntium novi regis Judæorum nati turbatus est, illorum ingressum facile permisisset.

Pices. Ecclesia in festo Epiphania* usurpat bar verba Psal. 71 : *Begcs Tharsis et insula? munera offerent, reges Arabum d Saba dona adducent ;* item prophetiam Isaiæ ὖυ : *Ambulabunt gentes in lumine tuo, ct reges in splendore ortus tui.* Ergo.

//. hæc utriusque prophetiæ verba dicta esse generatim de conversione regum gentium nationumque bat hararum ad Christi cultum; ea autem Ecclesia accommodat suis officiis in festo Epiphaniae, quia Magi fuerunt primitus conversionis gentium. Alias si de Magis Christi nascentis adoratoribus litteraliter dicta velis, necesse erit dicere Magos fuisse, non qualescumque reges, sed reges Æthiopes, Tharsen-es, Insulenses, Arabes et Sabeos, imo omnes reges terræ ad Christum nascentem in praesepeconvolasse; dicit enim Psalmista loco cit. *Coram illo procidi-ni Ælhiopes, ct inimici ejus terram lingent : reges Tharsis ct insula munera offerent, reges Arabum ct Saba dona adducent; et adorabunt eum omnes reges terra.*

Quia tamen sensus communis fidelium est eos fuisse reges, et solo titulo *Begum* festum Epiphaniae celebrant, nihil obstat quominus dicamus cum pluribus eos fuisse reges sou regulos, secundum phrasim S. Scriptura, quæ cujusvis oppidi aut certi territorii dominos seu toparchas solet vocare reges, ut patet de quinque regibus quos Abraham debellavit, Genes. 14. Et sic conciliantur scnlentix.

Tres fuisse vulgo creduntur, ex S. Leone Serm. de Epiph. i , 5,5 et 6. Incerta eorum nomina, de quibus nihil fuit auditum ante finem duodecimi sæculi. Verisimile est singulos obtulisse tria munera, aurum, thus et myrrham ; quia cum ea offerrent ut symbola fidei suæ, qua crede" haut Christum esse regem, Deum et hominem mortalem, debuerunt singuli omnia hæc tria offerre : aurum ut regi, thus ut Deo, myrrham ut homini mortali in sepulturam ejus.

Dico 5°. Certum est cx Evangelio Magos venisse cx Oriente, quod debetintelligi respective ad Jerusalem. Sed ex qua parte Orientis, magna est SS. Patrum dissentio. Quidam dicunt eos venisse ex Chaldœa , in qua .Magorum scientia florebat. Quidam, ut Origencs ct Basilins Magnus ex Mesopotamia. Alii, ut Justinus Martyr, Tertul. Epiphan. Hilarius, etc. tenent cos venisse ex Arabia Felice , ubi aurum, thus et myrrha abundant. Alii tandem tradunt venisse ex Perside, in qua Magorum nomen et professio celebris erat, et vigebat

mos adorandi cum muneribus : hujus sen-(entiæsunt SS. Chrysostomus, Clemens etCyrillus Alexand. et ipse S. Th. hie a. 7 o.

Cæteruin undecumque venerint, extra dubium videtur omnes ex una et eadem regione, eaque orientali venisse. Unde absque fundamento depingitur unus inter illos niger, quasi ex Æthiopia vel altera regione Africae esset oriundus. Qui error creditur manasse cx collectaneis apocryphis Venerabili Bedæ falso ascriptis.

ARTICULUS III.

De tempore adventus Magorum.

Suppono cum sententia communi contra paucos, stellam apparuisse Magis non biennio ante Christi nativitatem, sed ipso jam nato. Constat ex verbis Magorum apud Matth. 2 : *Ubi est qui natus est rex Judæorumï vidimus enim stellam ejus,* utique nati, non nascituri.

Hoc supposito, quidam, inter quos Epiphanius, censent Magos adventasse Jerosolymam, subinde Bethlehem biennio post nativitatem Christi. Alii sentiunt non advenisse nisi post purificationem B. Virginis. Novissime noster Serrius tenet non advenisse nisi vigesimo sexto vel vigesimo septimo Januarii, non alio fundamento nixus quam quod falso putat omnia bene cohaerere in sua sententia, non in aliis. Contra quos omnes

Q. 56. a. 6. o. — *Dico.* Magi advenerunt Jerusalem,subinde Bethlehem die decimo tertio post Christi nativitatem, hoc est, sexta Januarii.

Hic est sensus communis fidelium et Ecclesiæ traditio, quam defendunt celebres auctores, S. Th. hic cit. Baron, ad annum primum Christi n. 51 et scq. Melchior Cano de locis Theolog. lib. 11, c. 5, ad 5, Jansenius Gand. in Concord, c. 9, Sylvius hic, Tournelius et alii; ncc quidquam opponitur quod illam efficaciter impugnet, *ut patebit ex sol. obj.* quin potius contra duas primas sententias militat hoc efficax argumentum.

Ibid. — Si Magi non advenerunt nisi biennio post Christum natum, aut nonnisi post purificationem B. Virginis et præsentalioncm Filii in templo, non invenissent Puerum Jesum et parentes ejus in Bethlehem, siquidem ex Luc. 2, *Ut perfecerunt omnia secundum legem Domini,* id est, post peractam purificationem Mariæ et præsentationem Jesu in templo, r#. *versi sunt in Galilceam in cioitatemsuw Nazareth.*

Item Matthaeus 2 narrat : *Cum natui u set Jesus, ecce Magi ab Oriente veneruu* Atqui si post biennium vel post sexhebdomadas , vel etiam post mensem, non dixisset Evangelista : *Cum natus esset, tcc. Magi.* Hæc enim loquendi formula non adhibetur de re tam sera, sed subita, et improvisa, ac præsenti seu quasi prasenti: sic Genes. 24 dicitur : *Necdum verba compleverat* servus Abrahæ, *ecec Eebteci egrediebatur.* Item cum dixit angelus Mariæ , *Ecce concipies,* ipsa intellexit se statini concepturam, unde e vestigio subdit: *Quomodo fiet istud, quoniam virummn cognosco ?*

Si dicas cum Serrio, Matthæuin eamdea loquendi formulam adhibere de iis quæinter se plusquam mense distant; dicit enim c. 2 : *Qui* reges *cum recessissent, ecce* angelus *apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge ct accipe Puerum et* matrem *ejus, et fuge in Ægyptum;* et limen secundum nos , inter recessum Regum et monitum angeli mediant sex circiter hebdomadæ. Ergo.

B. exS. Aug. 1. 2. de Consensu Evang. c. 5, Matthæuin prætennittere quæ Lucas 2 narrat gesta circa Dominum et Matrem ejus in templo ; unde texendo unam narrationem, ex utraque dicendum et intelligcnduin est : Qui Magi cum recessissent, postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ et peracta omnia secundum legem Domini, venerunt in Nazareth ; et ecce angelus Domini apparuit insomnis Joseph, etc.

Obj. 1°. Herodes, teste Matth. 2, a Magis *diligenter didicit tempus stcllæ qwt apparuit eis,'* ct ut vidit se ab iis esse delusum, occidi jussit omnes pueros α *bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis.* Unde colligitur stellam eis biennio apparuisse antequam Jerusalem advenirent; stella autem, ut supponimus, non apparuit nisi Christo nato: ergo Magi advenerunt Jerusalem biennio post Christum natum,

B. sequelam in antecedente ex verbis Matthæi *male deduci;* hæc enim verba, *secundum tempus quod exquisierat* α *Magis,* non referuntur ad istas particulas, *a bimatu,* sed ad has sequentes, *et infra,*

quas immediate afficiunt : ita ut sensus sil, Herodem jussisse occidi omnes pueros a bimatu ; ncc. solum illos , sed etiam alios intra bimatum, non tamen omnes, sed *sctundum tempus quod exquisierat a Majis* : id esi eos solos, licet non bimulos, qui nati essent ante apparitionem stellæ Magis, non vero eos qui post nati essent ; quiacerlo sciebat cos non posse esse Christum : sleque non initium, sed terminum occisionis statuit Herodes, *secundum tempus quod exquisicrat a Magis.*

Urgebis. Utquid ergo I Icrodes jussit occidi omnes pueros a bimatu, si Magi advenerint decimo tertio die post Christum natum ?

J?.cumS.ChrysostomoIIom.7in Mattii, id factum *essepro abundantia cautionis.* Quamvis enim Herodes didicisset tempus stellæ, dubitare tamen poterat num natus esset Christus antequam stella apparuisset. -Ibid. ad. 5. — Item suspicari poterat ne puer cui sidera famulabantur, speciem suam paulo supra xlatein transformaret. Similiter quamvis cx principibus sacerdotum et scribis didicisset Christum nascittirum in Bethlehem, hoc tamen non obstante jussit occidi pueros, non solum in Bethlehem, sed etiam in omnibus finibus ejus. Sicut ergo pro abundantia cautionis extendit locum, sic etiam extendit tempus.

Obj. 2°. Matth. c. 2, scribit Herodem statim atque persensit se a Magis esse illusum , jussisse pueros occidi : hæc autem rades nonnisi aliquot diebus post purificationem peracta est, dum Virgo Deipara illiusquc sponsus Jerosolymis discessissent dNazareth pervenissent, atque inde ad inde ab angelo monili in Ægyptum aufuçi«ent, hoc est, elapso ut minimum mense integro post sextam Januarii,qua Magos adventasse dicimus : atqui unius mensis ipatium non fuit necessarium Herodi ut se .i Magis per aliam viam reversis delusum intclligerct, puerorumque eaedem ediceret, maxime cum sexto duntaxat milliari seu dualius leucis Bethlehem distaret Jerosolymis : ergo Magi die sexta Januarii non adventarunt. Ita Serrius.

ibid, ad 5. — //. Ar. *subsumptum.* Existimavit enim Herodes, cum de Magis nihil audiret, ipsos fallacis stellæ visione deceptos, non invenisse quem natum putaverunt ct erubuisse ad ipsum redire. Peractis vero purificatione B. Virginis et presentations Jesu in templo, vulgatisqne iis quæ de ipso Simeon et Anna dixerant, se sensit delusum, hinc quæsivit Puerum ad perdendum cum et exdem Innocenlum edixit : quod proinde facium est cum essent Jesus ct parentes ejus in Nazareth, ubi ab angelo moniti sunt fugere in Ægyptum.

Obj. 5°. Magi tam brevi temporis intervallo tam longum iter agere nequiverunt, prasertim si ex Perside accessisse supponantur, leucis supra quingentis ab Jerosolymis distante. Ergo. Ita iterum Serrius.

Jt. 1° incertum esse unde profecti sint Magi, cum alii ex Chaldxa, alii cx Mesopotamia, alii cx Arabia, alii cx Perside profectos velint : unde nihil certi ex hoc argumento erui potest contra nostram conclusionem; si enim vel ex Chaldxa, vel Mesopotamia, vel Arabia, non longe a Judxa distantibus, potuerunt facile pervenire Jerusalem dic decima tertia.

2° Id etiam potuerunt, supposito quod venerint ex Perside ; cx descriptione enim Asiæ tempore Augusti, comperimus Persidem distare a Judxa non quingentis leucis ct ultra, ut dicit Serrius , sed centum ct quinquaginta leucis circiter. Sed ct dato Persidem a Judæa distare qningentisleucis. — Ibid. — etiam istud iter decem et tribus diebus conficere potuerunt, partira virtute divina, partira velocitate dromedariorum, qui juxta Philostratum in vita Apollonii, una die iter mille stadiorum, id est quinquaginta leucarum conficiunt, ct juxta Aristotelem Hist, animal, c. ult. sunt equis Nisxis velociores.

Obj. 4°. Si Magi ante purificationem venerint, B. Virgo qux tunc magnam auri copkun ab illis receperat, non oblationem pauperum, sed divitum fecisset. Ergo.

N. sequelam ; quia hanc auri copiam, si fuerit, vel in pauperes jam distribuerat *Mater misericordia'*, vel in sacros usus servabat. Sed quidquid sit, non decebat ut qux pauper erat conditione ct ab omni fastu aliena, oblationem divitum imitaretur, mutaretve conditionem quam sciebat Eilio Dei placuisse. Nequedicas, sic transgressam fuisse legem·, non enim urat obnoxia legi, ut dicam infra.

Petes quam speciem adorationis Magi exhibuerunt Christo nato, an civilem tantum* an spirituale»' et religiosam?

Il>i<1. a. 8. o. — *It.* Exhibuisse spirituale et religiosam ut homini Deo. Est contra Socinianos.

Ita sentiunt Patres. Orig. 1. *1* contra Celsum, S. Greg. Nazian. Orat. 38, S. Ainbros. I. 2 in Luc. S. August. Serm. 30 nunc 200 et seq. de temp. S. Micron. in cap. 2 Matlh. et alii.

ibid, ad 1. — *Prob. insuper ratione.* 1° Multi reges Judæonun nati sunt atque defuncti ; item erat Herodes actualiler regnans : atqui tamen nulhnn eorum Magi adorandum quaesierunt : ergo distinctionem regni Judaici non attendebant, neque regi Judæorum, quales illic esse solebant, hunc magnum honorem longinqui, alienigeni ct ab eodem regno prorsus extranei, a se deberi arbitrabantur; sed talem esse natum didicerunt in quo adorando se salutem quæ secundum fidem est consecuturos minime dubitabant.

ibid. o.—2° Magi fuerunt primiliæ gentium in Christum credentium , in quibus apparuit ut in quodam præsagio fides et devotio gentium venientium a remotis ad Christum : atqui fides et devotio gentium fuit et est ad Christum ut hominem et Deum : ergo.

Confirmat ur ex muneribus quibus fidem suam in Christum ut regem, ut Deum et ut hominem testati sunt Magi ; obtulerunt eniin illi aurum ut regi, thus ut Deo, mvrrham ut homini mortali. Unde Irenæus 1. 5, c. 10, dicit : « Deductos Magos a stella « ad Emmanuel, per ea quæ obtulerunt u munera, ostendisse quis erat qui adora» batur, »

Pices. Moris erat apud Orientales venerari hominem se prosternendo et offerendo munera. Insuper verbum *adoro* non semper sumitur in S. Scriptura pro cultu *latrie?,* ut notant interpretes. Ergo.

B. nos non facere vim in his solis verbis, *ct procidentes adoraverunt eum ;* neque præcisc in muneribus quoadsubslanliam ; sed tum in auctoritate Patrum, tum in rationibus deductis in prima ct secunda probatione, et in qualitate munerum. Insuper licet in veteri Testamento verbum *adoro* non semper uimatur pro cultu *latrier,* vix tamen aut ne vi* sumitur aliter in novo Testamento, maxime si admncla »it prostratio.

DISSERTATIO V.

DE LEGALIBUS CIRCA PUERUM JESUM SERVATIS, DE FUGA IN ÆGYPTÜM, DE CEDE INFANTIUM, NECNON DE INSTITUTO VITÆ CHRISTI USQUE AD SUUM BAPTISMA.!

D. Th. Q. 57.

ARTICULUS I.

De Christi circumcisione.

Christum fuisse circumcisum fides est Ecclesiæ. Quamvis enim Lucas 2, non dicat expresse fuisse circumcisum, idlamea aperte innuit, dum scribit : *Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur Puer, vocatum est nomen ejus Jesus.* Ad quid enim adnotasset, *ut circumcideretur Puer,* nisi revera fuisset circumcisus? Adde quod tum fuerit ipsi impositum nomen, quod non imponebatur nisi in circumcisione.

Neque te moveat quod dicat. *Postquam consummati sunt dies octo,* cum tamen non liceret circumcidere puerum post octavum diem a nativitate. Consummatio enim non refertur ad ipsos dies, quasi expletis omnino totis octo diebus sit circumcisus, sed ad numerum dierum, quasi septem dies integri erant completi el octavus inchoatus, qui per synecdochen dicuntur octo dies phrasi llcbræis familiari, sicut dicitur Marci 8 : *Oportet Filium hominis post tres dies resurgere,* id est, tertia die. Unde non dixit simpliciter ct absolute Lucas, *postquam consummati sunt dies octo* sed, *ut circumbicerctur Puer.*

Porro ideo non dixit expresse Christum fuisse circumcisum, sicut expresse dixit nominatum fuisse Jesum; quia circumcisio erat in usu pro omnibus masculis, ct idcirco illam ut indubitatam suppposuit; impositio autem nominis *Jesu* erat Christo propria, et ideo illius expresse et distincte meminit. Hoc supposito,

Quaritur 1° utrum Christus debuerit circumcidi? 2° ubi fuerit circumcisus? 5' a quo fuerit circumcisus? 4' quid factum sit de illius præputio? iP ubi cxlet sacum prxputimn? 6° denique utrum nomen *Jesus* fuerit Christo convenienter impositum?

2· 57. a. i. o. — *Dico* 1° Quamvis Christus non esset lege eircumcisionissum-

mo jure astrictos, non enim erat obnoxius legi, ut docet Auctor a. 4 et nos dicemus infra, convenienter tamen se illi legi subjecit

Ibid. — Primo, ut ostenderet veritatem carnis humanæ, quam Manes dixit phantasticam, Apollinaris consubstantialem divinitati, Valentinus cœlestem. 2" Ut approbaret circumcisionem quam Deus olim inMilucrat, et ostenderet sc esse de genere Abraliæ, qui circumcisionis mandatum acceperat. 5" Ut Judæis excusationem auferret ne ipsum reciperent, si esset incircumcisus. 4n Ut obedientiæ ethumilitatis exemplum nobis præbcrct. 5° Ut legis onus in sc sustinens, alios a legis onere liberaret, secundum illud Galat. 4 : *Misit Deus Filium suum facium sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.*

Dices. Si Christus fuit circumcisus, ergo clnos debemus circumcidi. *Patet conseq.* quia omnis actio Christi est instructio nostra.

iliid ad 2.— *D.N. illationem, adprob. D.* Omnis actio Christi est instructio nosti·' modo ct tempore debito, *C.* secus, *N.* Est enim cuique negotio tempus et oppor-tunitas, ut dicitur Eccl. 8. Et alioquin sequeretur quod deberemus observare alia legis Vosaïcæ præcepta , quæ observavit Christus. Itaque Christus fuit circumcisus tempore quo circumcisio erat sub præcepto. Aune autem nec præceptum nec teinpnsest circumcisionis, quæ distinguebat judæos a gentibus. Unde hanc Christi acIbmcin in hoc imitari debemus, ut obscricmusca quæ sunt nostro tempore in praeopto.

Dico 2° Christus non fuit circumcisus in templo aut synagoga, sed in spelunca Beti lehcmilica, vel in vicina domo adquam forleSS. parentes cum divina Prole commigrarunt post peractam descriptionem el evacuata diversoria.

Prob. iu ex S. Epiphan. Hæres. 20 : j Nattis est, inquit in Bethlehem, circum-) cistis in spelunca, oblatus in Jerusalem, »ctc.» et ex Nicephoro 1. i Hist. cap. 12: i In die octavo, dominico scilicet, eircumx'ididurin Bethlehem in domo Joseph, ·) iu qua nimirum hospitabatur.

2° Nullus locus, sive templum, sive synagoga , erat aliqua lege determinatus ad circumcisionem, sed solebat fieri in domo parentum, vel in alio quovis loco. Id constat ex Abraham cui primum indicta est lex circumcisionis ; ipse enim domi suæ se, filium ct omnes vernaculos circumcidit,Genes. 17. Sephora circumcidit filium suum in diversorio, dum iter ageret, Exod. 4. Josmc circumcidit omnem populum, transacto deserto, in valle preputiorum. Josue 3. Et ne forte dicas ita peractum esse ante constructionem templi, ipse Joannes Baptista fuit circumcisus in domo parentum; aderat enim tunc Elizabeth mater ejus,quæ cognatis volentibusZachariæ nomen infanti imponere, dixit: *Nequaquam, sed vocabitur Joannes;* id procul dubio dixit domi; cum enim esset puerpera octo dierum, non poterat domo exire ut in templum vel synagogam se transferret, cum ex præcepto legis deberet per quadraginta dies manere in sanguine suæ purificationis, Levit. 12. Nec obstat quod Lucas dicat : *Factum est dic octavo, venerunt circumcidere puerum;* id namque dictum est, non de Zacharia et Elizabeth, sed dc cognatis et amicis, qui *vocabant eum nomine patris sui Zachariam.*

Dico 3°. Christus non fuit circumcisus a summo pontifice, neque ab alio sacer lote sed ab alterutro parente ; quia ministerium circumcisionis non erat sacerdotale, imo nec leviticum, sed laîcum, quod a parentibus exerceri solebat. *Palet tum cx secunda probatione conclusionis præccdentis,* tum ex Act. Apost. c. 7, ubi dicitur Abraham circumcidisse Isaac, I<uc Jacob, Jacob duodecim Patriarchas; etcx 2 Machab. 6, ubi duæ matres dejectæ leguntur de muro, mandato Antiochi, co quod suos filios circumcidissent.

Λ quo autem parente ftieritcircumcisus? Libro de Vera circumcisione inter apocrypha S. Ilieron.ct lib. de Lamentatione B. Virginis inter apocrypha S. Bcmadi, legitur circumcisum fuisse a Maria. \ eritis tamen videtur circumcisum fuisse a S. Joseph; tum qui i id diserte asserit S. Ephrem Hom. de Transfiguratione, cujus auctoritas polior est quam operum apocryphorum; tum quia moris erar aoud Judæos ut viri, tanquam familiarum capita , hoc munus obirent, el non mulieres, nisi in necessitate. Corrigendi siuit itaque pictores qui nobis exhibent summum pontificem circumcidentem in templo puerum Jesum.

Dico 4°. Secundum communem theologorum opinionem, Christus reliquit in terra suum preputium ad venerationem fidelium ? unde ad id quod opponitur de integritate corporis Christi resurgentis, respondent tam exiguam partem, quæ vix latitudinem unguite humante æquat, non perlinere moraliter loquendo ad integritatem corporis Christi, maxime si consideretur ut filius Abrahæ cl vir Judæus, cui ex lege præputium debebat deesse ; sicquc eo carere exigebat ejus conditio.

Hinc inferes divinitatem non mansisse hypostatice unitam preputio, quia non debebat resumi in resurrectione.

Dico 5°. Non polest certo definiri tibinam exlct sacrum præputium, propter pugnantes ea de re narrationes.

S. Brigilla lib. 6 Revelat, c. 112, scribit servari Romæ. Idem Innoc. Ill l. 4 de Mysteriis Missæ , cap. 4, scribens ab angelo delatum fuisse Carolo Magno, qui illud deposuit Aquisgrani, ct postea translatum a Carolo Calvo Romam in basilicam Latcran. atque depositum in loco qui dicitur *Sancta sanctorum.* Alii dicunt servari Antuerpiæ ; alii, licet non negent olim servatum fuisse Antuerpiæ, volunt tamen, furente Calvinisino, inde fuisse sublatum, quo vero non dicunt. Alii Brugis, alii Anicii servari scribunt. Quidam denique, ut concilient istas pugnantes narrationes, dicunt sacrum præputium divisum fuisse in plurcs particulas, quæ in variis urbibus fuerunt distributee. Ridet Serrius Vindelinum hujus conciliationis auctorem : « Quia, » inquit, hanc partitionem preputii exigui» tas non patitur, quod vix minimæ un» gula» humanx latitudinem æquat. » Verum, quamvis hanc partitionem ut veram asserere nolim, non video tamen cur sil ridenda ; potest enim ungula humana dividi in quatuor aut quinque paries bene sensibiles.

Dico 6°. Nomen *Jesu* fuit convenienter Christo impositum; quia *Jesus* idem est ac Salvator: Christus est Salvator omnium hominum, ct quoad animam liberans coper gratiam a morte peccati, et quoad corpus per immortalitatem in ressurrectione conferendam.

Quamvis ergo quibusdam veteris Testamenti, ut Nave, Sirach et Josedech inveniatur impositum hoc nomen, propter aliquam particularem eltemporalein salutem; soli tamen Christo perfecta et integra ejus significatio convenit, nlpotequi solus spiritualem, universalem ct xternam salutem attulit. Et ideo illi soli est proprium Ikk nomen, in quo flectatur omne genu cœletium, terrestrium ct infernorum.

ARTICULUS II.

Dcpurificatione B. Pvrginisel oblationi pueri Jesu in templo.

Sanctus Lucas cap. 2, sic narrat : *Postquamimpleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem ut sisterent cum Domino, sicut scriptum est in lege Domini : quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur ; ct utdarcnt hostiam, secundum quod dictum esi in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.*

Ad quorum intclligcntiam, observandum est in veteri Testamento triplicem fuisse legem latam de puerperis, Levit, cap. 12, ct alteram quartam de primogenitis Exodi cap. 15.

Prima lex Levit. 12, hæc est: *Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus juxta diis separationis menslruæ .* (quo tempore domi recludebatur , nec cum quoquam commercium habere poterat, nisi cum eo cpii cibum ct necessaria afierret, et hic ob hoc ipsum legalitcr immundus erat.) *Et dic octava circumcidetur infantulus; ipsa vero triginta ct tribus diebus manebit in sanguine purificationis sua; omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium donec impleantur dies purgationis suce.* Sicquc erant quadraginta dies purgationis, septem primi strictiores, cæteri minus stricti.

Secunda lex ibid. *Sin autem fanninam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus juxta ritum fluxus menstrui, et sc.raginta sex diebus manebit in sanguine purificationis sux :* »d est, octoginta diebus; quia juxta Ilipocrat. Iib.de Natura pueri, ct Franciscum Valesinmde sacra Philosophia cap. 18, purgatio parientis fœminam diuturnior esi quam parientis masculum.

Tertia lex ibid. *Cumque repleti fuerint*

dits purificationis sua· pro filio sivc pro filia (ui est, purgationis ab immunditia contracta ex partu lilii aut filiæ), *deferet agnum anniculum in holocaustum* (hoc est, ut Dec gratias agat), *ct pullum columba'sive turturem pro peccato* (scilicet immunditia legali), *ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti, qui offeret illa coram Domino, ct orabit proea;cl sic mundabitur a profluvio sanguinis. Ita est lea' paricnlis masculum aut faminam. Quod si non potuerit offerc agnum sumet duos turtures vd duos pullos columbarum, unum in holocaustum, ct alterum pro peccato, orabilquepro ea sacerdos, ct sic mundabitur.* Quarta lex est de primogenitis, Exodi 15, his verbis; *Locutusque est Dominus adMoysen, dicens : Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quam de jumentis : mea sunt enim omnia* , non solum titulo creationis, sed etiam quia primogenitos Israël a communi strage primogenitonim /Egyptiorum per angelum exterminatorem exemerat : in cujus beneficii memoriam et gratiarum actionem hæc lex lata est.

Per sanctificationem autem in hac ultima lege,intellige consecrationem et oblationem (actam Deo primogenitorum animalium mundorum ad immolationem, primogenitonim autem hominum ad servitium Dei perpetuum ; sed quia Deus loco primogenitorum totius Israelis, qui tota vita alligati fuissentservitio tabernaculi et templi, degit ct substituit solam et totam tribum Levi, ideo primogeniti hominum redimendi erant quinque sidis, Num. 3, hoc est, quinque circiter florcnis Belgicis. His prætiipposilis,

Quæstio est 1° de cujus purgatione loquitur Lucas c. 2, an matris, an prolis ; 2° utrum B. Virgo debuerit purificari, 3° utrum Christus debuerit offerri in templo; quis fuerit Simeon, qui Jesum excepit in ulnas suas, an sacerdos, an laïeus?

Dico 1°. £>. Lucas his verbis, *Postquam impleti sunt dies purgationis ejus sccundum legem Moysi,* loquitur de purificatione solius matris, non prolis.

Prob. i° ex mente Ecdcsiæ, quæ est S. Scripturarum fidelis interpres. Hæc autem in Evangclio Purificationis loco *ejus* legit *Mariæ,ct* cantat in Evangclio : *Postquam impleti sunt dies purgationis* Mariae, non addendo verbo Dei, sed illud explicando. Item in Officiis ct Martyrologio vocat Purificationem B. Virginis.

Prob. 2° ex ij»is Lucæ vernis. 1° Nulla erat lex purgationis pro primogenitis, sed oblationis tantum , Exodi 13. Erat autem pro puerperis, Levit. 12. Ergo quando Lucas dicit : *Postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi,* non potest intelligi de purgatione prolis, sed matris duntaxat.

Nec obstat quod in tertia lege Levilici statuatur offerendum esse agnum ct lurtu-rem aut pullum columbae *pro filio sive pro filia,*- quia hæc verba, *pro filio sive pro filia,* non referuntur ad sequentia , *deferet agnum,* etc. sed ad præcedentia,*postquam impleti sunt dies purgationis ejus;* ita ut sensus sil, ut jam notavi : Postquam impleti sunt dies purgationis ejus pro filio sive pro filia, id est, purgationis ab immunditia contracta ex partu filii aut filiæ, deferet agnum, etc. Eodem sensu intclligendum est quod dicit Lucas Ibid, de parentibus Christi, quod *fecerunt secundum consuetudinem legis pro co*, et quod canit Ecclesia in Officio hujus festi : *Obtulerunt pro eo Domino,* id est, co quod B. Virgo cum pepercrat. Eodem sensu inlclligendus S. Th. hic a. 5.

2° Nullum erat tempus determinatum in lege pro oblatione primogenitorum. Quamvis enim dicatur Num. 18, *cujus redemptio erit post unum mensem siclis argenti quinque,* hæc redemptio non erat oblatio; imo redimebatur infans, ut familiæ suæ ac reipublicæ civ is redditus , ministeriis sacris non astringeretur, nec fiebat in templo , neque cum caeremoniis : unde in oblatione Christi nulla mentio facta est dc ejus redemptione. Erat autem in lege tempus determinatum pro purificatione puerperarum, scilicet quadraginta dies si peperissel masculum, et octoginta si peperisset fœminain. Ergo dum Lucas dicit, *postquam impleti sunt diespurgationis ejus secundum legem Moysi,* manifestum est quod loquatur dc purgatione malris, ct non prolis, cujus occasione infans fuit etiam oblatus in templo : unde addit Lucas ; *Et ut darent hostiam , secundum quod dictum est in lego Domini, par turturum*

aut duos pullos columbarum, quæ erat lex puerperaruih.

Siforte dicas Annam non obtulisse Samuelem nisi post triennium et postquam esset ablactatus : ergo si non ex lege, saltem exconsifetudine triennium erat tempus determinatum pro oblatione primogeniti. Hoc argumento recens auctor HistoriæPopuli Dei in secunda parte, contendit probare utramque cæremoniam tam purificationis Mariæ quam oblationis Jesu, non fuisse peractam nisi post triennium in reditu ex /Egyplo.

Ii. unicum unius facium neque legem neque consuetudinem astruere, præscrlim cum in illo singulari facto esset ratio differendi oblationem ad triennium, quæ non currit pro aliis infantibus; sic enim Samuel debebat ex voto matris offerri Domino, ut nunquam postea recederet a tabernaculo : ad id autem requirebatur certa ælas infantis, et quod esset ablactatus.

Insuper halhicinatur laudatus auctor, dum putat sacram familiam triennio mansisse in TEgypto; nec enim uno anno integro remansit, ut probabo infra.

Obj. præcipue. Lucas dicit : *Postquam impleti sunt dies purgationis ejus : το ejus,* secundum regulam grammatices et usum communem, debet referri ad personam de qua immediate facta est mentio ; atqui hæcfuit Jesus, de quo dixit Evangelista : *Postquam consummati sunt dies octo ut circumcidereturPuer,vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab angelopriusquam in utero conciperetur,* immediate subjungens : *Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus:* ergo.

P. 1° equidem ordinarie sic esse ut το ejus referatur ad personam immediate procedentem , nisi aliunde eruatur sensus contrarius, ut hic eruitur, tum ex mente Ecclcsiæ, tum ex verbis Lucæ collalis cum lege. 2° Observandum est cum quibusdam, integram periodum de Christo esse ibi insertam vehit intra parcnthcsim,proindeque το *ejus* referendum esse ad personam de qua fuit sermo ante parenthesim : fuit autem sermo de B. Virgine, de qua dixerat Evangelista : *Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Ad Mariam ergo , ct non ad Jcsuin , ro *ejus* referendum est.

Inst. Juxta Estiuin legitur grocc αυτών, pluraliter *eorum,* scilicet matris ct lilii. Ergo.

II. Esto forte in quibusdamcodicibisq quos incidit Estins, legatur αυτών, riius Iprensis, a I.apide et alii testantur nor. legi in græco neque αυτών singulariter masculine, neque αυτών pluraliter, sed αυτή singulariter fœmininc. Insuper nugis standum est auctoritati Ecclcsiæ quam textui græco, maxime non constanti.

Q. 57. α. *4.* 0. — *Dico* 2°. B. Virgo legi purificationis non fuit summo jure astricta , convenienter tamen se illi subjecit.

Ibid, ad 2.—*Prob. prima pars.i"Lex* ita fert : *Mulier, si suscepto semine ptperii masculum, immunda erit, tie. A*qui B. Virgo non peperit Christum ex suscepto semine, sed ex Spiritu sancto: ergo, Utide S. Bernard. Serin. 5de Purifie. « Lev » ipsa, inquit, Matrem Domini noninclu» dit, quæ non suscepto semine peperit.-

Si dicas, per *semen* intclligi*prolem,u* familiare est in S. Scripturis; ita ut sensus sit : *Si mulier, suscepta prole, masc · lum pepererit.*

II. Quamvis non raro in S. Scripturi' semen sumatur pro prole, sic tamen liic accipi vetat, tum textus Hebraicus qui habet, *si mulier suscepto.spermate;* tum quia Moyses potiit *suscepto semine,* tanquaai causam cur mulier sit immunda : non est autem immunda præcise quia prolem edit, sed quia illam edit ex immundo semine; tum quia parere ex suscepto semine, proprie est edere prolem ex semine susceptam.

Prob. 2°. Ideo ex lege debebat miiliet purificari, quia immunda erat ex profluvio sanguinis; sic enim dicit lex : *Mundabitur a profluvio sanguinis.* Atqui profluvius sanguinis non fuit in B. Virgine, quæsine apertione claustri virginalis foetum effudit, et in qua,cum conceperit ex Spiritu sancio, solus fuit sanguis necessarius ad nutrimentum fœtus, quo egresso,conversuscA sanguis ad ubera ut lac fieret.

ibîd 0.— *Prob. secunda pars.* Decebal ut, sicut Filius, ita et Mater humilitatis fit obedicnliæ exemplum præberet, legcmap-probaret, ct occasionem calumniæ Jud.vis eriperet. Ergo.

ibid.a. 5. ct 4. o.—*Dico 2°* Christus legi primogenitorum non erat etiamsummo jure astrictus; convenienter tamen se illi subjecit.

Quidam probant primam partem ex eo quod lex dicat : *Sanctificamihi omne primogenii umquod,aperit vulvam.* Christus autem nascendo non aperuit vulvam Matris, sicque sub lege non comprehenditur. Verum hæc· sententia videtur contraria Evangéliste, qui hanc legem ipsi Christo adaptat, ut videre est in textu cit. initio articuli. Aperire vulvam igitur , hic nihil est aliud quam eam sibi pen iam facere, ita ut primo nascenti nullo sit impedimento ; sive hoc fiat fractione claustri, ut iit communiter; sive clauso manente, penetratione miraculosa, ut singulariter factum est in Christo. Neque iste loquendi modus est inusitatus in S. Scripturis : sic Matth. 5, de Christo baptizato dicit : *Eccc aperti sunt ticcrli,ct vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam.* Et Act. 17, S. Stephaniis dum lapidaretur, dicebat : *Eccc video cœlos apertos, ct lesum stantem a dextris Dei:* non quod soliditas coelorum sit disrupta, sed oculis pen ia, nulloque fuerit impedimento quominus ct Christus Spiritum descendentem videret, ut Stcplianus Jesum stantem a dextris Dei.

dst, inquies, si ita sit, frustra ergo Moyses addidit, *quod aperit vulvam,* sed sali-fuisset dicere *primogenitum ;* noc ipso enimquo est primogenitus, primus ex utero egreditur.

II. N. illationem. Adprob. D. Hoc ipso quo est primogenitus simpliciter et absolute, primus egreditur, *C.* hoc ipso quo est primogenitus secundum quid tantum, .V. Primogenitus simpliciter et absolute est antequam nulla generatio sive masculi sive fœminæ præcessit, et iste aperit vulvam : primogenitus secundum quid est qui primus inter masculos nascitur, licet puellæ generatio processerit; et iste non aperit vulvam, sed apertam supponit. Quia vero lex erat de primogenitis simpliciter ct absolute, ut designarentur, debuit addi, *quod aperit vulvam.*

iliundc igitur petenda est probatio conclusionis. Imprimis videtur expressa sententia I). Th. hic a. 40, ul i dicit: • Christus lice» non esset legi obnoxius, «voluit tamen circumcisionem ct alia le-»gis onera subire. »

Prob. ratione, legislator non tenetur fua lege, non solum vi coacliva, sed etiam uœ directive, (piando est dispar conditio legislatoris ct subditorum respective ad legem : atqui sic erat in casu. Christus enim homo Deus erat legislator, et vi nnionii substantialis divinitatis ad humanitatem erat sanctus et in servitium Dei perpetue consecratus, non sic alii primogeniti ; sicque nun indigebat oblatione seu consecratione legali.

Si dicas : Christo licet substantialiter sancto per gratiam unionis hypostaticae, necessaria fuit sanctificatio accidentalis per gratiam habitualem, ut docent Thomiste in tractatu, de Incarnat, ergo pariter ipsi sancto et consecrato substantialiter unione divinitatis, necessaria fuit consecratio legalis.

II. N. conscq. Disparitas est, quod prêter gratiam unionis, necessaria erat Christo gratia habitualis qua posset elicere counaturaliter actus supernaturales; id enim non conferebat gratia unionis, ut late dixi in tract, de Incarnat, diss. 8, a. 2; consecrationi autem substantiali nihil addebat consecratio legalis ; sicque nullatenus er.it necessaria.

Quando ergo SS. Patres dicunt Christum debuisse subire hanc legem , intel ligendi sunt de debito decentiæ, non stricte obligationis.

Ibid. a. 5. o. — *Prob. secunda pars.* Decebat ut Chi islus, sicut diximus de sanctissima ejus Matre, humilitatis etobedienliæ exemplum praeberet, legem approbaret, et occasionem calumniæ Judæis tolleret : quæ prostitit per oblationem sui in templo.

Postquam narravit Lucas parentes Jesu ipsum tulisse Jerusalem ut sisterent cum Domino, sicut scriptum est in lege Domini, e vestigio subdit : *Et ccce homo erat inJcrusalcmcui nomen Simeon,cthomo iste justus et timoratus,expectans consolationem Israel... Et cum inducerent puerum Jt sum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro co, cl ipse accepit cum in ulnas suas, ct benedixit Deum ,* etc. Hinc quæstio est (piis fuerit iste Simeon, an sacerdos, an laïeus.

Dico 1°. Simeon qui Jesum excepit in ulnas suas, non erat sacerdos,sed vir latens.

Prob. 1° ex silentio Luca-, (pii, <um alias Simeonis qualitates accurate describat , nihil de ejus sacerdotio dicit ; item ex silentio utriusque Ecclcsiæ Græcœ et

Latinat, quæ in sms OfTlciis ct Martyrologiis Simeonem a sacerdotio non commendant. Idem dic de SS. Patribus, quorum nullus sacerdotii Simeonis meminit : imo Tbeophilactus Enarrat, in c. 2 Lucæ, et Euthymius in 4 Evangelia c. 5, diserte dicunt Simconem fuisse laïeum.

Prob. 2°. Sacerdotes in interiori parte templi pueros de manibus parentum exceptos offerebant, nec nisi post purificationem matrum; ante enim matres *omne sanctum non tangebant nec ingrediebantur in sanctuarium,* Levit. 15. Atqui Simeon occurrit parentibus Jesu ante fores aut in foribus templi ; id enim aperte indicant verba Lucæ: *Et ecce,* inquit, *homo erat in Jerusalem cui nomen Simeon.* IJæc verba indicant rem novam ct insolitam, quod non dixisset Lucas dc sacerdote : *Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, et ipse accepit in ulnas suas* : nondum ergo induxerant, nondum fecerant secundum consuetudinem legis, sicquc ante fores vel in foribus ante purificationem Matris.

Dices.S. Aug. Semi. 15deTemp, dicit: *In templo praesentabatur, ct a Simeone sene annoso , probato, coronato agnoscebat ur.* Atqui per το *coronato* nihil aliud videtur posse inlelligi quam mitram sacerdotalem : ergo.

B. N. min. Quidam dicunt per το *coronato* S. Augustinum allusisse ad hæc verba Epist. Jacobi cap. 1 : *Beatus vir qui suffert tentationem , quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitee,* sicque intellexisse non coronam sacerdotalem aut aliam temporalem, sed coronam vilæ æternæ, *quam repromisit Deus diligentibus se.* At forte non absurde «piis intelliget το *coronato* de defectu capillorum in vertice capitis, ut frequenter senibus contingit, ex quo fit quadam corona; idque indicare videntur verba S Augustini , *sene, annoso, coronato.*

ARTICULUS 111.

De fuga m *Egyptum*

Duo hic potissimum inquirimus : primum, unde et quando S. Joseph cum Maria et divina Proie profectus sit in /Egyptum; secundum , qnandiu sacra familia commorata sit in /Egypte. Quasdam diam quutiunculas incidentes resolvemus.

Dico 1°. S. Joseph cum Maria ct divini Prole profectus est de Nazareth paulo post purificationem B. Virginis et oblationem Jesu in templo.

Prob. Secundum Lucam 2 : *Ut perfecerunt omnia secundum legem Moysi,'* id est,statim ac perfecerunt) *reversi sunt in Galilecam in civitatem suam Nazareth.* Ante vero illud tempus non acceperat Joseph mandatum ab angelo fugiendi in/Egyptum; cum enim ex Mattii. 2, statim ac accepit, eadem ipsa nocte consurgens secesserit in /Egyptum cmn Marii et ejus Prole, non potuissent adesse Jcro-olymis quadragesima die a nativitate ad perficiendum officium purificationis. Ex quibus sequitur quod nec Bcthlchemi nccJerosolymis acceperit istud mandatum, sed Nazareth, unde profectus est post purificationem.

Quod posset opponi ex Mattii. mandatum fuisse datum Josepho fugiendi stalim post discessum Magorum, solutum est art. 5 præcedentis diss, post probationes.

Dices insuper. Regressus in Nazareth post purificationem, de quo loquilurl.uc.i-, non fuit præccps quem stalim exciperet fuga in /Egyptum, sed fuit constans ct perpetua Nazarethi habitatio Christi una cum Maria et Joseph ; postquam enim dixit Lucas v. 59 : *Ut perfecerunt omnia secundum legem Moysi, reversi sunt in Galilœam in civitatem suam Nazareth,* immediate subjungit v. 4Osequenti: *Puer autem crescebat ct confortabatur plenus sapientia:* quæ verba indicant non Irameuntem, sed permanentem Nazarethi habitationem. Ergo.

II. Evangelistas in suis narrationibus non semper servare ordinem quo res gestæ sunt, *ut patet cx instantia precccdcnle,* cl posset pluribus aliis exemplis probari: cum ergo Lucas omittat fugam in /Egyptum, quam refert Matthæus, hic inserenda est, ct verba objecta inlclligenda sunt de habitatione Christi Nazarethi post reditum ex /Egypto.

Sed petes quid fuga opus? Duo enim videntur obstare. Primum , Christus Dominus omnipotens poterat aliter furorem Herodis decimare. Secundum, si, m contendimus, erat tunc Nazareth, poterat ibi luto

manere, aut In alio loco Judææ, cum Herodes jussent tantum occidi infantes Bethlehem et in omnibus finibus ejus.

ib. q, 5G. a. 4. o. — *Jl. ad primum,* quod non conveniebat Christum adhuc infantem per se edere miracula; tum quia in similitudinem hominum factus, voluit habere infantiam similem infantis aliorum hominum; tum quia si perse fecisset miracula, derogasset fidei humanitatis.— Ibid, ad 3. — Et Judæi existimassem Incarnationem esse phantasma, atque ante tempus opportunum ipsum cruci affixissent livore liquefacti; tum quiasi in prima itate fecisset miracula, Judæi non indiguissent alio manifestante , cum tamen Joannes Baptista dicat Joan. 1 : *Ut tnanifatetur in Israel,proptcrca veni in aqua baptizans.* Insuper Christus arripuit fugam ut ostenderet se vitam pauperem, immnis et periculis plenam assumpsisse, et nobis daret exemplum fugiendi instante persecutione.

Ad secundum. Quamvis Herodes jussisscl occidi infantes Bethlehemi tantum et in ejus finibus, variis tamen aliis artibus et modis per universum regnum suum ipse cum sacerdotibus et scribis, qui pariter fuerant turbati, insidiabatur vitæ infantis, ut scribit S. Hieron. 1. *i* Comment, in Mattii, praesertim postquam vulgata sunt quæ dixerant et praedixerant Simeon et Anna die purificationis : quapropter nullus infanti locus tutus erat intra fines regni Herodis, qui dominabatur non solum in Judæa proprie dicta, sed etiam in Galila; solum enim post ejus mortem divitum est regnum in quatuor tetrarchias.

.11, inquies, si tot inquisitiones faciebat Herodes, quare non jussit occidi Joannem Baptistam, cujus fama divulgabatur super «unia montana Judææ, propter ea quæ contigerant in illius circumcisione, et quem inde poterat conjicere Herodes esse Christum.

It. quosdam censere Zachariam patrem Joannis Baptista fuisse occisum eo quod puerum suum subduxisset. At id maxime controversum estf Cxterum verisimile est Herodem, auditis quæ de Joanne dicebantur,veritum ne ipse esset Christus, jussisse ipsum occidi ; sed divina providentia fac-'um est ut transferretur in loca deserta, ct ibi Usque ad obitum Herodis educaretur. |

ΛÏ *ulterius petas* quarc mandatum fuit fugere in /Egyptum potius quam in aliam regionem?

Jl. 1° ex Matth. 2, ut id quod erat dictum per Oscam 11, litleraliter de populo Judaico ut gerente personam Christi, et allegoricc de Christo, per hanc fugam ct reditum verificarctur *zExÆgypto vocavi Filium meum.* 2° Quia /Egyptus erat antiquum refugium Israclitarum^ cujus Joseph, qui erat figura Christi, dictus est salvator, ct erant tunc in /Egypto plura millia Judxorum.

Dico 2°. Sacra familia commorata est in /Egypto non novem, aut septem, aut quinque, aut tribus annis, ut quidam opinati sunt, sed anno necdum integro.

Prob. Reversi sunt in Galilxam dum Archelaus, defuncto patre suo Herode, regnaret in Judæa; sic enim scribit Matth. c. 2 : *Audiens autem Joseph quod Archelaus regnaret in Judæapro Herode patre suo, timuit illo ire, ct admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.* Atqui Herodes Magnus, secundum Josephum 1. 17 Antiquit. c. liet 12, misera tabe confectus, obiit circa festum Paschæ eodem anno quo edixit stragem infantium : Archelaus autem ejus filius nonnisi post sex circiter menses regnare incœpit in Judæa, non regis, sed tetrarchœ titulo; ut enim narrat Josephus, totam æstatem post mortem patris Romae transegit, ut ab Augusto patris regnum vel partem obtineret. Ponamus nunc, ut ante diximus, S. Josephum secessisse in /Egyptum post purificationem et antecædcm Innocentum, verisimiliter circa medium seu finem Februarii, numerabis novem vel decem menses circiter commorationis in /Egypto.

Dices non constare Josephum rediisse in Galilxam statiin ac Archelaus regnum seu tetrarchiam Judææ administrare cœpit potuit ergo post tres, vel quinque, vel septem, vel novem annos rediisse.

Jl. id plane constare cxS. Scriptura; dicit enim Mattii. 2, v. 15 : *Et erat ibi* (itt /Egypto) *usque ad obitum Herodis* Et v. 19: *Defunctoautem Herode, ecce angelus Domini apparuit Joseph in .Egypto, dicens : Surge et accipe Puerum el matrem ejus, ct vade in terram Israel; defuncti sunt enim qui quarebant animam Pueri. Qui consurgens acceDil Puerum et ma-*

/rem *ejus, ct venit in terram Israel : audiens autem quod Archelaus*, etc. Porro ha* loquendi formulæ non significant longam plurium annorum moram, sed brevem aliquot mensium. Et quomodo verum esset Josephum mansisse in /Egypto *usquead obitum Herodis* duntaxat, si tres, quinque, septem vei novem annis post hunc obitum ibi mansisset? Id autem optime veriiicatur moraliter loquendo, si post aliquot menses tantum ab hoc obitu ex Ægypto recesserit.

ARTICULUS IV.

An et quæ miracula patrata sint ingrediente Jesu in Ægyplum?

Baronins ad annum Christi primum, duo narrat et approbat, videlicet incurvationem arboris qua; dicebatur *Persis* vel *Persea,* ct commotionem ac concussionem simulacrorum. Serrius hæc ut commenta rejicit, exercitatione 58.

Dico. Quamvis hæc duo miracula ut certo vera non asseramus, non tamen ut commenta rejicimus, sed ut probabilia facta sustinemus.

Prob. ImprimisSozomenus, auctorquinti sæeuli, I. 5 Hist. Ecclesiast. c. 20, dicit : « Memorant arborem esse, quæ *Persis* di- M citur, I lermopoli, quod est oppidum The- « baïdis, cujus fructus aut folium aut parti- » cula aliqua corticis ægrotis admota, mor- » bos a compluribus depulerit : nam tradi- » tum est Joseph, cum propter Herodem, *u* assumptis secum Christo et Maria sancta » Deipara, fugisset, venisse Hermopolim, ») atque simul ut porlæ appropinquavit, » slatim arborem, licet plane maximam, ad* » ventu Chri-ti turbatam esse, atque ad so- » Ium usque se inflexisse et Christum ado- » rassc. Atque hæc quidem, sicut a mullis ·» audivi, a me commemorata sunt. Quæ » quidem, si quid ego judico, vel signifi- » cabant jam Christum in urbe adesse, vel, » ut est verisimile, non modo arborem quam » ineoke propter magnitudinem et pulchri- » tudinem lege gentilitia venerabantur, dæ- * mone jam qui ibi colebatur, ob Christum » talium eversorem, qui in eo loco coinpa- » rebat, perhorrescente, sua sponte com- » motam esse; verum etiam omnes /Egyp- » '.iorum statuas, adventante tum Christo, » juxta prophetiam kaïæ convulsas. Itaque » dæmone inde abacto, arbor, quo rei gesta » testimonium es«et, remansit ibi, f"' h· - que morbis liberavit. Atque ut Ægyptn et Pal.cslini, istarum rerum, sicut alii sin· guli aliarum quæ apud ipsos geslæ sunt, testes locupletes existunt. «

Nicephoros 1. 10, c. 51 postquam retulit quæ narrat Sozomenus de arbore Perseae! de simulacris Ægyptiornm, quæ dicit dn */uxisse, Christi nonferentia adventum, juxta id quod ab Isaia est dictum,* sii concludit caput : « Cælerum dæmone ex » arbore ea expulso, ad certum rei gesta » indicium, prona ct inclinata permansit, » fide accedentes sanans. Harum rerum Pa- » læstini ct /Egyplii idonei fideque digni » sunt testes. »

Evagrius in Vitis Patrum 1. 2, c.7, dicit : « Vidimus ct alium sanctum virum uo- » mine Apollonium apud Thebaïdam in fi- » nibus Hermopolis, ad quam civitatem » Salvatorem cum Maria et Joseph de Ju- » dææ finibus venisse tradunt, secun lum » prophetiam Isaïæ : vidimus ergo ibi el » templum ipsum in quod ingrc.sstf Salva- » tore, corruisse omnia idola in terram el » comminuta esse memorabantur. »

Dicit Serrius has auctoritates nonfaccre fidem integram, quia narrant prodigia facta quingentis annis ante eorum 'elatem patrata; idque sine testimonio veterum ct cx traditione obscura.

Π. non facere quidem fidem integram, certam et indubitatam, facere tamen probabilem; sunt enim auctores sinceri, probati et fide digni, qui quæ narrant, ab incolis locorum in quibus resgcstæ sunt acceperunt·. hi autem ex traditione majorum, non obscura, sed quorum erant testes locupletes, idonei et fide digni, et quorum patens extabat indicium, nimirum ipsa arbor inclinata. Quotsuntsanc quæ non pro commentis, sed proprobabilibushabenlur.qiix non tam solido nituntur fundamento!

Quantum ad id quod dicit Serrius, ea ab istis auctoribus referri absque testimonio veterum, mox examinabitur.

Oraculum autem Isaïæ quod afferunt isti auctores, hoc est cap. 19 : *Ecce Dominus ascendit super nubem levem ct ingredietur /Egyptum ; et commovebuntur simulacra Egypti a facie ejus, et cor /Egypti tabescet in medio ejus.*

Respondet Serrius, hoc oraculum litteraliter praenuntiare eversionem /Egypti per Sennacherib el Nabuchodonosor; allego-

rice significare Christumaliquandoingrcs-Funnn mundum, el idololatriam longe la-tcque diffusam deleturum : idque probare coutendit ex S. Hieronymo, qui per Ægyp-tum ir.telligft mundum.

Verum, *esto* S. Hieronymum per /Egyp-tum intellexisse mundum, non sequitur quo i non possit etiam intelligi terra /Egyp-ti, prout intellexerunt alii Patres ct inter-pretes. Unde Eslius in hunc locum dicit : ‹ Hoc de adventu Christi pueri in /Egyp-tian, quando Herodes eum ad mortem » qnarebat, plcrique interpretantur. « Et Tirinus ibid. dicit quod S. Athanasius, S. Micron. S. Aug. Procopius, Thcodorclus, Eusebius, Haymo, Hugo, cl Lyrarius *id allegorice exponunt dc Christo ulnis D. Finjinis in /Egyptian invecto.* Non ergo sine testimonio veterum loculi sunt laudati historici, quod maxime patehit ex diserto testimonio Eusebii illis omnibus antiquio-ris. Unde

Prob. 2° ex Eusebio. Is lib. 6 Demonst. Evang. cap. 2, expendens prxfatum oracu-lum Isaïæ, secundum versionem Aquikc, hæc habet : « Scriptura dicit : *Ecce Domi-» nus ascendit super crassitudinem et » venit in Ægyptum.* Igitur ipsa hæc pro-» pheliæ particula ad verbum exitum sor-• titaest, quo tempore angelus Domini in » somnis visus ipsi Joseph, dixit : *Surge,* • *accipe Puerum ct matrem ejus, et fuge* • *in J-gyptum, ct esto ibi donec dicam* › *tibi.* Tunc igitur iste Dominus Deus Ver-› bum, puerilem ætatem igressus et suo » corpori quod ex sancta Virgine accopc-»r.it conjunctus, in terra /Egyptionim di-» versatur. » Jam vides Eusebium hanc pro-phetiam Isaïæ non interpretari de ingressu Christi in mundum, sed in terram .'Egypti, Prosequitur : « Hi qui prius incolebant » Egyptum vitiosi pravique dæmones, per » inultasæculain simulacris latitantes, ani-» masque /Egypliorum omni superstitionis » errori addicentes ac subjicientes, cum ’ sensissent novam quamdam divinamqiie » virtutem ad se accessisse, illico commoli » sunt, et fluctuationem ac perturbationem » inseipsis pertulerunt, corque ipsorum et • vis intellifendi intrinsecus in ipsis con-• victa sunt, eesseruntquo ac fugata sunt • ab ea virtute quæ visum effugiens, illos • compellebat, etignisinstarineffabili qua-• dim ratione adurebat. Et tunc quidem » invisibiliter dæmones talia passi sunt, » cum Salvator nosier Jesus Christus in » /Egyptian cum visrbibcorporepervenit. »

Serrius, quod forte miraberis, contendit hoc testimonio, etsi pro nobis apertissimo, non probari concussa idola /Egyptiormn, ged potius negari; quia, inquit, Eusebius priorem tantum partem oraculi Isaïæ, quæ futurum Domini ingressum in /Egypt um portendebat, *ad verbum exitum sortitum esse* dicit; alteram autem quæ commota eversaque simulacra prænuntiabat, non item. At si eversorum simulacrorum pro-digium reipsa contigisset, utraque prophe-tiæ pars *ad verbum* tunc temporis exitum habuisset.

Verum imprimis jugulum sibi petit Ser-rius, qui prius contendebat prophetiam Isaïæ intelligendam esse de ingressu Do-mini , non in terram /Egypti, sed in mun-dum. 2° Non mirum si Eusebius de sola prima parte hujus prophetiæ et non de se-cunda dixerit, quod *ad verbum* sortita esset exitum, quia solam primam et non secundam retulerat : in his autem quæ postea subjungit, alludens ad secundam partem, aperte ostendit etiam fuisse *ad verbum* impletam, ut legenti patet.

/nstal Serrius. Eusebius dicit quidem dæmones in simulacris latitantes, Christo in /Egyptian intrante, divina virtute fuisse commotos, perturbatos, convictos ct fuga-tos, sed *intrinsecus* tantum et *invisibili-ter,* non autem aperte, externe et mani-feste per eversionem idolorum.

P. Recte quidem Eusebius; quis enim sibi fingat puros spiritus, quales sunt dæ-mones , posse extrinsecus ct visibiliter commoveri, turbari, convinci, fugari? sed iis intrinsecus et invisibiliter commotis, turbatis, conv ictis, fugatis, bene sequitur simulacra, in quibus latitabant remansisse mula et inertia, atque hoc sensu fuisse con-cussa, commota, ct turbata, ut loquuntur Isaias, Eusebius et Sozomcnus. Equidem Evagriusdicil omnia *corruisse in terram,* sed loquitur dc solis idolis quæ erant in templo in quod ingressu- est Christus; non de aliis idolis/Egypti. Neque necesse est intclligcre etiam sensu dicto de omni-bus omnino idolis Ægypti universalitate absoluta, sed accommoda; id est, de plu-ribus et in pluribus locis.

Urget Serrius. Ipso Baronio testo,

/Egypli idololatria, illiusque fana et simulacra ad annum Christi 589 perennarunt, quo tempore a Theodosio imperatore eversa sunt : ergo commentum est quod dicimus de prodigiis factis ad ingressum Christi in Ægypto.

7?. *N. conseq. Non* enim dicimus tunc idololatriam Ægypti omnino et pro semper cessasse, oinniaque ejus fana et simulacra fuisse eversa, sed ingrediente Christo in Ægyptum, ac forte ibi eo commorante, dæmones conturbatos expulsos fuisse e pluribus simulacris, quæ ideo manserunt muta et inertia, atque hoc sensu concussa ac commota : recruduisse autem idololatriam egresso Domino, et redeuntibus dæmonibus simulacra convaluisse non negamus.

ARTICULUS V.

Decœde infantium, ct vitæ Christi instituto usque ad suum baptisma.

Tria hic breviter resolvenda occurrunt : primum, quandonam Herodes edixit cædem infantium; secundum, quot infantes fuerunt occisi; tertium, quodnam fuit vito Christi institutum usque ad suum baptisma.

Dico 1°. Herodes cædem infantium edixit, non biennio post nativitatem Christi, sed statim post purificationem et fugam in /Egyptum.

Prob. primapars. Ideo quidam ad biennium differunt cædem infantium, vel quia Herodes jussit occidi infantes a bimatu ct infra secundum tempus stellæquod exquisierat a Magis, quam inde putant non apparuisse nisi biennio post nativitatem Christi, vel quia, ut existimant, Herodes de variis criminibus accusatus, ut objecta dilueret, Romam apud Caesarem pergere coactus est ct ibi biennio commorari. At primum fundamentum concussimus a. 5 diss. præced. Secundum falsum esse constat ex eo quod, secundum Josephum ct Dionem, Herodes iter Romam non susceperit, imo nec suscipere potuerit post diem Christi natalem; quia ultimo vito suæ anno, qui secutus est Christi nativitatem, acerbis et continuis doloribus vexatus fuit.

Prob. secunda pars. Time indixit Herodes cædem infantium, quando se sensit delusum a Magis : atqui non sensit se deni a Magi* statim ac ipsi recesserunt; existimavit enim eos fallaci stella fuisse deceptos, nec ausos fuisse redire Jerusalem, ne ipsi ct toti populo essent ludibrio, sioque putavit id quod Magi (fixerai# de nato rege Judæonim, esse figmentum. Verum cum audivit quæ de ipso contigissent in templo die purificationis, tunc se sensit illusum a Magis, et cædem infantium Iks thlehcmi ct in finibus ejus indixit, eorum scilicet qui essent bimuli et inferioris itatis usque ad illud tempus quo stella Magis illuxerat. Cur autem a bimatu jusserit occidi? Dei superius id fuisse ex abundanto cautionis.

Dico 2°. Numerus infantium occisorum est incertus, silentibus ea de re tam Evangelio quam antiquis Patribus. Unde ut gratis fictum reputamus quod Græci in suis Menologiis referunt fuisse quatuordecim millia. Nullatenus enim verisimile est in oppidulo ct angustis ejus finibus, tot infautes, præter puellas et masculos, qui interea temporis mortui sunt, biennio natos esse.

Hos vero infantes occisos esse vere martyres, si non animo, saltem facto et ex gratia Christi, probavimus in tract, di Fortitudine, diss. d, a. 2, obj. 1, et tract, de Bapt. diss. 1, a. 6.

Dico 5°. Christus usque ad suum baptisma exercuit cum S. Josepho artem fabrilem , qua posset suæ et parentum inopia succurrere, atque humilitatis ac moilcstiæ exemplum praeberet.

Prob. Judæij quibus notum erat externum vito Christi institutum, ipsum vorabant, non solum *fabri /ilium,* sed etiam *fabrum,* Marci G : *Nonne hic est faber?* Atque ita docent S. Aug. lib. 2 de Consensu Evang. cap. 42, S. Basil, in Asceticis, S. Chrysost. Horn. 15 in cap. 15 Mattii, el S. Th. ibid.

ȯ'ï *ulterius petas* quam artem fabrilem exercuerit, an ferrariam, an lignariam'

ll. S. Hilar, in cap. 14 Matlh. ctS. Pct. Cbrysologus Serin. 8, dicunt *ferrariam.* At S. Justinus his longe antiquior, quippe qui vivebat secundo sæc. in Dialogo cum Tryphone, dicit *lignariam:* cui subscribit S. Ambros. lib. 5 in Luc. Insuper Theodorei. lib. 5 Hist. cap. 18, et Sozonieniis lib. 2, cap. 25, referunt quod, cum Libanais ethnicus, Juliani Apostatæ familiaris, irridendo petiisset a quodam ludimagistro

cliristiano, *Quid agit nunc fabri filius ?* I intelligens Christum, respondit ludimagis-*ter: Juliano tuo feretrum fabricatur.* Quod eventu probatum est; paulo post enim Julianus fuit occisus ct in feretro ad tumulum delatus.

DISSERTATIO VI.

DE JOANNE BAPTIZANTE ET CHRISTO BAPTIZATO.

D. Th. QQ. 58 ct 59.

ARTICULUS I.

De Joanne baptizante.

Occurrunt hic discutienda : 1° utrum fuerit conveniens Joanncm baptizare; 2° utrum illius baptismus esset a Deo; 5° utrum conferebat gratiam ; 4° utrum baptizari baptismo Joannis, essent postea baptizandi baptismo Christi.

Q.58. a. 1.o. — *Dico* 1°. Conveniens fuit Joannein baptizare. 1° Ut Christus manifestaretur : unde ipse Joannes dicit Joan. 1 : *Ut manifestetur Christus in Israël, propterea veni in aqua baptizans ,·* concurrentibus enim turbis ad baptismum, annuntiabat Christum, quod facilius sic facium est quam si ad singulos discurrisset, ut observatS. Chrysost. Horn. 10 in Joan. 2° Ut suo baptismo homines assuefaceret baptismo Christi. 5° Ut homines ad pernitentiam inducens, eos præpararet ad digne suscipiendum baptisma Christi.

ibid. α. 2. o.—*Dico* 2°. Baptismus Joannis quantum ad ritum fuit a Deo, qui familiari Spiritus sancti revelatione Joannem ad baptizandum misit, juxta illud Joan. 1 : *Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit : Super quem videris,* etc. Quantum vero ad effectum, qui nihil aliud erat quam mundatio corporis , *ut patebit tx sequentibus,* erat ab homine, non a Deo, nisi in quantum Deus operatur in homine.

Ibid. a. 5. o.—*Dico* 5°. Baptismus Joannis gratiarn non conferebat, ideoque non erat sacramentum.

Prob. 1° ex illo Matth. 5, Luc. 5, Marci 1 : *Ego baptizari vos aqua , ille vero baptizabit ios Spiritu sancto.* Si autem baptismus Joannis etiam conferret gratiam, non staret hæc inter ulrumque differentia, cum aliunde uterque conferretur in aqua. *Confirmatur.* Qui baptizati erant baptismo Joannis Act. 9, nec accendant Spiritum sanctum, ncc an esset Spiritus sanctus audierant.

Ibid.—*Prob.* 2°. Tota doctrina ct operatio Joannis praeparatoria erat ad Christum, sicut ministri et inferioris artificis est pneparare materiam ad formam quam inducit principalis artifex ; atqui gratia conferenda erat hominibus per Christum, secundum illud Joan. 1l *Gratia et veritas per Jesum Christum facta est ;* ergo baptismus Joannis gratiam non conferebat, sed solum ad gratiam præparabat, 1° per doctrinam Joannis inducentem ad fidem Christi ; 2° assuefaciendo homines ad ritum baptismi Christi ; 5° per poenitentiam ad quam inducebat ; erat enim signum et protestatio pœnitentiæ peragendæ ab his qui illum suscipiebant.

Dices. Marci 1 dicitur: *Fuit Joannes in deserto baptizans etprædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum* : atqui remissio peccatorum est per gratiam : ergo.

ibid, ad 1. — *B.* quod baptismus Joannis dicatur baptismus pœnitentiœ ; quia , ut jam dictum est, erat inductivum ad poenitentiam , ut quædam protestatio qua profitebantur homines se poenitentiam acturos ; poenitentia autem ducit ad remissionem peccatorum , non per ipsum baptisma Joannis , sed per Christum conferendam.

Ibid. q. 6. o. — *Dico* 4°. Baptizati baptismo Joannis, etiamsi habuissent fidem et spem in Christum, erant postea baptizand baptismo Christi.

ibid. —*Sequitur ex praecedenti.* Baptismus Joannis non conferebat gratiam , neque etiam characterem : atqui fides et spes eorum qui illum suscipiebant, non poterat hos defectus supplere : ergo. Unde Act. 19, qui erant baptizati baptismo Joannis , jussu Pauli baptizati sunt baptismo Christi.

Confirmatur. Christus Joan. 5 dicit : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Atqui solus baptismus Christi erat in Spiritu sancto : ergo. Atque ita sen. tiunt unanimiter SS. Patres.

Petes utrum Joannes fuerit baplizatus baptismo Christi?

Ibid, ad 5. — Λ. *probabilius affirma·*

five. Suadetur ex hoc quod Christus Matth. 5, Joanni dicenti, *Ego deleo a te baptizari,* respondit: *Sine modo;* quasi dixisset : Fac modo quod peto, faciam postea quod petis. ItaSS. PP. Gregorius Nazianz. Orat. 59, Chrysost. Horn. 12 in Matth. Aug. Serm. 292, Hieron. in cap. 5 Matth. et alii. Interpretari autem cum Serrio SS. Patres non de baptismo, sed de abnndantiori effusione gratiæ, est illorum verba ab obvio et naturali sensu gratis detorquere, et nostro Doctori contradicere.

Ex his sequitur apostolos etiam fuisse baptizatos baptismo Christi : de quo dixi alibi.

ARTICULUS II.

De Christo baptizato.

Quæritur hic 1° utrum fuerit conveniens Christum baptizari a Joanne ; 2° quo suæ ætatis anno fuerit baptizatus; 5°quo loco; 4° de prodigiis Christi baptismum secutis, nimirum dc apertione cœlorum, de descensu Spiritus sancti in specie columbæ, et voce Patris audita.

Q. 59. a. 1. ct 2. o.— *Dico* 1°. Conveniens fuit Christum baptizari a Joanne- 1° Ut tactu mundissimae carnis suæ aquas sanctificaret ac eis postea vim regenerandi conferret. 2° Ut baptismum Joannis comprobaret. 5° Ut et ipse faceret quod aliis faciendum præcipiebat; et hoc est quod ipse dicit Matth. 5: *Sic decet nos implere omnem justitiam ;* ut enim S. Ambros. ait lib. 2 in Luc. c. ult. « Hæc est justitia, ut ▪ quod alterum facere velis, ipse incipias, ▪ et luo alios horteris excrnplo. » 4" Ut in tanta multitudine Judæorum qui ad Joannem confluebant, reciperet testimonium Patris, quo suum ministerium majori cum auctoritate postea obiret.

ibid. a. 5. o. — *Dico* 2°. Chnstus baptizatus est anno ætatis suæ circiter trigesigno. Constat ex Luc. cap. 5, ubi cum dixisset, *Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, et Jesu baptizato*, paucis interjectis subdit: *Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta.*

Scio aliquos referre το *incipiens* ad ministerium Christi, non ad ejus ætatem; quasi diceret Evangelista : *Et ipse Jesus erat incipient* publicum praedicationis ministerium, *quasi annorum triginta.* Alii tamen non minus probabiliter referunt ad ætatem Christi, ita ut sensus sit : Jesus incipiebat esse ferme annorum triginta scilicet completorum, inchoaverat "nun annum trigesimum. Huic sensui favent mulli SS. Patres, Irenæus lib. 2, cap. 39, Justinos in Dialogo cum Tryphone, Eusebius lib. 1 Hist. cap. 18, Hieron. in cap. 1 Ezech. Aug. lib. 2 de Doctrina Christiana cap. 28, etc. Et hic quidem videtur sensus obvius horum verborum Lucæ 5 : *Anno quinto decimo imperii Tiberii Casaris.... Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta.* Sensus, inquam, obvius est, quod annus decimus quintus imperii Tiberii Cæsaris, sit annus Christi trigesimus inchoatus.

Sed utut sit, cætera verba Lucæ sufficiunt probandæ conclusioni. *Et ipse Jesus erat..... quasi annorum triginta.* Vel enim particula *quasi* sumitur *assertive,* ut in Joan. 1: *Fidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre,*- et tunc habemus Christum decurrere annum trigesimum, aut ipsum absolvisse et incipere trigesimum primum. Vel sumitur *diminutive ,* quo sensu Christus desinente anno vigesimo nonojamjam inchoaturuseral trigesimum. Vel sumitur *dubitative,* pro *circiter,* ut sumi solet dum præponitur numero rotundo : sic Matth 1 : *Mansit autem Alaria cum illa quasi mensibus Iribus.* Marci 8, dicuntur *quasi quatuor mil. lia virorum* manducasse, qui Matth. 15, dicuntur *quatuor millia.* Sic autem sumpta particula *quasi*, Christus fuit baptizatus vel desinente anno vigesimo nono, vel decurrente anno trigesimo, vel inchoante anno trigesimo primo. Et ideo posui in conclusione, anno circiter trigesimo.

ibid. a. 4. o. — *Dico* 5°. Christus baptizatus fuit in Jordane prope Bethaniam. Constat exilio Marci : *Fenil Jesus a Nazareth Galilææ, et baptizatus est a Joanni in Jordane ;* et ex illo Joan. 1 : *Hæc facta sunt in Bethania trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.*

Intellige Bethaniam. non illam quæ Marthæ et Mariæ erat domicilium prope Jcrosolymam, sed alleram trans Jordanem, ubi solitus erat fluvii trajectus, e· quæ alio nomine vocabatur *Bethabara;* mnusque enim vocis est fere eadem vis : Bethantl Hebraice sonat *locus navis,* ct Bethabari *locus transitas.*

Dico 4», Prodigia, scilicet apertio coelorum, descensus columbæ, et vox Patris audita, non contigeiunt dum actualiter baptizaretur Christus, ut solent exhibere pictores, sed ipso baptizato et orante, juxta illud .Matth. 5 : ***Baptizatus autem Jesus confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ci cœli,*** etc. et istud Luc. 5 : *Jttu baptizato ct orante, apertum est talum, ct descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba inipsum, et toi de coelo facta est,* etc.

Dico 5°. Jesu baplizato et orante, aperti sunt cœli, non siderei et proprie dicti; hi enim naturaliter scindi non possunt, supernaturaliterautem esset superfluum; sed suprema aeris regio coelis propinqua, quæ in S. Scripturis sæpe coelum appellatur, quatenus dum ejus partes aliquæ hinc inde condensantur, medio aere manente rariore, hiatus apparet ex quo columba descendere cerneretur, et vox Patris audiretur.Matlh.dicit : ***Aperti sunt ei cœli,*** non quod ipse solus et non alii viderint coelos apertos,sed quia propter ipsum sunt aperti.

Dico 6°. S. Th. hic a. 7, post SS. Aug. Hieron. et Anselmum, docet columbam fuisse verum animal ; sed in 1, d. 16, a. 5, ad 5, docet contrarium his verbis : « Di» cenduin quod columba non fuerit verum • et naturale animal, sed tantum similitu› do columbæ, visibiliter ostensa in aliqua • materia ad hoc praeparata. Unde et pe» racto ofïïcio , in pristinam materiam re• versa est. Nec fuit ibi aliqua fictio, quia » illa similitudo columbæ non ostendeba» lurad manifestandam aliquam veritatem › in ipsa columba, sed ad manifestandas • proprietates invisibilis missionis. Et ideo › non fuit ibi falsitassigni, quia signatum • respondebat signo et res similitudini. « Hæc autem sententia est communior.

Porro descendit Spiritus sanctus in Christum, non ut Christum sanctificaret aut ejus sanctitatem augeret, quippe qui erat perfecte sanctus a conceptione, ut superius dictum est; sed ut significaretur astantibus præsentia Spiritus sancti in Christo ct in eis qui ejus baptismo baptizarentur; descendit autem sub specie columbæ ad exprimendas proprietates columbinas, quas tum inChristo, cum in baptizatis operatur, lias proprietates fuse explicat Auctor hic a. 6, ad 4.

Ib. a. 8. 0. —*Dico* 7°. Christo baptizato, convenienter vox Patris Filium protestantisauditaest. Quia in baptismate Christi, quod fuit exemplar seu potius figura nostri baptismatis, debuit demonstrari id quod in nostro baptismate perficitur. Baptisma autem nostrum consecratur invocatione et virtute Trinitatis, secundum illud Matth. ult. *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Ergo in baptismo Christi convenienter Trinftas demonstratur, quatenus scilicet Filius in humana natura baptizatur, Spiritus sanctus descendit in columbæ specie, et vox Patris testimonium Filio perhibentis auditur.

Hæc autem vox quamvis non fuerit vera et naturalis, quatenus non erat per organa vitæ prolata, erat tamen verus, sensibilis et articulatus sonus, non solum a Joanne, sed etiam ab astantibus auditus, ut ex eo Joannes posset efficacius testificari deChristo. Ex quo sequitur quod etiam apertio cœli et descensus columbæ fuerint visi a populo ; alioquin si solam vocem audivissent absque alio signo visibili, potuissent astantes existimare quod Joannem et non Christum spectaret.

Et quamvis ista vox formata fuerit a tota Trinitate, quia opera Dei ad extra sunt indivisa, per appropriationem tamen attribuitur Patri, quia formata est ut solum Patrem significaret, sicut species columbæ missa est ut solum Spiritum sanctum repræsentaret.

DISSERTATIO VII.

DE MODO CONVERSATIONIS CHRISTI, NECNON DE EJUS TENTATIONS IN DESERTO.

D. Th. QQ. 40 et 41.

ARTICULUS I.

Quæ fuerit humana faciei et corporis Christi forma?

Dico. Humana faciei et corporis Christi forma non fuit insigniter venusta, neque insigniter deformis, sed mediocriter pulchra.

Prob. Christus humanam faciei et corporis formam assumpsit, quæ comfitioni ac ministerio conveniret; sicut ergo, ut modo dicam, noluit esse dives ut divitiarum contemptum nos doceret, ita insigniter venus-

tus esse noluit, ut vanam esse corporis pulchritudinem demonstraret. Item cum deberet conversari cum hominibus, eos verbis suis ad fidem perducendo, non decuit ipsum esse ita facie deformem ut aliorum uculos offenderet, et eos a suo consortio removeret : sequitur ergo eum fuisse mediocriter pulchrum. Unde Auctor in Psal. 14^ dicit : « Pulchritudinem Christus ha- » huit, secundum quod competebat ad sta- » tum et reverentiam suæ conditionis. Non • est ergo intclligendum quod Christus ha- » buerit capillos flavos, vel fuerit rubeus, ▪ quia hoc non decuit eum. » Et in cap. 35 Isaï. « Christo non erat aspectus magnifi- • eus, secundum quod dicitur, Species » Priami digna est imperio. »

Obj. 1° *contra primani partem conci.* illud Psal. 44 : *Speciosus forma proe filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, proptcrea benedixit te Deus in cetcrnum... Specie tua et pulchritudine tua, intende prospere, procede et regna.* Quæ de Christo dicta intelligunlur.

B. hæc verba regii Vatis referri ad divinitatem Christi, vel ad pulchritudinem animi, non corporis. ItaSS. Patres, Basii, in hunc Psal. 4-4,Theodoret. ibid. Aug. in Psal. 45,115 et 118, ct alii. Et bene ad mentem regii Vatis; insulsum enim foret Christum ob pulchritudinem corporis benedictum esse a Patre, ct ipsa sua pulchritudine corporali debellasse hostes et sibi ac nobis obtinuisse regnum, ut ferunt verba laudati Psalmi 44.

Inst. S. Hieron. Epist. 14J ad Principiam dicit : « Nisi habuisset in vultu ocu- » lisquequiddamsidereum, nunquam cum » statim secuti fuissent apostoli, nec qui » adeum comprehendendum venerant cor- » ruissent. » Et in cap. 9 Mallii. « Fulgor » iste et majestas divinitatis occultæ, quæ » etiam in humana facie relucebat, ex pri- » mo ad se venientes trahere poterat as- » pectu. » ElS.Chrysost.hoin.27inMallh. « Non enim, inquit, miracula duntaxat fa- ▪ ciens admirabilis erat, sed etiam cum » simpliciter aspiceretur, ingenti abunda- » bat gratia. » Ergo.

fl hæc non spectare nativam Christi vultus furinam,sed significare tantum radium, seu, ut dicit S. Hieron. fulgorem divinitati· in ejus facie miraculose, quando volebat, apparentem ; alioqum dicendum foret, et apostolos ad ejus sequelam et fidem st· tractos fuisse, et milites corruisse, ex ejm oris venustate, quod est ridiculum.

Obj. 2°. Nicephorusl.lHist.c.40,decribitsingula oris Christi lineamenta,niem brorum compositionem, atque integra- corporis formam, eamque excellenter venustam, idque dicit acceptum a veteribu- Item in Epistola alicujus Lentuli ad senatum Romanum describitur etiam venusta forma Christi. Ergo.

B. Nicephorum, auctorem sæculi decimi quarti, nullam horum notitiam haben potuisse, tacentibus Evangelistis et antiquis Patribus ; dicit quidem id acceptu a veteribus, sed nullum nominat. Epistoh autem istius cujusdam Lentuli, ab orni·· bus spuria habetur. Adde quod ejus decriptio non conveniat in omnibus cum decriptione Nicephori.

Obj. 5° præstantissimas Christi et D- para imagines a S. Luca depictas, quæ pluribus templis prostant.

B. his imaginibus fidem adhiberi tanquam a S. Luca depictis, tria obstant : primum, quod septima synodus, secundatocæna, et Patres ejus ævi, qui contra Icono machos tot exempla imaginum conquisierunt et congesserunt, ut dogma de cultu imaginum confirmarent, harum a S. Luci depictarum non meminerint. 2° Quia Lucas a Paulo, Coloss. 4, dicitur medicus, non pictor, quo titulo eum decoravit primus, quod sciatur, Mctaphrastes sæculi nono. 5° Quia Lucas vel fuit natione Judæus et unus ex septuaginta duobus discpulis, ut volunt SS. Epiph. etGreg. Mag vel genere gentilis, Anlioehix natusct Paulo ad fidem conversus, ut censent Tertuli. S. Ircnxus, Euseb. el S. Hieron. quodque videtur verius. Si primum, non fuit pictor, quia ars pictura sicut et sculptura erat tunc prohibita Judæis, ut testantur Philo lib. de Decalogo, et lib. de Delegitione ad Caïiim, Joseph, lib. 17 Antiquit, c. 8, et Origcnes qui lib. 4 contra Celsum dicit : « In civitatem eorum (Judœorum) » nullus pictor admittitur, nullus statua- » rius, legibus hoc totum genus arcentibus. » ne qua occasio præberetur nominibus » crassis, neve animi eorum avocarentur » de cultu ad res humanas per Irjjusmodi » illecebras.-Si secundum, non potuit Locas depingere ad vivum quos nunquam vi-

(Ierat, quod «altem de Christo certum est ; non enim est credibile hominem ethnicum venisse ⸸ Syria Jerosolymam, ut hominem sibi ignotum et cui non credebat depingeret.

Obj. 4° *contra secundam partem conci.* Isalasc. 33, dc Christo dicit : *Non est spews ei neque decor, et vidimus eum et non erat aspectus, et desideravimus eum: dispectum ct novissimum virorum, virum dolorum ct scientem infirmitatem, tl quasi absconditus vultus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum.* Ergo. /L juxta SS. Patres, hæc esse intelligendanon de naturali corporis Christi forma, sed de tempore passionis, quo tot Judæontm injuriis dehonestatus erat, ut vix hominis speciem referret; vel, ut interpretatur S. Th. ibid. Isaïas locutus est in persona impiorum, prænuntians eorum convicia in Christum in cruce pendentem conjecta.

ARTICULUS II.

Utrum Christus debuerit agere vitam solitariam et austeram?

Q. 40. a. 1. 0. — *Dico* 1°. Christus non debuit vitam solitariam agere, sed debuit conversari cum hominibus.

Prob. Christus debuit hoc vitæ genus eligerequod conveniret fini Incarnationis: atqui fini Incarnationis non conveniebat lita solitaria, sed vita communis cum hominibus : ergo. *Prob. min.* 1° Christus incarnatus est ad manifestandam veritatem : ergo non debebat se occultare vitam solitariam agens, sed in publicum procedere prædicando. 2° Christus incarnatus est ut peccatores salvos faceret : ergo, inquit S. Chrysost. in cap. 1 ad Timoth. licet in eodem loco monendo posset ad se omnes attrahere ut ejus praedicationem audirent, non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum ut perambulemus et requiramus pereuntem, sicut pastor ovem perditam ct sicut medicus accedit ad infirmum. 5° Venit Christus ut per cum habeamus accessum ad Deum, ut dicitur Rom. 3 : ergo conveniens fuit ut cum hominibus familiaterconversando, daret omnibus fiduciam ad se accedendi. Unde dicitur Matth. 9 . *Padum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum Jesu ct discipulis ejus.* Quod exponens S. Hieron. ibid, dicit : « Videbant publicanum a peccatis ad mc- » liora conversum, Jocum invenisse pœni- »i tentis; ctobid etiam ipsi noi. desperant » salutem. »

Ib. a. 2.0. — *Dico* 2°. Christus non debuit austeram vitam eligere. Quia, ut dictum est, congruum erat fini Incarnationis ut Christus non ageret solitariam vitam, sed cum hominibus conversaretur. At qui cum aliquibus conversatur, convenientissimum est ut se cis in conversatione conformet, secundum illud Apost. 1 Cor. 9 : *Omnibus omnia factus.* Ergo convenientissimum fuit ut in cibo et potu communiter se, sicut alii, haberet. Et ideo de illo dicitur Matth. 11 : *Venit Filius hominis manducans et bibens,* quia utebatur cibo et potu communi sicut alii : cum e contra Joannes dictus sit *non manducans neque bibens,* quia illo victu quo Judæi utebantur, non utebatur. Neque tamen existimandum est Christum mollem et delicatam vitam egisse, sed moderatam suo fini accommodatam.

Obj. 1°. Christus multo magis prædicavit perfectionem vitæ quam Joaincs : atqui Joannes austeram vitam duxit, ut suo exemplo homines ad perfectionem vitæ provocaret : ergo.

ibid, ad 1. — *R.* Christum in sua conversatione exemplum perfectionis dedisse in omnibus quæ per se pertinent ad salutem : ipsa autem abstinentia cibi et potus non per se pertinet ad salutem, secundum illud Rom. 14 *:Non est regnum Dei esca et potus;* sed utraque vita est licita et laudabilis secundum diversitatem conditionum, ut scilicet a communi hominum consortio segregatusabstinentiam servet, ct ut in societate positus communi vita utatur.

Obj. 2°. Christus habuit tantum unicam vestem, et incedebat nudis pedibus, contra usum communem Judæorum : atqui hæc pertinent ad austeritatem v ilæ : ergo. *Prob. prima pars maj.* Christus Mattii. 10, prohibet ne discipuli duas tunicas habeant, et Marci G, *ne induerentur duabus tunicis :* ipso autem dubio procul faciebat quod discipulis praecipiebat. Ergo. *Prob. secunda pars maj.* 1° Matth. 10, prohibet apostolis portare calceamenta ; 2° in partitione vestium Christi « militibus, nihil de calceis ; 3° Magdalena non potuisset lavare pedes Christi calceati. Ergo.

B. N. maj. Ad prob, primæ partis, certum est Christum plures habuisse vestes, nimirum tunicam inconsutilem et alias Testes quas partiti sunt milites. Insuper Joan. 15 dicitur : *Surgens a coena, posuit vestimenta sua;* aliquod indubie retinebat, ne nudus appareret. Non ergo Christus prohibuit habere simpliciter duas restes, sed habere plures vestes ejusdem rationis, volens nimirum ut præter vestes quibus induti erant,dum proficiscebantur, alias non deferrent, quas, prioribus sordescentibus, induere possent : quo etiam sensu intelligitur illud Luc. 5 : *Quia habet duas tunicas,* scilicet ejusdem generis, *det non habenti* unam tanquam superfluam.

Adprimamprob. secunda; partis maj'. B. prohiberi apostolis uti calceis totum pedem tegentibus, non sandaliis, ut palet Marci 6. *Ad secundum, B.* calceamenta Christi comprehensa fuisse sub nomine vestimentorum, vel, quia vilia, contempta fuisse. *Ad tertium,* nihil obstat dicere Magdalenam detraxisse calceos aut sandalia Christi ut ejus pedes lavaret.

ARTICULUS III.

Utrum conveniens fuerit Christum pauperem vitam ducere, et secundum legem conversari?

ibid. a. 5. o. — *Dico* 1°. Christum decuit in hoc mundo pauperem vitam ducere.

Ibid.— Primo, quia hoc erat congruum prædicationis officio propter quod venerat, oportet enim prædicatores verbi Dei, ut sedulo vacent prædicationi, a sxcularium rerum cura esse omnino absolutos, quod facere non possunt qui divitias possident. Unde ipse Christus apostolos ad praedicandum mittens, dicit eis Matlh. 10: *Nolite possidere aurum neque argentum.*

Ibid. — 2° Ne si Christus divitias habuisset , cupiditati ejus praedicatio ascriberetur. Unde S.IIieron.incap. 10 Matth. dicit quod, « Si discipuli ejus divitias » habuissent, viderentur non causa salutis • hominum, sed causa lucri pradicare. »

Ibid. — 5° Ut tanto major virtus divinitatis in conversione orbis ostenderetur, quanto per paupertatem videbatur abjectior.

Dices 1». Christus debuit eligibilissirnam vitam assumere · atqui eligibilissima vita est quæ est mediocris, inter paupertatem ct divitias; dicitur enim Prov. 3: *Mendicitatem et divitias ne dederis mihi; tribue tantumvictuimcunecessaria.*

Ibid, ad 1.— *B. N. min. Adprob.* Ideo Salomon non petit a Deo neque divitias neque paupertatem, quia sunt homini occasio peccandi, divitis superbiendi, paupertas furandi et mentiendi, imo et perjurandi : hæc autem ratio non currebat pro Christo. Insuper nonquælibet paupertas est furandi et perjurandi occasio, sed sola illa quæ est contraria voluntati, ad quam vitandam homo furatur et parjurât : paupertas autem voluntaria, qualem assumpsit Christus, hoc periculum nonhabet.

Dices 2°. Exteriores divita ad usum corporis ordinantur, quantum ad victum et amictum : atqui Christus in victu ct amictu communem vitam duxit secundum modum aliorum quibus convivebat : ergo videtur quod in divitiis et paupertate communem vivendi modum servare debuerit, et non uti maxima paupertate.

ibid, ad 2. — *B. N. conseq.* Quia potest aliquis communi vita uti quantum ad victum et amictum, non possidendo divitias, sed a divitibus necessaria accipiendo: quod circa Christum factum est ; dicitur enim Luc. S, quod *Mulieres quædam sequebantur eum ministrantes ei de facultatibus suis.* Unde S. Micron. in cap. 2' Matth. dicit : « Consuetudinis Judaïcæ » fuit, nec ducebatur in culpam more » gentis antiquo, ut mulieres de substan» tia sua victum atque vestitum præceptori» bus suis ministrarent; sed quia hoc scan* » datum facere poterat in nationibus, Pau» lus se abjecisse commemorat. » Sic ergo communis victus poterat esse sine sollicitudine, impediente prædicationis officium, non autem divitiarum possessio.

Si petas qualis et quanta fuerit Christi paupertas?

B. quod interdum habuerit aliquarum rerum dominium in communi, id est, cum collegio apostolorum. Ita definivit Joan. XXII, in Extravag. *Quia quorumdam.* Et hoc conformiter S. Script. Joan. c. 4 v. 8, c. 6 v. 5, c. 12 v. 6, C. 15 v. 29, ubi legitur collegium apostolorum habuisse loculos, quos servabant inusum tempore necessitatis.

Interdum vero Christus nullarum re*

mm habuit dominium etiam in communi. Ila declarant Nicolaus IV, cap. *Exiit* 'I de Verb, signifie, in G, etiam conformiter S. Scriptura, turn Matth. 8, ubi legitur : *Filius hominis non habet ubi caput rc-dinet ;* tum Luc. 8, ubi *sequebantur eum mulieres quæ ministrabant ei de facultatibus suis.*

Utrum vero mendicitatem exercuerit ? *B.* non exercuisse ex professo et regulari-ler. Sequitur ex dictis; regulariter enim vel habebat loculos in communi, vel ei imnbtrabatur a mulieribus eum sequentibus.Probabile est tamen petiisse aliquando id quo indigebat, quod est mendicare, ut in triduo quo remansit in Jerusalem sine parentibus Luc. 2, et quando petiit aquam a muliere Samaritana, Joan. 4 et alias. Ita S. Th. Opusc. contra impug. Relig. c. 7.

Ibid.a. 4. o.— *Dico* 2°. Quamvis Christus non esset legi subjectus, convenienter tamen illam servavit; 1° ut legem approbaret; 2° ut eam observando in seipso consummaret et terminaret, ostendens quod ad ipsum erat ordinata; 5° ut Judæisoccasionem calumniandi subtraheret; 4' ut homines a servitute legis liberaret, secundum illud Galat. 4 : *Misit Deus Filium suum factum sub lege› ut eos qui sublege erant redimeret.*

Dices. Christus sabbato curavit hominem ct ei mandavit tollere lectum suum , atqui id videtur prohibitum lege sabbati : qua praecipiebatur ut nihil operis in eo fieret : ergo.

/?. *N. min.* 1° Quia lege sabbati prohibebatur tantum opus humanum, non divinum, quale erat sanatio miraculosa hominis. 2° Quia ista lege non prohibebantur opera quæ erant de necessitate salutis etiam corporalis, Luc. 15 et 14. 5« Quia non prohibebantur opera quæ pertinent ad cultum Dei, Matth. 12. Quod autem Christus mandavit paralytico ut suum lectum portaret, ad cultum Dei pertinebat, nempe ad manifestationem ct confirmationem miraculi in laudem virtutis divinæ.

ARTICULUS IV.

De tentationc Christi in deserto.

Matth. 4 legitur : *Ductus est Jesus a Spiritu in desertum, ut lentaretur a dialolo.* Dicitur ductus *a spiritu,* suo scilicet seu Spiritu sancto. Dicitur *ut lentaretur a diabolo,* non quod Christus activam diaboli tentationem intenderet, sed tantum eam permitteret et exciperet in loco ad eam opportuno. Potuit autem Christus quærere occasionem tentationis, quia inde nullum ipsi imminebat periculum peccandi, quod de nobis dici non potest ; et ideo nos occasionem tentationis non quærere, sed fugere debemus.

Quærimus itaque circa hanc Christi tentationem, 1° utrum fuerit conveniens eum tentari ; 2° quandonam fuerit tentatus ; 3° an diabolus ipsum portaverit supra pinnaculum templi, an tantum duxerit.

2, 41. a. 1. 0. — *Dico* 1°. Conveniens fuit Christum tentari : 1° propter nostram cautelam, ut nullus, quantumque sanctus, se æstimet securum et immunem a tentatione ; 2° propter exemplum, ut scilicet nos instrueret qualiter tentationes diaboli vincamus ; 5° ut fiduciam præberet recurrendi in tentationibus ad ipsum, qui sicut nos fuit tentatus.

Dices. Tentare est experimentum capere, quod non fit nisi de re ignota : atqui Christus et ejus divinitas erat nota dæmonibus; dicitur enim Luc. 4, quod non sinebat dæmones loqui, quia sciebant ipsum esse Christum : ergo.

Ibid, ad 1. — *Ji.* quod dæmones ab initio et ante tentaiionem non sciebant Christum esse Messiam et Filium Dei ; ideo enim eum tentaverunt ut id explorarent; unde dicebat tentator : Si *Filius Dei es.* Postea vero evidentia signorum coacti, ipsum aliqualiter ut Messiam et Filium Dei agnoverunt, non tamen pro certo ; cum enim simul viderent in eo signa infirmitatis human®, inde, adjuncto pravo allectu, accipiebant occasionem dubitandi.

ibid. n. 5. o. — *Dico* 2°. Tres tentationes visibiles, quas referunt Matth. et Lucas, nonnisi post jejunium quadraginta dierum factæ sunt. Patet ex Matlh. 4 : *Cum jejunasset,* inquit, *quadraginta diebus et quadraginta noctibus*, ab omni scilicet cibo abstinens, *postea esuriit, et tunc accessit ad eum tentator.* nempe visibili specie; propter istam enim esuriem suspicatus est diabolus ipsum esse purum hominem , qui non potuit plusquam Moyses et Elias protrahere jejunium, onde am/aciam assumpsit ipsum visibiliter per tentationem aggrediendi.

Nihil obstat tamen quominus ipsuin diabolus , licet non visibilis, aliis modis lentaverit durante jejunio, puta insolite mutando acrem $ incilando bestias ut ipsi essent molestas, etc. quo sensu dicit Auctorhic ad 2 ex Venerab. Beda : *Dominus tentabatur quadraginta diebus ct quadraginta noctibus.*

Dico 5°. ütrum diabolus portaverit Christum super pinnaculum templi, an tantum duxerit, problema esto.

Fuisse portatum videtur innui his verbis Matth. 4 : *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, ct statuit eum superpinnaculum templi.* Atque ita sentiunt S. Greg. Horn. 16 in Evang. et Ven. Beda in Lucam.

Non fuisse autem portatum, sed sponte secutum fuisse diabolum ductorem, innuit Lucas cap. 4, ubi sic scribit : ***Duxit illum diabolus in montem excelsum ;*** et postea: ***Duxit illum in Jerusalem.*** Unde Auctor a. 1 hujus q. ad 2, dicit ex Origene : o Christus sequebatur diabolum ad tenta- « tionem quasi athleta procedens. »

Nec obstat verbum ***assumpsit,*** apud Matth. dicitur enim de Christo Math. 16 : *desumens cum Petrus,* et c. 17 : *Assumit Jesus Petrum,* etc. ubi non est sermo de transportatione. Similiter non obstat verbum *statuit; qui* enim aliquem in certum locum deduxit, dicitur illum in hoc loco statuisse.

Ibid. a. ***4.*** ad. 7. — Juxta hanc sententiam, dicendum Christum, ut vitaretur inquisitio vel scandalum aspicientium, effecisse ut a nemine videretur, idque inscio diabolo.

Siautem petas quomodo diabolus Christo in monte constituto ostenderit omnia regna mundi :

ibid. — /i', ostendisse demonstrando digito varias terne partes in quibus ista regna sunt posita, simulque exponens eorum magnificentiam.

DISSERTATIO VIII,

DE DOCTRINA ET MIRACULIS CHRISTI,

Strio*

DE EJUS TRANSFIGURATIONE.

D. Th. QQ. 42, 45, 44 et 45.

ARTICULUS Γ.

De doctrina Christi.

Quæstioest 1° utrum convenienter Chris tus solis Judæis praedicaverit, et non gentilibus; 2° utrum omnia publice docuerit

Q. 42. a. 1. o. — *Dico* 1° Conveniens fuit prædicationem Christi tam per ipsum quam per apostolos a principio solis Judæis exhiberi. Et ideo Matth. 13 dicit : *Non sum missus nisi ad oves quee perierunt domus Israël.*

ibid. — 1° Ut ostenderet per suum adventum impleri promissiones antiquitus factas Judæis, et non genlilibus. 20 Quia hoc exigebat debitus ordo, ut Judæis qui erant Deo propinquiores per fidem et cultum unius Dei, prius doctrina proponeretur et per eos transmitteretur ad gentes, sicut etiam in coelesti hierarchia per superiores angelos ad inferiores divinæ illuminationes proveniunt. 5° Ut Judæis auferret calumniandi materiam. « Oportebat, inquit S. » Micron, in cap. 10 Matth. primum ad- » ventum Christi nuntiari Judæis, nejus- » tam excusationem haberent, dicentes » ideo se Dominum ejecisse, quia ad gentes et Samaritanos apostolos miserit. «

Dices. Christus venit in lumen et salutem non solum Judæorum, sed etiam gentium : ergo non solum Judæis, sed etiam gentibus debuit prædicare.

ibid. ad. 1. — *B.* quod Christus fuerit in lumen et salutem gentium per discipulos suos, quos ad prædicandum gentibus misit.

Ibid ad. 5. — Cæterum quamvis Christus per seipsum solis Judæis principaliter et ex officio prædicaverit, et ideo Boni. 4 dicitur *minister circumcisionis;* ne tamen gentiles viderentur omnino negligi et spes salutis cis praecludi, quibusdam, ob excellentiam fidei ct devotionis eorum prædicavit, ut Chananeæ Matth. 5, Samaritani et Samaritanis Joan. 4.

ibid. α. 5. o. — *Dico* 2°. Christus omnia publice docuit. Constat ex Evangelio Joan. 18: *Egopalam locutus su min mundo,* etc., ct : *In occulto locutus sum nihil.*

Ibid. — *Explicatur.* Tripliciter alicujos docirir.a potest tradi in occulto : uno tuodocx intentione, docentis, qui intendit doctrinam suam non manifestare multis, sive propter invidiam , sive propter inhonestatem eorum quæ docet : neutrum potuit contmgere in Christo. Secundo modo doctrina alicujus dicitur tradi in occulto, quia paucis proponitur; nec sic Christus docuit in occulto, quia omnem doctrinam suam vel turbæ toti proposuit, vel omnibus discipulis in communi, et quidem ea intentione ut omnibus illam communicarent. Tertio modo aliqua doctrina dicitur esse in occulto quantum ad modum docendi, quatenus obscure proponitur : hoc sensu potest dici quod Christus aliqualiter docuerit in occulto, quatenus parabolis utebatur ad annuntiandum mysteria spiritualia Judæis, ad quæ percipienda non erant idonei vel digni : et tamen melius erat eis sic tegumento parabolarum spiritualium doctrinam audire, quam omnino ea privari. Harum tamen parabolarum apertam et nudam veritatem Dominus discipulis exponebat, per quos deveniret ad alios qui essent idonei; et ex hac parte non erat occulta.

ARTICULUS II,

Utrum Christus suam doctrinam scripto tradiderit ?

UDI

De mutuis Abgari ad Jesum ct Jcsu ad Abgarum epistolis.

Ibid. α. 4. o. —Docet hic S. Th. Christum doctrinam suam scripto non tradidisse; tum quia ille est excellentior doctor qni cordi quam qui chartæ suam doctrinam imprimit; tum quia sic significatum est tantum esse doctrinæ excellentiam , ut scripto tota contineri non possit.

Verum refertur ab Eusebio, lib. i Hist, cap. 15, epistola Jesu ad Abgarum regem Edessæ in Syria responsalis ad epistolam Abgari. Hæc utraque epistola sic legitur apud Euseb. cit. ex versione Christophorni.

Epistola Abgari ad Jesum.

« Abgarus, princeps Edessæ, Jesu Salvalori propitio , qui in confiniis Jerusaiem in carne apparuit, salutem.

» Insignes illas virtutes et curationes » quæabs te^ine medicamentis ct sineherbis factæ sunt, auditione accepi; cæcos » enim, ut fama est, videre efficis, claudos » ambulare ; leprosos mundas, spiritusinamundos et daemones ejici?; cos etiam » qui diuturnis morbis pressi s»nt «anas; » mortuos denique ad vitam revo» a«. Qu e » quidem cum de te audivissem, de duobus hisce alterum verum esse cogitabam. » te aut Deum esse et c cadi fastigio d·· » lapsum, aut Dei Filium saltem, qui ista » tam stupenda edas miracula. Quapropter hæc ad te scripsi, magnopere prccatus ut laborem ad me accedendi suscipere, huneque, quo crucior, morbum cujirare non graveris. Etenim audio Judæos » tibi obstrepere malevole, et velle libenter te aliquo magno malo afficere. Est » mihi civitas perexigua quidem, sed ornata » sane et illustris, quæ utrique nostrum rerum necessariarum suppeditabit satis. »

Epistola Jesu ad Abgarum.

« Abgare, beatus es qui, cum non videris me, in me tamen credidisti; de me » enim scriptis proditum est, eos qui me » viderunt in me non credere, ut hi qui me » non viderunt credant et vitam consequantur.Quod scribis ad me, te velle ut » ad te veniam ; eas res quarum gratia sum » missus, debeo hic necessario obire,quas » cum plene perfecero , ad eum recipi qui » me misit : quo simul ac assumptus fuero, aliquem ex discipulis meis mittam ad » te, qui morbo quo tantopere torqueris » faciat medicinam, ct vitam tibi tuisque » impertiat. »

Quæstio est itaque inter eruditos non parum controversa , an illæ duæ epistolæ sintgenuinæ,an apocryphae et supposititiæ.

Dico. Istæ duæ epistolæ videntur nobis apocryphae et supposititiæ.

Prob. 1° ex Gelasio papa, qui in concilio Romano septuaginta episcoporum, sic de illis pronuntiavit : *Epistola Jesu ad Abgarum regem apocrypha.Epistola Abgari ad Jesum apocrypha.*

Respondet Serrius Exercit. 46, post Baronium ad annum 31, declaratam fuisse a Gelasio epistolam Christi ad Abgarumapocrypham , quia non est posita m canone Scripturarum sacrarum.

Sed contra. Gelasius in concilio Rnmano declaravit epistolam Jesu ad Abgarum apocrypham, eodem sensu quo declaravit epistolam Abgari ad Jcsumapocryphain, *ut patet cx terminis :* atqui non declaravit

epistolam Abgari ad Jesum apocrypham , eo quod non esset posita in canone Scripturarum sacrarum, de hoc enim non erat quæstio, sed quia erat incerti auctoris, vel dubiæ et suspect® fidei ; est enim hæc communis significatio vocis *apocryphum* .· ergo idem censendum de epistola Jesu ad Abgarum.

Prob. 2°. Illa epistola est evidenter suppositilia, in quo inducitur Christus citans verba Evangelii de se scripti; nullum enim Evangelium fuit scriptum nisi post ascensionem Christi : atqui in hac epistola inducitur Christus citans verba Evangelii de se scripti : ergo. *Prob. min. ex* verbis Epistolæ: */Ibgare,* inquit Christus, *beatus es, qui cum non videris me, in me credl·disti;dcmcenimscn\VTisvnoOiToyiF.ST, cos qui me viderunt in me non credere,ut qui me non viderunt credant et vitam consequantur.* Atqui hoc nullibi repentur scriptis proditum nisi in Evangelio , præsertim Joan. 20, ubi refertur Christus exprobrans incredulitatem Thomæ et dicens : *Beati qui non viderunt et crediderunt.*

Prob. 5. S. Augustinus lib. de Consensu Evang. c. 7, et S. Thomas post ipsum hic art. 4, docent Christum nihil absolute scripsisse. Hæc sunt verba S. Aug. loco citato. «Sed illud prius discutiendum » est, quod solet nonnullos movere, cur » ipse Dominus nihil scripserit, ut aliis de » ipso scribentibus necessc sit credere; * hoc enim dicunt illi vel maxime pagani, » qui Dominum ipsum Jesum Christum * culpare aut blasphemare non audent, » eique attribuunt excellentissimam sa-›· pientiam, sed tamen tanquam homini; » discipulos vero ejus dicunt magistro suo *u* amplius tribuisse quam erat....Cumergo j quaerunt quare ipse non scripserit, vi- » dentur parati fuisse hoc de illo credere ·› quod de se ipse scripsisset, non quod » alii de illo pro suo arbitrio prxdicassent.»

Si dicas cum Serrio, SS. Aug. ct Th. loqui de scriptionibus paulo fusioribus, quibus suagcs.aet suam doctrinam complexus esset, non vero de epistola quatuor linearum , quia missurum se duntaxat discipulum monet, qui sanitatem Abgaro laboranti restituat.

B. Christum hac epistola non solum monere se missurum discipulum ad sanandum Abgarum , sed etiam prædicarc sua gesta et miracula atque suam divinitatem, dum approbando epistolam Abgari in qua hæc continentur, dicit ·. *Jbgarc, beatus es, qui, cum non videris me, in me tamen credidisti ; de mc enim scriptis proditum est, cos qui mc viderunt in me non credere, ut hi qui me non viderunt credant ct vitam consequantur.* Quidexpressins potuisset scribere pro asserenda sua divinitate, et quid amplius exoptare potuissent apud S. Aug. pagani, qui Jesu de se scribenti credere erant parati ?

Confirmatur. 1° Si istæ epistolæ vis® fuissent Patribus genuin®, illas procul dubio Arianis opposuissent, cum apertum contineant divinitatis Verbi testimonium; nullus tamen illas opposuit. 2° Vix credibile est Christum non mandasse alicui discipulorum ut illum principem adiret,sicut promittit in epistola,sed Thomam post mortem Christi misisse Thaddæum ul fidem Christi prædicaret, prout fert historia. 5° Quomodo tam honorificam Christo legationem omnes Evangelist® omiserunt? 4° item, quo pacto epistola AbgariChristo in Judæa commoranti scripta, Edessam reversa est? Fert enim historia illam repertam fuisse cum epistola Jesu in archivis Edessenorum.

Obj. Eusebius , auctor quarti sæctili,l. 1 Hist. c. 15, has epistolas integras referi, atque ait se eas descripsisse ex tabulario urbis Edessenæ, et de verbo ad verbum e Syriaca lingua in Græcam vertisse. S. Ephrem Syrus et Ecclcsiæ Edessenæ diaconus eod. sæcul. has epistolas in suo testamento etiam laudat. Sequenti sæculo, Darius comes Ep. ad S. Aug. quæ est inter Augustinianas 25, olim 205, harum etiam epistolarum meminit. Astipulantur Procopius lib. 2 de bello Persico c. 12, Evagrius lib. 4 Hist. c. 26, Nicephorus hb. 2 c. 7, et alii.

B. Eusebium et S. Ephrem non satis expendisse fidem illorum monumentorum, aut si expenderint, in eorum censura fuisse deceptos; magis enim in hac parte standum judicio Ecclcsiæ quæ has epistolas declaravit apocryphas, et rationibus allatis, quam privatis historicis; præsertim cum inter alias rationes propter quas concit. Romanum declaravit historiam Eusebii apocrypham, hæc una fuit, inquit

Cano lib. 11 de Locis Theologicis cap, G, quod has epistolas in sua Historia retulerit.

Quantum ad alios, cum secuti sint Eusebium ev 3. Ephrem, non majorem merentur fidem. Adde quod Darius comes non assertive, sed ex incerta fama loquatur: *Fertur,* inquit, *satrapæ seu regis potiuscujusdam epistola*, etc. Unde nec Ç. Aug. inde motus est ut huic epistolæ fidem adbiberet, *ut patet ex tertia prolatione.*

A fortiori rejicienda est tanquam fabulosa altera narratio præcedenti addita a scriptoribus posterioris ætatis, de imagine Christi linteo impressa,ct ab ipso Christo regi Abgaro missa: de ea enim nullum extat monumentum antiquitatis, et silent Eusebius et S. Ephrem , quam certe non omisissent si cum epistolis reperta fuisset in tabulario urbis Edessenæ. Neque refert de ea imagine fieri mentionem in actis septimi synodi œcumenicæ ; notum est enim quidam documenta dubia, imo et falsa his actis fuisse inserta pro tuendo imaginum cultu.

ARTICULUS III.

De miraculis Christi.

Considerandum hic 1° de miraculis Christi in generali, deinde in particulari : circa primum, an conveniens fuit ut faceret miracula; quando incœpit facere miracula; ct an sufficienter probent ejus divinitatem: circa secundum , an convenienter fecerit miracula circa dæmones, coelestia corpora, homines et creaturas irrationales.

Q. 45. a. 1. 0. — *Dico* 1“. Conveniens fuit ut Christus faceret miracula.

ibid. — *Prob.* Duplex est linis miraculorum. Primus ct principalis est ad confirmandam veritatem supcrnaluralem quam aliquis docet; cum enim ea quæ sunt fidei humanam rationem excedant, non possunt perhumanas rationes probari, sed oportet ut probentur per argumentum divinæ virtutis; ut dum aliquis facit opera quæ solus Deus facere potest, credantur ea quæ dicuntur esse a Deo : sicut cum aliquis defert litteras annulo regis signatas, creditur ex voluntate regis processisse quod in illis continetur. Alter finis miraculorum est ad ostendendam sanctitatem seu præsentiam Dei in homine per gratiam Spiritus sancti; ut dum scilicet homo facit opera Dei, credatur Deu? habitare in eo per cratiam. Atqui utrumque circa Christum erat hominibus manifestandum , scilicet, quod Deus erat in eo per gratiam, non adoptionis , sed unionis, et quod ejus doctrina supernaturalis esset a Deo : ergo convenientissimum fuit ut Christus miracula faceret. Unde ipse dicit Joan. 40 : *Si mihi non vultis credere , operibus credite;et* joan, 5 : *Opera quæ mihi dedit Pater ut faciam, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me.*

ibid. α. 5. 0. — *Dico* 2°. Non erat conveniens ut Christus per se visibiliter agens, operaretur miracula ante perfectam ætatem. Consequenter primum miraculum quod sic visibiliter agens operatus est, fuit conversio aquæ in vinum in Cana Galilææ, juxta illud Joan. 2 : *Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ.*

ibid. — *Prob.* Christus fecit miracula pracipue in confirmationem suædoctrinæ : ergo non debuit ante miracula facere quam docere inciperet. *Subsumo.* Atqui non debuit docere ante perfectam ætatem, ut supra diximus ad q. 59, dum de ejus baptismo. Ergo.

Dixi, *per sc visibiliter agens;* quia licet miracula quæ contigerunt in ejus na - vitate ct probabiliter in ingressu .Egy> etiam ipse fecerit, non tamen visibilité; agens illa operatus est.

ibid. n. 4. 0. — *Dico* 5°. Christi miracula sufficienter probant ejus divinitatem. 1° Quia secundum speciem considerata, transcendunt omnem potestatem creatæ virtutis. 2° Quia quantum ad modum ea feci; Christus, non orando ex indigentia , sicut alii, sed propria virtute et ex imperio: unde Luc. 6 , dicitur quod *virtus de illo exibat et sanabat omnes.* Quod ergo verba orationis aliquando adhibuerit, id fecit non ex necessitate, sed ad exemplum et instructionem nostram. 5° Quia hæc miracula faciebat in testimonium veritatis suæ doclrinæ, qua dicebat se Deum esse.

Hæc itaque tria, non seorsim sumpta, sed simul juncta probant ipsum esse Deum. Ex eo enim quod Christus fecerit miracula, precise non sequitur ipsum esse Deum; sed sequitur ex eo quod ea fecerit in testimonium suæ divinitatis; cum enim miracula sint testimonia divina, certo probant esse vera ea in quorum confirmationem

Cunt, alioquin Deus essct testis falsifatis, quod est impossibile.

Ç. 44. ·.* /. 2. et 5. et 4. 0. — *Dico* 4°. Chris'us convenienter fecit miracula : 1° Circa substantias spirituales, ejiciendo dæmones e corporibus; tum quia id erat praenuntiatum Zachar. 15, *Spiritum immundum auferam de terra,*- tum ad ostendendum quod excluderet dæmonum potestatem ab hominibus crediturís in cum ; 2° circa coelestia corpora, ut contigit tempore passionis in defectione solis, ut ostenderet se esse Deum, qui solus potest immutare coelestia corpora ; 5° circa homines, eos sanando et resuscitando, ut ostenderet se esse omnium universalemelspiritualemsalvatorem; 4° circa creaturas irrationales, ut ostenderet omnia esse sibi subjecta.

ARTICULUS IV.

De Christi transfiguratione.

Q. 45. a. 1. ad 1. — Quaeritur hic 1° in quo sita fuerit transfiguratio Christi ? θθ an convenienter transfiguratus fuerit? 5° an convenienter adhibiti fuerint testes?4° ubi peracta fuerit ?

Dico 1°. Tn eo posita fuit transfiguratio Christi, quod manente omnino immutata corporis ct faciei substantia et figura, splendorem clarissimum ad instar solis emiserit. Ita S. Hieron. in cap. 17 Matth. Tertull. ib. de Resurrect, carnis, S. Th. hic cit. Idque confonniter S. Scriptune, .Matth. 17 dicenti : *Et resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix.* Ubi quamvis Matth. et alii Evangelist® mentionem tantum faciant faciei, \ erisimile est tamen totum corpus eodem splendore resplenduisse, cosque per faciem tanquam per partem corporis magis aspectabilem totum corpus intellexisse : sic saltem sentiunt S. Hieron. in cap. 17 Matth. S. Ambros.de Symbolo cap. 22, et S. Aug, lib. 22 de Civit, cap. 9.

Dices. Transfigurari est figuram mutare : ergo non mansit immutata faciei Christi figura.

ibid, ad 2. — A. quod, cum figura sit penes superficiem etextremitates corporis, ea quæ pertinent ad superficiem, ul color et claritas, aliquo modo ad aliquam figuram pertinent.

Adde quod non sit eadem significatio hujus vocis *transfiguratio* in sacris Scripturis ac in scriptis profanis. Sic Satanas dicitur se transfigurare in angelum lucis, ex eo solum quod quaedam bona in· speciem suggerat hominibus ut cos decipiat. Sic2 Corinth. 11, pseudo-apostoli dicuntur w *transfigurare in apostolos Christi,* ratione similis ministerii externi.

ibid. α. 2. 0. — Porro hæc claritas corporis Christi transfigurati fuit claritas gio. riæ, qualem habebunt corpora beatorum post resurrectionem, non quidem per modum qualitatis permanentis, sed per modum passionis transeuntis. Et quamiis divinitati Christi et ejus animæ beatæ secundum se deberetur; quia tamen Christus assumpsit, secundum praesentem dispositionem , animam beatam in ordine ad Deum tantum ct non in ordine ad corpus, sede contra assumpsit corpus possibile non assumptis dotibus gloriæ, ideo hæc ejus claritas censenda est miraculosa, sicut agilitas dum ambulavit super aquas et subtilitas dum exivit ex utero clauso B. Virginis.

ibîd. α. 1.0. — *Dico* 2°. Convenienter Christus fuit transfiguratus : 1° Ut ostenderet finem ad quem perventurus erat per crucem; 2° ut dc cordibus apostolorum crucis scandalum tolleret; 5° ut illos cæle. rosque fideles ipse gloria, cujus tenuis radius fulgebat, ad adversa quæque tolerandi excitaret.

ibid. α. 5. 0. — *Dico* 5°. Convenienter inducti sunt testes transfigurationis, tum ex hominibus qui præcesserunt Christum, tum ex his qui eum secuti sunt. Quia transfigurari voluit ut gloriam suam hominibus ostenderet et ad eam desiderandam cos provocaret, ut modo dictum est : atqui ad gloriam ætcrnæ bcatitudinis adducuntur homines per Christum, non solum qui post eum fuerunt, sed etiam qui eum præcesserunt : ergo conveniens erat ut dc procedentibus ipsum testes adessent et de sequentibus.

Ibid, ad 5. ct 4. — *DÎCO* 4°. Ex præCCdentibus convenienter inducti sunt testes .Moyses ct Elias; ex sequentibus Petrus, Joannes et Jacobus.

Prob. prima pars. 1° Quia cum turba dicerent Christum esse Eliam aut Jcremiam aut unum ex Prophetis, capita Prophetarum secum ducit, ut saltem hinc appareat differentia servorum ct Domini. 2' Quia Moyses legem dedit, Elias pro gloria

Domini (emulator fuit : unde ex hoc quod sinml rum Christo apparent, excluditur calumnia Judæoruin accusantium Christum tanquam transgressorem legis et blasphemum, Dei sibi gloriam usurpantem. 5° Ut ostenderet se potestatem vitæ et mortis habere et esse judicem vivorum et mortuonnn, per hoc quod Moysem jam mortuum et Eliam adhuc viventem secum ducit. 4° Quia, sicut Lucas dicit, loquebantur cum co de excessu quem completurus erat in Jerusalem, id est, de passione et morte sua: et ideo ut super his animos discipulorum confirmaret, inducit eos in medium qui se pro Deo morti exposuerunt; nam Moyses cum periculo mortis se obtulit Pharaoni, Elias vero regi Achab. 5u Quia volebat ut discipuli æmularentur Moysis mansuetudinem ct zelum Eliae.

Ibid, ad 4. — *Prob. secunda pars.* Petrus, Joannes et Jacobus erant potiores inter apostolos : Petrus quidem in dilectione quam habuit ad Christum et in potestate sibi concessa ; Joannes in privilegio amoris quo a Christo diligebatur, propter suam virginitatem et propter praerogativam evangelicæ doclrinæ; Jacobus propter praerogativam martyrii inter apostolos. Adde conveniens fuisse hos habere testes suæ gloriæ, quos habiturus erat testes suæ infirmitatis et agoniæ in horto.

ibid. — Attamen illis prohibuit aliis nuntiare quod viderant ante suam resurrectionem ; ne vel audientibus incredibile appareret pro rei magnitudine, vel a populo impediretur passio Christi.

Dico 5°. Communis opinio est, Christum fuisse transfiguratum in monte Thabor, qui est mons excelsus in Galilæa. Ita sentiunt S. Hieron. Epist. 27 ad Eustoch. de Epitaphio Paulæ, S. Cyrill. llierosol. Catechesi 12, S. Damasc. Serm. de Transfig. Beda de Locis sanctis cap. 17, patres concilii Flor. sess. 1, et alii.

DISSERTATIO IX.

DE PASSIONE CHRISTI.

D. Th. Q. 46.

ARTICULUS I.

Denecessitate,convenientia ct acerbitate passionis Christi.

Q. 46. n. 1. ct 2. 0. — *Dico* 1°. No« fu?· simpliciter ct absolute necessarium Christum pati ; poterat enim Deus, apud quem non est impossibile omne verbum, alio modo salvare hominem. Erat tamen necessarium secundum qmd, scilicet,ex suppositione finis et ordinationis divina·, quia Deus ordinaverat ut Christus pateretur, et ut sine ejus passione non salvaretur genus humanum.

ibid. a. 5. 0. — *Dico* 2°. Convenientissimum fuit Christum pali ad liberationem genens humani.

Ibid. — *Prob.* Tanto aliquis modus est convenientior ad assequendum finem, quanto per ipsum plura concurrunt quæ expediunt fini : atqui ex hoc quod Christus passus est propter liberationem hominis, plura concurrunt ad ejus salutem prater liberationem a peccato : ergo. *Prob. min.* 1° Per hoc homo cognoscit quantum Deus ipsum diligat, et inde provocatur ad eum diligendum, in quo perfectio salutis humanæ consistit. 2° Quia per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, constantis, justitiæ et cæterarum virtutum, quæ in ejus passione elucent, et quæ sunt necessariæ ad humanam salutem. 5° Quia inde major est inducta homini necessitas se a peccato immunem servandi, cum se tanto pretio, scilicet Christi sanguine, redemptum cogitat, secundum illud 1 Cor. G·. *Empti estis pretio magno; glorificate et portate Deum in corpore vestro.* 4' Quia hoc ad majorem hominis dignitatem cessit, ut sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo mortem superaret.

ibid. α. 4.0. — *Dico* 2°. Convenientissimum fuit Christum pali in cruce.

Ibid. — 1° Ad exemplum virtutis : sunt enim homines qui, quamvis mortem ipsam non timeant, genus tamen morlis horrescunt : ut ergo nullum genus mortis homini recte viventi metuendum esset, Christus, cui de blasphemia accusato, secundum legem Judæorum, non crucifixio, sed lapidatio debebatur, in cruce mori voluit, quo supplicio, inter omnia genera mortis qua· in hac vita inferuntur ex lege vel usu, nullum est exeerabilius ct formidabilius, sive ignominiam sive dolorem spectes. Quantum ad ignominiam, quia apud Romanos nonnisi famosi latrones , ap-ul Judæos vero ex usu recenti secundum Philonem 1. de Special, leg. nonnisi homicidae

supplicio crucis plectebantur. Quantum ad dolorem, *diam patet;* tum quia cruciarii configuntur in locis nervosis, ubi maxime viget sensus tactus, et ipsum pondus corporis pendens continuo dolorem auget ; tum propter diuturnitatem cruciatus, cum non statim moriantur. Unde Cicero orat, in Verrem : « Facinus est, inquit, vincire » civem Romanum, scelus verberare, prope » parricidium necare; quid dicam in cru- » cein tollere? Verbo satis digno res tam » nefaria exprimi nullatenus potest. »

ihid. — 2° Conveniens erat ut peccatum commissum esu ligni vetiti reparetur in ligno : unde illud Ecclesiæ : *Ut qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur;* item, *et medelam ferret, hostis unde læserat.*

ibid. — 5° Quia id genus mortis indicat universalem salvationem generis humani, quatenus crux in quatuor extremitates partita significat virtutem et providentiam illius qui in ea pependit, ubique diffusam.

4° Quia hoc genus mortis multis figuris respondet. 1° Humanum genus a diluvio arca lignea liberavit; 2° Moyses virga lignea mare divisit, Pharaonem prostravit, populum Dei salvavit, et salutarem undam de petra elicuit ; 5° idem Moyses, ligno in aquam misso, aquam amaram in dulcem commutavit; 4° Lex Dei arcæ ligneæ creditur : ut his omnibus ad lignum crucis per quosdam gradus veniatur.

Ibid. a. 5. 0. — *Dico.* 4°. Certum est Christum non sustinuisse omnes passionum species quæ ab hominibus inferri possunt ; non enim fuit igne combustus, nec gladio percussus, nec excoriatus, etc. Sustinuit tamen omnes passiones quantum ad genus, hoc scilicet sensu quod passus sit ab omni hominum genere, in omni bono humano, in omnibus membris et in omnibus sensibus corporis.

Ibid. — Passus est ab omni genere hominum, scilicet a gentilibus et Judxis, a masculis et fœminis, ut patet de ancillis accusantibus Pctrnin ; a principibus et popularibus, a familiaribus ct notis, ut patet de Juda proditore ct Petro eum negante. Passus est in omni bono humano, in suis amicis eum deserentibus, in fama perblasphemias contra eum prolatas, in honore et gloria per irrisiones et contumelias et illatas, in rebus suis per hoc quod vestibus sit spoliatus, in anima per tristitiam, tsdium et timorem, in corpore per vulnera et flagella. Passus est in omnibus membris, in capite pungentium spinarum coronam, in manibus et pedibus fixionem clavorum, m facie alapas ct sputa, in toto corpore flagella. Passus est denique secundum omnem sensum ; secundum tactum flagellatus et ct clavis confixus, secundum gustum felle et aceto potatus, secundum olfactum in loco fætido cadaverorum appensus patibulo, secundum auditum lacessitus vocibus blasphemantium et irridentium, secundum visum videns matrem et discipulum quem diligebat flentes.

ibid. a. 6. 0. — *Dico* 5°. Si considerentur simul omnes causæ doloris Christi, ejus dolor fuit intensive major omnibus doloribus præsentis vitæ.

ibid. — 1° Dolor vel est sensibilis causatus ex aliquo nocivo, vel est interior cautus ex apprehensione alicujus nocumenti, et dicitur tristitia. Causa autem doloris sensibilis in Christo fuit corporis læsio acerbissima, tum propter gcncralitatcm passionis, cum propter genus mortis, ut dictum est duabus procedentibus conclusionibus. Doloris interioris causa fuit, 1° omnia peccata generis humani, pro quibus satisfaciebat patiendo, singulariter peccata .ludiorum ct aliorum in ejus morte delinquentium; 2° etiam amissio vitæ corporalis,qui naturaliter est horribilis natura humans.

Ibid. — 2° Potest considerari magnitudo doloris Christi ex perccptibilitate patientis, secundum animam ct secundum corpus. Nairn secundum corpus Christus erat optime complexionatus , cum ejus corpus fuerit miraculose formatum virtute Spiritus sancti, et ideo in eo maxime viguitsensus tactus, ex cujus perceptione sequitur dolor : anima etiam secundum vires interiores eficasissime apprehendit omnes causas tristitiæ.

ibid. — 5° Magnitudo doloris Christi potest considerari ex doloris et tristitiæ puritate, atque privatione omnis lenitivi. Nam in aliis patientibus mitigatur et dolor exterior et tristitia interior ex aliqua consideratione rationis per quamdam derivationem seu redundantiam a superioribus ad inferiores : quod in Christo non fml, quatenus mentem et imaginationem non avertit a consideratione illorum quæ tristitiam

fjusarfl possunt ; sed ca omnia attente consideravit, et simul dimisit unicuique tormentorum agere, et unicuique virium agere dpaü quod illis proprium est, ita ut unus ;ctus non impediret alium, nec gaudium .nius partis redundaret in aliam ; idque maxime, quia passionem illam et dolorem voluntarie assumpsit propter liberationem reneris humani a peccato, et ideo tantam doloris quantitatem assumpsit, quæ esset [roporlionata magnitudini fructus qui inde sequebatur.

Ex his igitur omnibus causis simul consideratis, manifeste apparet quod dolor Christi fuerit intensive maximus dolorum praesentis vitæ.

Dicitur, *ex omnibus causis simul conlidtralis;* quia si una tantum causa consideretur, posset in aliquibus esse major dolor. Dicitur, *præsentis* vites;quia hic non agitur de poenis inferni et purgatorii; licet sectarii dixerint blasphemando, Christum illas sustinuisse in hac vita.

ARTICULUS Π.

Variapassionis Christi circumstantia) breviter expenduntur. De Juda proditore.

Petes 1° quantum fuerit proditionis pretiom Judæ a Judæis constitutum?

fi. juxta S. Scripturam, Matth. 2G, constitutos fuisse triginta argenteos. Sed difficultas quid intelligalur per triginta argenteos.

Per triginta argenteos vulgo intelligunturtriginta denarii : unde communiter dicitur Christum venditum fuisse triginta denariis; ct sic intelligit S. Ambros. 1. de Spiritu sancio, c. 18. Denarius autem apud Hebraeos æquivalebat decem circiter assilusmonetægallicæ, et sic Christus venditus fuisset quindecim circiter libris gallicis.

Verum interpretes communius et probabilius per *argenteum,* intelligunt siclum, sinon specie inonetæ, saltem valore; sicque videtur intelligendum ex collatione S. Scripturarum. Etenim 5 Reg. 10, ubi narratur emptio a Salomone facta quadrigarum et equorum, dicitur quadrigam quamlibet emptam esse *sexcentis siclis,* equuin quemlibet *centum quinquaginta siclis;* lib. autem 2 Parai, c. 1, ubi eadem historia refertur, quadriga quælibet dicitur empta ***sexcentis argenteis,*** et equus quilibet *argenteis centum quinquaginta :* ubi argenteus et siclus pro eodem habentur ·. sicque passim usurpat S. Ilieron. in versioneS. Scripturae.

Siclus autem argenti, alio nomine stater, juxta communem æstimationem eruditorum qui hac de re scripserunt, valebat duas dragmas Hebraicas .quatuor Atticas,seu quatuor denarios, seu quatuor solidos; uno verbo quadraginta circiter asses : unde Christus vendilusfuitsexaginta circiter libris gallicis.

Oppones 1° illud Amos cap. 2 : *Super tribus sceleribus Israel et super quatuor non convertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calceamentis;* hoc est, tam vili pretio, ut vix sufficiat emendis calceamentis : hoc autem dictum de venditione Christi intelligitur : ergo non triginta siclis, sed triginta denariis venditus fuit.

/». quod si iste locus litteraliter intelligatur, neque etiam triginta denariis venditus fuit; superant enim pretium calceamentorum. Est itaque figurata locutio ad magis exprimendam vilitatem pretii respective ad dignitatem rei vendite : sicut apud eumdem Ainos cap. 8 dicitur : *Possideamus pauperes pro calceamentis* ;1d est, habeamus pauperes pro re vili.

Oppones 2°. Romæ in Ecclesia S. Crucis et alibi ostenduntur nummi ex iis quibus venditus est Christus : atqui non superant valorem viginti assium : ergo.

7?. imprimis non constare esse veros nummos quibus venditus est Christus. *Et dato* id constare, nihil inde evinci potest contra nos; ante omnia enim probandum foret integram summam triginta argenteorum fuisse Judæsolutam eadem specie monetae, et non pluribus minutioris mouetæ integram summam conflatam fuisse : id autem certo quis scit?

Petes 2° quo genere mortis obierit Judas ?

Jl. Juxta Matth. 27, *Laqueo se suspendii.* Et Act. 1 : *Suspensus crepuit medius, et dispersa sunt omnia viscera ejus.*

Verum Græci referunt ex Papia, Joannis Evangelist® discipulo, Judam suspendio vitam non finivisse, sed dejectum ex arbore supervixisse, tum postea corpore adeo inflatum ut progredi non posset, et ex curru pcrlranseunte compressum fuisse, ita ut effunderentur ejus viscera; et sic explicant locum AcL

Verum non constat ullatenus hæc esse ex Papia. Et aliunde sensus obvius S.Scrip. turæ est, quod in vel ex suspendio crepuerit medius, *suspensus crepuit medius,* sive ex violentia strangulationis, sive ex permissione divina, sive ex eo quod cecideritsupei ventrem, qui ideo crepuit.

Petes 5° ex qua patria ortus sit Judas?

A. ortum esse ex urbe *Cariot,* et ideo dictus est *Jscariotcs,* quasi vir *Cariot,* seu vir natus *Carioti; is* enim Hebraice idem sonat ac *vir.* Cum autem fuerit duplex civitas *Cariot,* una in tribu Juda, Jos. 17, altera in tribu Ephraim, Amos 2 et Jercm. 48, incertum est ex qua sit oriundus proditor. S. Ilieron. existimat ortum esse ex *Cariot* Ephraim; qua ratione, non explicat : ipsi tamen subscribunt plures interpretes.

De flagellatione.

Joannis 19 legimus : *Apprehendit Pilatus Jesum et flagellavit.* Matth. 27 : *Jesum flagellatum tradidit eis.* Marci 15 : *Tradidit Jesum flagellis casum.* Monet autem Lucas cap. 25, hanc pœnam Christo o Pilato fuisse indictam, non ut delicto debitam, sed ut hoc supplicio deliniret furorem Judæorum, et sic Christum a morte eriperet.

Petes 1° an virgis, an funiculis nodosis, an loris Christus fuerit flagellatus?

P. id non adeo liquere; flagellum enim est terminus communis, significans sive virgas, sive funiculos, sive lora. Id unum notandum est, quod jure Romano iî. de Pœnis, I. *Significans* , 1. *Porcia* et 1. *Sempronia ,* flagellatio per virgas esset poena liberorum, flagellatio autem per funiculos seu lora esset pœna servorum. Verisimile est autem Pilatum virum Romanum ad vile servorum supplicium Christum addixisse.

Petes 2° quantus fuerit numerus plagarum Christo inflictarum?

B. id pariter incertum esse. Quidam dixerunt excessisse quinque millia; sed qua specie veri non apparet. Nam 1° Pilatus more Romano indubie processit in suo judicio : more autem Romano taxabatur a judice numerus plagarum, et unus tantum lictor flagellationis ministerium obibat, juxta Illud solemne apud Romanos : *G. lictor, colliga manus, caput obnubito , virgis cadito.* Non potuit autem unr.s lictor tam brevi spatio tot plagas infligere; non enim Pilatus principes sacerdotum et plebem clamoribus Christi necem deposcentes diu remoratus est. 2° Corpus humanum non potest naturaliter tot millibus plagarum supervivere: et cum juxta hujus sententiæ patronos hæ plag® essent omnes sanguine», totius corporis sanguis his non suifccissct.

Quantum vero numerum plagarum determinaverit Pilatus, ignoratur. Equidem secundum legem Judæorum, non poterat excedere quadraginta, sed Romano jure nihil erat determinatum. Cætenim cum milites injussi et ex propria malitia post flagellationem imposuerint Christo coronam spineam, ct ipsum ludibrio habuerint, non negaverim quin, contra legis et judicis determinationem, plures ad flagellationem concurrerint, et numerum plagarum determinatum aliquo usque auxerint.

Petes 5° an Christus semel tantum fuerit flagellatus?

Jl. quosdam comminisci Christum duas flagellationes sustinuisse; quia cx formula judicii Romani omnes cruciarii ante crucifixionem flagellabantur. At præcesseratin Christo flagellatio paulo ante, unde ulteriorem non jussit Pilatus; quod intie patet, quia cum in procinctu crucifixionis fieri deberet; nihil de ea referunt Evangelist», qui tamen nullam crucifixionis circumstantiam omittunt.

Petes 4° quomodo Christus fuit flagellatus ?

II. Quamvis secundum legem, Douter. 25, v. 5, Judæi prostratos humi flagellabant , attamen Christus ligatus ad columnam fuit flagellatus : ita referunt S. Greg. Nazianz. Cone. 1 in Julian. S. Ilieron. in Epist. 27, S. Paulinus Epist. 54, Beda de Locis sanctis cap. 15, Greg.Turon.de gloria Martyrum cap. 2. Eaque columna visitur Romae in templo S. Praaedis martyris.

De corona spinea.

Unicum est dubium, cx qua materia fuerit contexta. Communior sententia est contextam fuisse, non ex juncis marinis, sed ex spinis rubi vel sentis. 1» Quia *spina proprie loquendo,* inquit Calepmus,ejf *aculeus sentis vel rubi, quo pungimus.* 2« Quia juncus marinus nullam sive in fuste si-o in ramis spinam habet, sed so

lum ejus acumina in formam spinarum dcrinunt. 5’ Qiirrt non est verisimile milites agentes Jerosolymis, quæ longe distat a littore maris, habuisse ad manum juncos marinos, bene autem spinas cx rubis vel «entibus circa urbem crescentibus.

Verum his rationibus bene suadentibus opponitur corona spinea Salvatoris, quam S. Ludovicus magno pretio cx barbarorum manibus redemit, cl quæ nunc magna veneratione Parisiis colitur; hanc enim asserunt ex juncis marinis esse compactam, nec jolum frontem cingere ad instar diadematis, sed totum caput ad instar pilei legere. Ifec, inquit Serrius, omnes Parisini testabuntur. Quæ si vera sint, corruunt rationes congruentes, et quæ alibi ostenduntur spinæ coronæ Dominicæ , habendæ mint ut supposilitiæ : quod omnibus suadere haud facile puto.

De sententia mortis in Christum lata.

Quidam opinati sunt Pilatum non tulisse sententiam mortis in Christum, sed tantum eum dimisisse arbitrio Judæorum. At obstat quod, Pilato dicente Judæis, *Accipite eum vos, ct secundum legem wtram judicate cum,* illi recusarunt, dicentes : *Nobis non licet occidere quemquam;* sive hoc dicerent ratione solemnitaiis paschalis, sive quia agnoscebant ademptam sibi a Romanis hanc potestatem, quam tamen postea usurparunt in occisione S. Slephani. *Nisi dicas* eum quibusdam, id ipsis permitti a Romanis circa crimina sua tantum lege prohibita. Unde Pilatus sedens pro tribunali, *adjudicavit [teri petitionem illorum ;* hoc est. Jesum crucifigendum pronuntiavit, prout illi petebant.

Si qtucras cur Judæi Jesum de blasphemia accusatum crucifigendum postulaverint, cum secundum eorum legem, Levit. 24,blasphcmi non crucifigendi, sed lapidandi erant.

/?. crucifigendum postidasse, quia cum essent Romanis subjecti, et a judice Romano sententiam requirerent, formulas judicii Romani sequi debebant : apud Romanos autem frequens erat crucis supplicium, nunquam lapidatio. Aliunde non de wla blasphcinia accusabatur, sed etiam de crimine læsæ majestatis, quod se laceret regemet prohiberet dare tribulum Cæsari. I

De crucis bajutatione et Veronica.

Prolata a Pilato in Jesum mortis sententia, exitur chlamyde derisoria, ct propriis induitur vestibus. Crux cui affigendus erat, super humeros ejus imponitur; id enim erat cx formula judicii Romani, ut crucifigendus cruccm suam portaret saltem usque ad egressum urbis : quo cum pervenit Christus, milites *Simonem quemdam hominem Cyrcnæum angariaverunt ut tolleret cruccm ejus,* Matth. 27. Quia vero Lucas 25, dicit milites imposuisse Simoni cruccm portare post Jesum , multi opinantur ambos simul portasse, Christo pracunte ct partem superiorem portante, Simone sequente et partem inferiorem bajulante, sicque solent reprasentare pictores.

Verum reclamant SS. Patres, qui communiter docent Christum onere liberum præivisse, et Simonem solum eo onustum secutum fuisse.

Christum ad locum supplicii pergentem comitatæ sunt piæ mulieres plangentes et lamentantes. Fertur autem unam cx eis nomine *Kcronicam* sudarium Christo obtulisse, ut faciem sudore et sanguine madentem abstergeret, atque illud a Christo statim recepisse ejus facie impressa insignitum.

Duplex hic occurrit quæslio : prima de ipso facto, an sit verum ; secunda, de ipsa persona, an vocetur *Veronica.*

Circa primum, tam in Evangelio quam in SS. Patribus et scriptoribus ecclesiasticis usque ad sæculum undecimum, altum est de eo silentium. Quod enim Marianus Scotus, auctor undecimi sæculi, laudet in hanc rem Methodium, ignoratur quis sit iste Methodius et quando vixerit; non enim est magnus ille Methodius Tyriorum episcopus, cum nihil simile legatur in ejus scriptis, et fabulæ quas ex suo Methodio narrat Marianus tanto viro tribui nequeunt. Ab undecimo sæculo plures scriptores ecclesiastici , Marianus Scotus, Lucius dexter, Petrus diaconus, Baronius ct alii, imo summi pontifices Nicolaus IV, Clemens VI, VU, VIII ct Greg. XIII, suis diplomatibus testantur hanc sacram iryaginem servari et coli Romx in basilica Vaticana. Quapropter factum neque negare neque asserere ausim.

Quantum ad personam quæ dicitur *S.*

veronica, neque antiqui neque recenliores quos modo citavimus, illam agnoscunt. Equidem hi ipsam imaginem sudario impressam vocant *Veronicam,* sed non mulierem imaginem gestantem. Inde igitur videtur natus error, quod *Veronica* grace idem est ac *vera icon, seu vera imago;* et cum vulgus audiret nomen *Veronica?,* existimavit esse nomen non imaginis sudario impress®, sed mulieris illam gestantis , atque hinc dixerunt *sanctam Veronicam.*

De crucis magnitudine ct forma.

Crucis longitudinem ad quindecim pedes, latitudinem ad octo ascendisse multorum est opinio, sed infundata. Obstat enim 1° quod Christus multo sanguine in flagellatione et coronatione eadem nocte fuso debilitatus, non potuisset solus illam ferre usque ad exitum urbis; 2° quia titulus crucis tribus linguis scriptus in tabella nonj admodum ampla qualis nunc videtur Romæ, et characteribus haud magnis, vix aut ne vix in tanta altitudine legi potuisset a prætcreuntibus. Dicendum ergo videtur crucem fuisse humilem, octo, aut ad summum decem pedum, prout moris erat pro hominibus vulgaribus, qualem Judæi ct Romani reputabant nostrum Christum, utpote fabrum ct fabri filium; viris enim eminentioris status cruces eminentiores parabantur.

Major est difficultas de forma crucis. Baronins ad annum 54, scribit ex S. Irenæo lib. 2 c. 42, Tertull. Apolog. c. 6, S. Ambros. Serm. 55, S. Aug. Tract. 118 in Joan, et ex sensu univers® Ecclesia!, ut constat ex antiquis imaginibus, crucis Christi hanc fuisse formam, ut summa pars pali super transversum lignum emineret; putatque de his ambigere, insani® potius quam insciti® ascribendum esse.

Verumlamen crucem Christi habuisse tantum tres extremitates et referre figuram littera T, cui postmodum adjectus titulus in tabella, quartam extremitatem ostenderit, contendit Senius exercitat. 35, etiam ex Tertull. lib. 5 cont. Marcion. dicente : *Jpsa littera GrœcorumTau, nostra autem T, species crucis est.* ExS. Hieron.inc. 9 Ezech. ubi dicit : « Antiquis Ilebraorum litteris, quibusque hodie Samaritutuntur, extrema T crucis habet similitudinem. » Idem S. Paulinus Epist. 2 ad Severum, Sozomcr.us lib. *7* c. 13. Γ fin 1. 2 c. 29; sed et maxime Ittiioc. Ill, sermone habito in conc. Laterali, ubi dicit : « Tau est ultima littera Hebraici alpin» beti, exprimens formam crucis, qualis » erat antequam Domino crucifixo Pilata » titulum supponeret. »

Rationem addit laudatus Sernus, scilicet, si in eminenti desuper pali parte litus Ius fuisset aflixus, dum Helena Constantini mater 1res cruces, scilicet Christi et latronum, disjectumque seorsim titulum invenit, eruitque, nullo hominis redivivi portento fuisset opus ad discernendum e qua Dominus pependisset, cum vel ipsa ciliii olirn tituli clavorum vestigia atque fora na in summa ligni parte extantia prodidissent. Verum hæc ratio non cogit; potuit enim tabella tituli summitati crucis, non clavis, sed uncis adjici, vel equidem clavis affigi, sed in summitate alterius stipitis seu column® supereminentis a retro supremam extremitatem crucis, ut agnoscit ipse Scrrius factum in figura crucis quam propugnat.

Quantum ad Patres laudatos pro prima sententia, dicit idem scriptor intelligendos esse de titulo recto, crucis palo superaddito, in modum column® separat®, quo lit quadrata forma, fiunt quatuor extremae quatuor dimensiones crucis, ut loquuntor laudati Patres.

Verum juxta hanc explicationem, equidem crux apparebit quadrata, quatuor extremorum et quatuor dimensionum; at revera non erit in se talis, sicut tamen esse dicunt SS. Patres. Irenæus cit. « Ipse hi» bitus crucis, inquit, fines ct summitates, » id est extremitates, habet quinque, duos » in longitudinem, duos in latitudinem, d » unum in medio, ubi requiescit qui ch » vis configitur. « S. Aug. cit. « Lata est » quippe in transverso ligno... longa e-t a » transverso ligno usque ad terram... alta » est in cacumine quod transversum lig« num sursum versus excedit. » Habet itaque utraque sententia suos patronos exSS. Patribus · prim® autem favet sensus communis fidelium, fatente ipso Serrio.

Insuper habemus ex verbis Irenai cit. in medio crucis lignum breve seu sedile fuisse fixum cui insiderit crucifixus. Idem testatur S. Justinus in Dial, cum Tryph. « In medio crucis, inquit, defixum est lig-

«num, quod etiam ut cornu eminet, in quo vchunlur et insident qui crucis supplicium subeunt. » Idem Tertull. 1. 2 contra Marcion.

Majori certitudine constat suppedaneum scabellum in infima parte crucis fuisse aptatum, cui crucifixi pedes supposititi affigerentur. Ita S. Greg. Turon. 1. de Gloria Martyr, c, 6 : « In stipite recto, inquit, foramen factum manifestum est, pes quoque parvnlæ tabulæ in hoc foramen insertus : super hanc vero tabulam tanquam stantis hominis sacræ allixæ sunt plante. » Et Innoc. III, Serin, de Martyre uno : « Fuerunt autem, inquit, in in cruce Dominica ligna quatuor, stipes «erectus ct lignum transversum, truncus suppositus et tiluhis superpositus. » Atque ita exhibent antiquae crucifixi imagines.

De crucifixione.

Solet depingi Christus cruci humi prostrate et jacenti affixus, tum magno conatu cum cruce elevatus. Attamen probabile est cnici jam crectæ et terræ cuneis infixæ fük'SC affixum ; sic enim ferebat usus gentilium, apud quos erant familiares hæ loquendi foiïnulæ : *Tollere in crucem, agere in crucem, ascendere in crucem :* unde rex Darius, Esd. 1. 1, c. 6, statuit ut *omnis qui hanc mutaverit jussionem, tollatur lignum de domo ipsius, ct erigatur, et configatur in eo.* Et S. Athan. Serm. de Pass, dicit de Christo : *Penit ad locum ubi erat illi ascendenda crux.*

Certum autem videtur non tribus tantum, sed quatuor clavis Christum fuisse cnici affixum. 1° Quia sic ferebat usus Romanorum, ut discimus cx Plauto in Mustellanco, dicente : *^Ifigantur his pedes, liis brachia.* 2° Id testantur SS. Patres, Greg. Turon. 1. de Gloria Martyr, c. G: «Clavi Dominici, inquit, quod quatuor ‘fuerint, hæc est ratio, duo sunt affixi in palmis et duo in plantis. » S. August. I. Méditai, c. G : « Immaculata Christi vestigia divis confixa clavis. » 5° S. Brigitta 1.7 c. 7, refert id sibi revelatum ; ct VVadingus in Annalibus minorum ad annum 1224, testatur S. Francisei stigmata qualuor clavos repræsentare. 4° Huic sententia suffragantur '1 hcodorelus, Rufinus et Cassiodorus, qui inventionem S. erneis ab Helena Constantini matre referentes, dicunt clavos alios freno equino, alios galeæ Constantini fuisse insertos : supponunt ergo fuisse quatuor, Denique hanc sententiam tenent Scaliger, Causobonus et plures alii.

Christum omnino nudum e cruce pependisse, ac ne velatis quidem partibus quas naturalis pudor in nobis obtegi jubet, non pauci sentiunt, ob testimonia SS. Patrum qui passim si ribunt Christum fuisse in cruce nudum sicut nascimur, sicut ctelum petemus, sicut protoparentes fuerunt in Paradiso : inter quos S. Ambros. 1. 10 in Lucam, dicit Christum nudum ascendis<c in crucem talem *quales nos auctore D<o natura formavit, et qualis .idam in Paradiso habitavit.*

His non obstantibus, in hanc sententiam ægre descendo : si enim, juxta illius patronos,pictores sint laudandi qui Christum renes velo cinctum nobis exhibent, quia, inquiunt, in hoc pudori consulunt; quomodo Christus, ipse puritatis auctor et amator, pudori non consuluisset, sed suum corpus omnino nudum oculis tot spectantium etiam mulierum exhibuisset, præscritim cum corpus naturale nudum longe nia gis offendat pudorem quam ejus imago? Malim ergo interpretari SS- Patres de nuditate paulo latius accepta, qua quisque dicitur nudus qui omnibus vestimentis exuitur, licet genitalibus coopertis aliquo tenui velamine, quod inter vestimenta non computatur. Atque ita sibi revelatum fuisse scribit sancta Brigitta lib. 1, c. 10, et lib. 7, c. 70.

De latronibus cum Christo crucifixis.

ç.4G.a. 11.0.— Sicut Christus pro nobis maledictum crucis factus est, sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur, juxta illud Isai. 55 : c/ *cum sceleratis reputatus est.* Voluit insuper ut in ipsa specie patibuli monstrare ur illa discretio omnium hominum quæ flet in judicio generali : unde communiter censent Patres bonum latronem fuisse a dextris et malum a sinistris Christi; cl S. August. Tract. 51 in Joan. « Ipsa crux, inquit, si » attendas, tribunal fuit ; in medio enim » judice constituto, unus qui credidit li» beratus, alius qui insultavit damnatus » est : jam significabat quid facturus est de » vivis cl mortuis, alios positurus addex» tram, alios vero ad sinistram. «

Corrigendus esl hie error popularis, quo multi credunt hos latrones non clavis fuisse cruci affixos, sed funibus alligatos, el ita plerumque depinguntur; repugnat enim 1° vox *crucifixionis.* 2° Si solus Christus fuisset clavis affixus, Helena Constantini mater facile ejus crucem ex foraminibus clavorum a crucibus latronum distinxisset,neque opus fuisset miraculo hominis redivivi ex ejus contactu, ad eam dignoscendam.

Difficultas est an unus tantum latro, an uterque. Christum blasphcmaverit. Matthæus c. 27 dicit : *Latrones qui crucifixi erant cum co, improperabant ci.* Idem Marcus c. la. Lucas vero c. 25, dicit unum tantum blasphémasse, altero increpante et suscipiente partes Christi.

Hinc multi Patres dixerunt utrumque ab initio blasphémasse, unum postea ex divina inspiratione resipuisse. At id videtur minus probabile. 1° Quia si ipse paulo antea blasphemassct, quomodo potuisset exprobrare alteri, ut habetur apud Lucam : *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit.* 2° Quia debuisset blasphemiæ veniam petere a Christo, priusquam peteret admitti in regnum ejus, quod tamen non legitur fecisse.

Probabilius itaque cum aliis Patribus, quorum dux est S. Aug. 1. 5 de Consensu Evang. c. 16, dicimus Malthæum et Marcum dixisse *latrones* indefinite per syllcpsim, ponendo numerum pluralem pro singulari , ut annotarent, non numerum,sed conditionem blasphemantis. Et hæc loquendi formula non est infrequens in sacris Scripturis. Sic Matth. 2 : *Mortui sunt enim qui quœrebant animam Pueri,cum* tamen de uno Herode loqueretur. Sic Exodi 52 : *Hi sunt dii tui, Israel,* cum tamen de solo vitulo aureo sil sermo.

Latronem pœnitentem nonnisi in cruce fuisse conversum, sive ex visis prodigiosis tenebris, sive potius ex inspiratione gratiæ , communis SS. Patrum sententia.

S.Auz lib. 4cont. Donat. c.22ct alibi, refert narrùtionem suo tempore vulgatam, scilicet, latronem pœnitentem aqua fluente e latere Christi tanquam salutari baptismo fuisse perfusum : cui tamen narrationi fidem integram non adhibet S. Doctor, el bene; verisimiliter enim latro confractis cruribus erat mortuus antequam Christi latus aperiretor, ex Joan. c. 19. Insuper non iinlgrbat baptismo ad salutem,cumtinc nondum esset in praeopto; ct aliunde Chrtstu» rif. tutem suam sacramentis non alligavit.

Dixit illi Christus : *Hodie mecwntris in paradiso,* Lue. 25 : non terrestri, tab enim paradiso non indiget anima separat»; non cœlesti seu cœlo empyrco, nomfe enim erat apertus, sed generaliter in loco seu statu felicitatis ex clara Dei visione, quæ intuitu mortis Christi stalim atque expiravit concessa est patribus inlymbotl latroni pœnilcnti.

De loco ct tctnporc crucifixionis.

Constat ex Evangelic Christum crucifixum fuisse Jerusalem, non quidem n» ipsa civitate, sed extra portam in suburbio, hoc est, in monte Calvarias, Hebraice Golgotha. Et utrumque fuit conveniens

Ibid. a. 10. 0. — Primum, quia i» Jerusalem erat locus a Deo electus ad sacrificia sibi offerenda, et hæc sacrificia figurabant passionem Christi quæ est verum sacrificium. 2° Quia cum virtus passioni: ejus ad totum mundum diffundenda enl, pati voluit in medio terra habitabilis tunc agnitae, id est in Jerusalem, quædicitur umbilicus terra. 5° Quia maxime conveniebat ejus humilitati, utsicut turpissimum genus mortis elegit, ita in loco ccleberrin»(confusionem pati non recusaret. 4° Ul ostenderet a principibus populi Judaici ovortam esse iniquitatem occidentium ipsum.

ibid. — Conveniens etiam fuit ul extn portam pateretur. 1° Ut veritas responderet figura : nam vitulus et hircus qui › · lemnissimo sacrificio ad expiationem toties multitudinis offerebantur, extra castra comburebantur, Levit. 16. Unde Apost. lleli. 15 dicit : *Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur titra castra; propter quod ct Jesus, ul sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.* 5° Ut per hoc daret nobis exemplum exeundi a mundana conversatione, unde, ibidem subditur : *Exeamus igitur ad eum extra antra, improperium ejus portantes.* 4° Ut dicit S. Chrysost. de passione, nobiii Dominus pati sub tecto nec in templo Judaici, ne putaretur pro illa tantum plebe oblatum sacrificium salutis; et ideo foras civitatej

foras muros, ut scias sacrificium esse commune.

Occurrit hic quæstio, unde huic monti, in quo Christus passus est, *Calvaries* nomen? S. Th. hic ad 5, docet ex S. Micron, ni c. 27 .Matth.sic dictum, non a capite sou Calvaria Adæ qui esset ibi sepullus, sed a capitibus ibi decollatorum; erat enim locus supplicii communis apud Jerosolymitanos. Huic sententiæ subscribunt Isidor. 1.15 Originum cap. 1, Ven. Beda in cap. 27 .Matth.

Attamen contrariam opinionem tenent S. Cyprianus, Tract, de Rcsurr. Christi, Orig. Tract, 13 in Matth. Epiphan. Hæresi46, S. Aug. Serin. 71 de temp. S. Chrysos!. Hom. 84 in Joan. S. Athan. 1. de Passione, S. Ambros. 1. ⁋ Epist. 19. Tertull. i.SConcionum cont. Marcion. etc. voluntque Adam in hoc monte fuisse sepulluin et ab ejus capite seu cranio fuisse dictum *Calvaria;*.

Quod autem prima sententia opponit Adam fuisse sepultum in *Hebron*, antea dictum *Cariath-Arbe,* juxta illud Josuë 14· Aomen *Hebron anteavocabaturCariath-.trbe, Adam maximus ibi inter Enacim situs est.* Respondetur nomen *Adam* non semper significare primum parentem, sed esse quandoque nomen commune significans quemcumque hominem, vel potius liic esse nomen proprium alicujus giganlis ex stirpe Enac patris gigantum, ut sonant ipsa verba : *Maximus inter Enacim.* !dqnc suadet ipsum nomen civitatis *Cariath-Arbe,* id est civitas Arbe. Fuit enim Arbe, Josuë 15, pater Enac patris gigantum, et habitavit in Hebron. Unde Joseph I. 5 Antiquit. c. 2, testatur temporibus suis monstrari in Hebron ossa gigantum, <pii fuerant ibi sepulli, adeo magna, qualia vix credant qui non viderunt.

Cæterum ad alitpmm conciliationem utriusque sententiæ, nihil vetat dicere hunc montem fuisse dictum *Calvariæ,* tum a capite Adæ ibi sepulli, tum a capitibus ibi decollatorum. Quantum ad tempus crucifixionis, constat ex his quæ dixi do tempore institutionis cucharistiæ in tract, de Euchar. diss. 2, a. 3, Christum fuisse crucifixum luna decima quinta, hoc est feria sexta, et non luna decima quarta seu feria quinta, ut volunt Græci.

Qua autem hora? Marcus 13 dicit hora ('•rtia, Joannes 19 dicit hora quasi sexta. Et utrumque verum est; dividebant enim Judæi diem in quatuor horas ‹ prima incipiebat ab ortu solis usque ad nonam; secunda, quæ dicebatur tertia, a nona ad duodecimam; tertia, quæ dicebatur sexta, a duodecima ad tertiam ; quarta, quæ dicebatur nona, a tertia usque ad occasum solis seu sextam. Christus itaque crucifixus fuit sub finem horæ tertiæ, id est, paulo ante meridiem, ideoque hora tertia et quasi sexta.

De apertione lateris.

Joannes 19, narrat quod commilites latronum crura fregissent, *Ad Jesum cum venissent, ut viderunt jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea ejus latus aperuit, et continuo exivit sanguis ct aqua.*

Hunc militem fuisse Longinum nomine, qui postea martyr occubuit, tenet communis opinio ; sicque insertum legitur in pluribus Martyrologiis Latinis et in Menologio Græcorum. *Cœsarcœin Cappadocia,* inquit Martyrologium Romanum, *passio Longini militis, qui latus Domini lancea perforasse dicitur.*

Hanc communem opinionem impugnat Baronins ad annum Christi 54, n. 151, tanquam ex apocryphis scriptis haustam ; vultque Longini nomen tribuendum esse non militi latus Christi aperienti, sed centurioni Christum e cruce pendentem Filium Dei visis prodigiis eonfilenli. Baronio subscribit Tillemontius, et ex parte Serrius; vultque iste hunc errorem natum ex sinistra intelligentia textus Graci, eo quod lanceæ nomen, grace λόγχη aliquanto corruptum, *Longi* seu *Longini* militis nomen imperite creditum sit; quasi Evangelista dixisset : *Unus militum Longinus Christi latus aperui!.*

Verum non video his satis efficaciter elevari auctoritatem martyrologiornm, Romani scilicet, Usuardi et Adonis, Alenelogii Gra-conim, Surii, S. Bonaventura et aliorum, communisque sensus fidelium, apud quos miles qui Christi latus lancea aperuit dicitur Longinus, qui postea martyrium pro Christo subiit.

Censura Baronii suljscribimus quoad aliud, quod quidam ex apocryphis revera scriptis narrant et ibidem refert Annalium Parens, scilicet, hunc militem esso cæcum ei ex aqua et sanguine e latere Christi in

ejus oculos saliente visum miraculose recepisse. Id plane fabulosum agnoscimus; quis enim credat rnuitem cæcum a Romanis adhibitum fuisse custodem reorum, et ipsum certo ictu perforasse latus Christi, ut probaret an esset mortuus?

Item hunc militem pictores effingunt plerumque equo insidentem, forte quod putent peditem non potuisse attingere latus Christi ex alta cruce pendentis. Sed perperam; ostendimus enim supra crucem Christi non altam sed humilem et mediocrem fuisse, qualem scilicet viribus et sanguine exhaustus ferre potuit, cujus ideo latus pedes oblonga lancea attingere potuit. Adde, apud Romanos pedites ct non equites lanceis seu hastis usos fuisse, ut constat ex Tito Livio lib. 4,

Restat inquirere utrum fluxus aquæ ex latere Christi fuerit miraculosus. Negant medici, contendentes in pericardio imo el in pleura contineri aqueum humorem, qui cx alterutro læso per lanceam naturaliter effluxit. Attamen miraculum agnoscunt SS. Patres, Ambros. Aug. Cyrillus Alex, et alii ; forte quia non aqueus humor, sed vera aqua effluxit, ct non simul sanguini mixta, sedsuccessive post sanguinem Unxit.

De *Maria inatreJesu juxta crucem stante.*

Stabatjuxta crucem Jesu Mater ejus, inquit Joan. 19. Stabat,inquam, non ejulans, non indecore sc gerens, non exanimis humi jacens, aut inter astantium brachia collapsa; sed licet lacrymosa et dolorosa, erecto tamen animo ct voluntati divinæ perfecte conformi, probe sciens hoc sacrificio opus salutis humanæconsummandum esse. Unde S. Ambros. lib. de Instit. virg. cap. 7 ait : *Stabat juxta crucem Mater, et fugientibus viris stabat intrepida.* Ita communiter interpretes antiqui et reccntiores; quamvis S. Bonaventura etS. Laurentius Justin, contrarium scripserint, sed probabiliter delusi apocrypho libellode lamentatione B.VirginisS. Bernardo supposito.

De tortoribus Christi.

Serrius acriter contendit ministros passionis Christi tam m flagellatione quam in crucifix'one fuisse Brulios, nunc Calabros; quia, inquit, cum primia Romanis ad Hannibalem defecissent, hac pœna mulctali sunt ut reorum essent tortores : ex quo infert huic ferali ministerio erga Christum i Romano judice damnatum inserviisse.

Verum *esto* hanc nœnam olin. fn Brutios fuisse latam, utrum tamen duraret adhuc tempore passionis Christi, non constat. Imo constat tempore Tertulliani non amplius fuisse in usu ; tradit enim lib. de Corona militis, ciijuscumque nationis milites huic ministerio inservire, dum suadens homini chrisliano ne militet, dicit: « Et vincula, et carcerem, et tormenta,et » supplicia administrabit, nec suarum ul» tor injuriarum. »

De prodigiis Christo in cruce pendentefaclu, ct primo dc tenebris.

Primum inter prodigia quæ Christo e cruce pendente contigerunt, fuerunt tenebræ,quæ ab hora sexta ad nonam, llOcest, a meridie ad tertiam pomeridianam facte sunt super universam terram, Mallii.27, Marci lî>, Lucæ 25.

Circa quod duplex occurrit difficultas: prima, quomodo istæ tenebræ fuerunt inductæ, an per veram eclypsim quæ fit per interpositionem hinæad solem, anpermiracnlosam radiorum solis subtractionem seu exhnctioncin lucis, seu per oppositionem alicujus alterius corporis opaci; secunda, an istæ tenebræ fuerunt diifusæper totum qua late patet orbem.

Quantum ad primam difficultatem, S. Dionysius Areopagita Epist. ad Polycar puni, tradit fuisse veram ct proprie (lictam, sed prætcrnaturalcm eclypsim: sic enim, loquens de Appollophanc philosopho dicit : « Eramus una ambo et stabamus ad » Heliopolim (civitas est JEgypli), ac cor» nebamus, nec inopinato, cum lunasc soli « objiciebat; nec enim conjunctionis tem» pus erat; rursusque cum eadem ab hora » sexta ad vesperam sc mediæ solis fine® » præter naturæ ordinem opponebat. « Idem babet Epist. ad cuindem Xppollophanem. Ejusdem opinionis est St. Aug, Epist, 80 ad Hesychium.

Scio plnres hodie non moveri auctoritate S. Dionysii, quippe qui contendunt o;x*raquæ sub ejus nomine circumferuntur esse illi supposita ct ab aliquo auctore quinti sæculi fuisse consarcinata; quod non est hujus loci discutere. Unum duntaxat observabo, auctorem hunc quinti sæculi debuisse impudentem, mendacem et ef-

frontem impostorem esse, cum multa de se narret quæ nonnisi vero Dionysio Areopagitœ conveniunt, ut quod fuerit discipulus S. Pauli, quod solis eclypsim Christo patiente viderit, quod cum apostolis adfuerit funeribus B. Virginis, quod scripserit ad S. Joannem Evangelistam, ad Titum, ad Timotheum et ad Polycarpum, etc. Habere autem auctorem istorum operum ut impudentem, mendacem et effrontem impostorem, obstant ipsa Opera, quæ nonnisi sanam doctrinam, pietatem el sanctimoniam spirant. Plura alia videri possunt apud Baronium, Spondanum, Natalem Alexandrum, ct alios contra ævi nostri criticos.

SS. Cyprianus, Micron, et Theophilactus censent has tenebras contigisse, non per veram et proprie dictam eclypsim, sed vel miraculosa extinction© lucis, vel oppositione alicujus alterius corporis opaci. Et videtur hæc sententia communior apud interpretes.

Quantum ad secundam difficultatem, standO sententiæ S. Dionysii et S. Aug. de vera et proprie dicta eclypsi per interpositionem lunæ , dicendum videtur has tenebras per universum orbem non fuisse diffusas, sed per Palæstinam tantum ct regiones vicinas, qualis erat /Egyptus. Cum enim luna sit longe sole et terra minor, impossibile est ut ex lunæ interpositione sol obscuretur respectu totius orbis.

Undc.juxtahanc sententiam, quodEvanliinn dicit tenebras facias esse *in universam terram,* inlclligcndum est accommodalcde universa terra Jndææ ct regionum urinarum, sicut cum Lucæ 2 dicitur : *Exiit edictum a Casare Auyusto, ut describeretur universus orbis,* non inlelligilur totus qua late palet orbis, sed iste lanium cui imperabat Augustus. Vel dicendum id fuisse dictum per hyperbolem.

Stando vero aliorum sententiæ, nihil obstat quominus dicamus tenebras per totum qua late palet orbem fuisse diffusas.

At si ita sil, implies, quomodo licii potuit nullum Scriptorem cx gentilibus harum tenebrarum mentionem fecisse ?

H. Phlegontem, Adriani imperatoris libertum, inliistoriaquam scripsit perOlympiades, liarum tenebrarum meminisse. Hujus verba reh cl Eusebius in Chronico ct ex Eusebio S. Micron, etiam in Chronico. Hæc sunt :« Quarto autem anno duo centesimæ secundæ Olympiadis, magna » ct excellens inter omnes qu« ante eam » acciderunt, defectio solis facta est. Dies » hora sexta ita in tenebrosam noctem ver- » sus est,ut stellæ in cœlo visæ sint,terræque » motus in Bithinia Nicæie urbis multas » ædes subverterit. » liem refertur in Chronico Alexandriæ. Idem Eusebius in Chronico ibid, refert adhuc alia monumenta ethnicorum , quæ narrant tenebras et motus terræ tempore passionis Christi ; dicit enim : « Quo tempore passionis Chris- » li et in aliis ethnicorum commentariis » hæc ad verbum scripta reperimus. Solis » facta defectio et tenebræ super univer- » sam terram. Bithinia terræ motu con- » cussa , ct in urbe Nicæna ædes plurimæ » corruerunt, Quæ omnia iis congruunt » quæ in passione Salvatoris acciderunt. » Tertullianus in Apologetico,eumdem Phlegontem vel alium gentilem indicans, dicit: « Eodem quidem momento dies, medium » orbem sole signante, subducta est; deli- » quium utique putaverunt, qui id quoque » super Christum prædicalum nescierunt. » Et tamen cum mundi casum relatum in » archivis vestris habetis. » Similiter S. Lucianos in Actis sui martyrii apud Rutinum, gentiles alloquens : « Perquirite, » inquit, in annalibus vestris, et invenie- » lis temporibus Pilati, fugato sole, inter- » ruptum tenebris diem. »

Male me habet quod Serrius Phlegontis testimonium futilibus, ut mihi videtur, rationibus religioni eripere conetur. Vult ergo incertum esse Phlegontem scripsisse de obscuratione solis quæ contigit morienlc Christo : 1° quia Origcnes dicit quod hoc testimonium *nt minem sapientem movere posset,-2 '* quia Phlegon non dicit suum solare deliquium luna plena contigisse : 5° quia silet dc eo ad 1res horas perdurasse; 4° quia narrat terræ motus Nicææ in Bithinia factos, silet de terræ molibus factis in Palaestina ; 5° dicit has tenebras contigisse anno quarto Olympiadis ducentesimæ seconds , quæ est morientis Christi incerta cpoca.

A. *adprimum.* Origenem contra Celsum Phlegontis testimonium urgere. Aliunde quidquid sit, uni Origeni prœvabnt Eusebius, S. Micron. Terlull. Lucianus, Chronicon Alexandriæ, etc. *id secundum.* Itquid Phlegon meminisset pleni lunii. cum

non asserat lias tenebras contigisse per veram ct proprie dici ani eclipsim ex interpositione lunae ad solem, ut imaginatur Serrius ; dicit simpliciter Phlegon, *Defectio solis facta est :* sive autem sol obscuictur per interpositionem lunae, sive alterius corporis, sive subtractione radiorum aut extinctione lucis, semper est defectio solis. Sed *esto* Phlegontem intellexisse veram et proprie dictam eclipsim ex interpositione lunæ, non notavit pleni-lunium, sive quia in monumentis ex quibus id exscripsit non invenit notatum defectu scientiæ astrorum in scriptoribus,sive quia ipse Phlegon in hac scientia parum versatus non attendit an hæc eclipsis esset naturalis vel supernaturalis. Quidquid sit, hac difficultate non sunt moti Eusebius, S. Hieron. ct alii quos citavimus. *Ad tertium, N. conseq.* quasi vero ex omissione unius circumstanti® neganda sit substantia facti. *Ad quartum.* Phlegon potuit scire motus lcrræ factos in Bithinia et ignorare factos in Palæslina. *Ad quintum.* Epoca mortis Christi, secundum communem opinionem, est tempus notatum a Phlegonte, scilicet annus quarius olympiadis ducentesimae sccundæ, qui incidit cum anno decimo octavo imperii Tiberii et trigesimo tertio anno era communis, quo mortuus est Christus.

De scissione veli.

Matth. 27 legitur .*Jesus autem clamans voce magna,emisit spiritum; et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum.* Similiter Marcus 15.

Juxta Josephum de Bello Judaico, erat duplex velum : unum exterius, quod separabat atrium in quo consistebat populus, a sancto seu loco in quo sacerdotes sacra munia obibant; alterum interius, quod separabat sanctum a sancto sanctorum in quod introibat summus pontifex semel in anno. Agnoscunt pariter hoc duplex velum Origcncs Tract. 74 in Matth. ct Hieron. Ep.ad Hcbidiam 150, q.S; idque significat Paulus Heb. 9, v. 5, dicens : *Post velamentum autem secundum, eic.*

lidem ibidem docent velum exterius non interius fuisse scissum. Verba sunt S. Hieron. cit. « Quærendmn quod velum » templi scissum sit, exterius, an interius. » Mihi videtur in passione Domini illud » velum esse concissnm, quod in tabem» » culo et in templo foris positum fuerat et » appellabatur exterius. QuianunceX|>arle » videmus et ex parte cognoscimus : cum « autem venerit quod perfectum est, tunc » et velum interius disrumpendnm est, ut » omnia quæ nunc nobis abscondita sunt, » domus Dei sacramenta videamus. «

Equidem quidam alii Patres, Cyrillus, Laetantius, Leo Magnus, Beda, etc. censent velum interius quod separabat sanctum a sancto sanctorum, fuisse scissum: sed forte quia non distinguebant duplex velum.

‹hiid autem mysterii habeat veli scissio' Præter jam dicta ex S. Hieron. dc veli exterioris scissione, circa scissionem veli indistincte varii varia protulerunt. Quidam dixerunt ea significari velamen legaliumsacrificiorum et cæremoniarum morteChristi esse dissolutum et revolutum, ita ul etiam ethnici luce Evangelii jam clare videant quæ tot Judaeorum figuris adumbrabantur; alii, abrogationem ac vehili dissolutionem Sÿnagogæ; alii, Judaici populi dissipationem atque divisionem; alii, passionem Christi esse finitam et animam a corpore esse separatam; alii, luctum templi vestem suam more Judaico conscindentis; alii demum, jam aperiam esse viam cœli, ut exponit Λ post. Heb. 9, v. 8.

De motu terræ.

Subjungit immediate Matth. *EI tem mola est, et petræscissa sunt, cl monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes dc monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanciam civitatem, et apparuerunt mullis.*

Hunc terræ motum non fuisse universalem probabilius est, cum de illo ul tali sileant omnes scriptores tam sacri quam profani ; sed fuit duntaxal in Judaea et in aliquibus provinciis vicinis, ut in Bithinia, teste Phlegonte, de quo supra, o

Idem censendum est dc scissione petrarum et apertione monumentorum, qua isto terræ motu factæ sunt. De iis qui nine surrexerunt dicam infra, dum dc resurrectione Christi.

De magno Pane.

Eusebius lib. 5 Praeparationis c. 9, nr-

tal ex Plutarcho lib. 1 de Defect. Orae. quosdum navigantes circa insulas Enchinadasaudivisse vocem ex insula Praxis clamantem, *magnum Pana esse mortnum,* eademque vocc jussum Thamo navis gubernatori ut ul denuntiaret ac proclamaret, dum esset juxta Palodcm in Cypro; quod cum ipse fecisset, magna voce damans : *Magnus Pan mortuus est,* subito innumerabilium gemitus et clamores auditi sunt.

Hæc cum Tiberio Cæsari renuntiata essent, is accitos philosophos interrogavit quisnam esset iste Pan, qui responderunt sibi videri cum esse qui ex Mercurio et Penelope natus esset. At quomodo tunc mortuus esset iste Pan, qui longe antea jam obierat? Neque potest intelligi de dæmone,quicum sit purus spiritus, morti non subjacet.

Aliter ergo intellexeruntscriplorcseccle-siastici. Baroniusper mortem Panis intelligit mortem Christi,qui est verusPan,hoc est, universorum Dominus.Sed repugnare videtur Christum constituisse nuntiossuæ mortis, scilicet dæmones, quos noluit habere [.mones suæ divinitatis, Luc. 4, et voluisse indigitari nomine infamis /Egyptiorum idoli. Verius intellexit Eusebius per mortem Panis, eversionem regni dæmonis morte Christi illatam, idque convenienter instituto Plularchi, qui ibi agit de defectione oraculorum. Et hæc probabiliora sunt, supposita veritate histOrix, cui, licet a pluribus receptx, plures etiam fidem detrectant, aut saltem nolunt eam habere quidquam commune cum morte Christi. Quod nos sub dubio relinquimus.

DISSERTATIO X.

DE CAUSA EFFICIENTE PASSIONIS CHIIISTI , DE EJUS CAUSAL1TATE ET EFFECTIBUS.

D. Th. QQ. 47,4S et 49.

ARTICULUS I.

Dc *causa efficiente passionis Christi.*

Quæritur hic 1° ulrum Christus fuerit ib aliis occisus, an a seipso : 2° ex quo motivo se passioni tradiderit ; 5° utrum Paler cum tradiderit ad patiendum; 4° ulrum conveniens fuerit ul pateretur a gentilibus Tel potins a Judæis ; 5° utrum ejus occisores eum cognoverint ;G° quam grave fuerit eorum peccatum. Pro quorum resolutione,

Q. 47. a. 1.o. — *Dico* 1°. Persecutores Christi fuerunt causa directa illius mortis; quia causam sufficientem mortis ei intulerunt cum intentione occidendi et effectu consequente; ex illa enim causa mors est subsecuta.

ibid. —Christus autem fuit causa indirecta suæ mortis, quatenus vim illatam suo corpori non impedivit, prout poterat, sed acceptavit. — Ibid, ad 1. — Et hoc sensu verum est quod dicit Joan. 10 ; *Nemo tollit animam meam a* me,invito scilicet, *sed ego pono eam.*

Dices. Qui ab aliis occiduntur, paulatim debilitata natura deficiunt, et maxime hoc apparet in crucifixis, qui, ut ait S. Aug. 5 de Trinit. c. 13, *longa morte cruciantur.* Atqui hoc non accidit Christo, nam *clamans voce magna emisit spiritum,* Matth. 27. Ergo.

Ibid, ad 2. — *B.* quod ut Christus ostenderet quod passio illata per violentiam, ejus animam non eripiebat, nisi in quantum vellet, naturam corporalem in sua forlitudine conservavit, saltem quantum ad hoc ul in extremis positus voce magna clamaret , quod inter alia miracula mortis computatur. Unde Marci 15 : *ridens Centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset,* ait : *Fere hic homo Filius Dei erat.*

Quod autem Auctor addit ibidem, id fuisse etiam mirabile quod citius mortuus sit aliis qui simili passione afficiebantur, non intelligit fuisse miraculum, quasi .mima coquis deseruerit priusquam adesset causa sufficiens mortis; sed intelligit id fuisse mirabile iis qui ignorabant teneram ejus complexionem,secundum quam vulnera citius in eo causarum mortem quam in aliis. Et hac de causa, *mirabatur Pilatus si jam obiisset,* Marci 15.

ibid. n. 2. o.—*Dico* 2°. Christus ex obedienlia mortuus est.

ibid, ad 1. — Constat ex Joan. 10, ubi ipse Christus dicit : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam ; et hoc mandatum accepi a Patre meo,* scilicet ponendi animam meam et sumendi eam. Item ibid. 14 : *Sicut mandatum dedit /»·'!»i Pater, sic facio : surgite, eamus hinc,* scilicet ad

locum passionis. Item ex illo Philip. 2 : *Factnf est obcdicns usque mortem.* — ibid. o. —Id autem erat conveniens jutificationi hominum, ut sicut per unius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam justi constituerentur multi, ut dicitur Rom. S.

Dices. Christus mortuus est ex eharitate, secundum illud Ephes. 5 : *.Jmbulate in dilectione, sicut et Christus diiexii nos, ct tradidit semel ipsum pro nobis.* Ergo.

ibid, nd 3. — *Jl.* quod eadem ratione Christus passus est cxcharitate et obedientia, quia et ipsa cliaritatis præccpla erga Deum et homines ex obedientia implevit, ct obediens fuit ex charitalc ad Patrem praecipientem. Plura de rigoroso praecepto moriendi Christo imposito require in tract, de Incani. diss. 18, art. 4.

ibid. α. 3. o.—*Dico* 3°. Deus Pater tradidit Christum passioni, juxta illud Rom. 8 : *Proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Et hoc triplici modo. 1° Quia sua æterna voluntate praeordinavit passionem Christi ad humani generis liberationem ; non quidem decernendo ullas actiones Judæorum erga Christum , quatenus erant peccaminosae, sed decernendo Christum pati a Judæis, ejusque passionem ordinando ad nostram redemptionem. 2° In quantum ei inspiravit voluntatem patiendi pro nobis infundendo charitatem. 5° Non protegendo eum a passione,sed exponendo persequentibus.

11 Ib. a. 4. o.— *Dico* 4°. Conveniens fuit ut Christus a Judæis pali inciperet, et postea, Judæis tradentibus, per manus gentilium ejus passio finiretur. Quia sic in ipso modo passionis Christi praefiguratus est ejus effectus; primo enim passio Christi effectum salutis habuit in Judæis, quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt, Act. 2 ct 3; deinde Judæis prædicantibus, effectus passionis Christi transivit ad gentes.

ibid. α. 3. o. — *Dico* 5°. Primates Judæorum, qui eorum principes dicebantur, cognoverunt Christum esse Messiam in I.cge promissum ; videbant enim in eo omnia signa quæ Prophelæ futura prodixerant de Messia. Nec obstat quod Luc. 22, illis interrogantibus an Jesus esset Christus, responderit ipse Christus : *Si vobis dixero, non credetis* .· vel enim inlelligondiim est de Christo ut Filio Dei, ut patet ex interrogatione altera versu scq. *Tu erçp ti Filius Dei?* vel dicuntur non credere, quia licet signis patentibus convicti essent, voluissent tamen et conabantur ex perversitate cordis ea infirmare.

ibid.—Minores seu plebeii qui mysteria S. Scripturæ non noverant, non plene cognoverunt esse Christum seu Messiam. Licet enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamen non credidit. Et si aliquando dubitaverint an ipse esset Christus, propter signorum multitudinem, [>ostea tamen decepti a suis principibus (nerunt ut nos crederent eum esse Christum.

ibid.— Neutri autem cognoverunt esse Deum et Filium Dei naturalem, juxta illud Joan. 16 : *Non noverunt Patrem neque me.* Cum hoc tamen discrimine,quod ignorantia majorum non excusaret cos absolute a crimine, quia erat crassa et quodammodo affectata; videbant enim evidentia signa divinitatis ipsius, sed exodio ct invidia in ipsum ea pervertebant,ct verbis ejus quibus se Dei Filium asserebat, credere nolebant. Unde ipse Christus de eis dicit Joan. lî> : *Si non venissem tl loculus cis non fuissem, peccatum non haberent : nunc autem excusationem nor. habent de peccato suo.* Et postea subdit: *Si opera non fecissem in cis, quæ nemo alius facit, peccatum non haberent.*

Ibid. ad 1. — Si quidam Patres, utS. Chrysost. ct Beda , dicant cos agnovisse esse Filium Dei ; vel loquuntur de Filio Dei, non per naturam, sed per excellentiam gratiæsingularis; vel intelligunt eos cognovisse verum Dei Filium, quatenus evidentia signa hujus rei habebant, quibus tamen propter odium ct invidiam assentire noluerunt, ut cum cognoscerent esse Filium Dei.

ibid. α. 6. o. — *Dico* 6°. Peccatum crucifigentium Christum fuit gravissimum. In principibus quidem, tam ex genere seu objecto , quia erat contra Deum , seu contra cum (piem poterant ct debebant scire esse Deum, quam ex parte peccantium, quia maxima malitia illud admiserunt. In popularibus autem, ex genere tantum, minuebatur enim ex parte illorum propter ignorantiam.

Dixi,*gravissimum peccatum*, id est

valde grave, non autem gravissimum comparate ad omnia alia peccata; quia odium Dei,blaspli.-mia et similia quæ sunt formaliter contra Deum, graviora sunt quam quæ sunt formaliter contra humanitatem ct materialiter tantum contra divinitatem, «piale fuit peccatum crucifigentium Christum, ut docet Auctor infra q. 80, art. 5. Quamvis enim odissent Christum, cum tamen odio habebant formaliter ut hominem tantum, non formaliter ut Deum,quem ignorabant, licet vincibilitcr.

ARTICULUS II.

Quomodo *passio Christi operata sit nostram salutem?*

q. 48. a. 1. o.—*Dico* 1°. Passio Christi operata! est nostram salutem per modum meriti. Quia Christus habuit gratiam, quæ est principium meriti, non tantum ut singularis homo, sed ut caput aliorum; ideoque per voluntariam passionem, non solum sibi,sed suis membris mevuit salutem.

Dices. Christus ab instanti suæ conceptionis meruit nobis salutem, singulæ ejus actiones ab initio conceptionis fuerunt infiniti valoris : atqui superfluum est aliquem iterum mereri quod jam antea meruerat : ergo.

B. D. maj. Christus ab initio suæ conceptionis meruit nobis salutem, attento valore operum , *C.* attenta Dei ordinatione, .V. Quamvis ergo singulæ Christi actiones ab instanti conceptionis essent infiniti ct plusquam sufficientis valoris ad redemptionem nostram, Deus tamen illas non ordinaverat ad redemptionem nostram absque passione, propter rationes quas deduximus art. 1 diss. præced. conci. 2. Unde independenter a passione non conferebant jus absolutum et perfectum ad salutem, idcoquc salus nostra tribuitur passioni.

Ibid. n. 2. o. — *Dico* 2°. Passio Christi operata est salutem nostram per modum satisfactionis; quia Christus patiendo exhibuit ut caput nostrum Deo aliquid majus quam exigeret recompensatio totius offen- WB generis humani · 1° propter magnitudinem cliaritatis cx qua patiebatur; 2° propter dignitatem vitæ suæ quæ erat vita Dei et lioinih.'* quam ponebat; 5° propter gencralilalem passionis el magnitudinem dolum assumpti, ut explicuimus art. 1 diss. traced, cunei. *4* et *S.* Hæc autem a supposito divino, a quo procedebant, habebant valorem infinitum, tam sadsfactorium quam meritorium.

Quantum ad has duas condnsicues, vide quæ fuse dixi in tract, de Incarnat, diss. 19 de merito et satisfactione Christi.

Ibid. α. 5. 0.— *Dico* 5°. Passio Christi operata est nostram salutem per mo Imn sacrificii ; quia fuit oblatio rei sensibilis cum sui immutatione, facta in honorem Deo proprium, hoc est, in recognitionem supremi illius dominii ct ad ipsum placandum; hoc enim est proprie sacrificium.

Quod autem hic dicit Auctor ex S. Aug. lib. 10 de Civit, c. 6, omne opm bonum quod agitur ut charitate inhærcamus Deo. esse verum sacrificium, intelliirendum c-t quodsit verum sacrificium veritate fructuct excellentia, non veritateessentiæ.A'ide plura de passione Christi ut sacrificio in tract, de Incarnat, diss. 19, art. 4, prob. 2, ct diss. 20, art. 3.

ibid. a. 4. 0.— *Dico* 4°. Passio Christi operata est nostram salutem per modum redemptionis; quia fuit sufficiens etsuperabundans satisfactio pro peccato et reatu pœnæ, ut dictum est. Atqui satisfactio qua quis satisfacit sive pro se sive pro aho. pretium quoddam est quo seipsum vel alium redimii a peccato etpœna : ergo redemptio. Unde Matlh. 20 : *Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro mullis;* et Roin. 5 .· *Justificati sumus per redemptionem quæ est in Christo Jesu.*

Ibid. nd. 1. — *Dices.* Nullus emit vel redimit quod suum esse non desiit. atqui homines nunquam desierunt esse Dei : ergo.

Jt. D. min. Homines nunquam desierunt esse Dei quoad subjectionem ejus potestati, C. quoad unionem per charitatem, A'. Per peccatum enim facti sumus Deo inimici et ab eo secundum affectum divisi atque servituti diaboli subjecti.

Inferes. Ergo pretium redemptionis nostræ solvendum et offerendum erat diabolo et non Deo. *Prob. illatio.* Quicumque emit aut redimit aliquid, pretium solvit ei qui possidet ; atqui ex solutione praecedenti diabolus homines possidebat, utpote ejus servituti subjectos, ut dictum e<t : ergo.

Ib. nd. 2 ct 5. — *11.* :V. *Hiat. Ad prob*

7). *min.* Diabolus liomincs possidebat ut tortor seu minister, ex permissione ct ordinatione Dei, *C.* ut judex seu princeps propria auctoritate, *N.* Ad quorum intcl-ligentiam, observandum est quod homo peccando obligatus erat Deo et diabolo. Quantum enim ad culpam Deum offenderat, ct diabolo consentiens se ei subdiderat : unde ratione culpæ non erat factus servus Dei, sed potius ab ejus servitute recedens diaboli servitutem incurrerat. Deo ut principe offenso juste id permittente; sed quantum ad pœnam, principaliter homo erat obligatus Deo sicut summo judici, diabolo autem tanquam tortori. Quamvis ergo diabolus teneret hominem sub servitute et quantum ad pœnam et quantum ad culpam , quia tamen sic erat quantum ad culpam ex permissione Dei per illam offensi, et quantum ad pœnam ex juxta ejus ordinatione, ita ut diabolus esset tantum in iis minister, ideo non illi, sed Deo pretium redemptionis erat solvendum et offerendum.

Ibid. n. 3. 0. — *Dico.* 5°. Christo homini proprium est esse redemptorem stricte sumptum; quia redimere stricte et proprie, est de suo solvere pretium liberationis : atqui solus Christus solvit rigorose de suo pretium noslræ liberationis, fundendo scilicet vitam ct sanguinem suum : ergo.

ibid, et ad 1 ct 2. — Dixi, *redemptorem stricte sumptum:* qui si latioris sensu dicatur redemptor is qui est prima causa et auctor redemptionis, dando eum qui solvit, inspirando illi voluntatem solvendi, et cum illo ad omne opus redemptionis operando : hoc sensu tota Trinitas nos redemit; hæcenim dedit nobis Christum hominem, inspiravit illi voluntatem patiendi, et omnes actiones redemptionis humanx in cooperata est. Et ideo Auctor dicit quod * esse immediate redemptorem, proprium » sit Christi in quantum est homo : quam-» vis ipsa redemptio possit attribui toti » Trinitati, sicut primai causæ. «

Dices 1". Merita sanctorum nobis applicantur per indulgentias, in remissionem poenarum peccatis nostris debitarum : ergo dici possunt nostri redemptores. 2' Sancti dicuntur nostri medialores, ('.alat. 3 : ergo et redemptores. 5° Moyses Act, 7, dicitur redemptor. Ergo.

/i *ad primum,* merita «sanctorum non nos a culpa et pœna æterna, sed temporali tantum liberale, idque nonnisi prisupposita redemptione per Christum facta et ideo neque secundum rigorem justitiæ. Quando autem dicimus esse proprium Christo esse redemptorem, intelligiinui de redemptione a culpa et pœna æterna, atque secundum rigorem justitiæ. *Et hinc patet ad secundum,* quia in mediatione non importatur xqualitas et rigor justitii sicut in redemptione. Ad *tertium,* Moyses dictus est redemptor, non respective ad culpam et pœnam æternam, sed adeaptixitatem/Egyptiacam, a qua Israelilas liberavit. Neque id fuit proprie redimere, cum nihil fuerit solutum pro liberatione.

Ibid. a. 6. 0. —*Dico* 6°. Passio Christi, hoc est, humanitas Christi, ut aliquando subjecta passioni, salutem nostram operatur efficienter ; quia est instrumentum divinitatis. Sic intelhgendum esse Auctorem cum dicit passionem Christi causare efficienter nostram salutem, constat, quia ad efficientiam realem ct physicam requiritur existenlia causæ : non autem amplius existit passio Christi; et ita se explicat S.D. q. scq. a. 1, in fine corp.

ARTICULUS III.

De effectibus passionis Christi.

q. 49. a. 1. 0.—*Dico* 1°. Per passionem Christi liberati sumus a peccato, quatenus Christus, sicut dictum est art. præced. ut caput nostrum per passionem tanquam per pretium redemit nos ut membra sua a peccatis; sicut si homo per aliquod opus meritorium quod manu exercet, redimeret se a peccato quod pedibus commisisset. Sicut enim corpus naturale est unum ex membrorum diversitate consistens, ita tota Ecclesia, quæ est mysticum corpus Christi, computatur quasi una persona cum suo capite quod est Christus.

ib. ad 3 ct 4. — Cxterum *conclusionem sic* in/eHfye, non quod passio Christi actu efficaciter omnes homines liberet a peccato, quot sunt enim qui adhuc in ce permanent ! sed quod sil causa universalis sufficiens ad redemptionem peccatorum totius generis humani, quæ tamen ut clfectmn habeat, debeat applicari : sicut si medicus praepararet medicinam omnis generis morborum sanalivam, nullum sanaret ; nisi applicata seu sumpta.

aid. α. 2. 0. — *Exhac conci, sequitur* | 1° quod per passionem Christi liberali simus a potestalc diaboli, in cujus servitutem incideramus per peccatum.

Ibid. n. 5. 0. — *Sequitur* 2°, sublato peccato, nos liberari a pœna æterna illi debita.

ibid. n. 4. 0. — *Sequitur* 5°, nos esse Deo reconciliatos, soluta causa inimicitiae, quæ erat peccatum.

Ibid. a. 5°.— *Sequitur* 4°, apertam nobis esse januam cœli,sublato impedimento ad ejus ingressum, quod est peccatum.

Has omnes sequelas intcllige ad sensum datum conclusionis, scilicet, passionem Christi esse causam universalem quæ sit sufficiens ad hos omnes effectus, quos tamen ut actu operetur, debet applicari per sacramenta, ct bona opera.

Ibid. a. 6. 0. — *Dico* 2°. Christus per suam passionem meruit exaltari. Pro quo vide tractatum de Incarnatione dissert. 19, art. 2.

DISSERTATIO Xi.

DE MORTE , SEPULTURA ET DESCENSU CHRISTI AD INFEROS.

D. Th. QQ. SO , 51 et 52.

ARTICULUS I.

De morte Christi.

Occurrunt in hoc articulo discutienda ·· 1®an conveniens fuerit Christum mori; 2®an per mortem divinitas fuerit separata a corpore; 5° an ab anima ; 4° an in triduo mortis Christus fuerit homo; 5°utrum ejus corpus fuerit idem numero vivum et mortuum; 6° utrum mors ejus aliquid operata sit ad nostram salutem. Ad quorum resolutionem,

Q. 50. a. 1. o. — *Dico* 1°. Conveniens fuit Christum mori : 1° ut satisfaceret pro nobis, qui propter peccatum adjudicati eramus morti; 2° ut ostenderet veritatem naturæ assumplæ ; si enim post conversationem cum hominibus, subito sine morte evanuisset, ab omnibus crederetur phantasma ; 5° ut moriendo nos a timore mortis liberaret; 4° ut resurgendo a mortuis, et virtutem suam ostenderet qua mortem superav it, ct nobis spem resurgendi a mortuis daret. Unde Apostolus 1 Cor. 15 : ΛÏ *Christus prædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt quod resurrectio mortuorum non est?* Confer, dissert. 9, art. 1, conci. 2.

ibid. α. 2. o.— *Dico* 2°. In morte Christi divinitas non fuit separata ab ejus corpore ; sed ipsi mansit hypostatice unita , ita ut non esset aha hypostasis \ orbi Dei ct carnis post mortem.

ibid. — *Prob.* 1°. Quod per gratiam Dei conceditur ut quid natura sua permanens, nunquam absque culpa revocatur ; unde Rom. 11, dicitur quod sine *pernitentia sunt dona Dei.* Sic gratia adoptionis perquam homines sanctificantur,nunquam perditur sine culpa. Atqui gratia unionis perquam divinitas est unita carni Christi in persona, multo major est gratia adoptionis, et etiam magis permanens ex sui ratione; quia hæc ordinatur ad unionem personalem : gratia autem adoptionis ad quamdam unionem affectualcm, neque in Christo fuit aut potuit esse ullum peccatum : ergo.

ib. iη a. ». c.— 2° Ea quæ sunt humanx naturæ, non dicuntur de Filio Dei nisi ratione unionis hypostalicæ : atqui de Filio Dei dicitur quod convenit corpori Christi post mortem, scilicet, esse sepullum , ut patet cx Symbolo fidei, in quo dicitur quod Filius Dei sit *passus , mortuus et sepullus:* ergo divinitas non fuit in morte separata a corpore. Neque etiam fuisse in triduo mortis separatam a sanguine fuso, dixi in tract, de Incarn. disseri. 7, a. 2 in fine.

Ibid. a. 5. o.— *Dico* 5° In morte Christi divinitas non fuit separata ab ejus anima. 1° Quia anima unita est Verbo Dei per prius ct immediatius quam corpus. siquidem corpus fuerit unitum mediante anima seu ratione animæ; Christus enim assumpsit naturam humanam : corpus autem per animam pertinet ad naturam humanam. Atqui in morte Christi divinitas non fuit separata a corpore , ut dictum est : ergo mullo minus ab anima. 2° De Filio Dei prædicatur quod est animæ, scilicet, quod descenderit ad inferos ı atqui, ut dictum est, ea quæ sunt naturæ humanx, non dicuntur de Filio Dei, nisi ratione unionis hypostalicæ : ergo.

ibid. n. 4. o.— *Dico* 4®. Erroneum e«t dicere Christum in triduo mortis eese hominem; quia cum sit vere mortuus, anima ejus a corpore separata est, in qua sepa-

ratione sita est mors et destructio humanitatis, sicut in eorum unione sila est humanitas.

Neque etiam in triduo mortis proprie fuit Christus; quia Christus dicit supposito existons in natura divina et humana; tunc autem natura humana desierat per separationem animæ a corpore, ut dictum est. Poterat tamen per synecdochen dici Christus, sicut etiam nunc dicimus *Petrus.*

ibid. a. 5. o. — *Dico* 5°. corpus Christi vivum et mortuum fuit idem numero absolute ; quia aliquid dicitur idem numero absolute, quod est idem supposito : corpus autem Christi vivum et mortuum fuit idem supposito , *ut patet ex dictis.* Non fuit tamen idem numero omnino et totaliter, quia vita quam amisit in morte, est de essentia corporis viventis : unde non fuit idem numero secundum speciem naturæ humanæ.

Si petas utrum corpus Christi mortuum manserit sine forma substantiali?

/i. *probabilius negative,* sed assumpsisse formam cadaveris humani ; quia secundum principia philosophis, materia non potest naturaliter esse sine forma, ncc videtur hic necessitas astruendi miraculum.

Inferes 1'. Ergo est diversitas corporis. 2° ergo Verbum dimisit aliquando quod a^umpsit.

P. ad primum, esse diversitatem corporis ratione novæ formas, ct ideo non esse idem numero secundum speciem naturæ humani·, ut dictum est; remanet tamen idem supposito.

II. ad secundum. Nihil repugnat quod Christus dimiserit id quod non luit principaliter assumptum , ut fuit forma cadaverica.

Ibid. α. G. o.— *Dico* 6°. Mors Christi in facto esse nihil operata est ad nostram salutem per modum meriti, quia Christus tunc mortuus, erat extra statum merendi. Si autem per mortem in facto esse intelligamus carnem mortuam , potuit operari efficienter ad nostram salutem, quia remanebat instrumentum divinitatis sibi unilæ.

ARTICULUS II.

De sepultura Christi.

ç 51. q. 1. o. — *Dico* 1°. Conveniens ter Christus fuit scpultus : tum ad comprobandam veritatem morlis : non enim ?|L quis in sepulcro ponitur, nisi quando jam de veritate mortis constat : tuin quia per hoc quod Christus de sepulcro resurrexit, datur spes resurgendi per ipsum his qui sunt in sepulcro.

Ibid, ad 2. — *Dico* 2°. Convenienti modo Christus fuit scpultus.

Juxta Matth. 27 et Joan. 19, Joseph ab Arimalhæacum Nicodemo 1° corpus Christi unxit centum libris aromatum ex myrrha et aloes, emptis a Nicodemo; 2° involvit syndonc munda ; 5° posuit in monumento suo novo ; -4° hoc monumentum erat in horto vicino ; 5° excisum erat in petra; 6° advolvit magnum saxum ad ostium monumenti. Hæc autem omnia dicimus convenienter facta.

Ibid, ad 2. et 5. — 1° Corpus Christi aromatibus myrrhæ ct aloes conditur convenienter moribus Judæormn, qui sic solebant condire corpora, ut diutius conservarentur illæsa. In hujusmodi autem officiis quæ mortuis exhibentur, mos cujuslibet gentis est servandus , inquit S. Aug. Tract. 120 in Joan.

ibid, ad 5. — 2° Involvitur syndono munda ad decentiam honestatis.

ibid, ad 4. — 5° Sepelitur in monumento alieno , ut qui domum in vita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulcro reconderetur; item in monumento novo, in quo scilicet nemo antea positus fuerat, ne alius ibi scpultus resurrexisse lingeretur ct crederetur.

4° Hoc monumentum erat in horto, quia nemo sepeliebatur in urbe.

ibid. — 5° Excisum erat in petra, sic disponente divina providentia , ne si ex lapidibus fuisset extructum, suffossis fundamentis, vel dirutis, et repositis lapidibus, raptum a discipulis fingeretur. >i etiam in terra fuisset scpultus, dicere poterant: Suffoderunt terram ct furati sunt eum.

6° Advolvit saxum magnum ad ostitim monumenti, iterum contra calumnias resurrectionis , ut sine plurimorum auxilio reserari non posset monumentum.

ibid. α. 5. o. — *Dico* 5°. Corpus Christi mansit incorruptum in sepulcro, ad ostensionem divinæ virtutis, et ne crederetur mortem ejus fuisse cx infirmitate nalucæ

et non voluntariam ; corruptio enim cujusvtimque corporis provenit ex infirmitate naturæ illius corporis, quæ non potest amplius corpus continere in unum.

Ibid. a. 4. o. — *Dico* 4°. Christus fuit convenienter una dic et duabus noctibus m sepulcro.

q. 55. a. 2. o. — *Ratio est;* quia istud tempus requirebatur et sufficiebat ad probandam veritatem mortis Christi, ut dicam de ejus resurrectione.

Dices. Matth. 12, dicit Christus : *Sicut Jonas fuit in centre ceti tribus diebus ct tribus noctibus ; ita Filius hominis erit* in *corde terree tribus diebus et tribus noctibus.* Ergo.

II. hic 1res dies et tres noctes, scilicet naturales, intelligenda esee per synecdochen, sumendo partem pro toto. Sic ergo primus dies ct prima nox computantur ab extremitate diei feriæ sextæ, qua Christus mortuus et scpultus est, usque ad mediam noctem sabbati ; secundus dies et secunda nox, a media nocte sabbati usque ad mediam noctem dici dominicæ; tertius dies ct tertia nox, a media nocte dici dominicæ ad auroram ejusdem diei, qua Christus esurrexit.

ARTICULUS III.

De descensu Christi ad inferos.

Occurrunt hic explicanda : primum, an anima Christi realiler ct substantialiter, et non tantum secundum effectum descenderit in infernum; secundum, an convenienter descenderit ; tertium, in quem infernum descenderit ; quartum , utrum aliquam moram ibi traxerit; quintum, utrum SS.patres ab inferno liberaverit; sextum, ulmm etiam damnatos et pueros in peccato originali defunctos; septimum, item et an animas purgatorii.

ρ. 52. α. 1. — *Dico* 1°. Christus, hoc est, anima Christi realiler et substantialiter descendit ad inferos, et non tantum secundum effectum et operationem.

Prob. 1° cx Symbolo Apostolorum, in quo dicitur, *Descendit ad inferos,* quod obviectnaturaliterintelligitur de descensu Mali et substantiali, et non secundum effectum tantum , sicquc inlelligil communis sensus fidelium. — 2. 2. q. 1. a. 9. ad 4. — Hujus autem non meminit Sym-Loiirn Nicaenum, quia supposuitexpressum in Symbolo Aposl, ct nullus tunc error circa hunc articulum exortus erat qui indigeret nova expressione.

2" Psalm. 15 : *Non relinques animam meam in inferno :* quod Petrue Act. 2, be Christo interpretatur.

5° Ephes. 4 *'Quod autem ascendit quid est? nisi quia et descendit primum in inferiores partes terra.* Inferiora autem terra·, inquit S. Ilieronym. infernus accipitur. Eo modo ergo juxta Apost. Christus descendit in infernum, quo modo ascendit in cœlum; realiter autem et substantialiter ascendit in cœlum. Ergo.

4° Tandem hanc doctrinam tradunt concil. Lateran. sub Innoc. III,cap. *Firmiter,* de SS. Trinitate , Symbolum dictum S. Athanasii, S. Ignat. Epist. ad Trallianos, Nazianz. Orat. 2 de Resurr. Nissenus Orat. 1,S.Aug, Epist. 57et99,et alii.

Dices cum Durando. 1° Anima separata non potest moveri localiter; 2° substantia spiritualis non est in loco nisi per operationem : atqui anima Christi separata nullam habebat operationem in inferno : ergo.

Hicn. I.ad5. — *R. ad primum* , quod anima Christi non descenderit ad inferos eo genere motus quo corpora moventur, sed eo genere motus quo angeli moventur.

In 5. d. 22. q. 2. a. 2. q. 1. — */id SCcundum , N. min.* Anima enim Christi ut instrumentum divinitatis operata est in inferno, expellendo tenebras exteriores, et hunc locum illuminando.

Q. 52. a. 1. o. — *Dico* 2°. Conveniens fuit ut Christus descenderet in infernum.

ibid. — 1° Quia homo per peccatum incurrerat non solum mortem corporis, sed etiam descensum ad inferos : ergo sicut fuit conveniens ipsum mori ut nos liberaret a morte, ita conveniens fuit eum descendere ad inferos ut nos ab illo liberaret : cum hoc tamen discrimine, quod mors illi pœna fuit, non descensus ad inferos; quia per mortem opus redemptionis consummatum erat, et superabundanter satisfactum divinæ juslitiæ : unde descendendo ad inferos, assumpsit quod nobis pœna erat, sed non ut pcenam sibi, nec sub ratione pane.

Observandum semel pro semper quod, cum dicimus Christum nos liberasse a morte corporis, non est sensus quod nos Ubere-

verst a necessitate moriendi, morimur enim omnes, sed a necessitate permanendi in morte, quia resurgemus. Et hoc sensu Christus dicitur habere imperium mortis, et mortem moriendo vicisse, juxta illud Oseæ 3 : *Ero mors tua, o mors.*

ibid. 2° Quia conveniens erat ut victo diabolo per passionem, vinctos ejus, qui detinebantur in inferno , eriperet, secundum illud Zach. 9 : *Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos sucs de lacu.*

Ibid. 5° Ut sicut potestatem suam ostendit in terra vivendo et moriendo, ita etiam potestatem suam ostenderet iu inferno ipsum visitando ct illuminando, ut sic in nomine Jesu omne genu flectatur non solum cœlestium, sed etiam internorum, Philipp. 2.

Ibid. o. 2. o. — *Dico* 5°. Christus non descendit in infernum damnatorum secundum præsentiam realem. Quia juxta SS. Patres, Hicron. in cap. 4 Epist. 99 ct alios, ideo Christus descendit ad inferos, ut eos qui ibi delinebantur consolaretur et liberaret; nullum autem ex inferno damnatorum consolatus est ct liberavit, ut dicam modo. Insuper infernus damnatorum non erat locus conveniens Christo. Descendit ergo in infernum damnatorum secundum effectum tantum, cos arguendo et convincendo de sua infidelitate et malitia ; idque per modum locutionis aut manifestationis, quæ inter spiritus non impeditur ex distantia loci.

Obj. Dicitur ex ore divinæ sapientia·, quæ est Christus, Eccli. 24 : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ..* Atqui inter inferiores partes terræ computatur infernus damnatorum : ergo.

Ibid, ad 1. — *R.* quod Christus, qui est Dei sapientia, penetravit omnes inferiores parles terræ, non localiter secundum animam omnes circumeundo, sed effectum suæ potentis aliqualiter ad omnes extendendo.

Repones. Ephes. 4, Christus dicitur descendisse ad inferiores partes terræ, hoc est, ad intima terræ, ubi est infernus damnatorum. Ergo.

R. 1° *solutione prccccedcnti.* 2° Totus infernus in quem descendisse Christum agnoscimus, licet nun in omnes sinus inferni, respectu hujus loci, vocaturin fimn» ct profundissimus.

Inst. Aci. 2, Petrus dicit : Qwem(Chns. Ium) *Deus suscitavit solutis inferni doloribus, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Atqui dolores inferni sun' in inferno damnatorum : ergo.

R. 1°. In textu Græco loco *inferni* legi *mortis,* juxta quem sensus est eum suscitasse Christum, ipsum solvendo a doloribus seu pœna et miseria mortis, et vitæ restituendo.

ibid ad. 2. — *R.* 2° retinendo lectionem Vulgatæ : Christus solvit dolores inferni, liberando patres, non a pœna sensus quem non patiebantur, sed a pœna damni quam patiebantur ex dilatione gloriæ. Potest etiam dici quod solverit aliquas animas purgatorii a poena sensus et damni, de quo infra, et hoc sensu intelligendi sunt SS. Patres. Juxta quem *distinguenda est minor.* Additur : *juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo,* vel *ea;* quia juxta divinum decretum, Christus non debebat manere in morte, neque in inferno.

Urgebis. 1 Petri 3, dicitur quod Christus *Ilis qui in carcero erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabanl Dei patientiam in diebus* ΛΌὲ *cum fabricaretur arca.* Atqui increduli erant in inferno damnatorum poenam damni et sensus patientes; atque illic agi de descensu Christi ad inferos constat ex cap. scq. ubi dicitur : *Mortuis evangelization est ;* ergo.

R. in hoc textu sermonem esse de hii qui, ut ait Petrus, *fuerant aliquando increduli,* sed tamen in infidelitate non permanserant. Noë enim diluvium annuntiante, non omnes in sua incredulitate perierunt, sed quidam poenilenles ab incredulitate conversi sunt, licet in poenam infidelitatis prioris aquis diluvii perierint; et hi erant vel in lymbo patrum, vel potius in purgatorio, quia lymbus non dicitur carеer, sed sinus Abrahæ : his ergo prædicavit Christus et evangelizavit, nuntiando ipsis se esse eorum redemptorem.

Ibid. a. 4. o. — *Dico* 4°. Sicut corpih Christi fuit una die et duabus noctibus iu sepulcro, lantumdcm ejus anima mansit in inferno, scilicet usque ad momentum resurrectionis, ita ut simul anima exiret ue

Inferno ct corpus educeretur de sepulcro. Vade Ecclesia in benedictione cerei pas- thalis cantat : *Hæc nox est in qua Christus ab inferis victor ascendit.* Atque ita sentiunt Patres, S. Irenaeus lib. 5 adversus Hires, cap. 31, S. Niss. Orat. 1 de Besurr. Tertull. lib. de Ar ima cap. 55 et alii.

ibid, a. 5. o. — *Dico* 5°. Christus descendens ad inferos, liberavit SS. Patres : 1» exhibendo eis, stalim a morte sua, claram divinitatis visionem, qua huc usque privati fuerant, nondum soluto redemptionis nostræ pretio; deinde eos e loco inferni educendo. Et hoc est quod dicitur Zach.9: 7'u *vero in sanguine Testamenti 'ui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua.* Et *Coloss. 2 : Expolians principatus ct potestates,* scilicet infernales, auferendo justos, *traduxit eos* ab hoc loco tenebrarum in cœlum. Consentiunt veteres, Tertull. lib. de Anima c. 53, S. Aug. Horn. 57,S. Greg. Hom. 22 in Evang. S. Micron, in cap. 2Jonæ. Hinc canit Ecclesia : *0 vere digna hostia, per quam fraeta sunt larlara, redempta plebs captivata, reddita vita prccmia.*

Ibid. a. 6. o. — *Dico* G°. Christus descendens ad inferos, nullum damnatorum liberavit; quia cum Christus in hoc descensu ageret per virtutem suæ passionis, eo› solos liberavit quos passioni suæ conjunctos invenit per fidem charitate informatum : damnati autem vel non habuerunt fidem de passione Christi, vel illi non fuerunt finaliter conjuncti per charitatem.

Neque refert quod virtus passionisChrisli nunc se extendat etiam ad eos qui sui t in peccato. Disparitas est, quod secundum divinas ordinationes in praesenti vita sit locus conversioni et transmutationi a culpa ad gratiam, secus post mortem ; quia damnati sunt confirmati in malo, sicut beati in bono. Hinc illud : *Ubi ceciderit arbor, ibi manebit.*

ibid. a. *7.* o. — Propter eaindem rationem, pueri qui cum originali peccato decesserunt, non ruerunt per Christum liberati.

Ibid. a. 8. o. — *Dico* 7°. Christus suo descensu ad inferos non liberavit omnes animas a purgatorio.

Ibid, et ad. 1. et 2. — *Prob.* Descensus Christi ad inferos liberatorius fuit in virtute passionis : virtus autem passionis non habuit tunc majorem virtutem quam nunc habeat : atqui nunc non liberat omnes animas quæ sunt in purgatorio , sed tantum cas, vel quæ sunt sufficienter purgatx, vel quibus passio Christi, quæ e›l velut causa universalis, applicatur per satisfactiones justorum viventium, vel per sacramenta novæ legis ad hoc divinitus instituta : porro descensus Christi ad inferos, neque fuit satisfactorius, neque medium divinitus institutum ad applicandam virtutem suæ passionis omnibus animabus in purgatorio tunc existentibus : liberavit ergo duntaxat eos qui erant sufficienter purgati, vel etiam qui dum viverent meruerunt ex congruentia per fidem ct devotionem ad mortem Christi, ut eo descendente liberarentur.

Dices 1° Eccles. 24, Sapientia dicit : *Illuminabo omnes sperantes in Domino.* 2° S. Aug. in Psalm. 35, docet omnes animas electorum per Christi descensum ab inferno esse liberatas. 3° Antiqui Patres dum loquuntur de justorum liberatione , nullos excipiunt nisi impios. Ergo.

It. quosdam propter hæc momenta, censere quod , licet descensus Christi per se non liberaverit omnes animas purgatorii, id tamen tunc praestiterit ex privilegio quasi ex indulgentia plenaria. Hæc sententia non est improbabilis : non cogunt tamen nos ejus momenta recedere a sententia Auctoris. Unde

Ad primum. Per illuminationem non necessario intelligitur absoluta liber.dio, sed quaedam consolatio et novum gaudium de gloria post purgationem statiin a cipienda. *Ad secundum. S.* Aug. ibi loquitur de animalius in sinu Abrahx existentibus, id est, de justis *Ad tertium.* Si iliter dici potest antiquos Patres loqui de justis in lymbo, quos nihil a gloria retardaret, nisi communis reatus naturæ ex peccato originali.

DISSERTATIO XIf.

BE RESURRECTIONE CHRISTI.

D. Th. QQ. 53, 54 *ct* 53.

Ante omnia observandum est resurrectionem Christi fuisse pluries in veteri Testamento prænuntiatam verbis et factis.

Perbis. Gen. 49 de Juda dicitur: *Requiescens accubuisti ut leo ct quasi lexna; quis suscitabit cum?* Quod d re-

surrectione Christi interpretatur S, Ambros. lib. de Benedict. Patriarch, cap. 4, S. Aug. lib. 12cont. Faust, cap. 42 et alii. Psal. 2 : *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quibus verbis utitur Paulus Act. 15, ad probandam resurrectionem Christi. Psal. 15 : *Non relinques animam meam in inferno; nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Quod tam ipse Paulus ibid, quam Petrus Act. 2, intelligunt de resurrectione Christi. Sophoniæ 5 : *Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis mea> in futurum.* Quod S. Aug. lib. 18 de Civit, c. 55, interpretatur pariter de resurrectione Christi. Oseæ 5 : *hi die tertia suscitabit nos.* Quod idem S. Aug. ibid. cap. 28, S. Bernard. Serm. 1 de Resurr. Terlull. contra Judæos, interpretantur de resurrectione Christi.

Factis. Plura enim figurate gesta sunt in praenuntiationem resurrectionis Christi futura, ut in Isaac immolando et tamen servato, in Joseph educto de carcere tertio anno; de quibus Prosper lib. 1 Pradictionnm c. 17 ct 29 : in Jona tertia die de ventre ceti prodeunte ; quod suæ sepultura et resurrectionis tertia dic fuisse figuram testatur ipse Christus, Mattii. 12 et 16. Hinc Apost. 1 Corinth. 15, jure dicit : *Christus resurrexit tertia die secundum Scripturas.*

ARTICULUS I.

Utrum necessarium fuerit Christum resurgere ?

Necessarium intellige , non simpliciter, sed ex suppositione divinæ ordinationis, prophetiarum, meritorum Christi ct nostra utilitatis.

Q. 55. a. 1.0.—*Dico.* Necessarium fuit Christum resurgere, propter quinque rationes in Scripturis fundatas.

ïbîd.—1° Ad commendationem divinæ justitiæ, ad quam pertinet exaltare illos (pii sc propter Deum humiliant, secundum illud Lucæl ; *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.* Quia igitur Christus, propter charitatcm et obedientiam erga Deum, se humiliavit usque ad mortem crucis, oportebatut exaltaretur aDeo usque ad gloriosam resurrectionem. Unde ex ejus persona dicitur Psal. 158 : *Tu cognovisti,* id est, approbati *ses ionem meam,* id est humilitatem et passionem, *ct resurrectionon mcarn,* id est glorificationem in resurrectione, ut exponit Glossa.

2° Ad fidei nostra instructionem; quia per Christi resurrectionem, propria virtute ct in signum suæ divinitatis factam, confirmata est fides nostra circa ejus diu·nitatem : ut enim dicitur 2 Corinth, ult. *Etsi crucifixus est in infirmitate, sed vivit in virtute Dei,* id est sua; et ideo 1 Corinth. 15 dicitur : *Si Christus non resurrexit, inanis est prwdicatio nostra, inanis est fides nostra.* Non quod fides nostra, etiamsi Christus non resurrexisset, absolute loquendo, non potuisset esse vera ct utilis ad salutem, sed supponendo ea quæ prædicta erant de ejus resurrectione, et quod ipse sæpe promiserat se resurrecturum, si revera non resurrexit, falsum docuit homines ct eos decepit, ideoque inanis est prædicatio apostolorum, inanis ct fides nostra, quia utraque falsa.

Ibid.— 5° Ad sublevamen spei nostra; quia dum videmus Christum, qui est caput nostrum , resurgere, speramus et nos resurrecturos. Unde dicitur 1 Corinth. 15 : *Si Christusprædicatur quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non csS?*

ibid. — 4° Ad informationem vitæ fidelium, secundum illud Rom. 6 : *Quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus.* Et infra : *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur ; ita et* ros *existimate mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo.*

ibid. — V Ad complementum nostra justificationis; quia sicut per hoc qued mala sustinuit, humiliatus est moriendo, ut nos liberaret a malis : ita glorificat© est resurgendo, ut nos promoveret ad bona, secundum illud Rom. 4 ; *'Traditus est propter delicta nostra ct resurrexit propter justificationem nostram.* ?ion tamen hoc sensu quod ejus resurrectio meruerit justificationem nostram, non enim erat opus viatoris; neque quod esset duntaxat exemplar nostra justificationis : sed quia si Christus non resurrexisset, justitiam (piam per passionem nobis promeruerat non essemus assecuti; erat enim in divinis decretis sic ordinatum, ut non daretur Spiritus sanctus, nec mitteren-

(ur apostoli ad prædicandum , neque nobis applicaretur generaliter passionis fructus, nisi post resurrectionem , juxta illud Lucæ 4 : *Oportebat enim Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die, d prædicari in nomine ejus poenitentiam et remissionem peccatorum.* Et illud Joan. 7 : *Nondum erat Spiritus datus , quia Jesus nondum erat glorifions.*

ARTICULUS II.

Ve die et hora qua Christus resurrexit.

Christum tertia die a morte sua resurrexisse, indubitata fides est sæpe in S. Scripturis asserta : utrum autem id sit convenienter factum ?

Q. 55. a. 2. 0. — *Dico* 1°. Conveniens fuit Christum resurgere tertia die.

Ibid. —*Prob.* Resurrectio, ut dixit art. praecedenti, necessaria fuit ad instructionem fidei nostræ : est autem fides nostra de divinitate et humanitate Christi; non enim sufficit alterum sine altero credere : atqui ad hoc quod confirmaretur fides de veritate divinitatis ipsius, oportuit quod cito resurgeret, ct ejus resurrectio non differretur usque ad finem mundi : ad hoc autem quod confirmaretur fides de veritate humanitatis et mortis ejus, oportuit moram esse inter mortem et resurrectionem; si enim statim post mortem resurrexisset, videri posset quod ejus mors vera non fuerit, et per consequens nec resurrectio vera : ad veritatem autem mortis manifestandam, sufficiebat quod usque ad tertiam diem ejus resurrectio differretur, quia non contingit quin infra hoc tempus in homine qui mortuus videtur, cum vivat, appareant aliqua indicia vitæ : ergo.

Ibid, ad 5. — *Dico* 2°. Tertia dies qua Christus resurrexit, fuit prima hebdomads, quæ apud nos est dies dominica, diluculo seu sub aurora.

Quantum ad diem, *patet.* 1° Quia cum ex dictis constet esse mortuum die sexta hebdomadæ et resurrexisse tertia die sequente, consequens est quod resurrexerit prima die hebdomadæ. 2° Quia mulieres quæ dicuntur in Evangelio venisse ipsa prsfata die summo mane ad sepulcrum, invenerunt jam resurrectionem factam; dicuntur enim venisse una seu prima sabbati, id est, prima die hebdomadæ; quia nomine sabbati apud Judæos, non solum significatur septima dies quieti destinata, sed etiam tota hebdomada septem diebus constans, ut patet ex illo Luc 18 ; *Jejuno bis in sabbato,* id est in hebdomada ; impossibile est enim jejunare bis in una die.

Quantum ad horam, Christum resurrexisse diluculo seu sub aurora, communis est sententia SS. Patrum, Aug. in Enarrat. 2 in Ps. 26 et l. 4 de Trinit. c. 6, llilarii can. 55 in Matth. Prudentii in Hymno ad Galli cantum, S. Th. hic et q. 51, a. 4, et aliorum scholasticorum in 5, d. 22. Item est sensus communis Ecclesiæ, quæ cantat cum S. Ambrosio in hymno paschali : *Aurora lucis rutilat... cum Rex ille fortissimus... victor surgit de funere.* Item et quod præcipuum est, videtur expressum in S. Scriptura, Marci ult. his verbis : *Surgens autem mane prima sabbati;* Grace : *cum surrexisset mane.* Adde quod si resurrexisset ante illucescentem diem, non fuisset tribus diebus el tribus noctibus in corde terne, ut dicitur Matth. 12. Quando ergo S. Hieron. q. 6 ad Hebidiam, dicit Christum resurrexisse hora qua ipse voluit, et quæ nulli mortalium est cognita, intelligendus est de instanti resurrectionis ; aurora enim decurrit per plura instantia.

Obj. 1°. Matth. 28, dicit mulieres venisse ad sepulcrum vespere sabbati : ergo non post sabbatum.

R. per vesperam sabbati apud Matth. intelligi ipsam noctem quæ sequitur sabbatum ; apud Hebræos enim sæpe tota nox vocatur *vespera,* et totus dies *mane ,* ut patet Genes. 1 : *Factus est vespere et mane dies primus.* Sensus ergo Malthxi, qui alludit ad duplex sabbatum , de quo supra, est : Vespera seu nocte sequente sabbatum, quæ lucescit in prima sabbati seu prima die hebdomadæ, conformiter ad textum Graecum, in quo sic legitur : *Turdo post sabbatum, ea die quæ lucescit in primam sabbati.*

Obj. 2°. Joannes 20, dicit Mariam Magdalcnam venisse ad sepulcrum, *cum adhuc tenebra essent:* ergo non diluculo seu sub aurora.

R. N. conseq. 1° Quia juxta S. Aug. I. 5 de Consensu Evang. in dilucido, cum dies incipit tantum illucescere, nondum omnino sunt expulsae tenebræ, et sic potest

1«.

dici, *cum adhuc tenebra essent.* 2° Quia juxta eumdem ibid, mulieres egressæ sunt de domibus suis cum adhuc ten bra essent; sed qui? hortus in quo sepultus jacebatChristus, erat exlrai ivitalemsilus ad Decidentem, ad illum non pervenerunt nisi orto jam sole, ut dicit Marcus 16. — ibid. — Intellige tamen ortum solem, non de corpore solis super horizonlem, sed de primis radiis tenebras depellere incipientibus.

Quomodo autem Christus, si surrexerit tertia die summo mane, manserit tribus diebus et tribus noctibus in sepulcro, ut dicitur Matth. 12, diximus diss. præced. art. 2 in fine.

ARTICULUS III.

De Christoprimo omnium resurgente et aliis cum ipso resurgentibus.

2· 55. a. 5. o.— *Dico* 1°. Quamvis plures ante Christum resurrexerint resurrectione imperfecta, quæ est liberatio a morte actuali tantum; ipse tamen primus omnium resurrexit resurrectione perfecta, quæ est liberatio non solum a morte actuali, sed etiam a necessitate, ct quod plus est, a possibilitate moriendi; resurrexit enim ad vitam immortalem : unde 1 Cor. 15 dicitur : *Christus resurrexit primitice dormientium;* Coloss. 1 : *Qui est principium primogenitus ex mortuis ;* Apocal. 1 : *Primogenitus mortuorum.*

Quantum ad secundam partem tituli, Matthæus c. 27, postquam significavit Christum in cruce animam egisse, inter varia prodigia quæ tunc contigisse narrat, dicit : *Et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt, et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctum civitatem, et apparuerunt multis.* Ubi Evangelista, occasione apertionis monumentorum quæ contigit Christo moriente ex terne motu, ponit per anticipationem resurrectionem mortuorum ante resurrectionem Christi, cum tamen nonnisi post illam aut cum illa facta sit, ut patet ex eo quod subjungit : *Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus..... apparuerunt multis;* absurdum enim foret dicere eos triduo vivos mansisse in sepulcris sive clausis sive apertis. Item cum finis resurrectionis eorum esset ut apparendo hominibus Christi resurrectionem restarentur, si non apparuerunt nisi post Christi resurrectionem, nec ante illam resurrexerunt.

Quinam autem fueruit sancti qui cum Christo resurrexerunt, non dicit S. Scriptura ; sed verisimile est, ut tenet communior opinio, fuisse illos qui specialem repertum habuerunt ad Christum lueruiilque illustriores ejus figura, ut Abraham, Js,i,ic, Jacob, Moyses, David, Melehisedech,etc. et etiam nonnullos recens defunctos, ut Zachariam, Joannem Baptistam, Siiueonem, etc. quia cum hi essent Judæisnoti, aptiores erant ut testarentur illis Christum resurrexisse, et ipsum esse suæ resurrectionis auctorem.

Verum gravior difficultas est utrum ad vitam immortalem resurrexerint, et, ascendente Christo in cœlum, ipsi etiam cum suis corporibus in cadum ascenderint ; an e contra iterum mortui sint et ad sepulcra sua redierint, communem resurrectionem expectaturi. Primam sententiam tenentS. Ignat. Epist. ad Magnesianos, Orig. in cap. 27, Matth. Euseb. I. 4 Demons!. Evang. c. 12, S. Ainbros. super Luc. et alii. Secundam amplectuntur S. Aug. Epist. 99 ad Evod. S. Chrysost. Horn.2$ in Epist. ad Hob. Thcodoret. cap. llcjusdem Ep. S. Greg. Mag. lib. 1 Moral, in Job, S. Tb. hic art. 5, ad 2, quamvis junior oppositum tenuerit in 4, d. 45, ari5. Huic secundæ sententiæ aliquanto mihi probabiliori subscribens ,

Ibid, ad 2.— *Dico* 2°. Qui cum Christo resurrexerunt, iterum mortui sunt et ad sin sepulcra redierunt, secundo resurrecturi in fine mundi.

Prob. 1°. Apost. Ileb. 11, dicit justos veteris Testamenti non consecuturos consummatam felicitatem , quæ in glorificatione animæ et corporis sita est, nisi nob scum, seu cum communi cretu lidcliinnin generali resurrectione, *//i omnes,* inquit, *testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis aliquid melius disponente , ut non sine nobis consummarentur.*

Despondet 1° Sylvius, id verum esse communiter et salvo privilegio.

Sed contra. Omnino gratis et absque ullo fundamento fingitur hujusmodi privilegium pro his qui surrexerunt cum Christo, imo contra dictum Aposloh.Ete·

nun inter eos qui surrexerunt cuin Chris-] lo, verisimillimum est, ut diximus, fuisse Abraham, Isaac, Jacob, Moysern, Davidem, «te. et tamen illis non fuisse concessum privilegium consummate felicitatis ante generalem resurrectionem expresse lradit Aposl. dicens : *Et hi omnes,* quos scilicet nominavit in toto capite; nominavit autem Abraham, Isaac, Jacob, Moysem , Davidcm, etc. *non acceperunt repromissionem.*

hespondet 2° Apostolum posse intelligi de sola gloria animae, quam patres antiqui non acceperunt sine nobis, id est ante statum novæ legis.

Scdcontra. Apost. loquitur de felicitate consummata, *Non sine nobis consummarentur*.' felicitas autem consummata in glorificatione corporis simul ct animae sila est.

ibid.— *Prob.* 2° Davidem fuisse de numero justorum qui cum Christo resurrexerunt, jam dictum est : ad adhuc ipsum fuisse in sepulcro post ascensionem Domini, constat ex Apostolo Petro, qui Act. 2, die Pentecostes Judæis probat hæc verba Psalmi 15, *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem,* de Davide non esse dicta; *quoniam,* inquit, *defunctus est et sepultus est, et sepulcrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem.* Quæ ratio nihil probaret, nisi intelligatur continens cum contento, id est, sepulcrum in quo tunc esset corpus Davidis jam corruptum.

Respondet Sylvius quod sepulcrum quod jam diu continuerat corpus Davidis, esset sufficiens argumentum corruptionis illius; etiamsi forte, cum Apost. Petrus illa diceret, non tunc illud contineret.

ibid. — *Sed contra* 1°. Si corpus Davidis non erat tunc in sepulcro, nihil evincebat Petrus; quia etsi David stalim a morte surrexisset, et caro ejus non vidisset corruptionem, posset nihilominus illud monumentum manere. 2° Si sepulcrum vacuum Davidis esset sufficiens argumentum ejus corruptionis, quia illud continuerat; pariter sepulcrum Christi vacuum, quod erat tunc apud Judæos et est adhuc in terra, esset sufficiens argumentum corruptionis illius, et retorquere potuissent Judæi in Petrum dicendo ·. ergo de illo dictum non est, .Von *dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

_ *Prob.* 5°. Inter eos qui suscitati sunt cum Christo, fuit indubie Joannes Bapti». ta : atqui caput ejus servatur Rnmæ : ergo. 4° Communis sensus fidelium est neminem prater Christum et B. Virginem cum corpore cœlos ascendisse.

Obj. cum laudato Sylvio. 1° Sancti qui cum Christo resurrexerunt, non convixerunt cum aliis hominibus, nec omnibus apparuerunt, sed aliquibus tantum ; quod est proprium corporum gloriosorum. 2° Surrexerunt in testimonium resurrectionis Christi, quæ fuit ad vitam immortalem. 5° Connaturale est animæ beatæ uniri corpori immortali. 4° Nullum alioquin eis collatum fuisset beneficium, sed potius pœna. Ergo.

Jl. ad primum, sanctos qui resurrexerunt cum Christo, non convixisse cum aliis, quia ad hoc non fuerunt suscitati, sed duntaxat ut essent testes resurrectionis Christi. Non apparuerunt omnibus, quia non omnibus se conspicuos exhibuerunt. Cæterum *esto* inde inferretur quibusdam corporum gloriosorum qualitatibus fuisse cx speciali privilegio donatos, has habuerunt non per modum habitus permanentis, sed per modum dispositionis transeuntis, qualiter habuit Moyses in transfiguratione.

Ad secundum. Fuerunt sufficientes testes resurrectionis Christi per suam resurrectionem realem, nec ad hoc erat necesse ut parem cum Christo immortalitatem consequerentur.

Ad tertium. Connaturale est animæ beatæ in omnibus subjici divinæordinationi, et uniri corpori quomodo et quando ipsi placuerit.

Ad quartum. Resurrectio sanctorum facta est non tam in illorum gratiam, quam in gratiam resurrectionis Christi. Neque secunda mors illis fuit pœna, quia contigit sine ulla vi et sine ullo dolore, sed simplici separatione animæ a corpore.

Petes utrum Christus fuerit causa suæ resurrectionis ?

ibid. «. 4. o. — *R.* Christus secundum divinitatem fuit causa efficiens principalis suæ resurrectionis; instrumentalis autem secundum humanitatem,seu quatenus anima et corpus erant instrumentum divinitatis; causa denique meritoria fuit per suam passionem.

ARTICULUS IV.

De qualitate Christi resurgentis.

Quatuor hic occurrunt expendenda : primum, an Christus resurgendo verum et idem corpus resumpserit; secundum, an integrum; tertium, an gloriosum; quartum , an cum cicatricibus. Pro quorum resolutione,

Q. 34. a. 1.0. — *Dico* 1°. Christus resurgendo verum et idem corpus resumpsit, alioquin non fuisset vera resurrectio; illud enim resurgere dicitur, quod cecidit: corpus autem Christi per mortem cecidit, quatenus anima quæ erat formalis ejus perfectio, fuit ab eo separata ; ergo ut esset vera ejus resurrectio, oportuit ut verum et idem corpus iterato eidem animæ uniretur.

Dices 1°. Verum corpus non potest esse simul cum alio corpore in eodem loco : atqui corpus Christi post resurrectionem fuit simul cum alio corpore in eodem loco, dum intravit ad discipulos januis clausis, Joan. 20. Ergo. 2° Verum corpus ab oculis intuentium non evanescit, nisi forte corrumpatur, quod tamen contigit Christo, I.uc. ult. 3° Cujuslibet veri corporis est determinata figura; sed corpus Christi apparuit discipulis in alia effigie, Marci ult. Ergo.

Ibid, ad d. — *B. ad primum*, penetrationem hanc factam fuisse miraculose virute divinitatis unitæ, quæ, servata quantitate, potest ab ea separare ejus proprietatem , qualis est impenetrabilitas.

Ibid, ad 2. — *Ad secundum.* Hæc est dispositio corporis gloriosi, quale habuit Christus, sicut mox dicam, ut sit omnino subjectum spiritui, ita ut omnis actio corporis subdatur spiritus voluntati. Quoti autem aliquid videatur, iit per actionem visibilis in visum; ct ideo quicumque habet corpus glorificatum, in potestate sua habet videri quando vult, et non videri quando non vult. Hoc tamen habuit Christus, non solum ex conditione corporis gloriosi, sed etiam ex virtute divinitatis, per quam fieri potest ut corpora etiam non gloriosa miraculose non vdicantur. Dicitur ergo quod Christus ab oculis discipulorum evanuit, non quod corrumperetur aut resolveretur in aliqua invisibilia, sed quia sua voluntate desiit ab eis videri, sive præsens,sive abscedens velociter per dolem agilitatis.

I Ibid, ad 3. — *Ad tertium.* Christus in resurrectione nullatenus mutavit vultus effigiem, quantum scilicet ad lineamenta; nihil enim in pso inordinatum erat; sed sicut in potestate ejus erat ut corpus suum videretur vel non videretur, ita in potestate ejus erat ut ex ejus aspectu formaretur in oculis intuentium vel forma gloriosa, vel non gloriosa, vel commixta, vel qualitercumque se habens. Adde quod modica differentia sufficiat ad hoc quod aliquis videatur in alia effigie apparere.

Ibid. a. 2. 0. — *Dico* 2°. Corpus Christi resurrexit integrum ; quia fuit ejusdem naturæ in resurrectione ac erat ante mortem, ut dixi superius, licet alterius gloriabunde quidquid ad naturam corporis humani pertinet, ut sunt ossa, carnes, sanguis et alia hujusmodi, totum fuit in corpore Christi resurgentis.

Specialis est difficultas de sanguine,an totum qui effusus est in passione resumpserit. Pro quo vide tract, de Incani, diss. 7, art. 2, conci. 2, praesertim obj. 2, ubi resolvimus resumpsisse totum sanguinem, moraliter loquendo dc sanguine qui sil necessarius ad integritatem corporis, non physice loquendo de quibusdam minimis particulis sanguinis sine quibus stat integrum corpus. Altera difficultas est de præputio, an illud resumpserit. *Bespondi negative* in præsenti tract, diss. 3, a. 7; vide.

Ibid. a. 3. 0. — *Dicoon.* Corpus Christi resurrexit gloriosum.

Ante probationem, notandum corporis gloriosi quatuor qualitates numerari a theologis, scilicet claritatem, impassibilitatem seu incorruptibilitatem , subtilitatem et agilitatem, juxta illud \post. 1 Cor. 15: *Sicut stella differt a stella ir. claritate, sic ct resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, sunjd in gloria,- seminatur in infirmitate, surget in virtute.* Dicimus itaque corpus Christi resurrexisse his quatuor qualitatibus instructum.

ibïb. — *Prob.* I‹› Resurrectio Christi fuit exemplar ct causa nostræ resurrectionis .atqui sancti in resurrectione habebunt corpora gloriosa, *ut pale\ ex Apost. cit.* Ergo inulto magis corpus Christi resurgentis fuit gloriosum. *Patet consequentia,* quia causa est polior causato et exemplar

exemplato. 2° Christus par humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. 3° Anima Christi a principio suæ conceptionis fuit gloriosa per fruitionem perfectam divinitatis, ut supra dixi : fuit autem dispensative factum ut ab anima gloria non redundaret in corpus, ut mysterium redemptionis nostræ sua passione impleret ; ergo peracto hoc mysterio passionis et mortis Christi, statini anima in corpus resurrectione resumptum suam gloriam derivavit.

Dices 1°. Corpora gloriosa sunt propter claritatem fulgentia : atqui corpora fulgentia videntur secundum rationem lucis et non secundum rationem coloris, qualiter tamen visum est corpus Christi ; visum est enim sicut prius videbatur : ergo. 2° Corpus Christi in resurrectione fuit palpabile, Luc. ult. ergo corruptibile; quod enim palpatur corrumpi necesse est, inquit S. Greg. Horn. 26 in Evang. *et patet,* quia palpabile constat qualitatibus elemcnlaribus, ratione quarum est tangibile. 5° Corpus quod manducat et bibit, est animale allerabile : atqui Christus post resurrectionem manducavit et bibit cum discipulis : ergo.

Ibid, ad 1. — *B. ad primum* quod, sicut in potestate hominis glorificari est ut corpus ejus videatur vel non videatur, ut dictum est prima conci, ita in postestate ejus est ut claritas ejus videatur vel non rideatur : unde potest in suo colore sine aliqua claritate videri. Et hoc modo Christus discipulis suis post resurrectionem apparuit.

Ibid. — Adde quod, cum omne quod recipitur in aliquo, ad modum recipientis recipiatur, fulgor qui ab anima derivatur in cornus gloriosum, recipitur secundum colorem humano corpori naturalem, sicut vitrum diversimode coloratum recipit splendorem ex illustratione solis, secundum modum sui coloris.

ibîd. ad 2. — *Ad secundum.* Equidem quod est palpabile, est naturaliter corruptibile propter rationem datam : sed ratione dotis gloriosa; iit supcrnaluraliter incorruptibile.

lb. nd 5. et q.55. *a.* 6. nd 1. — *Ad tertium.* Christus manducavit et bibit, non quasi indigens potu et cibo ad nutrtionem, sed ul sic naturam corporis resurgentis astrueret; et ideo non sequitur quod fuerit ejus corpus animale et alterabile. Fuit tamen vera comestio, quia per instrumenta naluraliacorporw animati : non sic comestio angelorum in assumptis corporibus, ut patet Tub. 12. *Si qiueras* quo(evaserit cibus et potus? *B.* evasisse vi caiuris naturalis in aerem et vapores, eo modo quo sol absumit aquas, non ut sibi uniat, sed ut in aerem et vapores resolvat.

ibid. a. 5. 0. et nd 2. — *Dico* 4°. Christus convenientissime resurrexit cum cicatricibus. Quod intelligenon dc nudis signis et vestigiis vulnerum, sed de ipsis patentibui et apertis foraminibus. Quod palet ex hoc quod dixit Christus Thomæ, Joan. 20 : *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas ; et affer manum tuam, et mitte in latus meum.*

ibid. o. — Id itaque convenientissimum fuit.· 1°propter gloriam ipsius Christi,etut reportati triuntphi insignia permanerent; 2° ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suæ resurrectionis, utque eos convinceret idem corpus resurrexisse quod fuerat crucifixum; 5° ut patri pro nobis supplicans et apertas cicatrices ostendens, veluti perpetuum sacrificium offeret; 4° ut in extremo judicio has cicatrices hominibus judicandis ostendat, justis quidem ut incentivum gratitudinis et amoris, reprobis vero in exprobrationem et ignominiam.

Ibid, nd 2. — *Si dicas* aperturas vulnerum contrarian integritati coqioris, quia per eas disconlinuatur corpus.

B. quod, licet illa apertura vulnerum sit cum quadam solutione continuitatis, totum hoc tamen compensatur per majorem decorem gloriæ, ita ut corpus non sit minus integrum, sed magis perfectum.

ibid. — *Petes* utrum Thomas non tantum viderit, sed etiam tetigerit vulnera Christi?

Affirmat Auctor ex S. Leone. Idem tradunt S. Amhros. in c. ult. Luc. S. Aug. l. 4 de Trinit. c. 5, S. Greg. Horn. 26 in Evang. et alii. An autem c.cteri Apostoli etiam tetigerint, dum Luc. 24 dictum est eis; *Palpate et videte,* incertum est.

ARTICULUS V.

De manifestatione resurrectionis.

Vertitur hic in quæstionem : 1° utrum Christus debuerit per se manifestare suam resurrectionem omni populo, et non tan-

tum aliquibus; legimus enim Act. 10, quod se manifestaverit *non omni populo, sed testibus praordinatis a Deo :* 2° utrum fuisset conveniens quod discipulis videntibus resurgeret; 5° cui primo apparuit; 4° utrum pos' resurrectionem debuerit continuo conversari cum illis. Sequuntur quædam qiiæstiunculæ.

ç. 55'. e. 1.0.—*Dico* 1°. Christus post resurrectionem non debuit se omnibus promiscue manifestum exhibere; quia quæ sunt supernaturalia et excedunt lumen humanum, nec nisi lumine grati» cognoscuntur, (pialis fuit resurrectio Christi, non solent omnibus revelari, sed aliquibus tantum, per quos deinde aliis manifestentur.

ibid. a. 2.0. —Simili ferme ratione non debuit resurgere discipulis videntibus; quia,secundum ordinem a Deo institutum, quæ supra naturam sunt denuntiari solent hominibus per angelos.

Dixi *solent ;* quia aliter aliquando fit, nec dubium est apostolos plura circa mysteria Trinitatis, Incarnationis et alia accepisse immediate a Christo vel a Spiritu sancto.

Si petas utrum ipsi custodes saltem viderint Christum resurgere?

B. negative, tum ex ratione data; tum quia ex S. Scriptura primo Magdalenæ apparuit, ut dicam modo; tum quia custodes dicuntur exterriti, non visione Christi resurgentis, sed angeli descendentis de cœlo, terram concutientis et lapidem revolventis, ad ostendendum sepulcrum vacuum mulieribus. Et estofucrint tunc vigiles custodes, in potestate gloriosi corporis Christi erat se exhibere videndum cui vellet.

Dico 2°. Pia et probabilis est sententia quæ dicit Christum a mortuis resurgentem primo apparuisse B. V. matri suæ. Ita docent Rupertus abbas. Albertus Magnus, S. Bonaventura et plurcs recentiores; atque ita suadet pius Filii in amanlissimam Matrem affectus.

Ad id quod opponitur ex Marci 16, *Surgens mane prima sabbati, apparuit primo Maria Magdalenæ :* respondetur το *primo* non significare priorilatem absolutam, sed secundum quid, scilicet, *primo* inter discipulos, testes et nuntios resurrectionis, vel *primo* inter apparitiones ab Evaugelistis relatas.

Dico 5°. /Eque ad minus probabile est Christum resurgentem primo apparuisse M. Magdaien». Quia To primo, in texta Marci simpliciter positum, videtur secundum sensum obvium importare priorilatem absolutam. Unde Ecclesia in officio S. Mari» Magdalenæ cantat : *Celsi meriti, Maria, qua Solem verum resurgentem videre meruisti mortalium prima.*

Confirmatur 1° ex SS. Patribus Aug. Cyrillo, Beda et aliis qui, dum apparitionum Christi ordinem et numerum recensent , primam omnium Magdalenæ factam constanter ponunt; 2° ex silentio Evangelistarum circa istam apparitionem faciam B. Virgini.

Hæc tamen duo non multum urgent. *Ad primum* enim *responderi potest,* Patres loqui tantum de apparitionibus recensitis ab Evaugelistis. *Ad secundum,* Evangelistas non recensuisse omnes Christi apparitiones, ut patet ex 1 Corinth. 13, et mox dicam.

ibid. a. 5. 0. — *Dico* Christus post suam resurrectionem non debuit continue conversari cum discipulis.

ibid.—Quia circa resurrectionem Christi duo erant discipulis declaranda, scilicet, ipsa veritas resurrectionis et gloria resurgentis. Ad veritatem autem resurrectionis sufficiebat quod pluries eis apparuerit, cum eis familiariter conversatus fuerit, comederit, biberit et se iis palpandum exhibuerit. Ad gloriam resurgentis manifestandam, non conveniebat ut continue cum eis conversareltrr sicut prius fe«veut, m videretur ad talem vitam resurrexi·» -qualem prius habuerat, scilicet mortalem. Unde Luc. ull. dicit cis : *Hac sunt verba qua locutus sum ad vos, cum essem adhuc vobiscum,* id est, cum essem adhuc in carne mortali in qua estis vos.

Petes 1° quot fucrintChristi apparitiones?

Ibid, ad S.—*B.* decem referri ab Evangolistis, juxta observationem S. Aug. lib. 5 de Consensu Evang. in fine; quinque ipsa die resurrectionis, alias postea.

Prima itaque facta est Magdalenæ, Marci ult. et Joan.20; secunda mulieribusesepulcro redeuntibus, Matlh. 28; tertia Petro, duobus enim discipulis redeuntibus ex Emmaus dixerunt alii simul congregati : *Surrexit Dominus vere et apparuit Simoni,* Luc 24; quarta, discipulis euntibus in Emmaus, Luc. ult. quinta, cum Dominus intravit ad discipulos januis clausis, absento

Thoma. Luc 24, Joan. 20 ; sexta, die octava iterum discipulis praesente Thoma, Joan. 20; septima, ad mare Tiberiadïs, loan. 21, qui vocat eam tertiam, scilicet, rx liis quæ factæ fuerant pluribus discipulis simul, vel tertiam inter eas quas ipse recensuit ; octava , undecim discipulis in monte Galilææ, ubi constituerat illis Jesus, Matlh. 28; nona *novissime recumbentibus undecim apostolis* Jerosolymis, Marci ult. decima denique, ipsa die ascensionis in monte Oliveti prope Bethaniam, Luc 24 et Act. 1.

Circa nonam difficultas est: plurcs enim volunt hanc apparitionem fuisse ultimam ex his quæ factæ sunt die resurrectionis,proinde quintam, idque videtur innui in textu; postquam enim Marcus narravit apparitionem factam Magdalenæ et duobus discipulis euntibus in Emmaiis, quibus cætcri non crediderunt, immediate subjungit: *Novissime,* græce *postea, recumbentibus illis undecim apparuit, ct exprobravit incredulitatem eorum,* etc. Neque verisimile est Christum ipso suæ ascensionis die exprobrasse incredulitatem apostolis, quia jamdiu antea crediderant. Neque obstat tunc non fuisse undecim apostolos, sed decem tantum ; Thomas enim aberat, ut dictum est, et etiam adfuisse alios cx discipulis, quia a nobiliori parte consessus vocabatur *undecim* virorum, eo quod post Judæ discessum collegium apostolorum tot constabat capitibus. Juxta hanc sententiam, non improbabilem, erunt tantum novem apparitiones ab Evangelistis relatæ.

Petes 2° ubi Christus esset extra tempus harum decem apparitionum ?

/i. verisimiliter fuisse aliquando cum dilectissima Matre, aliquando cum patribus quosætcrnabeatitudine donaverat:—ibid. — certo autem aliquando cum discipulis. Prater enim has decem apparitiones ab Evangelistis recensitas, plurcs alias factas esse ipsis discipulis ad eorum consolationem et instructionem constat, partim, ut jam dixi, ex Apost. 1 Cor. 15, ubi refert apparitionem factam quingentis fratribus simul, deinde Jacobo, de quibus tamen nulla est mentio apud Evangelistas; partim ex illo Act. 1 : *Per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno Dei ;* id est, de rebus Ecclesiam spectantibus ; non enim omnia scripta sunt,inquilAuctorcxJoanne

Petes 5° quis sensus horum verborum Christi ad Magdalenam Joan. 20 : *Noli ms tangere, nondum enim ascendi ad Pa-Irem ;* cum tamen paulo post permiserit se tangi a mulieribus redeun bus e sepulcro, et probabiliter a Magdalena quæ forte in reditu eas attigerat?

B. sensum litteralem horum verborum esse hunc : Ne nunc moreris in mei amplexu et pedum osculis, sed vade cito et nuntia fratribus meis meam resurrectionem ; erit libi postea sufficiens tempus satisfaciendi tuo desiderio, *nondum enim ascendi,* pro *ascendo, ad Patrem ;* id est, non decrevi tam cito ascendere ad Patrem et a vobis discedere. Permisit autem paulo post aliis mulieribus illum tangere, sed breviter et non morando, sicut volebat facere Magdalena præ sui amoris fervore, et secundum quod antea consueverat.

Petes 4° quoties Magdalena et aliæ mulieres accesserunt ad sepulcrum ?

B. bis accessisse. In primo accessu non viderunt Christum, sed angelos tantum, qui dixerunt eis illum resurrexisse, atque id nuntiarent discipulis; quod et fecerunt, Luc. 24, v. 9,10 et 23. In secundo accessu viderunt Christum,Magdalena prope sepulcrum, aliæ mulieres in via dum redirent e sepulcro, qui pariter dixit eis ut id nuntiarent fratribus suis; quod etiam fecerunt, Joan. 20, Marci 16 v. 10, Mattii. 28 v. 10.

ARTICULUS VI.

De veritate resurrectionis Dominican

Q 55. a. 6.0. et ad 1. — *Dico* 1°. Christus variis testimoniis et argumentis, seu signis sensibilibus sufficienter probavit veritatem suæ resurrectionis.

Ibid. — *Prob.* Christus veritatem suæ resurrectionis probavit, 1° testimonio S. Scripturarum, Luc. ult. 2° testimonio angelorum ; 3° se oculis discipulorum corporaliter præsenlem exhibendo in eadem elligie, conversantem, manducantem, bibentem cum illis,seque ab cis palpandum cum suis cicatricibus præbendo; 4° asserendo seipsuin esse, atque hanc assertionem miraculis confirmando, ut ingressu ad eos januis clausis, subitaneo discessi' ab eorum oculis, stupenda captura piscium, ascensione sua in cœlinn, etc. Adde alia miracula quæ tempore x ilæ fecit in assertionem suæ doctrinæ, cujus caput er.it resurrectio futura.

Dices. Angeli sæpe apparuerunt hominibus in specie humana, atque cum illis conversati sunt, manducaverunt et biberunt, et tamen non erant veri homines : ergo apparitiones Christi insufficienterprobant ejus resurrectionem.

ibid, ad 1. — A Quamvis apparitiones Christi seorsim sumpte, non sufficerent ad probandam veritatem resurrectionis, sufficiunt tamen juncte aliis argumentis, scilicet testimonio S. Scripturarum et angelorum, atque assertioni Christi miraculis confirmate; cum enim miracula sint a Deo, repugnat ejus voracitati et bonitati facere miracula in assertionem falsi, ex qi.o homines invincibiliter in errorem inducerentur. Porro angeli qui apparuerunt in effigie humana, non asseruerunt se esse veros homines, et si asseruissent, non sunt patrata miracula ut hoc crederetur.

Dico 2°. Veritas resurrectionis Christi invictissime probatur testimonio apostolorum.

Imprimis Act. 2, ipsa die Pentecostes, Petrus in medio Jerusalem toti plebi annuntiat resurrectionem Christi, qua una pradicationc convertuntur ad Christum tria millia Judæorum. Paulo post Act. 3 et 4, pariter in medio Jerusalem prædicat cum Joanne Christum resurrexisse, hujus facti se testes asserunt et in hujus assertionis veritatem insigne miraculum edunt, sanando claudum ex utero matris, qui quotidie sedebat ad portam Templi ut peteret eleemosynam; atque inde convertuntur quinque millia virorum. Stant coram principibus sacerdotum, Sadducæis et Pharisæis, a quibus interrogati qua virtute aut quo nomine istud miraculum fecerint, respondit Petrus se fecisse in nomine Jesu Christi, Quem, inquit, vos *crucifixistis, quem Deus suscitavit a mort itis.* Prohibent ipsis sacerdotes et magistratus ne ultra *loquerentur et prædicarent in nomine Jesu. Petrus vero et Joanncsrespondcntes dixerunt ad eos : Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate; non enim possumus quæ vidimus et audivimus, non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos.*

Quid huic testimonio opponcre potest humana ratio? Resumamus singula. 1" Ad unam Petri prædicationem publicam quod Christus resurrexerit, convertuntur tria millia Judæorum; ad alteram, quinque millia : qua virtute, nisi divina ? Vera ergo praedicabat Petrus. 2n Qua iterum virtute sanatus est claudus <·χ utero matris in confirmationem prædicalionis Petri ? non diabolica, diabolus enim non potest facere vera miracula ; et *esto* posset, non faceret in destructionem sui imperii : ipsum autem maxime intererat ut non crederetur Christus resurrexisse: ergo virtute divina. Deus autem non facit miracula in assertionem falsi, ut jam dixi. 5° Quare principes et magistratus non arguunt apostolos falsi, objicientes quod ipsimet furati sint corpus Jesu, ut jusserant antea publicari per custodes? Quare eos non cogunt istud corpus reddere ? Hoc solo res confecta fuisset, et impostura apostolorum palam declarata. 4° Tandem quo motivo apostoli antea tremuli et occulti propter melum Judæorum, nunc sub periculo vite suæ toti plebi resurrectionem Christi annuntiant, et coram magistratibus constanter asserant, indictum de ca re silentium contemnunt, si sciant revera Christum non resurrexisse?

2° Matthæus suum Evangelium et in ea historiam mortis et resurrectionis Christi scripsit octavo circiter anno post mortem Christi, adjunctis pluribus factis publicis, ut quod moriente Christo velum templi sit scissum, quod terra tremuerit, petræscissæ,monumenta aperta, quod poslresur.eetionem corpora defunctorum pluribus apparuerint , quod sacerdotes et magistratus signassent ostium sepulcri et munierint custodibus, «pios postea induxerunt, numerata pecunia , ut testarentur ipsis dormientibus corpus Christi ab ejus discipulis fuisse sublatum : hæc, inquam, facta publica et toti Jerosolymæ nota narrat Matthæus, quando vivebant adhuc innumeri testes oculati et auriti <pii, si falsa dixisset, extemplo ipsum mendacii arguissent; et tamen nemo illi tunc contradixit, aut certo proferatur auctor hujus ætatis, quo constet ipsi et aliis Evangelistis eadem narrantibus, ab aliquo fuisse contradictum.

3° Cum certum sit corpus Christi in sepulcro revoluto lapide tertia dic non fuisse inventum, fatendum est vel ipsum resurrexisse , vel ab aliquibus fuisse furlim sublatum. Hoc secundum dici non potest, cum principes Judæorum omnem curam adhibuerint ne posset auferri, obsignante)

scilicet ostium sepulcri et apponentes illi ' milites custodes, *Ast,* inquiunt, discipuli Jesu illud furtiin sustulerunt, custodibus dormientibns (id enim ut testarentur custodes, dederunt principes illis pecuniam , uljnndixi). Verum hoc putidum figmentum aperte relinunt sequentia. 1° Dormientes testes adhibent, quod risu potius quam seria refutatione dignum est; quomodo enim rescire potuerunt quod ipsis dormientibus factum est? 2° Post vulgatam Christi resurrectionem, apostoli adhuc diu manserunt Jerosolymis ; si sustulerant corpus Jesu, quare principes Judæorum ab illis illud non repetierunt, et spectandum populo non proposuerunt? hoc enim solo facto famam de Christi resurrectione penitus abolevissent. 5° Quis credat apostolos, viros simplices, rudes, meticulosos et ad vocem ancilis trepidantes, ausos fuisse surripere corpus Jesu præsentibus custodibus, quos, etiamsi supponas dormientes, levissimum murmur excitare potuisset? non poterat autem sine gravi strepitu revolvi magnus lapis ab ostio monumenti. *Si dicas* apostolos cuniculos subterraneos egisse, et terra suffossa corpus Christi ab ima parte sepulcri surripuisse, ad quod non attenderunt custodes. *Contra est,* quod sepulcrum non in terra, sed in rupe fuerit excisum : impossibile autem erat absque immenso labore, magno strepitu et longissimo tempore, rupem ab imo scindere, sic, ut per scissuram extraheretur corpus. Et *dato* id fieri potuisse non excitatis custodibus, remansissent in scissa rupe furti indicia, quæ nulla arte, neque terra ingesta, neque insertis lapidibus potuissent explorationi Judæorum subdici ; sicque aperte fraudem discipulorum cognovissent, nec fabulam de custodibus dormientibus excogi · lassent. Insuper dicant quis revolvit lapidem magnumab ostio monumenti? viderant enim custodes revolutum lapidem, viderant angelos stantes ad sepulcrum , quonim aspectu territi fugerunt, atque totum factum ac vacuum sepulcrum magistratibus denuntiarunt. Porro utquid opus erat agere cuniculos subterraneos ab ima parte sepulcri, cum superius esset omnino apertum?

4° Tandem *dato,* quod omnino incredibile est apostolos potuisse quovis modo surripere corpus Christi : quis erodat cos id va|if<sc? Quo eniin motivo inducti fuissent ut absque ulla spe præmh fingerent alrocissimum mendacium resurrectionis, quo toti generi humano illuderent et Judæorum odium in se concitarent, ilhidque cum famæ, bonorum et vitæ periculo sublinerent ? Is sane insanos fuisse credat, quisquis eos id attentasse credit.

Concludamus igitur cum S. Aug. contra Judæos : *Aut sepultum reddant, aut resurgentem nobiscum adorent.*

Petes ulrum resurrectio Christi sit causa nostra resurrectionis?

Q. 56. a. 1. et 2. 0. — *B.* esse causam efficientem, instrumentaient et exemplarem resurrectionis nostrorum corporum et nostrarum animarum.

Ibid. a. 1. ad 5. — Est causa efficiens, non ut est actus qui stalim transiit, sed quatenushumanilas,secundum quam Christus resurrexit, est instrumentum div initatis conjunct® ad suscitanda corpora nostra, et justificandos nostras animas.

Ibid. a. 1et 2. — Est autem causa exemplaris, quatenus corpore et anima conformamur Christo resurgenti.

DISSERTATIO XIII.

DE ASCENSIONE CHRISTI ET MISSIONE SPIRITUS SANCTI.

D. Th. QQ. 57 et 58.

ARTICULUS I.

De ascensione Christi secundum sc.

Supposita fide de ascensu Christi in cœhim, de quo pluries S. Scriptura, subjicitur examini, 1° utrum conveniens fuerit Christum ascendere in cœlum ; 2° cur post quadraginta dies; 5° qua virtute ascenderit; 4° quis fuerit terminus ascensus; 5° qui effectus ct fructus illius?

Ç. 57. a. 1. 0. ct ad 5. — *DÎCO* 1°. Conveniens fuit Christum ascendere in cœlum, *i°* quia locus debet esse proportionates locato : cœhun autem est locus incorruptioris ; terra generationis ct corruptionis : atqui Christus post resurrectionem habebat corpus incorruptibile : ergo. 2° Quia mortis cl inferorum victori ac triumphatori hæc sedes regia debebatur. 5° Ad tugmcntuin fidei, quæ est de non visis ; ad sublevamen spei, quia per hoc quod Christus ut caput nostrum ascendit in cœlum, dedit nobis ul suis membris spem illuc perveniendi;

unde ipse dicit *t rado parare vobis locum. Hem* ad incentivum affectus charitatis in cœlestia : unde Apost. Coloss. 5 : *Quæ sursum sunt queerite, ubi Christus esi in dexte a Dei sedens; quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* 4u Lt ostenderet doctrinam suam non esse terrenam, sed coelestem ; regnum suum tion esse temporarium, sed aeternum ; et ut mittendo Spiritum sanctum doctrinæ suæ confirmatorem, probaret eum ab ipso procedere. Confer conci, quintam.

ibïd. ad 4. — *Dico* 2°. Christus convC nienter ascendit in cœlum post quadraginta dies a resurrectione. 1° Ut efficacius probaret veritatem resurrectionis. 2° Ut absentiam quadraginta borarum qua moriendo discipulos afflixerat, praesentia quadraginta dierum compensaret; ab hora enim nona feriæ sextæ qua mortuus est Christus, ad auroram diei Dominicæ qua resurrexit, numeramus quadraginta circiter horas. 3° Ut sicut Deus Moysi post transitum maris Rubri se visendum exhibuit per quadraginta dies, ut ipsum de mysteriis legis instrueret : sic Christus post transitum maris suæ passionis voluit se per quadraginta dies visendum exhibere apostolis, ut ipsos dc dogmatibus, sacramentis, sacris ritibus, de quibus silet Evangelium, instrueret : unde Act. 1 dicitur : *Per quadraginta dies apparens eis ct loquens de regno Dei,* id est de rebus ad Ecclesiam pertinentibus.

ibid. α. 5. 0. — *Dico* 3°. Christus ascendit propria virtute : 1° divina, quia est verus Deus; 2° virtute animæ moventis, prout vult corpus glorificatum et dote agilitatis præditum.

Dices. Matth. ult. dicitur quod *Dominus Jesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cœlum.* Et Act. 1 : *ridentibus illis elevatus est, ct nubes suscepit eum ab oculis eorum.* Atqui quod assumitur et elevatur, ab alio videtur moveri : ergo.

Ibid. ad. 1. — *B.* quod, sicut Christus dicitur propria virtute resurrexisse, ct tamen est suscitatus a Patre, co quod eadem sil virtus Patris et Filii ; ita etiam Christus propria virtute ascendit in cœlum, ct tamen a Patre est elevatus ct assumptus. .

Ibid. n. 4. nd 4.— Nec obslal quod dicatur : *El nubes suscepit eum ;* non enim sensus est quod nubes eum sustentaverit ct elevaverit, sed quod eum subduxerit ab oculis discipulorum; el ideo dicitur: *Nubes suscepit cum ab oculis eorum.* Apparuit autem isV* nubes in signum divinitatis, sicut gloria Dei Israel apparebat super tabernaculum in nube.

Statim vero ac subduxit eum uubes, cum antea pedelentim elevaretur, ut melius a discipulis observaretur, uno quasi momento ad instar fulguris immensa coelorum spatia penetravit et ad coelorum verticem pervenit.

Dico 4°. Probabile est Christum sic ascendisse super omnes cœlos, ut pedibus contingat convexum supremi cœlict totus sit extra cœlos, conformiter S. Scriptura dicenti Eph. 4 : *Ascendit super omnes calos;* et Heb. *7 : Pontifex.... excelsior coelis faclus. Wnwc* sententiam tenet S. Th. hic a. 4, ct post ipsum Cajet. Suares, a Lapide, etc.

Attamen est ad minus æque probabile Christum ascendisse duntaxat ad supremam partem cœli empyrei, et totum in eo esse; idque etiam conformiter S. Scripture, Marci ult. et Act. 1 : *Assumptus est in culum ;* Act. 5 : *Quem oportet cœlum suscipere.* Et Psal. 10, cœlum dicitur *sedes Dei.* Atque hanc sententiam tenet S. Th. in 5, d. 22, q. 3, a. 3, dicens : « Non dicitur » ascendisse super cœlos, quia extra cœlum » empyreum sit; sed quia in altissimampar- » tem cœli empyrei ascendit. » Quem sequuntur Sylvester, Paludanus et communius recentiores.

Neque sane textus laudati pro prima sententia, neque aliqua ratio nos cogunt collocare Christum toto corpore extra coelum.

Ad primum ergo textum, Eph. *4, Ascendit super omnes cœlos, B.* cum S. Tb. ultimo citato, intelligendum esse quod in altissimam cœli partem ascendit : sicut dicimus ascendisse super arborem vel super turrim, non solum qui verticem transcendit, sed etiam qui altiorcs ramos vel gradus conscendit, etsi infra verticem bæreat.

Ad secundum. Dicitur *Pontifex excelsior cœlis factus ;* id est, pontifex puritate superior caelestibus spiritibus, *qui non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre,* ut immediate subdit vposL A el dicitur *excelsior cœlis factus* , quia penetravit omnes cœlos usque ad summum,

el sedens ad dexteram Patris, supremum in rebus obtinet locum et imperium.

Dico 5°. Effectus seu fructus ascensionis Christi sunt oartim ca quæ recensuimus in prima conci, tanquam motiva illius, scilicet augmen'uin fidei, spei et charitatis, el missio Spiritus sancti; insuper apertio regni coelorum, quorum introitus peccato protoparenliserat nobis occlusus; item ollicium advocati quod Christus pro nobis erga Patrem exercet, juxta illud *1* Joan. 2 : *Advocatum habemus ad Patrem, qui etiam interpellat pro nobis; denique* manifestatio suæ supremæ potestatis, majestatis, gloriæ, triumphi, adimpletionis omnium irophetianim, ac munificentiae in omnes tontines, quos omnis generis donis, gratiis, signis, miraculis cumulat, juxta illud Ephes. 4 : *Ascendit super omnes coelos, ut adimpleret omnia.*

ARTICULUS IΓ.

De tempore et loco ascensionis Christi.

NECNON

De ejus sessione ad dexteram Patris.

Dico 1°. Christus ascendit in cœlum quinta Maii, quæ hoc anno incidit in feriam quintam.

Prob. Christus crucifixus est feria sexta, quæ erat vigesima quinta Martii, surrexit dic tertia, quæ erat Dominica dies, vigetimaseptima ejusdem Martii; in Act. Apost. c. 1, numerantur quadraginta dies a die resurrectionis ad diem ascensionis. Ergo contingit ascensio quinta Maii, feriaquinta hebdomadae.

Dico 2°. Probabile est Christum ascendisse in cœlum circa meridiem seu paulo post; quia Lucas Act. 1, postquam dixit : *Et convcscens praecepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissum Patris;* paulo post subdit : *ridentibus elevatus est. Per* το *convcscens* autem, mtelligitur prandium, quod solet accipi circa meridiem. Scio quosdam loco *convcscens* legere *conversans,* sed insistimus Vulgate.

Dico 5°. Christus ascendit in cœlum ex monte Oliveti.

Prob. Lucas Actel, postquam letuhtascensionem Domini coram discipulis,subjungit : *Tunc reversi sunt Jerosolymam a monte qui vocatur Oliveti, qui estjuxta Jerusalem, sabbati habens iter.*

Si dicas, eumdem lucam c.trtt. Evanaelii scribere : *Eduxit discipulos suo» foras in Bethaniam, et elevatis manibus benedixit eis; el factum est, dum benedixit illis, recessit ab eis et elevatus est.*

R. hæc cum praecedentibus minime pugnare ; quia Bethania erat in declivio montis Oliveti sita : transivit ergo Jesus Bethania, atque inde ascendit montem, unde et in cœlum elevatus est.

Testantur S. Hieron. de Locis Hebraicis, S. Aug. Tract. 47 in Joan. S. Paulinus Nolanus Epist. 11 ad Severum Sulpitium,Beda de Locis Sanctis c. 7, etc. Christum in monte impressisse terræ pedum vestigia constanter permanentia, et templum ibi ab Helena Constantini matre extructum nunquam potuisse contegi. Hæc sunt S. Hieronymi verba loco cit. « Mons 01i-
» veli ad orientem Jerosolymæ, torrente
» Cedron interfluente, ubi ultima vestigia
» Domini humo impressa, hodieque mons-
» trantur : cumque terra eadem quotidie a
» credentibus hauriatur, nihilominus ta-
» men eadem sancta vestigia pristinum sta-
ll tum continuo recipiunt. Denique cum
« ecclesia, in cujus medio sunt, rotundo
» schemate ct pulcherrimo opere condere-
» tur, summum tantum cacumen, ut perhi-
» bent, propter Dominici corporis meatum,
» nullo modo contegi ct concamerari po-
» tint ; sed transitus ejus a terra ad cœlum
» usque patet apertus. »

Dico 4°. Probabilius est ascendenti Christo præter apostolos adfuisse præsenies B. Virginem matrem Jesu, et ejus cognatos cum alus mulieribus; quia Lucas \ct. 1, postquam descripsit ascensionem Christi coram apostolis, ct dixit eos regressos Jerusalem introisse cœnaculum, immediate subdit ; *Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus ct Maria matre Jesu,* ct *fratribus ejus :* quo contextu innuitur hos ultimos rediisse cum apostolis c monte Oliveti post ascensionem Christi, et huic adfuisse cum illis.

Q. 5S. a. 1. 2. 5. 0. — *Dico 5°.* Sedere ad dexteram Patris convenit Christo qua Deo et qua homini, diverso tamen modo.

Ibid. — *Prob.* Dextera Patris non sumitur hic corporaliter sensu Antropomorphitarum, quasi in Deo sint humana membra; sed metaphorice pro divinis bonis, scilicet
j gloria divinitatis, æterna beatitudine, at-

que regnandi et judicandi potestate. Unde sedere ad dexteram Patris , est tranquille el immobiliter possidere divina bona,nempe gloriam divinitatis, ælernam bealitudinem ct regalem ac judiciariam potestatem. Atqui Christus qua Deus possidet essentialiter gloriam divinitatis, aeternam beatitudinem atque regalem et judiciariam potestatem, ita ut το *ad,* quod est transitivum, respective ad Christum qua Deum, importet tantum distinctionem personarum et ordinem originis, non gradum natura vel dignitatis; in quo est æqualis Patri : Christus autem qua homo excellenter possidet pra cæteris creaturis ælernam beatitudinem atque regalem et judiciariam potestatem; unde Joan. 5' dicitur : *Dedit ei Paterjudicium facere, quia Filius hominis esi.* Ergo.

Exprima parte conclusionis colliges non posse diti de Patre quod sedeat ad dexteram Filii et Spiritus sancti, neque de Filio quod sedeat ad dexteram Spiritus sancti ; quia neque Patera Filio et Spiritu sancto, neque Filius a Spiritu sancto habent originem; posse vero dici de Spiritu sancio quod sit ad dexteram Patris ct Filii, quia ab utroque habet originem.

Ex secunda parte conclusionis colliges sedere ad dexteram Patiis, esse proprium Christo qua homini, quia est in excellenti possessione divinorum bonorum pra cæteris creaturis, etiam angelicis. UndeApost. Heb. 11 : *Ad quem enim angelorum dixit aliquando :Sedeadexlrismeis?*

Quando ergo legimus de sanctis quod regnabunt cum Christo et sedebunt super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël, intelligendum est hos regnaturos et judicaturos gradu longe inferiori ad Christum, et tanquam ejus ministros.

Dices. Dextera est locus dignioris, sinistra inferioris : si ergo Christus sit a dextris Patris,Pater est ab ejus sinistris ; quomodo ergo Christus non est dignior Patre ?

Jl. hac metaphora non significari Christum respicere Patrem tanquam sinistrum , sed tanquam medium in supremo throno collocatum, ad cuius dexteram assideat qui est illi proximus : sic 5 Rcg. 2, legimus Salomonem matrem suam sibi ad dexteram collocasse, primo scilicet post regem loco.

ARTICULUS III.

De m issione Spiri(us sancti.

S. Lucas Act. 2 sic narrat : *Et cum complerentur dies Pentecostes, (rant omnu,* scilicet centum fere \iginli, dr quibus dixerat cap. præced. *pariter in eodtm loco,* scilicet cœnaculo, *et factus est repente de cælo sonus tanquamgdvcnientis spiritus vehementis , et replevit totam domum ubi erant sedentes . cl apparuerunt illis disportitee lingua tanquam ignis, seditque supra singulos eorum; et repleti sunt omnes Spiritu sancto, ct coeperunt loqui variis linguis prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.*

Ad quorum clucidationem, subjicimus hic examini, 1° de qua Pentecoste loquatur Lucas, an de Judaica, an de Christiana , proinde qua die descenderit Spiritus sanctus ; 2° quid intelligatur *per dispertitas linguas;* 5° de effectibus missionis Spiritus sancti, et pracipue de dono linguarum; 4° qui hos effectus receperint.

Dico 1°. Probabilius est Lucam locutum fuisse de Pentecoste Judaica, non de Christiani; quia tunc nondum erat instituta Pentecostes Christiana ut distincta a Judaica.

Si dicas saltem institutam fuisse tunc cum hæc scriberet Lucas, anno scilicet circiter vigesimo octavo post Christum ; adeoque dum ait Spiritum sanctum illapsum esse dum complerentur dies Pentecostes, intellexisse dies Pentecostes quæ jam sua ælate celebrabatur.

B. N. assumptum ; quia ipse Lucas Aci. 20, dicit Paulum *festinasse ut si possibile sibi esset, diem Pentecostes faceret Jerosolymis:* intelligi tautem Pentecosten Judaicam , non Christianam ; quia Christiana ubique celebrari poterat, Judaica autem Jerosolymis tantum : consequenter dum Lucas scriberet Acta Apost. nondum erat institui a Pentecostes Christiana ut distincta a Judaica.

Hinc sequitur descensum Spiritus sancti contigisse die sabbati, non die dominica; quia quinquaginta dies Pentecostes Judalcæ numerabantur a Paschate Judaico, non a prima die, sed secunda, quando olfcrebatur novus manipulus hordeaceus, ut scribit Josephus lib. 5 Antiq. c. 10. Secunda autem dies Paschatis hoc anno erat sabbatum, ideoque abhinc quinquagesimua erat etiam sabbatum.

Λ *dicas* oblationem primi manipuli bonleacei dilatam fuisse boc anno ad diem tequentem, quæ apud nos est dominica , quia metere sabbato non licebat: unde numerando quinquoginta dies a tertia die Paschatis, quinquagesima erit dominica.

Λ. Aℸ. *assumpt. Ad prob. D.* Metere sabbato messe communi non licebat, *C.* quia erat opus servile ; messe particulari manipuli hordeacei ad offerendum Deo in templo, *N.* Quia non censebatur opus servile, sed actus religionis : sicut extruere ignem in domibus privatis, erat opus servile lege prohibitum , secus extruere in templo; idque asserit R. Moyses in Commentariis super *Misna.*

Confirmatur consec/unum.Petrus Act. 2, probat apostolos ipsa die descensus Spiritus sancti variis linguis loquentes, non esse ebrios, ut dicebant quidam ex astantibus, quia erat tantum hora diei tertia, scilicet, ab ortu solis more Judaico computata, id est, hora circiter nona matutina more nostro : *Non, sicut vos æstimatis,* inquit, *hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia.* Atqui hæc ratio nihil probaret si non ponas descensum Spiritus sancti sabbato, sed die sequenti : ergo. *Prob. min.* Ideo apostoli non poterant sabbato esse ebrii hora nona matutina, quia cum hac die offerretur sacrificium solemne, non licebat sumere cibum antequam esset consummatum , ut scribit Josephus in Vita sua: consummabatur autem circa horam sextam seu meridiem : aliis autem diebus quibus non offerebatur sacrificium solemne, licitum erat quavis hora manducare. Si ergo non sabbato, sed sequenti die, qua solemne sacrificium non offerebatur, ct erat ideo licitum quavis hora manducare et bibere, illapsus sit Spiritus sanctus, imbellis erat ratio Petri, cum non sit impossibile, imo nec rarum homines esse ebrios circa horam nonam matutinam, quin etiam aliquando summo mane videamus ebrios.

Atque ex verbis Petri citatis habes descensum Spiritus sancti contigisse hora ab ortu solis tertia, id est, hora circiter nona matutina, ut dixi, unde canit Ecclesia: *Dum hora cunctis* ***tertia,*** *repente mundus intonat, orantibus apostolis, Deum venisse nuntiat.*

Dico 2°. Per dispertitas linguas, intelligimus, juxta communem sententiam interprelum et fidelium, linguas velutigneas distributas supra singulorum capita, inferius coalescentes, sed superius divisas ob suam agilitatem et velocitatem, ut solet flamma vel sponte sua vel vento agitata. Atque hic est sensus obvius ct naturalis horum verborum : *Apparuerunt illis dispertitee linguæ tanquam ignis, seditque*, scilicet ignis, vel, si vis, Spiritus sanctus sub symbolo linguæ velut igneæ, *supra singulos eorum.*

Paradoxum itaque existimamus dicere cum Serrio Exercitat. 62, per dispertitas linguas intelligendas esse illorum ipsorum astantium linguas in ore proprio hiante visas velut igneas et in duas partes scissas. Mirum sane fuisset cl risu dignum spectaculum quod ad sonum tanquam venti flantis , omnes astantes centum fere viginti, eodem simul motu oris hiantis concitati linguas suas velut igneas et dissectas exhibuissent.

Unicum et futile hujus exotic® opinionis fundamentum profert laudatus scriptor, scilicet, quosdam Patres per linguas dispertitas inlelligere divisas et dissecias, atque legere : *Fisæ illis linguæ divisa?sicut ignis.* Verum quid inde? Et nos etiam dicimus divisas super singulorum capita, et dissectas in parte superiori admodum flammulae vento agitatae, *ut dixi in conclusione.*

Dico 5°. ElfectusmissionisSpiritu-sancti fuerunt: 1° augmentum gratiæ sanctificatis; 2° septem dona quæ vulgo dicuntur Spiritus sancti, ab Isaïacap. 11 enumerata, scilicet dona sapientiæ, intel lectus, con-ilii, fortitudinis, scientiæ, pietatis ct timoris Domini, de quibus vide S. Th. 1 2, q. 68; 5° duodecim fructus ex his donis promanantes, quos recenset Apostolus Galat. 6, his verbis : *Fructus autem Spiritus est charitas,gaudium.pαχ,pαtientia,benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia,continentia, castitas,* dequibus videS. Th. ibid. q. 70; 4° gratiæ gratis datae, quas novem recenset Apostolus : Cor. 12, his verbis : *Alii per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum; alii fides in eodem Spiritu; alii gratia sanitatum in uno Spiritu; alii operatio virtutum; alii prophetia; alii discretio spirituum ; alii genera linguarum; alii interpretatio sermonum.*

Dico 4°. Donum linguaruin sic fuit colûtum singulis apostolis, ut et variis nationum linguis loque-entur, et otiam, quandoque una lingua foqiientes, a variarum nationum populis audirentur.

Prob. priina pars. Act. 2 dicitur ; *Cœperunt loqui variis linguis.* 2 Cor. 14, Apostolus dicit : *Omnium vestrum lingua loquor;* omnium scilicet qui ex variis mundi partibus Corinthum confluebant. Marci 16, id futurum promiserat Christus, ni *linguis loquerentur novis.*

Confirmatur. Evangelic® prædicationi non sufficiebat ut apostoli audirentur a diversis nationibus, sed eliam necesse erat ut illas loquenles audirent, alias non potuissent cum illfc miscere colloquia : ergo earum linguas callebant.

Prob. secunda pars. Quandoque unus Apostolus pluribus diversarum linguarum hominibus loquebatur, a quibus audiebatur, ut contigit Petro ipsa die Pentecostes, Act. 2, v. 14. Atqui, licet variis linguis instructi, non poterant tamen mullis simul loqui, sed una tantum. Ergo.

M

Insuper non videtur negandum apostolis quod legimus concessum novissimis temporibus. S. Viccntio Ferrerio, S. Ludovico Bcrtrando, S. Antonio Patavino et aliis.

Dices. Si singuli apostoli aliarum nationum linguas calluissent, aut si loquentes una lingua a diversis nationibus audirentur, non indiguissent interpretibus : atqui secundum SS. Patres, Irenæum, Melitonem, Hieron. Clementem Alex, et alios, Marcus fuit interpres Petri et Titus Pauli : imo ipse Paulus 2 Cor. 11, fatetur se *imperitum sermone* græco : ergo.

B. D. maj. Non indiguissent interpretibus idiomatis, C. sententiarum, *N.* Cum enim apostoli ex impetu Spiritus sancti aliquando sublimia ct obscura proferrent, horum explicatio interpretibus relinquebatur. Quod autem Apostolus dicat se *imperitum sermone,* intelligcndum est, non de ignorantia idiomat's, sed de elegantia et ornatu; donum enim linguarum non conferebat apostolis ut eleganter loquerentur, ne· crederetur homines attrahi ad fidem elegantia ct ornatu sermonis; sed ut loquerentur intelligibiliter, quantum opus erat, ut docet Auctor 2 2, q. 176, art. 1, ad. i.

Dico 5°. Non solum apostoli, sed omnes qui erant in cœnaculo centum fereviginti acceperunt donum linguarum et alios effectus Spiritus sancti ; dicitur enim Act. 2 : *Bepleti sunt omnes,* qui orant in cœnaculo, *Spiritu sancio, et caperunt loqui variis linguis.* Neque sane iis negandum est quod ipsis gentilibus ad fidem conversis concedebatur : legimus autem Aci. 10, gentiles ad fidem conversos apostolorum ministerio, hac gratia fuisse donatos.

APPENDIX

De actis Pilati circa gesta ct miracula Christi, ad Tiberium imperatorem missis.

Agnoscimus cum eruditis Acta et Epistolas quæ nunc apud nos circumferuntur sub nomine Pilati ad Tiberium de gestis et miraculis Christi, esse apocrypha et falsa. Hujus furfuris sunt, Epistola quam exhibet Hegesippus quarto vel quinio sæculo; altera quam refert Sixtus Senensis lib. II llibliothecæ Sanet®; altera quam edidit Florentinus in notis et exercitationibus ad apostolorum indiculum; altera quamBollandist® referunt ad quartam Februarii; altcradenique quam profert D. Fabricius ex bibliotheca Colbertina; utpote in quibussunt plura aperi® falsilalis indicia, sed et maxime Acta impia ct blasphema de gestis Christi sub nomine Pilati ad Tiberium missa, jussu Maximini imperatoris in odium Christi et ejus religionis fabricata.

Quæstio est ergo utrum independenter ab Ids omnibus Actis et Epistolis, Pilatus revera renuntiaverit Tiberio gesta et miracula Christi, tam qu® x ivens operatus est, quam qu® in ejus morte el post ejus mortem contigere : atque his motus Tiberius lentaverit apotheosim Christi apud senatum Romanum.

Dico. Probabilissimum est Pilatum nuntiasse Tiberio Cæsari gesta et miracula Christi, ejus mortem ct resurrectionem, atque inde Tiberium tentasse apotheosim Christi apud senatum Romanum.

Prob. testimonio veterum scriptorum fide dignorum.

S. Justinus Martyr, qui occubuit anno 150, Apologia secunda ad Antoninum imperatorem, prius enarratis Christi miraculis, dixit : « Hæc ita gesta esse cognoscere » ex actis qu® sub Pilato sunt scripta. » Et postea : « Et quod ista fecerit Christus, * cxeisquæsubPilatosunt conscripta Cour » mentaria, cognoscere potestis. »

Ter'ullianus In Apologetico contra gentes ‹·. a: « Apud vos, inquit, de humano * arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini Deus placuerit, Densnon erit. Homo » jam Deo propitius esse debebit. Tiberius › ergo, cujus tempore nomen Christianum » in sæculum introivit, annuntiatum sibi ex › Syria Palæstina, quæ illic veritatem ipsius divinitatis revelaverat, detulit ad senatum cum prærogativa suffragii sui ; senatus quia non ipse probaverat, respuit. » Cæsar in sententia permansit, commina« tus periculum accusatoribus Christianorum. » Et cap. 21, præmissis gestis et miraculis Christi, subdit : « Ea omnia super » Christo Pilatus, et ipse jam pro sua conii scientia Christianus, Cæsari tunc Tiberio » nuntiavit; sed et Cæsares credidissent » super Christo, si aut Cæsares non essent » sæculo necessarii, aut si et Christiani po» luissent esse Cæsares. »

S. Lucianus martyr sub Decio, videtur eadem Acta indicare, cum diceret ad president : « Consulite annales vestros, et » invenietis Pilati temporibus, dum pate» retur Christus, media die fugatum solem » et interruptum diem. »

Eusebiussæculoquarto, lib. 2 Hist. c. 2: * Cum, inquit, per omnem jam locum de » resurrectione et mirabilibus Domini Jesu » Christi, et de ascensione ejus ad coelum » felix fama loqueretur, ac per omnium au* resbeati hujus rumoris volveretur opinio : » quoniam antiqui moris erat apud Roma» nosut provinciarum judices, si quid forte » novi in bis quas regebant provinciis ac» cidisset, vel principi, vel senatui nuntia* rent; ut ne ex his quæ gerebantur igno* rare aliquid viderentur. De resurrectione * amortuis Domini etSalvatoris nostri Jesu * Christi, quæ jam in omnem locum fuerat » promulgata, Pilatus Tiberio principi re* fert; sed et de erteris mirabilibus ejus, » elui post mortem, cum resurrexisset.... * plurimis jam Deus esse crederetur. Ti* berius quæ compererat retulit ad sena« tum. Senatus autem sprevisse dicitur, * pro eo quod non sibi prius hujus rei ju» dirium fuerit delatum, sed auctoritatem » suam prevent! vulgi sententia : lex ete» mm erat antiquitus designata, ne quis » apud Romanos Deus haberetur, nisi se» natus decreto atque sententia firmatus. Porro autem pro vero hoc erat quod ge» rebatur, ne divina virtus humanis pu» taretur assertionibus indigere. Cumque » secundum ea quæ supra diximus renuis» set senatus, Tibenus tamen tenuit senii tenliam suam, ut ne quid adversus docii trinam Christi contrarium moliretur. » Idem in Chronico ad annum 57.

S. Chrysost. Horn. 26 in Epist. 2 ad Cor. «Romanorum senatus, inquit, hanc » potestatem habebat, ut deos crearet alii que conscriberet. Quippe cum res om» nes a Christo geste nuntiate sunt, Ro» inani misit is qui Judæorum nationi » præerat, sciscitans ex ipsis num eum » quoque Deum creare placeret. Id vero » illi recusarunt, quod iniquo atque inii fenso animo ferrent, ante decretum suum » atque sententiam, crucifixi potentiam af« fulgentem, universum orbem ad sui cul» tum et venerationem attraxisse. »

Eadem scribunt Paulus Orosius lib. 7 Hist. cap. 4, S. Greg. Turonensis lib. 1 Hist. cap. 24 et Nicephorus lib. 2 Hist cap. 8 Tot autem ac tantis viris fidem detrectare temerarium est.

Dices cum Tanaquillo hæretico. 1° Tertullianus, quem alii secuti sunt, hausit quæ scripsit ex Actis apocryphis Pilati. 2° Non est verisimile Tiberium gentilem tentasse apotheosim Christi apud senatum Romanum. 5° Si hoc tentasset, non ausus fuisset senatus illi resistere.

Λ. *ad primum,* 1° Justinum esse antiquiorem Tertulliano, a quo proinde nihil accipere potuit; 2° neque Justinum, neque Tertullianum, neque Lucianum tam male famæ et religioni suæ consuluisse, ut fidenter provocarent Romanos ad eorum archiva et annales, quibus, si minus vera dixissent, facile falsilalis argui potuissent.

z/d *secundum.* Verisimillimum est Tiberium licet gentilem, Christi virtutibus et prodigiis motum, tentasse ejus apotheosim apud senatum Romanum. Adrianus gentilis erat, Alexander Severus gentilis erat, et tamen, teste Lampridio in vita Adriani templa Christo erigere decreverant, a quo cos deterruerunt idolorum sacerdotes.

zfd *tertium.* Non mirum si senatus voluntati Tiberii quantum ad Christi apotheosim non consenserit ; ea enim erat animi moderatione erga senatum, teste Suetonio, ut eum suæ sententiae acquiescere recusantem œgre non ferret, ubi putabatur

adesse Justa ratio » multæ vero rationes justæ videbantur senatui, Christi apotheosim rejiciendi. Prima est quam referunt auctores laudati, quod inconsulto senatu jam ut deus coleretur, cum tamen ad senatum pertineret deos creare. Secunda, quia cum Christus deberet coli solus, omnes alii dii sua sede fuissent expellendi. Tertia, quia Romani tunc opibus et imperio florentes, a Christi humilitate et paupertate abhorrebant, eosque pudebat venerari ut deum quem vir Romanus infami crucis supplicio affixerat. Sed et mentes nostras altius erigentes, dicamus cum quibusdam ex laudatis auctoribus, id divino consilio factum fuisse, ne Christus ad instar falsorum numinum divinitatem ab hominibus accipere videretur, neve Christiana religio senatus Romani judicio atque præsidio fundata ac propugnata censeretur.

DISSERTATIO XIV.

MORTE ET ASSUMPTIONE DEIPARÆ VIRGINIS.

ARTICULUS I.

De morte Deipara).

Duo potissimum hic vertuntur in quaestionem : primum, an mortua sit B. Virgo; secundum, ubi sit mortua.

Dico i°. Certissime tenendum est B. Virginem esse mortuam.

Prob. 1° ex lege generali, qua *statutum est omnibus hominibus semel mori,* Heb. 9; ctPsal. 8S : *Quis est homo qui vivet, ct non videbit mortem?*

Prob. 2° auctoritate Ecclesiæ, quæ in officio Assumptionis pluries agnoscit B. Virginem esse vita functam, præsertim in collecta ex Sacramentario S. Gregorii deprompta : *Sancta Dei Genitrix Kirgo mortem subiit temporalem;* et in secreta . *^uam pro conditione carnis ini grasse cognoscimus.*

Prob. 5° ex communi sensi. SS. Patrum quorum nullus ante S. Epiphanium de I morte B. Virginis dubitavit.

Levi autem fundamento nixus dubitavit S. Epiphanius, quia nimirum S. Scriptura silet de B. V. morte. « Quærant, inquit ›. Hatresi 78, vestigia S. Scripturarum, et »» invenient utique, neque mortem Maris « neque an mortua sit an non mortua; I » neque an sepulta sit, an non sepulla... i » Non omnino definio hoc et non dico » quod immortalis mansit, sed neque ab » firmo an mortua sit. » Quasi vero necesse sit mortem alicujus exprimi in S. I Scriptura ut crederetur mortuus, dum constat nullum ab ea lege excipi. Nullius apostolorum excepto Jacobo mors exprimitur in S. Scriptura , ideone dubitamus an sint mortui? Neque locus erat referendi mortem virginis in Evangelio, quod Christi duntaxat historiam continet usque ad ejus ascensionem; neque in Actis, qui historiam apostolorum, præsertim Petri el Pauli, tantum referunt. Epistolæ vero apostolicæ singulares tractant materias, qua nihil attinent ad transitum B. Virginis,

Dices insuper. 1° Mors est pœna peccati originalis : atqui B. Virgo immunis fuit a peccato originali : ergo. 2° Ilenoc. Elias, S. Joannes Evangelista non sunt mortui, quidni eodem privilegio donatam Deiparam dicamus?

B. ad primum. Omissa min. D. maj. I Mors est pœna peccati originalis tantum, I *N. maj.* est insuper nativa conditio naturæ humanæ sibi relictæ, *C. maj.* Equidem Adam cx privilegio juslitiæ originalis fuisset immortalis, et peccando amisit justitiam originalem atque inde promanans privilegium immortalitatis, sicque ex illa parte mors est pœna peccati = sed et si fuisset creatus Adam absque hoc privilegio et conditioni naturæ suæ ex qualitatibus contrariis sese destruentibus relictus, mortem etiam subiisset independenler a peccato; ideoque B. Virgo, etiamsi supponatur a peccato originali immiinis, cum tamen non esset justiliæ originalis privilegio donata, mortem subire debuit. Quinimo Christus, in quo certo non erat peccatum originale, nativæ suæ conditioni relictus, mortem senescendo subiisset, si ab hominibus non fuisset occisus, ut docet S· Aug. lib. 2 de Peccat. Merit, et Remiss, cap. 99.

z/d *secundum; N. conseq.* Ilenoc enim et non sunt translati in coelestem patriam, sed in locum amoenum mortalibm impervium, donec veniat Antiriiristuscontra quem pugnabunt, ct quo devicto morientur, ac tum demum æternam beatitudinem obtinebunt ; quæ de B. Virgine dici non possunt. Idem foret dicendum deS. Joanne Evangelista , si verum esset quod

non obierit; sed contraria sententia est longe probabilior et communior.

Dico 2°. Quo loco obierit Deipara, an Ephesi, an Jcrosolymis, 2erto definiri non [uitest, propter probabilitatem ulriusque sentenliæ.

Obiissc Ephesi suadet potissimum Epistola synodica concilii Ephesini anno 451 ad clerum et populum Conslantinopolitainun, ubi patres synodici referunt Nestorium damnatum in urbe Ephesi, *in qua,* inquiunt, *theologus Joannes et Dei genitrix Kirgo sancta Maria;* hoc enim, stibinlelligendo *est*, quod juxta leges linguæ latinæ et græcæ eleganter subintcUigilur, significat Joannem theologum et B. Virginem *esse* Ephesi, utique inhumatos; quomodo enim tunc aliter esse possent.

Equidem aliqui dicunthanc phrasim esse mutilam, et supplendum , vel *aliquando habitaverunt,* vel *sacras ades habent,* vel *magno sunt in honore* : sed ex nullo codice probatur mutilatio , et si subintelligatnr *est*, secundum usum linguæ græcæ et latinæ , non est recurrendum ad mutilalioncm.

Confirmatur. Patres Ephesini idem voluerunt significare, Joannem illic esse inhumatum ; id enim apud ipsos constabat, *ut patet ex Epistola Cœlcstini papee,* in qua cos hortatur ut Joannis documenta sequantur, *cujus reliquias*, inquit, *pratentes veneramini.* Et episcopi Orientales qui ad concilium venerant, conqueruntur injectam sibi moram , ne sanctorum martyrum et singulariter Joannis Evangelist® reliquias deoscularentur.

His non obstantibus remanet dubium ; difficile est enim designare tempus quo B. Virgo potuerit venire Ephesum, si revera venerit. Communiter dicitur venisse cum S. Joanne Evangelista. Is autem juxta S. Jrenæum 1. 5, c. 5; S. Epiphanimn liæresi oi, et Acta S. Timothæi apud Bollandistas ad vigesimam quartam Januarii, non venit Ephesum saltem ad habitandum ct ad regendam Ecclesiam,nisi valde senex et post mortem SS. Petri et Pauli, hoc est, anno æræ vulgaris sexagesimo sexto , quo tempore habuisset B. Virgo octoginta quinque annos, supponendo quod peperit Salvatorem anno ælatis suæ decimo quinto, ut quidam volunt, aut annos nonaginta Miatuor, supponendo cum aliis quod peperit Christum anno ætatîs suæ vigesimo quarto. Non est autem verisimile eam tot annis gravatam hociter suscepisse. Nccesse est ergo dicere S. Joannem prius venisse Ephesum cum B. Virgine, sed ibi non fuisse commoratum : at quo fundamento id dicatur, non liquet, nec est verisimile Joannem illuc adduxisse B. Virgmem, ut statim cam desereret.

Insuper Polycrates Ephesiorum episcopus, in Epistola ad Victorem papam, quam refert Eusebius lib. 5 Hist. cap. 24, refert magna sanctitatis lumina Ephesi et in Asia cxtincla, nec B. Virginis meminit.

Respondet Serrius, ideo non meminisse B. Virginis, quia recensendo ista sanctitatis lumina, intendebat probare eorum exemplo Pas lia esse celebrandum decima quarta Martii : cnm autem B. Virgo breve tempus duxerit Ephesi et paulo post adventum obierit, non fuit illi occasio celebrandi illic Paschatis : unde non erat cur Polycrates eam cum aliis Pascha decima quarta die celebrantis laudaret. Verum hæc ultima facilius dicuntur quam probantur; unde enim sciri possunt?

Obiisse vero Jcrosolymis quidam probant ex D. Dionysio , qui c. 5 de Divinis Nominibus, dicit se cum apostolis et Ilierotheo illuc convenisse ad videndum corpus B. Virginis. Sed prxterquam quod multi hodie habeant ista scripta ut D. Dionysio supposita ab auctore quodam quinti saeculi non pauci etiam censent Dionysium sive verum sive fictilium, non loqui de corpore Virginis, sed tie sepulcro Christi, et inde natum errorem quod legeretur σώματο corpus, pro citxacoç sepulcrum. ItaS. Maximus, llincmarus, llarduinus, Combefisius, Thomassinus, Tillemonlius et alii. Certum itaque argumentum inde peti non potest.

Omitto alia scripta potiori jure reputata apocrypha, ut liber qui appellatur *Transitus B. Pirginis* Melitoni Sardensi episcopo suppositus, sermo de assumptione ab aliquibus S. Hieronymo, ab aliis Sophrenio ejus amico affictus, quidam sermones SS. Athanasio et August, falso ascripti.

S. Joannes Damascenus, Andreas Cretensis, Nicephorus referunt ex Euthymio, Juvenalem episcopum Jerosolymitanum anno 451, respondisse .Marciano Augusto et Pulcheri® de corpore Deiparæ sollicit as,

ons sepulcrum Gethsemani prope Jerogolymam esse situm, sed vacuum.

At reponunt alii i· Euthymium esse auctorem ignotum, cui ideo certa fides adhiberi non potest. 2° *Dato* Juvenalem sic respondisse Marciano, ipsum majorem fidem non mereri, quippe qui, juxta S. Cyrillum, vir fuit ambitionis immodicae, adjutor Dioscori in Latrocinio Ephesino, et qui juxta S. Leonem faba monumenta supposuit in favorem sui patriarchalus Jerosolymitani.

Insuper S. Leo in litteris ad eumdem Juvenalem, datis tertio circiter anno post datum , ut dicitur, Marciano responsum de sepulcro Mariano , in quibus ex professo agit de locis Jerosolyinorum religione fidelium frequentatis, nihil prorsus habet de sepulcro Deipara; quod procul dubio non omisisset, si ex responso ipsiusmet Juvenalis ad imperatorem jam factum esset celebre.

His igitur omnibus omissis, hujus sententiæ probabilitatem repetimus tantum ex his quæ refert Baronins ad annum 48 , n. 19, ubi postquam dixit non multum ante tempora Juvenalis Marianum sepulcrum fuisse repertum, subjungit : « Qui loca illa »» intuiti sunt, eademque fideliter descrip- » sere (citat in margine Burchardum 1.1, » c. 7, § 47) sane testantur, post cladem » Jerosolymilanam a Romanis illatam, se- * pulcrum Dei Genitricis ruina propin- » quorum ædificiorum sic fuisse coopertum » et obrutum, ut per gradus circiter sexa- » gmta pateat ad illum locum descensus. » Et qui nostris temporibus illuc peregri- » nati sunt, testantur illud in petra exci- it sum esse, et instar sepulcri Domini, » nativi lapidis cohaerentia, loco immobili liter inhaerere. Meminit ct Bcda de Locis » Sanctis, sepulcrum Dei Genitricis sms » temporibus vacuum cerni in dicto loco: » unde et miramur quomodo illud dicatur » Constantinopolim fuisse translatum. » Hæc Baronius.

Unde non mirum S. Hieronymum et S. Epiphanium , qui loca sancta frequentarunt, mentionem non fecisse sepulcri Mariani (quod est argumentum oppositæ sententiæ), siquidem dicatur post illorum I Tcm|K>ra repertum.

Longe magis incertum est quo anno vitæ cuai et Christi obierit B. Virgo. Alii dicunt | mortuam esse anno Christi quadragesimo octavo; alii usque ad extremam senectutem devenisse ; alii vita functam dicunt ipso anno Christi in cœlum assumpti ; alii anno Christi trigesimo septimo,ætatis sui quinquagesimo secundo, vel ut aliis placet sexagesimo primo.

Placida vero morte obiisse, et non martyrio, ut quidam commenti sunt, communissima est sententia. Nec favet contrarii illud Luc. 2 : *Tuam ipsius animgmpcr- transibit gladius ;* non enim de gladio materiali inlelligendum est, cum materialis gladius non possit transfigere animam, sed de doloribus, quos, Christo patiente, passa est.

ARTICULUS II.

De assumptione B. Pirginis.

Dico. Temerarium foret negare B. Virginem esse corpore et animo assumptam in cœlum.

Prob. 1° auctoritate Ecclesiæ, quæ in ofiicio Assumptionis inseruit lectiones ex S. Joanne Damasceno et S. Bernardo,in quibus asseritur assumptio corporea B Virginis, et in collecta dicit : *Sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem,nu tamen mortis nexibus deprimi potuit.* Per nexus mortis vero intelligit Ecclesia corruptionem corporis, non peccata,ul quidam fingunt, alioquin nihil tribueret B. Virgini præ cæteris, cum nullus justorum moriendo deprimatur peccato.

2° Auctoritate Patrum ct theologorum. SicenimdocentS.Greg.Turonensissæciilû 6,1. de Miraculis c. 4, Andræas Cretensis Orat. 2 de laudibus Deipara , S. Greg. Mag. ex cujus Sacraincntario deprompta est collecta de qua supra, S. Joannes Damasc. Orat. 2 de Dormitione Deipara, B. Petrus Damiani Serm.de Assmnpt. S. Bernardus Senn. 1 de Assmnpt. Idem unanimiter docent scholastici, S. Th. hicq.27, a. 2 in 4, d. 45, q. 1, c. *1,* a. 5; et opusc. 8; Hugo a S. Victore 1. 5 Erudit. Theologies c. 425 , Durandus 1. 7 de Divinis Officiis, et cæteri communiter.

5° Ex communi sensu fidelium, qui magna cum solemnitate festum Assumptionis B. Mariæ celebrant, intelligente' assumptionem corpore et animo.

4'· Variis congruentiis : ita enim exigebal 1» pienlissimi Filii in Matrem dilecti'·

simam affictus; 2° summa ejus cum Christo conjunctio, ut quæ in vita illi corpore et animo adhaesit, ab eo post vitam nec corpore nec animo separaretur ; 5° dignitas Matris Dei*, j Quomodo enim, inquit S. » Damasc. citatus , corruptio invaderet » corpus illud, in quo vita suscepta est? » 4° sanctitas supereminens omnibus angelis et hominibus.

Quis neget gravem temeritatis notam incurrere eum qui sententiam tot auctoritatibus ac rationibus fultam, tamque Matri Dei honorificam, impugnare ausus fuerit? Nihilominus

Dices 1° quosdam antiquos Patres dubitasse an B. Virgo sit corpore assumpta in cœlum, S. Epiphanius sæc. 4, Hæresi 78, S. Ildephonsus Tolet Serm. 6 de Assumpt. Ven. Beda I. de Locis Sanctis. Imo ipsa Ecclesia Romana ea de re dubitavit, diu enim usa est Martyrologio Usuardi in quo ad diem decimam quintam Augusti legitur : « Dormitio sanctæ Dei Genitricis » Mariæ..... quo autem venerabile illud » Spiritus sancti templum nutu et consilio » divino occultatum sit, plus elegit sobrie- » tas Ecclesiæ cum pietate nescire quam » aliquid frivolum et apocryphum inde te- * nendo docti e. » Item in soleinni officio legebat olim sermonem de assumpt. D. Hieronymo affictum, in quo pariterhoc dubium exprimitur. Ergo.

D. potiorem et pluris faciendam esse assertionem eorum quos pro nobis citavimus , quam aliorum dubitationem; dubia enim argumenta nihil possunt adversus positiva. Et *esto* Ecclesia aliquando de ea re dubitaverit, constat tamen jam dudum acceptis novis luminibus dubitationem excussisse, et palam profiteri atque colere assumptionem corpoream B. Virginis.

Dices'.0.* Phires SS. Patres docent Christum solum resurrexisse non amplius moriturum : sic S. Ambros. 1.1 in Job c 6 : *Solus ipse* (Christus) *adhuc rcsitrreetionc perpetua resurrexit.* S. Avitus Vœnnensis in fragmentis : *Christus hactenus so~lus est qui non moriturus resurrexit.* Ergo.

B. D. ant. Phires. SS. Patres docent Christum solum resurrexisse non amplius moriturum de lege ordinaria et summo jure, *C.* ex privilegio , *N.* Secundum enim plures alios Patres, S. Ignatium Epist. ad Magnesianos, Origenem in cap. 27 Matth. Eusebium I. 4Demonst. Evang. c. 12; S. Epiphanium Hæresi 57, qui surrexcrunt cum Christo, conscendente in cœlum, ipsi quoque cum suis corporibus ascenderunt. Longe vero potiori jure simile privilegium Matri Dei est concedendum.

Dices 5°. Patres Ephesini in Epistola synodica ad clerum et populum Constantinopolitanum , de qua art. præced. dum dicunt, *in qua theologus Joannes et Dei genitrix sancta Maria,* eodem modo loquuntur de B. Virgine ac de S. Joanne, ut ibidem diximus : atqui de Joanne intelligunt quod sint ibi ejus reliquiæ , ut patet ex Cœlestino et Patribus orientalibus ibid, citatis : ergo.

B. D. maj. Eodem modo loquuntur, etc. quoad inhumationem, *C.* quoad reliquias existentes , *N.* Palet ex ipso Cœlestino et Patribus orientalibus citatis, qui loquuntur duntaxat de veneratione reliquiarum S. Joanr.is, non omissuri reliquias B. Virginis , si pariter credidissent eas ibi existere,majorem enim istæ venerationem merebantur quam illae.

11ic lectorem monitum velim quod,quamvis in hoc tractatu non paucas celeberrimi viriR.P. Hyacinthi Serry opiniones cx ejus exercitationibus impugnaverim , ipse tamen etiam in quibusdam aliis mihi fuerit adjumento. Juvat enim reddere cuique quod suum est, nec laboribus alienis velle gloriari

TRACTATUS DE GRATIA.

D. Th. a Q. 109 ad Q. 11/.

DISSERTATIO I. PRÆAMBULA.

DE VARIIS ERRORIBUS CIRCA GRATIAM.

Circa gratiam fuerunt errores extreme oppositi. Quidam negarunt gratiam, nc iæderent liberum arbitrium, et hi fuerunt Pelagiani et Semi-Pelagiani ; alii negarunt liberum arbitrium, ut astruerent gratiam, quales sunt Luthcrani, Calvinistæ et Janséniste.

ARTICULUS T.

Dc Pclagianismo.

Quidam Pelagianismi originem repetunt ab ipsa creatione mundi in ipso Lucifero et Adam prævaricatore, qui divinam independentiam æmulati, divinitatis imitationem propria virtute adipisci contenderunt ; deinde a Judæis totam spem in lege, et ex ea suam justificationem reposcentibus, quos ideo Apost. Rom. et Galat. redarguit. Communiter autem primus Pelagianismi et plurium aliarum hæresum parens dicitur Origcnes : unde S. Hieronymus Epist. ad Gtesiphontem, vocat Pelagianismum doctrinae Origenis *ramusculum.* Recensentur etiam inter hujus hæresïs parentes Theodorus Mopsuestenus et Rutinus, a quo Pelagius et Cœleslius dicuntur errore imbuti. An fuerit iste celebris Rutinus Aquileiensis, an alter Syrius aut Palaestinus, disputant eruditi : probabilius fuit AquPeiensis.

§ I. — *Synopsis historica Pelagianismi.*

I. Fuit Pelagius natione Brito, sive Angliis, sive Scotus, sive Hibernus : ex S. Aug. Epist. 108 adPaulinumetexS.Prosp. Carm. de Ingrat, professione Monachus ; ex Mar. Mereat, in Corn, et S. Aug. de Hxres.c. 8S,non eo monachatu cujus professores vel soli vivunt in eremis, vel cœnobi':s- sed in propria domo, veste ad pietatem composita ; vocatur enim a Zozimo in Epist. ad episcopos Africæ, laïeus. Erat vir ingenii acuti, versuti et facundi, pietatem exterius præ se ferens, ita ut S. Aug. lib. 5 dc Peccat. Merit, c. 1 ipsum sanctum et non parvo profectu Christianum dicat ; sed intus *liguritor,* cupediosusel obsoniorum condimentis maxime addictus, teste Isidoro Pelusiota Epist. 514 et Ororio in Apol. cap. 27.

II. Suæ hæreseos nactus est Pelagius patronum et assertorem fervidum et effrontem Coelestium, cujus patria ignoratur: nobili genere natum dicit Marius Mereat. Is perversitati Pelagianæ propagandæ tantam navavit operam, ut hujus sectatores etiam Ccelestiani appellarentur. Alter insignis hujushærescos fautor et propugnator fuit Julianus, patria ct episcopatu Eclanensis, Marmoris seu Marmorii episcopi Capuani ex legitimo matrimonio ante episcopatum filius, qui Pelagianismi a Zozimo damnati aperte ct acriter defensionem suscepit : is fuerat prius S. Augustino charissimus. ut testatur S. Doctor Epist. 101. Hi tres fuere præcipuiarchitcctietfautores Pelagianismi.

III. Suos errores disseminare coepit Pelagius circa annum 405, primo, per discipulos et mulierculas, ut moris est apud hæreticos, ut ostendit S. Hier. Epist. ad Ctcsiphontein; deinde per seipsum.Romæ degens edidit 1res libros dc Trinitate ct Commentaria in Epistolas S. Pauli, in quibus non agnoscit traductionem peccati originalis nisi imitatione. Scripsit duas Epistolas ad Paulinum et Constantium episcopos : primam anno 405, in qua videtur constituere gratiam in solo arbitrio; alleram anno 408, in qua prætcr liberum arbitrium aliquam gratiam admittit. Ex. S. Aug. lib. 1 dc Gr.it. Christi c. 55. Ibidem contigit quod, cum quidam episcopus, présente Pelagio, referret hæc yerba S. Augustini ex lib. Confess. *Da quodjubes, el jube quod vis,* his ita commotus fuit Pelagius, ut vix non litigaretcum isto episcopo. Ex S. Aug. bb. de Dono Persev. cap. X0.

IV. Gothis Italiam vastantibus, scccssil

Routa Pelagius cum suo Achate Cœlestio in Siciliam, ineunte anno 409. Anno 411, reticle Sicilia, icofccti sunt Hipponem, hinc Carlhaginem, ubi anno 412 Coelestius, cum apertius negaret peccatum originale, in synodo ibidem congregata anathemate perculsus est, ct urbe pulsus in Asiam se transtulit, Pelagius in Palæstinam. Illic hæresiarcha Joannis Jerosolymitani patrocinio fretus, et ascitis pluribus discipulis, suos errores latius et audacius sparsit. Anno 415, scripsit ad virginem Demetriadem epistolam adulationibus et erroribus referiam. Anno 415, duo episcopi Galli Eros el Lazarus, in Palæstinam appulsi, accusanmt erroris Pelagium. Congregata est synodus Diospoli, cui profuit Eulogius Cæsariensis; in ea citatus et interrogatus Pelagius, quaedam accusationis capita negavit, ad alia subdole et æquivocationibus respondit : ita ut episcopi nihil fraudis suspicati et intelligentes gratiam quam admittebat Pelagius esse gratiam quam intelligit Ecclesia catholica, hæresi damnata, Pelagium innocentem errore facti pronuntianmt, absentibus accusatoribus propter unius ægritudinem. Ex S. Aug. lib. dc Gestis Pelagii cap. 1. Hanc synodum approbare renuit Innocentius I, ex ejus epistola inter Auguslinianas 96, camque *miserabilem* vocat S. Hicron. Epist. 79, non quod errorem probaverit, sed quod Pelagius Patribus illuserit.

V. Anno 416, Orosius Hispanus ex Palæstina advenit Carthaginem, ct illic congregatis praesulibus ob quædam Ecclcsiæ negotia, obtulit litteras Erotis et Lazari accusatorum Pelagii : patres iis lectis, ct recensitis quæ contra Cœlcstiurn in priori synodo acta fuerant, Pelagium et Cœleslium damnarunt : idem eodem anno præstilit synodus Milevitana sexaginta unius episcoporum. Utraque synodus gestorum relationem misit Innoccnlio I, ut ipss Sedis apostolicæ auctoritate firmaret. Anno 417, Innocentius, congregato Rom·'.· concilio, errorem damnavit ct auctore« anathemati subjecit, nisi resipiscerer t. Hac occasione dixit S. Aug. Scrm. 2 dc verbis Apostoli cap. 10 : · Jam de hac causa duo ▮ concilia missa sunt ad Sedem apostoli- " cam, inde etiam rescripta venerunt, cau- ▮ sa finita est : error utinam aliquando » finiatur. «

VI. His commotus, Pelagius ad solitas artes confugit, litteras apologcticas dolo plenas et ambiguam fidei professionem Innocentio per Cœlestiu* destinavit. Antequam is Romam adveniret, moritur Innocentius. Zozimus ejus successor, dolosis litteris ct ambigua fidei professione Pelagii et Cœleslii, et eorum ficta protestatione adhærcndi decretis Innocentii et corrigendi quidquid sancta Sedes corrigendum judicaret, primum deceptus, Coelestium benigne excepit, illius et Pelagii fidem commendavit; non tamen eos communioni restituit, nec ab hærescos nola absohit, donec de totius causæ statu certior fieret ab Africanis, quorum judicium nimium præceps suspicabatur, et ad quos ideo duriores litteras dedit quod præpropcre Eroti et Lazaro crediderint. At responsis Africanorum melius instructus ct fraude detecta, diem dixit Cœlestio ut synodo quam Romæ coegerat se sisteret : verum ille aufugit etse examini subtraxit. In eum itaque et Pelagium condemnationis sententiam pronuntiavit Zozimus, qua, errore deposito, perpetuæ pœnilcnliæ subjiciebantur; quod si detrectarent, a communione fidelium arcebantur. Scripsit insuper Zozimus universis episcopis epistolam quæappellatur *Tractatoria,* in qua conciliorum Africanorum decreta adversus Pelagium et Cœlcstiurn approbat, et sui prodecessoris Innocentii in eosdem sententiam confirmat. Eamdem *Tractatoriam* misit ad Honorium imperatorem, Ravennae degentem, petens ab ipso ut Cœlcstius et omnes Pelagiani urbe expellerentur, ct ubique haberentur hærelici ; quod lubens prostitit Honorius edicto dato anno 4IS et altero anno 419, quo ultimo insuper sanxit ut episcopi qui *Tractatoria:* Zozimi non subscriberent, a suis sedibus ejicerentur. Annuere universi, exceptis novemdecim, inter quos eminebat Julianus Eclancnsis, qui exemplo hucusque in Ecclesia inaudito, appellaverunt ad concilium generale. Honorii vestigiis inhærcntes ejus successores Constantius. Valentinianus, Theodosius junior, idem sanxerunt ; ita ut Pelagiani Roma, Constantinopoli, Epheso, Palæstina et ferme undequaque expulsi, Ncstorianis in aliquod sublevamen et patrocinium sejunxerint, cum quibus una damnati fuerunt in concilio œcuuienic·

Ephesino anno 451, a quo tempore delabi | cccperuiit, el pauci huc illuc dispersi in occidente remanserunt.

§ U.— *Varii status hæresis Pelagiancc.*

Præcipuus error Pelagii in hoc versabatur , quod diceret hominem habere tantum a Deo possibilitatem seu facultatem boni, a seipso autem solo ejus usum seu voluntatem et actionem, sicque quod bene viveret magis sibi quam Deo debere; quia ex necessitate gratiæ ad bone operandum contendebat tolli liberum abilrium. Alter ejus error præcedenli affinis erat, quod peccatum originale soli Adæ nocuerat, et ad posteros non transiret nisi imitatione , sicque quod liberum arbitrium esset in illis æque sanum et æque potens ac fuerat in Adam innocente; tum ne si liberum arbitrium sauciatum agnovisset, coactus fuisset admittere necessitatem gratiæ medicinalis ; tum quia non putabat posse stare libertatem sine æquali facilitate ad bonum et ad malum; ita ut prætextus servandæ libertatis fuit illi causa cur negaverit necessitatem gratiæ et peccatum originale.

Ab hoc duplici errore nunquam recessit Pelagius; in aliis autem minus constans, aliquando aliquid gratiæ concessit, prout necesse existimabat at declinandam invidiam et subterfugienda catholicorum argumenta. Unde plures hujus hæresis status communiter distinguunt theologi, sed varie admodum : nos sic probabilius distinguimus.

Primus status fuit in quo Pelagius nullum interioris gratiæ auxilium agnovit, sed dixit liberum arbitrium ad bene vivendum et ad mandata Dei servanda sufficere; supponendo tamen mandatorum cognitionem sive per lumen naturale quoad praecepta naturalia, sive per legem et doctrinam exteriorem quoad mandata positiva ; non enim possibilitas observandi præcepta subsistere potest, nisi ea per legem proponentem cognoscantur. Non ergo, ut mulli volunt, ab hoc primo statu exclusit Pelagius legem et doctrinam, nisi forte | quod non statim ea nomine gratiæ insigniverit , quod tamen non multo post fecit, ut responderet catholicis ipsi exprobrantibus quod gratiam Christi penitus exploderet.

Id insuper evincitur hoc argumento. Hic error pertinet ad primum statum hæresis Pelagianæ, quem docuit Pelagius in epistola adulatoria ad Demetriadem et in libris do Libero Arbitrio, quemque damnivit synodus Palæstina ; hæc enim peracta sunt in ortu Pelagianismi : atqui Pelagius in epistola ad Demetriadem totus est in demonstrando hominem per legem el doctrinam instructum posse observare divina mandata : S. August, lib. de Grat. Christi cap. 3, refert hanc sententiam ex libri- Pelagii de Libero Arbitrio , gratiam Dei et adjutorium quo adjuvamur ad non peccandum, aut in natura et libero arbitrio, aut in lege atque doctrina constitui;elsynodus Palæstina hanc Pelagii assertionem damnavit : *Gratia Dei non ad singuloi actus datur, sed in libero arbitrio est, ct in lege atque doctrina.* Ergo.

Neque obstat quod S. Aug. in lib. de Gestis Pelagii cap. 23, referat quod post synodum Palæstinam ipsi fuerat oblatus libellus Pelagii, in quo liberum arbitrium gratiam appellabat, *non aperte ei conjungens legis adjutorium.* Equidem non semper aperte exprimebat quod semper admittebat versutus hæresiarcha, ut a ralliolicis interrogatus an aliud gratiæ auxilium agnosceret præter liberum arbitrium, illico responderet se praeterea agnoscere legem et doctrinam. Cæterum hæc duo expresse memorantur in articulo 7 damnato a synodo Diospolitana, quem retulimus.

Secundus status fuit in quo Pelagius, præter liberum arbitrium, legem el doctrinam exteriorem, admisit aliquam gratiam interiorem , scilicet internas illuminationes quibus intellectus illustraretur el cognosceret quæ ipsi erant agenda, iisque ad ea moveretur objective. His internis illustrationibus adjungebat exempla Christi et remissionem peccatorum. *Hcec patebunt ex dicendis modo.*

Tertius status fuit in quo Pelagius, catholicorum argumentis pressus ct agitatus, videtur admisisse aliquid gratiæ interioris voluntatem afficientis, non ut absolute necessariæ, sed utilis tantum ad bonum opus faciendum, neque gratuito collate, sed naturæ meritis debite, de quo mox latius.

Sed quia circa hæc dissentiunt theologi, el revera quid versipellis hæresiarcha, verborum ambiguitate perpetuo usus, senserit haud parum sit obscurum, cttamen nostra referat cognoscere quid gratiæ rcipsa admiserit ; plus enim admittere debemus

quam ipse admiserit, ideo hæc accuratius expendenda sunt. Unde sit

§ III. — *Quid gratiæ t'indem admiserit Peitirjias?*

Cum ea quæ in hoc § dicturi sumus pelantur ex operibus SS. Hieronymi, el praesertim Augustini, adversus Pelagianos, et hi diversa pro diversis temporibus censuerint, opportunum duxi hic annotare ordinem et tempus quo SS. doctores oper* sua ediderunt.

Primus itaque contra Pelagianos in aciem prodiit S. Hieronymus anno 411; contra hoshærcticos scripsit ad Marcellinuin Epistolam 82; alteram 67, anno 412, ad Clejiphontem ; anno 415, Dialogos inter Atticum ct Critobulum; anno 419, Epistolas ad Alipium et S. Augustinum. Impugnat etiam hanc hæresim S. doctor in Praefationibus ad libros quatuor in Jeremiam.

S. Augustinus anno 412, scripsit contra Pelagianos tres libros de Peccatorum Meritis el remissionibus ; eodem anno librum de Spiritu et Littera.

Anno 415, librum de Natura et Gratia ;

Anno 417,sermonem secundum de verbis Apostoli, post jam damnatum Pelagianismum ab Innocentio , ut constat ex his ejus verbis : *Jam de hac causa duo concilia,* etc., ut supra § 1 ; eodem anno, librum de Gestis Pelagii:

Anno 418, duas Epistolas ad Sixtum presbyterum, qui postea fuitSb. pontifex, quarum præcipua est 105 ; eodem anno, librum de Gratia Christi ; circa id tempus, libros de Nuptiis et Concupiscentia;

Anno 420, quatuor libros ad Bonifacium;

Anno 421, Enchiridion ad Laurentium et sex libros adversus Julianum;

Anno 424, lib. de Gratia et Libero Arbitrio ;

Anno 425,lib. de Correptione et Gratia;

Anno 428, Opus Imperfectum contra Julianum, quo tempore libris Retractationum incumbebat; eodem anno lib. de Hæresibus;

Anno 429 , libros de Praedestinatione Sanctorum ct de Dono Perseveranti® adversus Scmi-Pelagianos.

Obiit S. Augustinus die vigesimo actavo Augusti anno 430.

Praemittendum hic breviter, quod infra latius expendemus, gratiam interiorem aliam esse habitualem, qua nempe jusli sumus , filii Dei adoptivi el bxredes regni cœlestis; aliam actualem, qua inoveOtrad bonum; et hæcist duplex : una pertinens ad intellectum, et est interior mentis illuminatio ; altera ad voluntatem, el est Dei motio qua voluntas excitatur et inclinatur ad opus pietatis.

Suppono 1°. Pelagium non negasse concursum simullaneum,quin nec de eo inter ipsum et assertores gratiæ fuisse controversiam. Cum enim ille concursus generalis sit indifferens et quodam modo jure naturae omni agenti debitus, non perlinet ad quaestionem de gratuitis auxiliis. Neque de illo negato concilia et S. Augustinus unquam reprehenderunt Pelagium ; imo illum agnovisse hunc concursum eruitur ex S. Aug. lib. 2 de Nuptiis ct Concupiscentia cap. 4, ubi referi Pelagianos docere quod *Causarum secundarum e/Jicientiæ potentia operationis Dei intervenit; omne quod est ea administrans virtute qua condidit.* Hæc autem operatio et virtus divina omni efficienti® causarum secundarum immixta, est ipse concursus simullaneus. Nec obest quod S. Hieronymus in Epist. ad Clesiphontem, reprehendat Pelagianos quod negarent eos egere auxilio Dei ad singulos actus, ut ad curvandum digitum, ad movendum pedem, etc. Id enim intelligitur de concursu praevio applicante, non concomitante.

Suppono 2° ut certum et omnibus notum, Pelagianos admisisse gratias actuales morales exteriores , scilicet legem el doctrinam atque exempla Christi. Quæstio itaque est utrum admiserint 1° gratiam habitualem , 2° gratias actuales interiores ex parte intellectus, 3° ct tandem gratias actuales interiores ex parte voluntatis.

Dico i°. Pelagiani admiserunt gratiam habitualem, sed non quemadmodum admittenda est. Est contra Suarem et Honoratum Tournely.

Prob. prima pars. Quamvis Pelagiani non usurpaverint hanc vocem, *gratia habitualis.,* admiserunt tamen praecipuos characteres et effectus gratiæ habitualis. Ergo. *Prob. ant.* Pelagius in Commentario in cap. 5 Epist. ad Rom. agnosci*tprccata dimitti abundantia donationis Spiritus sancti, acju titiamper baptismum donari.* In cap. 3 Epist. ad Tit. ait *buptis-*

mum vocari ab Jpostolo lavacrum renovationis Spiritus sancti, quia nos Spiritus sanctus per baptismum renovavit. Apud S. Aug. lib. de Gratia Christi cap. 58, idem Pelagius asserit *nos instaurari per gratiam Christi, ct in meliorem hominem renasci.* Et lib. 1 cont. Julianum cap. 6, Pelagiani docent parvulos esse baptizandos, non tantum ut sint justi, sancti, filii, hærcdes, cohærcdes et membra Christi, *sed ct templum, et non tantum templum, sed et organa Spiritus,* quæ sunt verba S. Chrysost. Et infra ejusdem verba iterum usurpantes : « Hac de causa infan-
» tes baptizamus, cum non sint coinqui-
» nati peccato, ut eis addatur sanctitas,
» justitia, adoptio, hærcditas , fraternitas
» Christi, ut ejus membra sint. » Et Julian. apud eurndem S. Aug. lib. 1 Operis imperfecti cap. 5'2, ait : « Nos igitur in tan-
» tum gratiam baptismatis omnibus utilem
» ætatibus confitemur, ut cunctos qui il-
» lam non necessariam etiam parvulis pu-
» tant, æterno feriamus anathemate. Sed
» hanc gratiam locupletem spiritualibus
» donis credimus, quæ multis opima mu-
» ncribus ac reverenda virtutibus, pro in-
» firmitatum generibus et humanorum sta-
» tuum diversitatibus, una tam remedio-
» rum collatrice quam munerum virtute
» medicatur. » Et 1. 2 ejusdem operis, c. 212 : « Gratia autem, inquit, infusa semel,
« uno virtutis suæ impetu atque compcn-
» dio, diversa et plurima delet crimina.»
Atqui ciTicere homines justos, sanctos, filios Dei adoptivos, fratres Christi, hærcdes et cohæcedes regni, renovare, instaurare, habere annexa dona, virtutes, remedia pro sanandis diversis infirmitatum generibus, sunt præcipui characteres et effectus gratiæ habitualis; ac tandem esse donum infusum diversa delens crimina, est ipsissima gratia habitualis : ergo.

Jlespondct Tournely, ista equidem omnia cum a viris catholicis et non suspectis proferuntur, catholicorum more esse intelligenda , sed apud fraudulentos hæretites Pelagianos gravissima latentis erroris suspicione laborare. Dicit itaque eos his verbis nihil aliud intelligere quam externam peccatorum condonationem et externum Dei favorem atque deputationem ad Dei cultum ct regnum.

Sed contra. 1° Hæc responsio est mere gratuita ct nullo fundamento nixa; nnn enim unquam sive a conciliis Africanis, sive a S. Augustino accusati sunt Pelagiani quod absolute negarent gratiam habitualem , nec de ejus necessitate fuit inter ipsos et catholicos controversia, sed de gratia operis seu actuali, ut fatentur communiter theologi et ipse Tournely § *Qiuefutrit illa gratia, etc.* Quamvis ergo de gratia actuali fraudulenter fuerint locuti, non est ratio cur eadem fraus ipsis imputetur quantum ad gratiam habitualem, de qua non erat quæstio.

2° Si Pelagiani his verbis magnificis quæ juxta Tournely in sensu obvio et apud catholicos important gratiam habitualem, eam verbo tenus admisissent,re autem negassent, hanc fraudem ipsis exprobrasse! S. Augustinus,sicut sæpe ipsis exprobravit quod gratiam actualem verbo tenus admitterent , re autein negarent, eam constituendo in libero arbitrio, in lege atque doctrina : atqui id nunquam exprobravit Pelagianis S. Augustinus, sed tantum Julianum reprehendit quod, cum gratiam baptismalem admitteret, quæ est ipsa gratia habitualis , primo doceret eam adultis dari ex meritis; secundo quod nihil conferret virtutis ad cavenda peccata futura, sed cum ea posset homo sine peccato per solum arbitrium vivere; tertio quod parvulis conferretur ut meliores efficerentur, non ut a peccato originali mundarentur; hæc enim tria continuo urget S. Augustinus in utroque opere contra Julianum et in 4 lib. ad Bonifac. cont. Epist. Julian. Ergo non errabat Julianus quod gratiam habitualem negaret.

5° Imo ita eam admittebat, ut ipsi S. Augustino exprobret quod eam non satis plene agnoscat, sed labefactet docendo per eam non tolli concupiscentiam. Cui objectioni respondens S. Augustinus, lib.6contra Jul. c. S, ct lib. 5 ad Bonifac. c. 5, exprobrationem non regerit Juliano ut par erat,si ipse verbo tenus et non re eam agnovisset ; sed ostendit tantum ex S. Scripturis gratiam baptismalem non ita perfecte conferri, ut omnen. auferat infirmitatem : et quibus luce darius fit Julianum admisisse gratiam habitualem.

Neque juvant Tournely quidam textus quos citat ex S. Aug. lib. de Grat. Chr. c. 58, et 1.6 cont. Jul. c. 23, ubi dicit Pela-

gianos per gratiam qua instauramur cl renascimur, intelligere dunUxat remissionem peccatorum. Etenim gralia peccatorum remissiva est vera gratia habitualis : reprehendit itaque Pelagianos S. doctor quod vellent nane gratiam ita valere ad remissionem peccatorum praeteritorum, ut nihil conferret *ad vitanda peccata* futura *tt desideria vincenda carnalia.* Sunt ipsiusmet S. Augustini verba jn ipso textu qnem profert Tournely.

Dices. Pelagiani negabant nos salvari per subministrationem virtutis, ut palet cxS. Aug. lib. de Grat. c. 6, Epist. 95 et alibi : atqui gratia habitualis est subministratio virtutis : ergo.

Λ. *D. maj.* Pelagiani negabant nos salvari per subministrationem virtutis quæ sit gratia actualis ad concupiscentias et tentationes vincendas, *C. maj.* Hoc unum S. Augustinus imputat Pelagianis locis citatis : videantur. Negabant non salvari per subministrationem virtutis quæ sit donum infusum, peccata delens, hominem justificans, adoptans, conferens jus ad regnum, *N.waj. .id cujus sensum distincta min. If. conseq.* Duo ergo per subministrationem virtutis possunt intelligi : primo et proprie gratia actualis ad bene operandam; secundo paulo latius gralia habitualis infusa, peccatorum remissiva. Primum negarunt Pelagiani, non secundum.

Insl. Pelagiani negabant actus supernaturalcs et virtutes infusas : ergo et gratiam habitualem illorum ct istarum radicem.

7?. *Omisso ant. N. conseq.* In sensu enim Pclagianorum ad aliud conferebatur gratia habitualis, quam ut esset causa radicalis virtutum et operationum supernaluralium, scilicet, ut tolleret peccatum, naturam instauraret, adoptionem fraternitatem Christi et jus ad regnum conferret.

Omisi ant. quia Pelagiani non negabant absolute actus supernaturales, id est, actus a voluntate divinitus elevata procedentes; admittebant enim naturalem possibilitatem adjuvari divinitus, ad sic facilius operandum, quam tamen facultatem posset homo naturaliter mereri et ea pro libitu uti. Similiter tandem admiserunt virtutes infusas ad facilius credendum , sperandum, etc. ut palet ex verbis Juliani supra citatis.

Secunda pars conclusionis patet cxdictis. Ille enim non admittit gratiam habitualem, quemadmodum admittenda est, qui dicit illam darimerilis naturæ et valere tantum ad ornatum animæ, instaurationem naturæ cl ad remissionem peccatorum praeteritorum, non ad cavenda futura, neque aliquid conferre ad vincendas tentationes et ad operandum supcrnaturaliter : atqui sic Pelagiani admittebant gratiam habitualem, ut probavimus supra exS. Aug. ct iterum patet cx eodem Hæres. 88, ubi dicit quod Pelagius doceret non a Deo *accipere, seda seipsishomines haberegratiam qua liberamur ab impietate, et hanc secundum merita nostra dari ;* et lib. de Nat. ct Grat. c. 34. ubi scribit Pelagium asserere in hoc positam esse gratiam Christi, *ut ignoscat commissa prœterita, non ut adjuvet ad futura vitanda,* ünde S. doctor c. 50 de Grat. Christi, « Istam quippe gratiam, *inquit*, qua justificamur, id est, » qua charilas Dei diffunditur in cordibus » nostris per Spiritum sanctum qui datus » est nobis, in Pelagii et Cœlcslii scriptis, » quæcumque legere potui, nusquam cos » inveni, quemadmodum confitenda est, » confiteri. »

Colliges cx dictis. quantum a vero aberrat vir aliunde eruditissimus Thomassinus, Oratorii Jesu presbyter, dum in opere gallicc scripto, *Mémoire sur la grâce*, dicit præcipuam concertationem inter S. Augustinum ct Pelagianos fuisse de gralia habituali. Præter namque dicta quibus hæc opinio abunde confutatur, addo sequentia. 1° Gralia, de quaS. Aug. contra Pelagium, est necessaria ad singulos actus pietatis, ut continuo urget S. doctor : atqui talis non est gralia habitualis, cum ante illam eliciantur actus fidei, spei, ctc. quibus disponitor peccator ad gratiam habitualem : ergo. 2° Gratia a S. Aug. propugnata adversus Pelagianos, ea est quæ justis aliquando non conceditur, lib. 2 de Peccatorum Meritis c. 19; item in qua perseverantes a non perseverantibus distinguuntur, lib. de Dono Perseverantis; item quæ justis adhuc necessaria est et imploranda ad vincendas tenlationes, ex locisr citatis ; item qua Deus corda hominum indeed i Habiliter in bonum convertit, et quæ de nolentibus facit volentes, ut passim docet S. Aug. atqui hæc non gratiæ habituali, sed actuali competunt : ergo.

Dices cum laudato Thomassino. 1°S. Augustinus tribuit graliæ, a se adversus I'elagianos propugnata,, eiFeclus qui competunt gr-iliæ hauituali, ut quod a peccato liberet, ρ..-tificet et filios Dei adoptivos efficiat. 2° Eam vocat passim cliaritatem diffusam in cordibus nostris , hæc autem est donum habituale. 5' Dicit eam esse communem parvulis ct adultis, quod soli gratis habituali, non actuali cujus non sunt capaces parvuli, cotnpe it. 4° Dicit quod nulli debeatur et quod sit fructus redemptionis Christi, non munus Creatoris ; motio autem actualis primi moventis quodam jure debetur ei in quo praeexistit habitualis dispositio ad illam, et a Creatore descendit : ergo.

//. ad primum quod, cum gratia actualis disponat ad habitualem habendam ct eam habitam perficiat et conservet, quidquid habitualis facit formaliter, actualis præstat efficienter: unde iidem effectus sub hac diversa ratione ulrique tribuuntur, *Ad secundum, B.* S. Augustinum nomine charitatis comprehendere non solum donum habituale, sed quascumque pias allectiones, quæ etiam a Deo diffunduntur in cordibus nostris, zfd *tertium* . *B.* S. Augustinum nomine graliæ actualis, non solum intelligere motionem actualem qua voluntas inclinatur ad opus bonum, sed omne beneficiumquo Deus adjustificationem perducit et in ea perseverare facit : unde pro gratia actuali reputat quod parvulo antequam moriatur, baptisma conferatur, quod minister adsit, quod parentes offerant, etc.

Ad quartum, B. gratiam actualem non cssepræcise motionem generalem qua Deus ut creator cl primum movens applicat omnia agentia ad actum . licet eam includat, sed specialem ex meritis Christ: dei natam, qua cor a creatura ad Deum convertitur, qua contra tentationes protegitur, et ita in bono firmatur ut perseveret. Insuper, ut mox monui, S. Augustinus sub nomine gratia actualis comprehendit quxeumque conducunt ad salutem, ut quod iste moriatur antequam cadat, quod alter vivat donec resipiscat, etc.

Dico 2°. Pelagtani in secundo statu suæ hæreseos admiserunt gratias actuales interiores ex parte intellectus, scilicet internas revelationes et mentis illustrationes. Est contra Lessium et quosdam alios.

Prob. ex S. Aug. lib. de Grat. Christi cap. 7, uLi cum Pelagio objecisset ipsum gratiam in lege atque doctrina tantum reponere, inducit Pelagium uic respondentem : « Et tanquam ex, liraturus Pelagius » quam dicat gratiam, secutus adjunxit di- » cens quam nos, non ut tu putas, in lege » tantummodo, sed et in Dei esse adjutorio » confitemur... Adjuvat nos, inquit, Deu< » per doctrinam et revelationem suam,dum » cordis nostri oculos aperit ; dum nobis » ne præsentibus occupemur, futura de- » monstrat; dum diaboli pandit insidias; » dum nos multiformi ei ineffabili dono gra- » tiæcœlestisilluminal.» Etcap.lO:«Ope- » ralur, inquit, in nobis Deus velle quod » bonum est, velle quod sanctum est, dum » nos terrenis cupiditatibus deditos... (u- » turæ gloriæ magnitudine et præmiorum » pollicitatione succendit, dum revelatione » sapientiae in desiderium Dei stupentem » suscitat voluntatem , dum nobis suadet » omne quod bonum est. »

Neque obstat quod S. Augustinus post verba relata capitis septimi subjungat : *In his omnibus non recessit Pelagius a commendatione legis et doctrina;.* Nomine enim doctrinae, S. Doctor non solum intelligit eam quæ exterius proponitur, sed etiam eam quæ interius traditur per revelationem et illuminationem internam, quia uti iusque est idem munus cl officium; doctrinæ enim exterioris officium est instruere dc his quæ a nobis agenda sunt, non tamen præberc vires ad agentia; ct quia id præcisc præstat illustratio interior, ostendendo scilicet quid agere debeamus, sed non conferendo vires ul agamus, ideo munere et officio non differt a lege et doctrina : unde S. Aug. cap. 10 : « Ad doc- » irinam, *inquit,* pertinet etiam quod sa- il picnlia revelatur, ad doctrinam pertinet » cum suadetur omne quod bonum est. »

Confirmatur. S. Aug. cap. 9 ct 10, observat ex verbis Pelagii citatis in probatione conclusionis, gratias morales duplicis generis, scilicet legem et doctrinam exterius propositam et revelationem sapientiae (pialis facta fuit S. Paulo, quæ indubie fuit interna, docetque neutram sufficere ad astruendam veram gratiam Christi : unde inferi cap. 12, requiri gratiam non solum qua facienda novimus , sed etiam ipia cognita faciamus; el cap. 24 sic concluditcon-

Ira Pelagianos s « Legant ergo et intelli- | » set, non abhorrere a doctrina aposlohca
• gant, intueantur atque fateantur, non » videtur. « Admittebat ergo necessariam
» lege atque doctrina insonante forinsc- esse gratiam ex parte intellectus et poten-
» eus » (eccc gratiam moralem externam) tiæ, et supererat lautum ut admitteret esse
« sed interna atque occulta, mirabili acin- necessariam ex parte voluntatis et opera-
u elTabili potestate operari Deum in cordi- tionis. 5° Quia cap. *4i* ejusd. libri, dicit
« bus hominum, non solum veras revela- Pelagium docere adhibendas esse oratio-
» tiones : » (eccc apertissime gratiam mo- des ad impetrandam hanc gratiam intellec-
ralem internam, nempe revelationem cau- tus : ergo existimabat esse necessariam.
satam occulta, interna, mirabili potestate 4° Quia ibidem cap. 5 et 5, Pelagius juxta
in corde) « sed etiam bonas voluntates : » S. Augustinum, requirit istud auxilium ad
ecce gratiam internam, physicam et effi- posse, quia posse est invalidum et infir-
cientem. Ergo manifestum est juxta S. mum : ergo requirit ut necessarium. 5°
Augustinum, Pelagianos admisisse gra- Tandem quia ibidem c. 10, dicit Pelagium
tiam moralem tum internam tum exter- illud Apost. Philipp. 2, *Operatur in no-*
nam, et eos tantum errasse circa gratiam *bis velle quod bonum est*, intelligere
bon® voluntatis eflicientcm ct physicam. *dum revelatione sapientia in desiderium*
Dices. SS. Patres, et concilia quæ dam- *Dei stupentem suscitat voluntatem , dum nobis (quod tu alibi negare non me-*
naverunt Pelagium, dicunt eum nunquam *tuis) suadet omne bonum :* alibi autem
admisisse veram gratiam Christi : atqui in- non negaverat internam revelationem esse
tern® illustrationes sunt vera gratia Chris- utilem ct ad facilius posse, sed esse sim-
ti : ergo. pliciter necessariam : ergo hic agnoscit ne-
J?. *D. maj.* Dicunt cum nunquam ad- cessariam, cl talem exigebat dictum Apos-
misisse veram gratiam Christi simpliciter toli.
ctadæqualc, sicut admittenda est, *C. maj.* Ex alia parte videtur Pelagium has mo-
secundum quid et inadæquate, *N. maj. M hanc sensum D. min.* Inlcrnæ illus- tiones morales ex parte intellectus admi-
trationes sunt gratia Christi secundum sisse, non ut simpliciter necessarias ad pos-
quid et inadæquate, *C. min.* simpliciter se, sed tantum ad facilius posse. Quia 1°
et adæquate, qualis admittenda est, *N. min.* Ultra enim gratiam interna: illustra- S. Aug. 1. de Gral. Christi c. 7, quxrens
tionis qua novimus quid sit agendum, est quodnam sit istud auxilium quod Pelagius
altera et principalis gratia voluntatis qua requirit ad facilius posse, dixit esse inter-
facimus quæ agenda novimus; et hanc es- nas revelationes. 2° Quia ibid, c, 40, post-
se necessariam nunquam agnovit Pelagius. quam dixit Pelagium *velle nos adjuvari*
Petes utrum Pelagiani has gratias mo- *gratia Spiritus sancti, non quia sine illo etiam per solam naturæ possibilita-*
rales ex parte intellectus admiserint ul *tem non possumus resistere tcnlaiori, seu ut facilius resistamus,* subdit :
simpliciter necessarias ad posse, an solum « Quod tamen qualecumque et quantu-
ut utiles et ad facilius posse? » lumcumque adjutorium, eum credibile
II. rem videri dubiam. » est in hoc constituere, quod nobis adda-
Ex una parte videntur eas admisisse ut » tur scientia revelante Spiritu per doctri-
simpliciter necessarias. Quia 1° si Pelagia- » nam, quam vel non possumus, vel dilli-
ni non admisissent illas illustrationes in- » cile habere possumus per naturam; » cl
ternas ul necesarias ad posse, sed solum hæc eruit S. Doctor ex Epistola ad Deme-
ad facilius posse, frustra S. Aug. lanlm» triadem. 5° Quia ibidem cap. 41,cum dixit
laborassel ut ostenderet illas non recedere gratiam Pelagii pertinere, «d doctrinam, ut
a lege et doctrina ; sed compendio rem ab- qua via per quam ainbuUre debemus, de-
solvisset , dicendo Pelagianos non admit- monstretur, subjungi! *t* ·‹ Quamvis et ip
tere gratiae necessitatem. 2° Quia S. Aug. » sam viam contendat etiam sola invenin
lib. 1 de Grat. Christi cap. G dicit de Pe- » posse natura, sed facilius si adjuvei
lagio : « Sed ne nihil de gratia docuisse » gratia. »
» videretur, adjunxit dixitque possiDilita- Scio quosdam recentiores solvere hunc
» tem grati® semper adjuvari auxilio, non nodum, dicendo gratiam interioris illumi-
» autem ipsam operationem : quod si dixis-

nationis posse considerari dupliciter : vel ex parte objecti quod intellectui absolute aut ciafius proponitur; vel cx parte intellectus qui ad assenliendum vel credendum elevatur ct corroboratur : Pelagium autem equidem admisisse gratias interioris illuminationis ex parte objecti ut simpliciter necessarias ad posse, sed ex parte intellectus ut utiles tantum et ad facilius posse. noster Gonet. et partim Tournely.

Verum per istam gratiam ex parte intellectus, vel intclligunt piam motionem voluntatis ad determinandum intellectum ut assentiatur aut credat revelatis obscuris (evidentibus enim necessario assenlitur), vel lumen infusum intellectui, quo percipiat ea quæ ipsi proponuntur. Si primum, nihil ad rem; ista enim pia motio voluntatis perlinet ad gratiam operis et voluntatis, de qua non est hic quæstio, sed infra. Si secundum : contra est. i° Nullibi legimus in S. Augustino Pelagium adhibuisse hanc distinctionem metaphysicam in revelationibus internis. 2° Quia Pelagius aperte expressit hanc gratiam ex parte intellectus, seu lumen infusum *per oculorum cordis apertionem ct per multiforem gratiæ illuminationem ;* quid est enim aperire oculos cordis aut illuminare intellectum, nisi lumen ipsi infundere ut cognoscat quæ ipsi objiciuntur? 5° Quia nisi ita esset, non magis forent utiles istæ illustrationes ex parte objecti quam si corpus perfecte illuminatum objiceretur oculis cæci.

Forte itaque verius solvitur dubium, dicendo vel S. Augustinum in textibus secundo loco propositis respexisse ad primum statum hærcsis Pelagianæ, in quo Pelagius solam legem et doctrinam exteriorem reputabat necessariam, internam voro tantum utilem ct ad facilius ; vel ipsum haeresiarcham pugnantia locutum fuisse, ut agnoscit ipse S. Aug. cap. 57 ejusdem libri his verbis : « Istam sane legi n (Epistolam ad Demetriadem), mibique » pene persuaserat hanc illum gratiam, de • qua est quæstio, confiteri; quamvis in » multis ejus opusculi locis sibi ipse con- » tradicere videretur. »

Dico 5°. Pelagiam admiserunt gratiam possibilitatis, seu quæ dat posse : in quo autem eam reponerent, an in sola lege et doctrina sub quibus continentur aliæ gratiæ morales ex parte intellectus, an in aliquo alio ampliori adjutorio, incertum est.

Prob. prima pars ex S. Aug. lib. de Grat. Christi cap. 5, 4, 5, etc. uhi docet Pelagium hæc tria distinxisse, possibilitatern, voluntatem seu volitionem et actum; solam vero possibilitatem adjuvari a Deo, non alia duo. « Denique, inquit de Pelagio » cap. 5, gratia Dei non ista duo quæ nos- » tra omnino vult esse, id est, voluntatem » *et* actionem, sed illam quæ in potestate » nostra non est, et nobis ex Deo est, id » est, possibilitatem perbibet adjuvari, » tanquam illa quæ nostra sunt, hoc est, » voluntas et actio, tam sint valentia ad » declinandum a inalo et faciendum bo- » num, ut divino adjutorio non indigeant; » illud vero quod nobis ex Deo est, id est, « possibilitas, tam sit invalidum, utscm- » per gratiæ adjuvetur auxilio. »

Et cap. 4 sequenti, sic Pelagium inducit loquentem : « Nos sic tria ista distingui- » mus.... primo loco posse statuimus, se- » eundo velle, tertio esse: posse in natura, » velle in arbitrio, esse in elfectu locamus: » primum illud, id est, posse ad Deum pro- » prie pertinet, qui illud creaturæsuæcon- » tulit; duo vero reliqua, hoc est, velle et υ esse, ad hominem referenda sunt, quia » de arbitrii fonte descendunt:ergo in vo- » luntate et opere bono laus hominis est, » imo et hominis et Dei qui ipsius voluntatis et operis possibilitatem dedit, quique » ipsam possibilitatem gratiæ suæ adjuvat » semper auxilio : quod vero homo potest » velle bonum atque perficere, solius Dei » est. » Et cap. 5 ejusdem libri idem S. Doctor de eodem Pelagio loquens, sic ait : « Possibilitatem, voluntatem, actio- » nem, tanta subtilitate curavit dislingue- » re, ut quandocumque legimus vel audi- » mus divinæ gratiæ adjutorium confiteri, » sive in lege et doctrina, sive ubilibet » constituat, sciamus quod loquitur, nec » erremus aliter cum intelligendo quam u sentit. Scire quippe debemus quod ncc » voluntatem nostram, nec actionem dinno » adjuvari credit auxilio, sed solam possi- » bilitatem voluntatis atque operis, quam » solam in his tribus nos habere affirmat cx » Deo; tanquam hoc sitinfirmum quod ipse » Dens posuit in natura ; extera vero duo » quæ nostra esse voluit, ita sint lirina d « fortia etsibi sufficientia, ut nullo indi- «géant ejus auxilio; et ideo non adjuvet

. nt velimus, non adjuvet ut agamus, sed « tantummodo adjuvet ut velle et agere va- » leamus. » Denique S. Doctor cap. 47, totam gratiæ controversiam ad hoc unum reducit, ut Pelagius præter auxilium possibilitatis quod admittebat, voluntatis etiam et actionis auxilium admitteret. « Si ergo, » inquit, consenserit nobis non solum pos- » sibilitatem in homine.... sed ipsam quo- › que voluntatem et actionem divinitus ad- : juvari, et sic adjuvari ut sine illo adjuto- • rio nihil bene velimus et agamus, eam- a que esse gratiam Dei per Jesum Chris- » tum Dominum nostrum.... nihil de ad- 3 jutorio gratiæDei, quantum arbitror, in- « ter nos controversi® relinquetur. » Ex quibus evidenter habemus Pclagianos admisisse gratiam possibilitatis seu quæ dat posse. Sed quædam in his testimoniis observanda sunt : primum , gratiam possibilitatis, de qua hic est sermo, non esse eamdem cum illa quam Pelagius alibi admittit ad facilius agere ct ut datam meritis nostris, ut existimat doctissimus quidam recenlior, siquidem gratia possibilitatis quam liicadmittitPelagiussemperadsitantequam operemur, adeoque antequam mereamur, et detur nobis, quia posse nostrum est *invalidum* et *infirmum*, ut patet ex dictis, ideoque necessario requiratur.

2' Observandum est (ct est secunda pars conclusionis) incertum esse an istud auxilium possibilitatis in solis gratiis moralibus, quæ intelliguntur per legem et doctrinam, reposuerit; an in aliquo ampliori auxilio, afficiens physice voluntatem. Istud dubium oritur ex his S. August, verbis citatis lib. de Grat. c. 5 : « Quodcmnque » legimus vel audimus divinæ gratiæ adju- » lorium confiteri, sive in lege et doctrina, « sive ubilibet constituat. » Et ex his c. 14: « Venire posse ad Deum in natura po- » nit Pelagius, vel etiam ut modo dicere » capit in gratia, qualemlibet eam sen- » tiat. » Ex quo manifestum est non constitisse S. Augustino quid intelligeret Pelagius per auxilium possibilitatis, an solas gratias morales, an aliquid amplius.

Observandum 5° quod, cum gratia sufficiens quæ dat posse, apud catholicos admittat latitudinem, ita ut alia det posse remotum, alia proximum ct expeditum; alia ▸it miliciens in suo genere, alia sufficiens in omni genere possibilitatis, etc. videatur certum Pelagianos admisisse saltem gratiam sufficientem remote in suis gratiis moralibus qua externis qua internis De gratia vero sufficiente prox'me et complete, eo gradu incertum manet quo incertum esse diximus ex S. Aug. an ultra gratias morales aliquod amplius adjutorium ad voluntatis possibilitatem requisieril; ut enim voluntas censeatur proxime et complete potens, non sufficit gratia moraliter movens, sed requiritur gratia ipsam voluntatem physice afficiens, elevans et proportionans actibus supcrnaturalibus : nisi forte solvatur dubium ex verbis S. Aug. supra citatis cap. 47 lib. de Grat, in quibus nihil exigit a Pelagio ad gratiam possibilitatis ultra id quod admittebat, sed totam controversiam devolvit ad hoc unum, ut etiam voluntatis et actionis gratiam ut necessariam et gratuitam admittat. Unde posset inferri juxta S. Aug. Pelagium admisisse veram et completam possibilitatem voluntatis, adeoque gratiam proxime sufficientem, quovis tandem modo eam explicaret; idque probabile nobis videtur.

Gravior est difficultas utrum tandem Pelagiani in ultimo suæ hæreseos statu admiserint gratiam voluntatis et actionis. Obstare videntur quæ in hac conclusione adduximus S. Augustini testimonia ex lib. de Grat. Christi : suadent e contra gravia alia ejusdem S. doctoris testimonia : quapropter ad eorum et contrariarum in hac materia opinionum conciliationem,

Dico 4°. Probabilius est Pelagianos variis catholicorum argumentis et Ecclesiæ condemnationibus ubique agitatos, tandem admisisse gratiam operis ct voluntatis quæ facit bene velle ct bene operari; sed falsis suis interpretamentis vim ejus evacuasse, quod nempe contenderent 1° eam non esse absolute necessariam ad bene volendum et agendum, sed tantum ad facilius et perfectius volendum ct agendum ; 2° eam non dari gratis, sed bonæ voluntatis meritis retribui : unde diverso sensu rectedici potest cosadmisisscctnonadmisissehancgratiam.

Prob. variis S. Aug. testimoniis. 1° Lib. jam sæpe citato de Grat. Chr. cap. 23, fatetur Pelagium admisisse tandem « mag- » num adjutorium divinæ grati», ut cor » nostrum quo voluerit Deus ipse declinet. » Sed hoc tam magnum adjutorium, inquit » S. doctor, sicut iste desipit, tunc mere-

« mur, cum sine illo adjutorio non nisi de » arbitrii libertate ad Dominum curri- » mu'*. »2«Senn. <3 de verbis Apost. cap. 12 : « Coarctati sunt aliquando gratiam » confiteri, et benedicimus Deum, quia vel » hoc aliquando dixerunt; accedendo enim » proficere potuerunt et ad id quod vere » rectum est pervenire. Jam vero dicunt » adjutricem esse gratiam Dei ad facilius » faciendum. Ista sunt verba eorum. Ad hoc » dedit, inquiunt, Deus gratiam suam ho- » minibus, ut quod facere jubentur per li- » herum arbitrium, facilius implere pos- » sint per gratiam; velo facilius, remo dif- » ficilius, et tamen remo itur; jumento fa- » cilius, pedibus difficilius, sed tamen et » pedibus pervenitur. » 5° Lib. de Grat. et Lib. Arbit. scripto sex annis post librum de Grat. Christi, scilicet anno 424, dicit S. docl. cap. 14 : « Cum fuerint convicti » non defensores sed inflatores et præcipi- » tatores liberi arbitrii, quia neque scien- » tia divinæ legis, neque natura, neque ◗ sola remissio peccatorum est illa gratia * quæ per Jesum Christum Dominum nos- » trum datur, sed ipsa facit ut leximplea- » tur, ut natura liberetur, peccatum non » dominetur : cum ergo in his convicti fue- » vint, ad hoc se convertunt ut quoinodo- » cumque conentur ostendere gratiam Dei » secundum merita nostra dari. Dicunt * enim , etsi non datur secundum merita » bonorum operum, quia per ipsam bene » operamur, tamen secundum merita bonæ » voluntatis datur, quia bona voluntas, in- » quiunt,praecedit orantis, quam præces- » sit voluntas credentis, ut secundum hæc » merita gratia sequatur exaudientis Dei. ›

Nihil his verbis expressius, ex quibus palam est Pelagianos tandem convictos non sufficere legem et doctrinam sub qua continentur omnes graliæ morales, nec remissionem peccatorum; tandem admisisse gratiam qua lex *impleatur*, qua natura *liberetur,* qua *peccatum non dominetur,* per quam *tandem bene operemur* quæ est ipsissima gratia operationis et efficax; quamvis in hoc errarent quod vellent eam dari meritis bonæ voluntatis et ad facilius tantum. 'randi,m S. Aug. lib. dc Dono Persev. quem anno 429, sub finem vite, scripsit, cap. 2, errores Pelagianorum ad tria tantum capita reducit, quorum nullum negat gratiam operationis et voluntatis. « Tria, iti- quit, sunt quæ maxime adversus Pehr'a- nos catholica defendit Ecclesia. Quorum » est unum, gratiam Dei non secundum » merita nostra dari; lUoniarn Dei doni » sunt, et Dei etiam gratia conferuntur me- » rita universa justorum. Alterum est, in » quantacumque justitia sine qualibuscum- » que peccatis in hoc corruptibili corpore » neminem vivere. Tertium est, obnoxium « nasci hominem peccato primi hominis. »

Igitur ex S. Aug. evidenter habemusPelagianos , vitra gratias morales et gratiam possibilitatis,admisisse tandem gratiam qua Deus cor inclinat, qua *lex impleatur,* qua *bene operamur, magnum graliæ adjutorium,* hoc est, gratiam efficacem voluntatis et actionis.

Sed quia volebant eam dari merito priorum operum bonæ voluntatis, ideoque ca priora opera bona fieri sine illa, item et quod ad subsequenda opera non esset absolute necessaria, sed tantum ut facilius et perfectius fierent; hinc continuo repetitS Aug. in lib. de Gratia Christi, Pelagianos docere *solam possibilitatem adjurari* (intelligendo nempe possibilitatem ad ista priora opera bonæ voluntatis meritoria gratiæ) non *vero voluntatem et actionem adjuvari,* intelligendo voluntatem et actionem præviam, quæ merebatur gratiam ad opera sequentia facilius et perfectius peragenda. Hinc etiam ibid, sæpe repetit Pelagianos negasse necessitatem graliæ Christi; quia cum eam admitterent ad facilius tantum et perfectius agendum, hoc ipso necessitatem ejus negabant.

Et hæc est solutio præcipuæ objectionis quam depromunt ex sæpe laudato libro de Grat. Christi ii qui volunt Pelagianos nunquam admisisse gratiam voluntatis et actionis. Equidem nunquam admiserunt gratiam voluntatis et actionis ad ea opera prævia quibus illam meremur, volebant enim illam dari meritis naturae; neque illam admiserunt ut necessariam ad opera subsequenda, sed tantum ut facilius et perfectius fierent. Cui solutioni addi potest qm›d, etsi Pelagiani tunc cum S. Augustinus incumberet compositioni operis sæpe laudati de Gratia Christi, anno scilicet 418, nondum admitterent gratiam iiiam, potuerunt tamen admittere in posterum anno 424, quoS. Augustinus composuit lib.deGr.it. et Libero Arbit, et anno 429, quo edidil

librum de Dono Perseverant. Ex quibus duobus ult inis operibus maxime probamus a«scrtionein nostram; sicque sponte sua caditobjectio petita exlib. de Grat.Christi.

Objiciunt insuper testimonium S. Aug. petitum ex lib. de Hæresibus, quem sub finem vitæ scripsit et quem morte praeventus imperfectum reliquit ; ibi enim S. doctor Hæresi 88, exponens Pelagii dogma, dicit : « Illam gratiam Dei sine qua nihil » boni possumus facere , non esse dicunt » nisi in libero arbitrio, quod nullis suis » præcedentibus meritis ab illo accepit nos- * tra natura : ad hoc tantum ipso adjuvan- » te per suam legem atque doctrinam, ut « discamus quæ facere atque sperare debea- » mus; non autem ad hoc per donum Spi- » ritus sancti, ut quæ didicerimus facien- a da faciamus, ac per hoc divinitus dari no- » bis scientiam qua ignorantia pellitur, a charilatem autem dari negant qua pie » vivitur, ut scilicet cum sit Dei donum » scientia, quæ sine charitate inflat, non sit u donum Dei ipsa charitas quæ, ut scien- » tia non indet, ædificat. » Ergo ex S. Aug. Pelagiani omnem gratiam in lege et doctrina statuerunt quibus possibilitas juvare- tur, gratiam autem qua pie vivitur, id est, actionis rejecerunt.

Λ. *ut supra D. primam partem consequentis.* Omnem gratiam possibilitatis in lege ct doctrina statuerunt, transeat; dubitavit enim alibi S. Aug. an præter gratias morales aliquid amplius non admiserit Pelagius, ut observavimus supra ; omnem gratiam voluntatis et actionis, iV.Non enim potuit dicere S. Aug. gratiam quam Pelagius docebat dari secundum merita esse arbitrium adjectum per legem et doctrinam, siquidem arbitrium lex et doctrina dantur ante omne opus bonum, ac perinde impiis et justis.

Undead secundam partem consequentis, D. pariter. Gratiam qua pie vivitur, id est, actionis rejecerunt quoad opera praevia illius graliæ meritoria, *C.* quoad opera **subsequenda,rejecerunt** ut absolute necessariam, *C.* ut utilem et ad ea facilius et perfectius perficienda, *N. Solutio patet ex dictis,* sed et maxime ex ipsis S Aug. verbis immediate præcedentibus ea quae nobis objiciuntur. « De- » nique Pelagius, mqui S. o i r. a fra- « tribus increp itus quod nihil tribueret

» adjutorio gratiæ Dei, correptioni eorum » hactenus cessit, ut non eam libero arbi- » trio præponerel, sed infideli calliditate » supponeret, dicens ad hoc eam dati ho* » minibus, ut quæ facere per liberum ju- » bentur arbitrium, facilius possint imple- » re per gratiam. » Ubi vides Pelagianos catholicorum correptioni cedentes, tandem veram eorum gratiam admisisse, sed in hoc eam adulterasse quod illam supponerent libero arbitrio , id est, vellent eam dari juxta prævia libertatis merita, nec absolute esse necessariam, sed utilem duntaxat ad melius et facilius agendum.Unde etsi concederemus S. Aug. in verbis sequentibus nobis objectis loqui de gratia adomniabona opera etiam subsequentia et perfectiora, merito dixit Pelagianos negasse gratiam qua pie vivitur a Deo dari et esse donum Dei ; cum enim assererent sine illa absote nos posse consequenter pie vivere et meritis nos eam acquirere, inde sequebatur non tam dari a Deo quam esse a nobis, nec dari ad pie vivendum, sed pie viventibus.

Consectaria præeedentis doctrina:.

Colliges i°, Pelagianos in ultimo statu suæ hærescos ad Scmi-Pelagianismum declinasse, cum hoc tamen discrimine quod Semi-Pelagiani vellent tantum initium bonæ voluntatis seu fidei qualecumque(quod nolebant donari titulo boni operis) esse a nobis, opera vero bona esse a gratia De' intuitu initialis bonæ voluntatis collata. E contra Pelagiani contendebant etiam bona opera esse a nobis, eaque esse meritoria gratiæ, quæ tamen non nisi ad melius et perfectius operandum essetutilis, non omnino necessaria.

Colliges 2°, tres fuisse præcipuos errores quibus Pelagiani pertinaciter adhæsere, quos retulimus ex S. Aug. c. 2 de Dono Persever. primum, nempe aliorum fontem, nullum peccatum ab Adamo ad posteros traduci, sed solo exemplo primum parentem nobis nocuisse, ut jam observatum est, et ideo naturam nostram nullatenus fuisse vitiatam , sed æque habilem ad bonum ac fuerit in Adamo ante lapsum ; hinc gratiam non esse necessariam ad bene vivendum, sed bene viventibus conferri ut perfectius et facilius Deum col.uu .«incedebant tamen pueri» u'd.iei c »u erri baptismum, nun ut a jnxcdtu inumhircii-

lur, scà ut gratia per cum collata hæredes fierent regni coelestis.

Secundus error ex hoc primo fluens est gratiam dan secundum merita nostra. Tertius est, homines bene utendo libero arbitrio, ad tantam perfectionem pervenire,ut omne peccatum etiam collective vitare possent, nec ad hoc indigerent gratiæ auxilio.

Hi, inquam, tres sunt errores præcipui a quibus nunquam recesserunt Pelagiani et ad quos reducuntur alii minus præcipui; v. g. concupiscentiam non esse malam, quia proprietas est naturæ ; morbos et miserias non esse originalis peccati poenas ; Adamum etsi non peccasset, perinde moriturum,-parvulos sine baptismo morientes habere quamdam beatitudinem, non tamen regni coelestis ; idem de adultis infidelibus, qui legem naturalem servassent.

Colliges 5°, gratiam de qua tandiu fuit concertatio inter S. Augustinum et Pelagianos, fuisse gratiam actualem bonæ voluntatis et actionis, necessariam ad singulos pietatis actus, et gratuito non ex meritis naturæ collatam. Quia, *ulprobavimus,* Pelagiani admiserunt gratiam habitualem, gratiam possibilitatis , gratias mtfrales ex parte intellectus, imo probabilius gratiam voluntatis ct actionis, sed non gratuitam nec necessariam.

Colliges 4°, hanc gratiam voluntatis et actionis necessariam et gratuitam quam S. Augustinus præsertim propugnavit adversus Pelagianos, non fuisse gratiam indifferentem et expectantem consensum nostrum ut sit efficax, sed per se et vi sua hujus consensus ct operis efficacem.

Patet 1° quia S. Augustinus totus et perpetuus fuit ut defenderet gratiam quæ facit ut faciamus, efficiendo de nolentibus volentes, de repugnantibus consentientes, cuique tribuit quidquid boni fit a nobis, consequenter hoc ipsum quod gratiæ consentiamus : hujusmodi autem gratia , *ut patet,* non est indifferens et expectans consensum nostrum utsitcfficax,cum illum efficiat : ergo ex se et ex propriis est efficax et determinans voluntatem ad consentiendum.

2° Pelagiani et (Semi-Pelagiani recusabant admittere gratiam quam defendebat S. Augustinus, quia criminabantur per eam tolli libertatem, nos nihil operari, fatalem induci necessitatem correptionis exhortationis et orationis necessitatem tolli .homines in desperationem adigi, ut patet ex omnibus S. Augustini operibus : atqui hæc contra gratiam indifferentem oninibusoblatam et ex consensu voluntatis cflicacem, non objecissent viri aliunde acuti et intelligentes : ergo. Plurima in hanc rem S. Augustini testimonia refert Jansens Elinga dissert. 12.

Observandum est, me dixisse simpliciter *gratiam per se efficacem,* ut abstraherem a modo quo hæc ejus efficacia explicatur, sive per motiones morales, sive per delectationem, sive per actus indelibcratos, sive per multiplicationem auxiliorum, sive per Dei decretum immediate, sive tandem per motionem fluentem seu præmotionem physicam; magis enim intenditS. Augustinus defendere necessitatem gratiæ, quæ consensum nostrum non expcctaret, sed illum ex omnipotentissima Dei voluntate efficeret, quam hujus cfficaciæ modum inquirere.

Dices cum Honorato Tournely. Gratia quam S. Augustinus propugnaviteontra Pelagianos perlinet ad fidem Ecclcsiæ, ut constat ex ipso S. Augustino lib. de Grat. Chr. cap. 10, et ex Innocentio I, in Epist. ad patres Carthaginenses, inter Augustinianas 91. Atqui gratia per se efficax non pertinet ud fidem, alioquin forent hærctici qui illam impugnant, quod nefas est dicere : ergo.

Bcspondent quidam , duo esse distinguenda in S. Augustini doctrina, nempe gratiæ necessitatem et ejus efficaciam, seu modum cfficaciæ a seipsa; utrumque quidem propugnavit S. Augustinus : primum certo ut fidei dogma; at non ita constat de secundo , adeoque nec certum quod Pelagianos accensuisscthæreticis, si concessissent hujus gratiæ necessitatem , camque non dari secundum merita , quamvis negassent eam esse per se efficacem. Unde ex nostra assertione non sequitur catholicos impugnatores gratiæ per se efficacis, qui duo prima concedunt et ultimum negant, esse hæreticos, sed duntaxat cosadhærere systemati ab Augustinianoalieno; et quamvis sint quædam eorum doctrinæ consectaria quæ Pelagianorum et Semi-Pelagianorum erroribus propius recedere videantur, hæc tamen negant sequi ex suo systemate.

.■*ilii,* quibus certum videtur S. Augustinum propugnasse ut dogma fidei gratiæ perse ellieacis necessitatem, *brevius respondent ad minorem ;* Judicet, inquiunt, mater Ecclesia, ante cujus judicium nemo est condemnandus.

ARTICULUS II.

De Scmi-Pelagianismo.

§ I. — *Synopsis historica et errores Scmi-Pelagianorum,*

I. Ipse S. Augustinus lib. de Prædest. Sanet, cap. 5, fatetur se ante episcopatum fuisse in errore qui postea fuit Semi-Pelagianorum, sed ab eo revocatum illo Apostoli dicto : *Quid habes quod non accepisti* etc. ?

Vitalem quemdam Carthaginensemin eo etiam errore versatum fuisse probat Epist. 107 ejusdem S. Aug. ad ipsum data, qui sancti praesulis admonitionibus obtemperans, errorem statiin deposuit.

II. Cum Florus monasterii Adruinetini monachus quatuor circiter annis postscrijitam Epistolam 107, ad suum monasterium detulisset alteram ejusdem S. Aug. Epistolam 105, ex ea conturbati sunt nonnulli monachi, quod crederent ex S. Aug. doctrina everti liberum arbitrium : qua de causa S. antistes ct ut pacem eo in monasterio restitueret, scripsit librum de Gratia et Lib. Arbit. quo non obstante, quidam non valentes intelligerc concordiam libertatis cum gratia, dixerunt secundum S. Augustini doctrinam neminem esse corripiendum si præcepta non servaret, sed orandum ut servet ; ad quam consequentiam confutandam scripsit S. Augustinus alterum librum de Correptione ct Gratia. Hi ergo monachi non Prædeslinatianis annumerandi sunt, quasi negarent liberum arbitrium ad astruendam gratiam, ut nonnulli perperam opinati sunt, sed potius Semi-Pclagianis, cum, ut isti postea fecerunt, conquererentur tantum doctrina S. Augustini extingui liberum arbitrium.

III. Hoc autem libro deCorrept. ct Grat. delato Massiliam, ita commoli sunt quidam hujus urbis presbyteri eruditione ct religione conspicui, ut iu apertam hæresim eruperim ; et hi proprie dicti sunt Semi-Pelagiani, quia in aliquibus a Pelagio recedentes, in aliquibus eiadhærebant. Admittebant contra Pelagium peccatum originale et necessitatem gratiæ ad opera salutis; at eam cum ipso negabant ad initium salutis ct perseverantiam : ct circa hæc duo vertebatur tota eorum hæresis , quæ ad hæc tria præcipua capita reduci potest

IV. 1°. Docebant prædeslinationcm sive ad gratiam sive ad gloriam, non esse gratuitam, sed Deum æquali affectu omnes homines tam reprobos quam prædestinatos prosequi, et omnibus æqualitergratiam et gloriam offerre ; ita ut illi gratiam habeant qui ex se illi consentiunt, seu eam apprehendunt, et gloriam qui in accepta gratia ex se perseverant : Deum autem ab æterno ad gratiam praedestinasse quos prævidit esse consensuros ct ea bene usuros, et ad gloriam quos pariter præscivit in ea ex se perseveraturos. Et cum premerentur exemplo parvulorum quorum aliqui sine proprio merito prædestinantur ad baptismum et ad regnum, alii sine proprio demerito prædestinantur ad mortem : respondebant Deum uti præscientia futurorum conditionatorum, quæ nunc appellatur scientia media, et tales praedestinare ad vitam vel ad mortem, quales futuros illos in annis majoribus, si ad adultam ætatem servarentur, scientia divina praeviderit. Ita refert Prosper in Epist. ad sanctum Augustinum.

Hinc asserebant numerum prædcslinatorum non esse certum, sed quosdam in hunc ordinem in dies ascribi, quosdam expungi ; Christum aequaliter esse mortuum pro omnibus et æqualiler mortis suae pretium omnibus dispensasse, ita ut nihil plus beneficii recipcrentvasamisericordiae quam vasa iræ.

2°. Quamvis admitterent necessitatem gratiæ ad opera salutis, illam tamen denegabant ad initium salutis; illud autem initium reponebant in quodam affectu credulitatis, in pulsatione, petitione seu desiderio salutis, vel etiam in ipso consensu gratiæ oblatæ; hæc enim non annumerabant inter opera salutis, sicut, inquiebant, desiderare aut petere medicum, se credere medico, non sunt opera sanitatis.

Hunc utrumque erroremsequentibus rationibus defendebant. 1° Quia licet agnoscerent vires arbitrii per peccatum originale esse debilitatas, non tamen esse penitus exlinctas : unde sicut in primo staiu gratia

juvabat operantem, in statu naturæ lapse juvat volentem seu consentientem. 2° Quia alioquin Deus esset injustus acceptor personarum, si absque aliquo praevio merito vel dispositione, alteri daret gratiam, alteri denegaret. *3°* Quia hanc prædeslinationem gratuitam el hanc victricem gratiam quam requirebat S. Augustinus tam ad initium quam ad opera salutis, existimabant excidium libertatis, inducere fatalem necessitatem, tollere utilitatem correptionis et orationis, et ad desperationem adigere.

5°. Circa perseverantiam idem docebant quod circa initium salutis, ad eam nempe non requiri gratiam, sed esse cx nobis; quia perseverantiam non reponebant in aliquo actu quo justus perseverare vellet (hic enim actus est perfectæ virtutis ct opus salutis quale illi nolebant fieri sine adjutorio gratiæ), sed in eo reponebant perseverantiam, ut quis coopcranti Deo suum consensum constanter præberet : unde initium salutis et perseverantia juxta Semi-Pelagianos in eo coincidebat, quod, cum primo incipimus Deo consentire, sit initium salutis; cum vero in illo consensu jam prælito usque ad finem vitæ permanemus, sit perseverantia. Ilæc omnia constant ex epistolis Prosperi et Hilarii ad S. Augustinum.

Auctores Semi-Pelagianismi.

v. Celebrior fuit Joannes Cassianus, Collator dictus, ob libros Collationum Patrum, in quibus et præsertim collatione 15 quæstCheremonis abbatis, errorem aperte docuit : qua patria sit oriundus, incertum est; alii Scytham, alii Gallum dicunt : utut sit, monasticam vitam adolescens professus est, et peragratis Palæslinæ et /Egypti cœnobiis, Constantinopolim appulit, ubi a S. Joanne Chrysostomo diaconus ordinatus est, quo defuncto, venit in Gallias et Massiliæ substitit. Non obstat quod aliquando loqui videatur catholice; ea enim est sors et fraus hærelicorum contraria scribere; idque Cassiano exprobrat S. Prosper lib. cont. Collât.

Faustus ex Lirinensi abbate episcopus Rh egiensis, ex Collationibus Cassiani cum quibusdam aliis monachis errorem hausit, ejusqtie fuit accerrimus defensor in lib.de tirai, et Lib. Arbit. quem edidit contra PrædestLnatianos.

I Gennadius presbyter Massiliensis, tu libro dc Viris illustribus, huic causa: et errori palam patrocinatus est. His accessit quidam Vincentius Sj Cujus objectionibus respondet S. Prosper : an fuerit celebris Vincentius Liiincnsis, auctor Commonitorii adversus profanas novitates, an quidam alius, disputant auctores. Vasques Semi-Pelagianis annumerat magnum Clirysostomum, sed injuria, cum veritatem contrariam aperte doceat in variis operibus, prasertim Hom. 1 de Adam et Eva.

Cælerum observandum est, plures auctores excusare ab hærcsi formali Cassianum, Faustum, Gennadium et eorum contemporaneos; qua eorum error nondum tunc ab Ecclesia fuerat aperte damnatus, quod non est improbabile, ut patebit infra ; et quidem Cassianus et Faustus cultu sanctorum in suis provinciis decorantur.

Impugr.ntores Semi-Pelagianismi.

VI. Semi-Pelagianorum errores S. Augustinus, a S. Prospero el Hilario (quis fuit iste Hilarius, an episcopus Arelatensis, an alius, dubium est) monitus, primusomnium confutavit sub finem vitæ, duobus libris de Praedestinatione Sanctorum et de Dono Perseveranti®, ipsis Prospero et Hilario inscriptis, anno circiter 429.

Mortuo S. Augustino, et ideo invalescentibus Semi-Pelagianis, Prosper et Hilarius profecti sunt Romam ad Coeleslinum papam, ut eos reprimeret. Is anno 452, Epistola data ad Galliarum episcopos. S. Augustini doctrinam vindicavit adversus Semi-Pelagianorum calumnias, dicens inter cætera, quod *nunquam hunc sinistra suspicionis rumor aspersit.*

Annexa sunt huic Epistolæ decein Capitula, quibus errores Semi-Pelagianorum proscribuntur; hæc Capitula esse Cœleslini negant quidam reccntiores · attamen a Petro diacono non multis post annis in libro de Incarnat. Christi, item a Cresconio et Dionysio Exiguo , Cœlestino ascribuntur, atque ab omnibus antiquis sub ejus nomine citata fuere usque ad annum 1591, quo editor Decretalium ad marginem apposuit hæc fuisse a Prospero addita : quæ tamen annotatio non habetur in vetustis codicibus, praecipue in illo qui in Vaticano asservatur, ut testatur no<ter Gonzales olim collegii nostri Romani rc-

gens. Indeque redditur suspecta hæc annotatio marginalis, quod adjecta sit tempore ano fervebant disputationes dc /its, annu scilicet 1591. Unde apparet quod si hæc Capitula non sint Cœlestini, saltem sunt ejus jussu vel approbatione scripta a S. Prospero, vel aliquo alio doctore hocque temperamento facilius ab hæresi excusantur primi Semi-Pelagianismi auctores et fautores. In quinto autem ex his Capitulis legitur, quod *Ha Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit;* et in septimo, quod *hoc auxilio Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur.*

Anno 455, S. Prosper Cassianum impugnavit, edito contra Collatorem libro, qui vix lucem aspexit, cum Semi-Pelagiani quindecim propositiones absurdas et erroneas velut a S. Augustino assertas in vulgus sparserunt, quibus respondit S. Prosper opusculo quod inscripsit : *Desponsiones ad capita Gallorum.*

Eodem fere tempore presbyteris Gonuensibus, Camillo ct Theodoro, quxdam dubia circa S. Augustini doctrinam patientibus, satisfecit opusculo inscripto : *Desponsiones ad excerpta Genuensium.*

Sub idem ferme tempus idem S. Prosper opusculo inscripto : //d *capitula objectionum Pinccntianarum responsiones,* confutavit Indiculum a quodam Vincendo editum sexdecim propositionum impiarum, quas S. Aug. doctrinæ affingebat.

Auctor operis *de Pacatione gentium,* sive Prosper, sive alius, etiam Semi-Pelagianos expugnavit.

Anno 494, Gelasius papa, in synodo Romana, Fausti ct Cassiani libros damnavit, sanctorum vero Λuguslini et Prosperi opera commendavit.

Anno 520, Scythæ monachi, inter quos eminebant Maxentius et Petrus diaconus, et qui assertione hujus propositionis, *Unus de Trinitate passus est carne,* tot turbas sub llormisda! pontificatu excitarunt, etiam Fausti libros impugnarunt, dato libello *de Incarnatione et Gratia* ad episcopos Africanos in Sardinia cxulcs. Hi monachis re-pomleninl eorum fidem probantes, et Faiiili doctrinam, tacito tamen ejus nomine. refellentes.

Interea temporis Hormisdas Fausti libros, in Epistola ad Possessorem ex Africa Constantinopoli exulem data, nulliusin Ecclesia auctoritatis esse declaravit,

Anno Christi 522, Fausti libros, de quorum orlhodoxia maxima tunc erat disputatio, ad eosdem A fricanos episcopos in Sardinia cxulcs transmiserunt iidem Scythæ monachi, ut de illis sententiam dicerent. Hos, ut haereticos damnarunt sancti antistites anno 525, et S. Fulgendo contra Fausti errores scribendi provinciam imposuerunt. Is Ruspensis episcopus cum aliis exui septem libros de *Gratia et Libero Arbitrio* contra duos libros Fausti elucubravit. Redux in suam ecclesiam, tres libros de *Peritale Praedestinationis et Gratiæ* adversus Fausti sectatores conscripsit.

S. Cæsarius ex monacho Lirinensi, primum monasterii prope Arelatum abbas, deinde Arelatensis episcopus, librum de *Gratia et Libero Arbitrio* adversus errores Fausti et in S. Augustini doctrinæ commendationem edidit.

Felicis III Romani pontificis opem adversus Semi-Pelagianos imploravit S. præsul; transmisit ad ipsum Felix quædam Capitula apud Sedem apostolicam asservata de *Gratia ct Libero Arbitrio,* ex S. Augustini operibus excerpta, quæ Cæsarius in synodo secunda Arausicae *{Orange},* occasione dedicationis ecclesiæ congregata anno 529, protulit, ex quibus confecti sunt viginti quinque canones in damnationem Semi-Pelagianismi.

Hanc damnationis sententiam confirmavit Bonifacius II, Felicis successor, ut constat ex ejus Epistola ad Caesarium data anno 550, in qua inter alia dicit : « Qua- » propter affectu congruo salutantes, *sr* » pra scriptam confessionem vestram coik » sentaneam catholicis Patrum regulis ap- » probamus. ›» Quo tandem ultimo ictu attrita est hæresis Semi-Pelagiana. Hanc synodum Arausicanam pariter confirmavere synodus Valentina anno 840, elTridentina sess. 6, cap. 1, 2 et 5, anno 1546. Hos canones Arausicanos, quibus continetur fides Ecclesiae circa gratiam , diligenter perpendat lector Augustiniaiiæ el Thoinisticæ doctrinæ studiosus.

$ II. — zln ***el quatern gratiam Semi- Pelagiam admiserint ad itiitiumjidci ct solat ts?***

Quaestionem inlricalissimain hir pro[>o-

nimus. Cum enim Semi-Pelagiani, ut observat S. Prosper cap. *S* contra Collât, sibi contradicerent, ct modo loquerentur ut catholici, modo ut Pelagiani, imo plerique faterentur se nihil invenire quod placeret, sed tantum displicere modum S. Augustini, haud facile est attingere praecise quid senserint; et hinc in varias opiniones abierunt theologi.

Præmitlo quæ certa videntur. 1° Certum est Semi-Pelegianis omnibus summopere displicuisse. S. Augustini gratiam victricem præviam et discretionem electorum, secundum propositum absque praescientia meritorum. Dicebant enim, referente Prospero, ad S. Augustinum, *Removeri omnem industriam tollique virtutes, si Dei constitutio humanas prævcniat voluntates, ct sub hoc prædest inat ionis nomine, fatalem quamdam induci necessitatem.*

2° Certum videtur Semi-Pelagianos ad initium fidei admisisse gratias illustrantes intellectum et moraliter atque objective moventes voluntatem, non solum exteriores, sed etiam interiores ; quia 1° dicebant omnes vocari ad fidem : *Hæc ipsorum definitio,* inquit Prosper in Epist. adS. Augustinum , *omnem hominem ad credendum ct operandum divinis institutionibus admoneri;* certum est autem non omnes vocari vocatione seu prædicalione exteriori : ergo interiori. 2° Quia erat eadem utriusque ratio apud ipsos, nec interior magis repugnabat eorum systemati quam exterior; cum enim utraque solum illuminaret ct objectis e tantum voluntatem moveret, neutra autem consensum efficeret, sed a voluntate promendum expcctaret, semper stabat initium fidei et salutis esse a nobis, et non a Deo. 5° Quia alioquin fuissent deteriores Pelagianis, qui has gratias morales ex parte intellectus admittebant, *ut probavimus superius.* 4° Patet ex Gennadio qui lib. de E clesiasticis dogmatibus cap. 19, dicit : « Manet itaque ad quærendam salutem arbi-
» trii libertas, id est, rationalis voluntas,
» sed admonente prius Deo et invitante ad
» salutem, ut vel eligat, vel sequatur, vel
» agat occasione salutis, hoc est inspira-
» tione. » bomine autem *inspirationis,* palam est significari gratiam interiorem prævenientem saltem moralem ex parte intellectus : hac quippe voce synodus Arausicana contra Semi-Pelagianos et Tridentina usæ sunt ad exprimendam gratiam interiorem ; inde etiam patres Africani probaverunt Zozimum papam gratiam interiorem admisisse, quia eam dixerat Dei instinctum seu inspirationem.

Si opponas hanc propositionem quartam Jansenii : *Remi-Pelagiani admittebant gratiæ interioris prævcnicntis neceui tatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei ; ct in hoc erant hærclici,quod vellent eam gratiam talem cssecui posset humana voluntasrcsislerevelobtempera. rc,* esse damnatam ut falsam et hærelicam.

A*, in propositione Jansenii agi tantum de gratia voluntatis stricte dicta, quæ nempe voluntatem ipsam intrinsece afficiat et ad consensum efficienter inclinet, non vero de gratia intellectus, quæ scilicet ipsum illuminet, et moraliter tantum ac objective moveat voluntatem, de qua hic loquimur. Ita ipsemet Honoratus Tournely, diligentissimus Jansenismi indagator et fervidus impugnator, q. 5 de grat. § *Quis fuerit*) etc. ubi quærit an Semi-Pelagiani interioris gratiæ nccessitatam ad initium fidei negaverint vel admiserint. Et postquam ostendit Jansenium docere eos admisisse necessitatem gratiæ interioris, notamine 5 ante conclusionem, sic ait : 5° « Notan-
» dum gratiam interiorem aliam esse in
» intellectu, qua nempe, intus illustratur;
i aliam in voluntate, qua intime et imme-
» diate afficitur ct juvatur ad bonum opm ·
» de hac una posteriori hic agitur. »

Quæstio itaque remanet utrum Semi-Pelagiani admiserint ad initium fidei gratiam prævcnientem, voluntatem ipsam intus afficientem, indifferenter tamen et sic ut voluntas posset ipsi dissentire vel consentire.

Jansenius lib. 8 de Hæresi Pelagians, c. 6, contendit Semi-Pelagianos admisisse veram gratiam interiorem prævcnientem ad initium fidei,· sed indifferentem et suspensam , atque in hoc fuisse hærelicos, quod vellent voluntatem illi posse resistere vel obtemperare ; quæ est quarta ejus propositio damnata, ut vidimus modo. Hac damnatione non obstante, pluies theologi catholici tenent eamdem sententiam quoad primam partem argumentis haud contemnendis.‘Quantum autem ad damnationem propositionis Jansenianae, multifariam re*

pondent. 1° Quidam dicunt hanc propositionem esse hypotheticam, ad falsitatem autem hypothetic» sufficere si unum membrum sit falsum, quale est secundum in hac propositione. 2° Quidam respondent quod prima propositionis pars, cum sit indefinita, consequenter universalis, sit revera falsa; quia, inquiunt, non omnes Semi-Pelagiani, sed quidam tantum admiserunt gratiam ad initium fidei. 5° Quidam dicunt quod ista gratia, quam admittebant Semi-Pelagiani ad initium fidei, nor. erat proprie et reipsa praeveniens, sed potius sequens voluntatem; quia non erat per se efficax consensus, sed ipsum expectant a voluntate, et ideo ipsam potius sequens quam proveniens. 4° Quidam tandem dicunt primam partem propositionis Jansenianæ esse merum factum, circa quod non est infallibilis Ecclesiæ definitio.

Altera sententia negat generaliter Semi-Pelagianos unquam admisisse gratiam interiorem prævcnientem ad initium fidei. Ita omnesgratiæ perse efficacis impugnatores.

Quidam distinguunt, ut jam innui, inter Semi-Pelagianos : volunt quosdam Pelagio viciniores omnem gratiam ad initium fidei repudiasse ; aliquos a Pelagio remotiores aliquam admisisse : ita Franciscus Macedo et post ipsum noster Gonet. sed in hoc non recedunt a sententia Jansenii, qui pariter distinguit istas duas classes Semi-Pelagianorum.

Doctissimus noster Goudin, cujus sententia mihi præ aliis probatur, aliter distinguit inter Semi-Pelagianos, et dicit eos diversimode intellexisse initium fidei et salutis. Quidam illud reponebant in actibus formatis, scilicet, in ipso actu fidei, vel in petitione et inquisitione gratiæ et salutis, quos tamen actus præambnlos non reputabant opera salutis ; sicut petere seu quærcre medicum, illum desiderare, seipsum illi credere, inquiebant, non sunt opera curationis et sanitatis, ut jam obser-
vavi. Quidam vero argumentis catholicorum agitati, a Pelagio magis recedentes, per initium fidei seu salutis non intelligcbantactum formatum fidei, aut alium aliquem actum bonum prxambulum, sed ita illud extenuabant, ut ad qualccumque initium bonæ voluntatis, hoc est, ad solum conseibum et acceptationem gratiæ oblatæ tandem reducerent : nam oblatam medici opem acceptare, est veluti seipsum illi credere ejusque peritiæ fidere, quod in rebus divinis fidei nomine intelligi aliquo modo potest. Ita colligitur 1° ex Hilario ad S. Augustinum : « Arbitrium, inquit, ad hoc
» tantum liberum asserunt, ut velit vel no-
» lit admittere medicinam. Cæterum abo-
» minari se et damnare testantur, si quis
» quidquam virium in aliquo remansisse
» quo ad salutem progredi possit existi-
» met. Nec ad incertum voluntatis Dei de-
» duci se volunt, ubi cis quantum putant
» ad obtinendum vel amittendum evidens
» est qualccumque sit initium voluntatis. »

1° Ex S. Prospero ad eumdem S. Augustinum : « Quidam horum, inquit, in lan-
guit a Pelagianis semitis non declinant,
» ut cum ad confitendam eam Christi gra-
» liam quæ omnia proveniat merita cogan-
« tur, ad conditionem hanc velint unius-
» cujusque hominis pertinere in qua nil.il
» eum merentem, quia nec existentem, li-
» beri arbitrii et rationalis, gratia Creato-
» ris instituit, ut per discretionem boni et
» mali ad cognitionem Dei et ad obedien-
» tiam mandatorum ejus, possit suam diri-
» gere voluntatem, atque ad hanc gratiam
» qua in Christo renascimur pervenire, per
» naturalem scilicet facultatem,quærendo,
» petendo, pulsando, ut ideo accipiat, ideo
« inveniat, ideo introeat, quia bono natu-
» ræ usus, ad istam salvantem gratiam ini-
» tialis gratiæ ope meruerit pervenire. »
Vocabunt autem liberum arbitrium initialem gratiam, seu gratiam Creatoris. Porro si quidam tantum ex Semi-PelagianisPelagio viciniores reponebant initium fidei et salutis in istis actibus formatis proambulis, sequitur fuisse aliosa Pelagio remotiores, (pii illud reponebant in qualicumque initio bonæ voluntatis, id est, in ipsa sola acceptatione gratiæ oblatæ, ut dictum est.

Hac distinctione posita, observ andum est gratiam posse considerari dupliciter, 1· ut oblatam; 2° ut coliatam voluntati : item gratiam actualem, qualiscumquc sil, non posse recipi in voluntate, nisi in ea aliquem motum seu affectum causet; est enim gratia actualis, molio ; non est autem motio moventis sine motu mobilis. His promissis,

Dico 1°. Probabilius est nulluo' Semi-Pelagianorum admisisse ad initium fidei necessitatem gratiæ provenientis indifferentis, reipsa collatæ voluntati.

Omissis variis probationibus, petitis ex ipsis Semi-Pelagianis et ex eorum impugiMtoribus SS. Augustino, Prospero et Ililario, quia et fusiores sunt, et plures patiuntur instantias et solutiones a defensoribus opin.onis Jansenii, conclusionem brevius probamus ex ipso systemate Semi-Pelagianorum et ex data notione gratiæ actualis collatæ. Igitur

Prob. 1°. Gratia actualis interior collata voluntati ad initium fidei, quantumvis supponatur indifferens et pendula ab arbitrio, repugnat capitali errori Scmi-Pelagianorum. Ergo. *Prob. ant.* Capitalis error Semi-Pelagianonim erat, quod initium fidei et salutis esset ex nobis et non ex Deo, et quod collatio gratiæ salutem operantis non procederet, sed sequeretur obedientiam nostram, juxta illud Fausti lib. 2 de Grat. et Lib. Arbit. cap. 9: *Nisi fuerit obedientiæ prannissa devotio, gratter vilescit oblatio.* Atqui si admisissent ad initium fidei et ante consensum voluntatis gratiam interiorem qualemcumquecollatam intrinsece voluntati, jam initium fidei non esset ex nobis,sed ex Deo et gratia; non sequeretur obedientiam nostram, sed obedientia gratiam : ergo. *Prob. min.* Gratia actualis interior, qualiscumque sit, collata intus voluntati eam movet et aliquid in ea operatur, scilicet pios motus et affectus ; cum enim sit motio Dei, non est motio moventis sine motu mobilis, ut dictum est : atqui illi pii motus et affectus sunt initia conversionis et salutis : ergo.

Prob. 2°. Concipi non potest gratia actualis in voluntate recepta, quæ sit indifferens et pendula ab ejus nutu, qualem defensores opinionis Jansenii dicunt Semi-Pelagianos admisisse. Ergo. *Prob. ant.* Omnis actualis gratia voluntati intrinseca, cum sit, ut iterum repetam, motio et motio ad bonum, voluntatem determinate movet ad bonum , sicquc non est indifferens et determinabilis a voluntate, sed e contra ex sua essentiali ratione est determinans voluntatem. Ergo.

Equidem, ut recte observat laudatus P. Goudin, si concipiamus Deum offerre solum gratiam actualem voluntati ad actum ejus cooperativam et expectare ut ei cooperari vebmus, tunc aliquam in gratia indifferentiam et suspensionem ad voluntatis r.v.ti.m inteUigimus; sed si concipiamus Deum ante consensum nostrum jam aliquem gratiæ motum impressisse voluntati, impossibile est hunc motum indifferentem et suspensum intelligere, cum sit actualis tendentia ad bonum, cujus effectus formalis est voluntatem actu inclinatam ad istud bonum constituere; nisi forte quis diceret istud auxilium non consistere in aliquo motu voluntati a Deo impresso, sed in aliqua habituali qualitate qua uti vel non uti possumus, quæqne sic ex nostro nutu suspendatur. Verum præterquam quod in mentem Semi-Pelagianorum venisse non facile persuaderetur, hoc auxilium foret impertinens ad propositum, cum non pertineret ad gratiam actualem de qua hic quærimus qualem admiserint Semi-Pelagiani ad initium fidei, sed ad habitualem.

Adde quod hic noster dicendi modus sit magis conformis decisioni SS. pontificis, damnantis quartam propositionem Jansenii, de qua supra.

Dico 2°. Semi-Pelagiani, saltem ii qui initium fidei reponebant insola acceptatione seu consensu graliæ, non in actibus formatis initialibus et præambulis, de quibus supra, ad illos actus formatos admiserunt gratiam cooperativam quæ ut oblata proieniret omnem voluntatis consensum, sequeretur autem ut collata, quatenus nempe a Deo offerebatur antequam homo quidquam exparte sua poneret,ut tamen reipsaemn eo cooperaretur ad illos initiales actus, ejus consensum et determinationem expectabat, non ipsa dabat.

Prob. 1° ex his Prosperi verbis in Epist. ad S. Aug. « Nec considerant se gratiam » Dei quam comitem non praviam humanorum volunt esse meritorum, etiam illis » voluntatibus subdere, quas ab ea secuu- » dum suam phantasiam non negant esse « proventas. » Ubi vides Semi-Pelagianos admittere gratiam simul et provenientem omnes actus, et comitantem omnia merita, et voluntati tamen subditam : quæ omnia non possunt competere gratiæ nisi in sensu conclusionis, ita ut oblata sit proveniens, conferenda subdita voluntati adeoque eam consequens,cooperaris tandem iis qui ex seipsis volunt agere illos actu- initiales quibus ulteriorem ad perfectiores actus gratiam merentur.

Quod totum his duobus verbis jair. citatis expressit Faustus lib. 2 de Grat, et 1. ')

Arbit. cap. 9, dicens : *Nisi fuerit obedienlite præmissa deootio, gratiæ vilescit oblatio.* Ubi iterum vides gratiam asseri omnibus sese prius offerentem, sed tamen nihil agentem, nisi obedientia, hoc est, consensus voluntatis præcesseril.

Prob. 2° ex eodem Prospero, supra laudatis verbis testante non omnes Semi-Pelagianos docuisse hominem per solam facultatem naturalem posse *quærere, petere* et *pulsare* ,-sed hanc fuisse propriam quorumdam sententiam a Pelagianis. semitis non recedentium : *Quidam horum in tantum a Pelagianis semitis non decimant,* etc. ut supra ante primam conclusionem. Ergo alii a Pelagio remotiores etiam ad illos initiales actus gratiam auxiliantem requirebant, gratiam, inquam, non quæ voluntatem ad illos actus determinaret, alioquin non fuisset subdita voluntati, sed quam voluntas sibi subjiceret, sicque exigebant ad initium fidei gratiam quæ ut oblata prior esset ipso consensu voluntatis, posterior iero ut collata et intrinsece recepta.

Prob. 3°. Non majores vires tribuebant homini lapso quam innocenti : atqui confitebantur hominem innocentem ad quemvis actum bonum, adeoque ad quaerendum, pulsandum, petendum indiguisse auxilio Dei, solumque voluntati ejus reservabant velle cooperari gratiæ oblatæ : ergo sic a fortiori in natura lapsa. Unde inquiebant, ut refert Hilarius, « In hoc solo a primo ho» mine omnium distare naturam, ut ilium » integris viribus voluntati juvaret gratia ‹ volentem , sine qua perseverare non po» terat : hos autem, amissis et perditis vi- - ribus, credentes tantum (id est, se illi “ committere volentes) non solum erigat » prostratos, verum etiam suffulciat ambu« fautes. »

Confirmatur ex Fausto lib. 1, cap. 5, latente juxta catholicam regulam opera legis evacuari, id est, nullius esse ad salutem momenti et quæ fiunt per gratiam asseri : ergo actus præambuli quibus gratiam salutis merebantur, non erant sine gratia.

Confirmabitur insuper ex objectionibus sequentibus.

Obj. contra primam conclusionem 1° ilfml S. Aug. de Prædest. Sanet, cap. 1 : • Pervenerunt isti fratres ut præveniri vo» Imitates hominum Dei gratia fateantur, * atque ad nullum opus bonum vel inci» piendum vel perficiendum sibi quem» quam sufficere posse consentiant. ·· Ergo gratiam interiorem praevenientem voluntati collatam ad initium salutis admiserunt. 2’ Gennadius et Cassianus locis supra citatis, fatentur Deum initia sanctæ voluntatis inspirare, per inspirationes bonas nosprævenire, et ob id initium salutis Deo esse ascribendum. 3° Non magis arrogabant homini lapso ad resurgendum quam homini innocenti ad standum : sed in statu innocentis admittebant prævenientem gratiam intrinsece collatam, nempe auxilium *sine quo :* ergo.

B. ad primum, ex illo aperte quidem probari conclusionem secundam, non vero negari primam. Sensus enim est, quod Semi-Pelagiani admitterent necessitatem gratiæ cooperantis, nedum ad actus perfectos, sed etiam ad initiales et præambulos, eamque gratiam prævenire voluntates nostras, nonutcollatamsedut oblatam, nonquæ voluntatem sibi subjiceretet determinaret,sed quæ voluntati subjiceretur,cujus nempe expectabat consensum, non quem dabat; eo enim sensu S. Aug. dicit Semi-Pelagianos docere voluntates nostras a gratia præveniri quo id acceperat a Prospero cui respondet : Prosper autem non dixerat eos admittere gratiam absolute prævenientem,sed comitem et subditam voluntatibus hominum, quas tamen ab ea gratia non negabant secundum suam phantasiam esse præventas.

B. Ad secundum, Gennadium et Cassianum nomine inspirationis, non intelligere gratiam voluntati collatam,sed solum gratiam moralem intellectus illuminativam et voluntatis objective motivant, prout explicuimus supra.

B. ad tertium y per auxilium *sine quo* intelligi gratiam cooperantem, nec neccsse esse ut intelligatur per illud gratia præveniens, nisi ut oblata ; alias jam perlineret ad auxilium *quo* y *ut probavimus in prima conclusione.*

Obj.2° contra secundam conrlusionem. Semi-Pelagiani initium fidei, uti petere, quaerere, pulsare, solis naturae viribus tribuebant : ergo ad illos'ictus gratiæ cooperantis necessitatem non agnoscebant.

B. D. ant. Semi*Pelagiam quidam Pelagio viciniores, etc. *C.ant.*omnes,*N.* Fatemur ergo cos qui in his actibus præambulis initium fidei reponebant, ascripsisse illos

netus solis naturæ viribus seclusa gratia coopérante : at cum pressius urgerentur argumentis catholicorum, quidam a Pelagio remotiores concedebant nullum opus bonum divinæ gratiæ esse subtrahendum, idque solum humano arbitrio reservabant, quod divinæ gratiæ ex se consentiret vel dissentiret, vellet vel non vellet obedire; et hi in hoc consensu et obedientia reponebant initium fldei, ut dictum est.

Inst. Semi-Pelagiani minus gratiæ admittebant ad illos initiales actus quam ad perfectos : atqui ad perfectos non admittebant nisi cooperantem gratiam, nunquam enim præoperantem proprie admiserunt ; ergo.

//. D. maj. Semi-Pelagiani quidam Pelagio viciniores, etc. *C.* Semi-Pelagiani a Pelagio remotiores, etc. *N.* Hi enim cum in iis actibus non reponerent initium fidei et ad omne opus bonum gratiam requirerent, ad illos actus uti ad perfectiones gratiæ coopérait lis necessitatem agnoscebant.

Bcpones. Plerique theologi catholici tum ad initium fidei, tum ad extera pietatis opera, non aliam actualem requirunt gratiam quam moralem provenientem et excitantem et physicam cooperantem ; aiunt enim auxilium gratiæ in co esse quod Deus per morales gratias ad bonum nos excitet, simulque cooperativum auxilium offerat, expectans nostrum consensum, ut actum bonum nobiscum operetur : ergo si hæc fuerit Semi-Pelagianorum sententia, vel non fuerunt in hoc hæretici, vel illi theologi cum istis forent hæretici, quorum neutrum est admittendum.

B. N.conseq. Quia theologi memorati in argumento admittunt consensum nostrum esse a Deo, et voluntates nostras proveniri non solum per gratias morales illustrantes intellectum, sed etiam per pios affectus voluntati impressos, sicque referunt initium salutis ad Deum : et quamvis cx modo quo explicant efficaciam gratiæ, inferamus eos aliquod salutis initium Deo subtrahere, tamen ex sua sententia sequi negant, et ideo non sunt Semi-Pelagianis accensendi.

CONSECTARIUM.

In quo summatini exponitur tota hærcsis Semi-Pelagiana.

Ex dictis itaque intelliges, saltem in quantum res tam obscura intelligi potest, in quo precise reponenda sit hæresis Semi-Pelagiana.

Agnoscebant hominem per peccatum originale esse spoliatum donis gratiæ, ejusque vires ita esse imminutas, ut sine gratia amissam salutem recuperare non posset, non tamen ita esse profligatas, ut ex suo fundo aliquid ad salutem, quod esset ejus initium, conferre non posset : quod initium aliqui Pelagio viciniores reponebant in aliquibus actibus formatis, ut in actu credendi, desiderandi, petendi, quaerendi gratiam et salutem; alii argumentis catholicorum convicii, omne opus bonum esse a Deo, illud initium restringebant ad consensum gratiæ quam Deus unicuique offerebat actus boni cooperativam ; et ex illo qualicumque initio et in eo perseverantia repetebant discretionem electorum a reprobis, et cur uni pre alio daretur gratia et in fine gloria.

Ad hanc autem doctrinam tuendam adhibebant scientiam futurorum conditionatorum, quæ deinde dicta est scientia media. Cum enim, juxta illos, consensum nostrum ad bonum Deus non daret, sed a nobis expectaret, neque ullus possit esse salvus qui gratiæ non esset consensurus et in ea perseveraturus , ut Deus ex tota æternitate posset elegisse aliquos præ aliis ad gratiam et gloriam, necesse erat ut providisset illos præ aliis concensuros et in co consensu usque in finem perseveraturos, supposito quod gratiam omnibus æqualiter offerret : hæc vero hypothetica humani consensus præscienlia est ipsissimtf scientia media, qua ita abutebantur, ut cum urgerentur exemplo parvulorum, quibus Deus absque provisione meritorum gratiam baptismi confert et in ea perseverantiam, eos stalim post baptismum c vita eripiendo; item infidelium quorum aliquibus providet, aliis denegat prædicalionem evangelii : responderent his parvulis conferri baptismum ante mortem, qui si diutius vixissent, providebantur futuri boni, ct iis pro aliis praedicari evangelium qui providebantur crediturі.

Itaque non errabant Semi - Pelagiani quod dicerent Deum velleomniuin salutem et omnibus gratiam offerre ; ita enim tenet major et sanior pars theologorum : item nec quod dicerent talem esse gratiam cui posset resistere vel obtemperare vo-

luntas ; sic enim catholice tenendum est, juxta definitionem concilii Tridentini ct decreta SS. pontificum. Item non omnes erant hæretici quod vellent aliquem actum salutis per solas naturæ vires posse elici ; quia licet hoc sit hærcticum , non tamen omnes ita sentiebant, sed erant quidam qui, cum agnoscerent nullum actum pietatis esse sine gratia, profitebantur sibi sufficere si aliquod initium salutis, qualecumque foret, reservaretur arbitrio.

Hæc ergo fuit ultima hujus hæresis statio, sic nostrum esse gratiæ consentire vel dissentire , ut in iis qui consentiunt consensus ille non sit a gratia Dei, sed a nobis; atque hoc «usu initium salutis et perseverantiam subtrahebantgratiæ, et reservabant lil>ero arbitrio : a qua proinde hæresi (pii recedere volunt, necesse est ut nihil prorsus operi et (lignationi gratiæ subtrahant, ut definitur in Capitulis Cœlestini circa finem, sed cum S. Augustino ct concilio Arausicano confiteantur in negotio salutis totum esse Deo tribuendum, neque illum expectare consensum nostrum ut a peccato purgari, credere et bene agere velimus, sed ipsum in nobis operari ut velimus et consentiamus.

Non pauca ex huc usque dictis circa utramque conclusionem accepta referimus (æpe laudato P. Antonio Goudin, cujus sententia eo magis nobis arrisit, quod sit quasi media inter extremas.

Pe/esquam vim merendi gratiam tribuerint Semi-Pelagiani initio fidei?

B. tribuisse duntaxat vim merendi *cx congruo,* non *cx condigno,* imo tanquam ex occasione tantum. Patet ex Fausto qui, ut refert Gennadius in ejus Vita, dicere solebat : *Quidquid libertas arbitrii pro labore pia· mercedis acquisierit, non esse proprie meritum·,* et ex Cassiano qui lib. Collât, cap. *14* dicit : *Praslocst Deus er occasione tantummodo nostra· voluntatis oblata ad hac omnia conferenda.* Confer quæ dixi in tract, de Deo dissert. G, a. 6, $ 6, circa inconvenientia scientiæ mediæ, *septimo inconvenienti.*

ARTICULUS III.

De Baianismo ct Janscnismo.

Foret hic locus agendi de Prœdeslina-(ianhmo, Lutheranismo et Calvinismo; FeddePrædestinatianismo egimus in tract. de Deo digress, ad dissert. 9, de Lutheranismo et Calvinismo ibid, dissert. 8, a 8, § 4. Vide.

§ I. — *Synopsis historica Baianisml.*

I. Bains , natus Melini in territorio Athcnsi anno 1515, doctorali laurea I.ovanii insignitus 1550, ad concilium Tridentinum a Philippo II Hispaniarum rege missus anno 1565, multa scripsit, in pluribus erronee.

Anno 1567, S. Pius V, bulla *Ex omnibus afflictionibus,* septuaginta sex propositiones damnavit tacito nomine iJaii, tum ne inde Baius exasperaretur et ut ejus famæ consuleretur, tum quia non omnes propositiones sunt Baii, quamvis omnes vulgo dicantur Baianx.

Eodem anno, Morillonius, vicarius generalis cardinalis Granvellani archiepiscopi Mechliniensis, banc bullam legit et promulgavit coram stricta facultate theologica Lovaniensi : doclores congregati obedientiam spoponderunt bullæ , cujus exemplar petiere, sed denegavit Morillonius, quia id erat ipsi prohibitum, eo quod SS. pontifex speraret, absque ulteriori bullæ divulgatione , dissidium brev i componendum.

Anno 1569 , Baius dedit litteras SS. pontifici quibus conqueritur se nullum bullæ transsumptum potuisse obtinere : simul apologiam misit in qua exponit plures propositiones damnatas sibi falso imponi, et eas ad mentem S. Augustini esse veras. SS. pontifex apologia et propositionibus novo examine discussis , rescripsit Baio esse obediendum, ipsique et cæteris prædictarum propositionum defensoribus perpetuum pro carum assertione silentium imposuit. Breve apostolicum Morillonius Baio reddidit, qui post aliquas instantias propositiones ejuravit.

II. Anno 1579, cum nonnulli has propositiones propugnare pergerent, Gregorius XIII, S. Pii V successor, constitutione *Provisionis nostra,* bullam Pianam confirmavit, jubendo eam recipi, et denuo propositiones damnavit, misso Lovanium Francisco Toleto Soc. Jesu, tunc concionalore pontificio, postea S. Romana» Ecclesiæ cardinali, qui in numerosis..mo totius academiæ consessu jussit bunam [Mjr Conrardum Sylvium universitatis nota-

num !egi ; quo facto conversus ad Michaelem Bainm, petiit ab eo *anne agnosceret damnari in bulla multos articulos qui in aliquot ejus libellis prius editis continerentur, etiam ineo sensu quo in bulla damnarentur?* Quo agnoscente et credente quod sic, rogavit eum deinde, *anne eosdem et reliquos ibi contentos damnaret? Tum* ille .· *Damno,* inquit, *secundum bulla ipsius intentionem et sicut bulla damnat.* Deinde prafatus dominus Franciscus ad reliquos doctores conversus, interrogavit anne eosdem articulos omnes damnarent et bullam reverenter susciperent ? Qui uno ore omnes responderunt se eos articulos damnare et bullam religiose habituros atque observaturos. Eadem fuit responsio licentiatorum, baccalaureorum et studiosorum, omnesque consona voce conclamarunt : *Articulos damnamus, bullam reverenter suscipimus, atque obedientiam pollicemur.* Ita referunt Fasti academiciLovanienses. FerturcardinalemToletum ea occasionedixisse et sæpius iterasse : *Magis humilem Michaele Balo ac doctiorem vidi neminem.* Tandem cum occasione libri Jansenii quidam plures propositiones Baianas iterum defenderent, Urbanus VIII, bulla *In eminenti,* data 1641, confirmavit Pianam et Gregorianam, *librumque Jansenii cui titulus* Augustinus, *articulos, opiniones et sententias in dictis constitutionibus reprobatas atque damnatas,continentem et renovantem damnat et prohibet.*

Non nihil tentarunt Bail et Jansenii fautores ut harum bullarum auctoritatem infringerent, tum ex parte furmæ, tum ex parte materis.

III. Quantum ad formam, opponunt bullam Pianam vim legis habere non posse : 1° quia non fuit lata de consilio cardinalium; 2° quia Pius V non loquitur ut caput Ecclesiæ ad instructionem omnium fidelium; 5° quia non fuit more solito Roma; affixa et promulgata ; 4' quia *interdicit quibuscumque quoquopacto loquendi, scribendi, disputandi* (de propositionibus damnatis) *facultatem,* ita ut nemo posset loqui de gratia, de peccato originali, etc. quod est absurdum; 5° quia vagus ille et indeterminatus modus damnandi propositiones in globo, magis est fidelibus noxius quam utilis cum inde non possit discerni quæ sit falsa, quæ hæretica, qua temeraria tantum aut scandalosa ; 6° pro Gallis, quia istæ bullænon fuetunt in Gallia forma solita receptæ et promulgata, quod multa contineant contraria moribus et libertatibus Gallorum. Ergo.

Ad primum ,N. ant. tanquamgratis fictum. Unde enim illud resciunt opponentes? Et sane si SS. pontifex adhibuerit consultores theologos, *ut patet,* cum dicit Bail propositiones *stricto coram se examine ponderatas,* indubium est ipsum etiam adhibuisse cardinales , ut moris est.

Ad secundum, N. pariter ant. Dicit enim S. Pius in proœmio bullæ : *Ex omnibus afflictionibus quas in hoc loco a Domino constituti, tum luctuoso tempore sustinemus* .-hæc sane verba non sunt hominis privati, sed communis Ecclesiæ pastoris. Insuper prohibet universim omnibus has propositiones defendere : ergo loquitur ad instructionem omnium fidelium.

Ad tertium. Equidem bulla Piana non fuit Romæ affixa et promulgata ; quia cupiebat optimus pontifex hoc dissidium in in ortu suo sedare et silentio obvolvere.Cæterum hæc bulla poslmodum per Gregorium XIII et Urbanum VIII sufficienter fuit promulgata.

Ad quartum. Sensus horum verborum, nisi ineptissimam absurditatem SS. pontifici affingere velis, est, quod nemo scribat aut loquatur de istis propositionibus animo eas defendendi.

Ad quintum. i° Sufficit fidelibus, ut a certis propositionibus tuendis abstineant, scire eas aliquo pernicioso vitio laborare, quamvis cujus generis sit vitium ignorent: sicut cuique sufficit, ut a certis dapibus abstineat, scire eas esse veneno infectas, quamvis qualitatem veneni ignoret. Exigit autem duntaxat Ecclesia ut fideles ab his propositionibus tuendis abstineant, non ut discernant quæ sit hæretica,quæ falsa,quæ temeraria, quæ scandalosa. 2° Iste modus condemnandi plures propositiones in globo a pluribus sæculis viget in Ecclesia. Illum usurpavit concilium Constantiense, condemnans in globo quadraginta quinque propositiones Wiclelli et triginta propositiones Joannis Ilus. Hunc eumduiB modum postea secuti sunt Sb. pontifices, Six(ib IV contra Petrum de Osma, Leo 71 adversus Lutherum, Pius V, Gregorius XIII, Ur-

banns VIII, Alexander VII, Innocen- | nus XI, Alexander VIII, Innocentius XII, Clemens XI. Id profecto intolerabile est, quod .hnseniani avide et cum applausu recipiant bullas condemnantes in globo propositiones laxiores, et detrectent alias paris fornue, quia ipsis non favent.

Ad sextum. Multis momentis probat Honoratus Tournely § *Auctoritas bullarum,* has bullas pontificias et alias dogmaticas esse receptas in Gallia quantum ad doctrinam, licet non quoad formam, certasque clausulas quæ moribus Gallicanis repugnant. Vide si lubet.

IV. Quantum ad materiam, opponunt 1° Pium V in bulla declarasse *nonnullas propositiones aliquo pacto sustineri posse in rigore ct proprio verborum stnsu, ab assertoribus intento.* 2° Graves theologi, Suares, Vasques, Toletus, Bellarminus et alii docent quasdam ex his propositionibus esse damnatas tantum propter acerbitatem censuræ qua Baius notabat sententiam oppositam, adeoque solum ut temerarias, aut scandalosas, aut oifenrivas, non ut falsas aut hæreticas.

Jl. ad primum, veritatem aut falsitatem illius pendere ex positione virgulæ in textu bullæ, de qua positione gravis est concertatio inter auctores. Is est textus bullæ; * Quas quidem sententias stricto coram » nobis examine ponderatas, quanquam » nonnullæ aliquo pacto sustineri possint » in rigore et proprio verborum sensu ab » assertoribus intento,hæreticas,erroneas, » suspectas, temerarias, scandalosas, et in » pias aures offensionem immittentes, res- » pective.... damnamus. » Quidam ergo volunt virgulam esse ponendam tantum post ly *intento;* ita ut sensus sit is qui objicitur, scilicet, nonnullas propositiones posse sustineri in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento. Alii volunt virgulam esse ponendam post ly *possint;* ita ut sensus sil nonnullas propositiones posse aliquo pacto sustineri, esse tamen damnatas in rigore et proprio verborum sensu ab assertoribus intento.

Magis ad mentem pontificis videntur loqui qui ponunt virgulam post verbum *possint,* et tenent propositiones esse damnatas in rigore ct proprio verborum sensu ab assertoribus intento; quia hæc est Ecclesiæ praxis dum prupu/ilioncs ex aliquibus libris extradas damnat, eas damnare insensu auctoris et libri; et ita suas esse damnatas agnovit ipse Baius, dum anno 1579,Toleto ipsum interrogante in conventu academiæ, *anneagnosceret damnari in bulla mu 'tos articulos qui in aliquot ejus libellis continerentur, etiam in eo sensu quoin bulla damnarentur?* respondit quod sic. Quod testimonium cum sit posterius vanis aliis testimoniis quæ in contrarium proferuntur ex cardinali Gravellano, ex Morillonio, ex actis academicis et aliunde, horum auctoritatem , si non omnino elevat ; saltem non parum imminuit. Qui plura videre cupit de has controversia, adeat pro una pai te Ethicam amoris prolegomeno6 ,$7; pro altera Honoratum Tournely.

7?. 2° *Dato* virgulam collocandam esse post ly *intento,* et nonnullas propositiones posse sustineri in sensu ab auctoribus intento , sunt nihilominus jure damnatæ propter alium pravum sensum quem habent; non enim est rarum uni propositioni inesse multiplicem sensum proprium et litteralem, quorum unus sit verus, rectus, defensabilis; alter falsus, seu cx alio capite pravus et condemnabilis.

Ad secundum, B. justissime prohiberi damnarive propositiones scandalosas, temerarias, offensives, licet aliunde veras. Sic synodus quinta generalis prohibuit ne B. Virgo diceretur Chrislipara, sed Deipara , non ob falsitatem prioris vocis, sed quia plures ea olfendebanlur ob hæresim Nestorianam.Sic ob eamdem rationem, Ecclesia proscripsit hanc propositionem aliunde veram : *Unus de Trinitate crucifixus est,ne* acciperetur insensu Eutychianorum ; sic quotidie prohibentur libri, non quod falsam doctrinam contineant, sed vel ob acrimoniam styli, velob insolitos et novos loquendi modos, vel ob scandalum infirmorum , etc. Equidem veritas per se et ratione sui nunquam cstoffensiva,autscandalosa, sed ita esse potest per accidens ratione circumstantiarum, expressionumve duriorum et insolitarum. Et ideo male inferes quod, si Ecclesia damnet propositionem veram, doceat errorem oppositum : id equidem sequeretur si damnaret propositionem veram ratione sui et quoad se; secus vero si eam damnet ob bxongruuin modum veritatem exprimendi,aut propter quasdam circumstantias extrinsecas; tunc

eniin non docet errorem oppositum, sed dunlaxat modum congruum veritatem exprimendi.

Petes, cum juxta bullam Pianam nonnullæ propositiones Baianæ aliquo pacto et sensu sustineri possint, unde possit cognosci et discerni sensus damnatus a non damnato?Non enim potest extundi ex ipsis auctorum libris, cum nullus auctorum prater Baium dignoscatur, atque illius et aliorum libros prohibuerit SS. pontifex.

B, dignoscendum esse ex ipsis propositionibus , prout in bulla contentis , vel secundum se consideratis, si sic sensum in Ecclesia peregrinum exprimunt ; vel consideratis respective ad invicem, si sic sensum ab Ecclesiæ sensu alienum referunt.

§ IΓ. — *Synopsis historica Jansenismi.*

I. Jansenius anno 1585, ex honestis catholicisque parentibus in territorio Laerdamensi apud Batavos nascitur : post humaniores litteras, Ultrajecli exceptas, Lovanii operam dedit philosophiæ, in eaque cæteris quatuor collegiorum condiscipulis palmam praripuit. Emenso theologiæ cursu, Parisios se contulit, ubi abbatis Sancyrani, quocum Lovanii amicitiam contraxerat, ope et favore, collegii Baionensis primarius instituitur.

Post duodecim annos Lovanium redux, collegioS.Pulcheriæpræficitur;anno 1617, Laurea doctorali donatur; subinde bis in Hispaniam missus ab academia, commissa sibi negotia feliciter gessit. Anno 1650 , professor regius instituitur. Anno 1655, episcopus Iprensis consecratur. Anno 1658, die sexta Maii, peste extinguitur.

II. Quantum ad illius mores et animi dotes, vir fuit, juxta illius vitæ scriptores, pietate, religione in Deum, vitæ modestia, morumque disciplina, comitate atque affabilitate, sed maxime prudentia conspicuus. Ingenium illi fuit acerrimum, judicium gravissimum, memoria capacissima ; quibus natura dotibus accesserat studium diu noctuque infatigabile et veritatis immensus amor, quam tamen, Ecclesia judice, non fuit assecutus : omnia S. Augustini opera decies, libros vero de Gratia divina et Libero Arbitrio plusquam trigesies a capite ad calcem evolverat.

Scripsit orationem de interioris hominis reformatione ; Alcxipharmacum civibus Sylvæ-ducensibus propinatum, adversus ministrorum suorum Fascinum; Spongiam notarum quibus Alexipharmacum aspergit Gisb. Voetius; libellum cui titulus *Mars Gallicus* , sub ficto nomine Alexandri Patricii Armacani theologi, contra reges Galliæ et gentem; Commentaria in Pentateuchum , in quatuor Evangelia et in Proverbia;

Tandem famosum opus quod inscripsit *Augustinus,* quia confidebat se in eo veram et puram S. Augustini doctrinam attigisse ct docere. Huic operi per viginti annos insudavit, cique morions ultimam inanimi adhibuit. Illud testamento legavit ea* pellanosuo, ut typis mandari curaret, rc prius communicata cum Liberto Fromondo et Henrico Caleno. Et quamvis in suo testamento agnoscat aliquid in opere difficile mutari posse : « Si tamen, inquit, Roma» na sedes aliquid mutari velit, sum obe» diens filius, et illius Ecclesiæ. in qua » semper vixi, usque ad hunc lectum mor» tis obediens sum. » Idem testatus fuerat cap. 29 lib. proœmialis ct in epilogo lotius operis : hanc ejus obedientiam si imitati fuissent doctrinæ illius sectatores, tottubæ a sæculo Galliam et Belgium non commovissent.

III. Stalim ac lucem aspexit Jansenii liber, prohibitus fuit ab Urbano VIII, bulla *Jn eminenti,* data 1641 duabus de causis: 1° quia, contra Pauli V decretum, tractabat de auxiliis gratiæ ; 2° quia continebat plures propositiones a S. Pio V et Gregorio XIII damnatas in Baio.

Hanc bullam subreptitiam dixerant defensores Jansenii, missis Romam a Lovaniensibus Sinnichio et Papio, qui ejus revocationem urgerent; sed iis auditis in sacra congregatione universalis Inquisitionis, Sanctitas sua jussit bullam extrahi ex archivio S. congregationis, et hujus transumptum cum archetypo collatum, tradi Sinnichio et Papio, eis simul injungens silentium super dubitationibus, difficultatibus et querelis occasione hujus bull® excitatis aut excitandis. Diu postea, anno scilicet 1690, Alexander VIII damnavit hanc propositionem : *Bulla Urbani Kill* In eminenti, *est subreptitia.Non* fuit autem hæc bulla soleinniter promulgata in Belgio, obstantibus Jansenistarum molitionibus, n.si anno 1648^ instante apud rc-

gcinCathoIicum et archiducem Leopoldum Innocentio X, Urbani succesore.

IV- Interca dimicabant in Gallia Isaacus Rabertus doctor Sorbonicus contra Jansemum, et Antonius Arnaldus pro Jansenio. Anno 1649, instante D. Cornet facultatis Parisiensis syndico , delatæ sunt ad examen facultatis septem propositiones, a quibus duabus ultimis rescissis et neglectis remanserunt quinque famosæ, scilicet :

Prima : « Aliqua Dei praeopta hominibus justis volentibus et conantibus seeundum præsentes quas, habent vires, sunt impossibilia; deest quoque iis gratia qua possibilia fiant. »

Secunda: «Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur. »

Tertia : « Ad merendum et demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione. »

Quarta : « Semi-Pelagiani admittebant praevenientis gratiæ interioris necessitalem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; et in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare. »

Quinta : « Semi-Pelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse. »

Anno 1630, octoginta quinque episcopi Gallicani has quinque propositiones Jansenii deferunt Innocentio X condemnandas : obstant ex adverso undecim episcopi. Epistolam octoginta quinque episcorum reddiditInnocentio X, duodecimo Aprilis 1631, orator regis Christianissiini. Alteram undecim episcoporum reddidit Ludovicus de Saintamour doctor Sorbonicus.

Congregationibus institutis ad examen quinque propositionum, adventam eodem tnno Romam missi ab aliquot episcopis DD. De Brousse, De la Lane doctores Parisienses, et Angran licenliatus, pro iis tuendis. Ex altera parte, pro promovenda earum condemnatione, accedunt DD. Ilallier, Ligant et Joysel.

In prima congregatione SS. pontifex Innocentius \ palam declaravit se nolle ullum præjudicium inferri doctrinæ SS. Aujustini et Thomæ. Post celebratas duorum umorum spatio triginta sex congregationes, in quibus causa Jansenii, *ea diligentia qua major desiderari non posset* (ut dixit postea Alexander VII) discussa est; tandem Innocentius X die trigesima prima Maii 163S, edidit constitutionem *Cum occasione, in* qua quinque propositiones, unamquamque speciali censura notatam, condemnat.

Primam declarat esse *temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam et hœreticam, et uti talem damnat;*

Secundam,ut *hœreticam;*

Tertiam, *item ut hœreticam;*

Quartam, *falsam et hœreticam;*

Quintam, *falsam, temerariam, scandalosam;* et intellectam eo sensu, ut Christus pro salute dunlaxat prædestinatorum mortuus *sit, impiam, blasphemam, contumeliosam, divinæ pietati derogantem et hœreticam declarat, et uti talem damnat.*

V. Hanc constitutionem jussitrex Christianissimus in suo regno promulgari; et episcopi Parisiis congregati eodem anno eam acceptarunt. Verum ut eam eluderent Janseniani, duo commenti sunt effugia : primum, has quinque propositiones non esse Jansenii; alterum, damnatas esse in sensu a sensu Jansenii alieno : et hinc origo famosæ distinctionis juris et facti.

Anno 1636, Alexander VII, Innocentii successor, dedit alteram bullam, in qua declarat quinque propositiones *ex libro Jansenii excerptas et in sensu ab eodem Jansenio intento damnatas fuisse,* et uti tales iterum damnat : hæc constitutio fuit solemniter recepta ab episcopis Gallicanis anno 1637.

Anno 1661, iidem presides exposuerunt per litteras Alexandro VII, se ad firmiorem constitutionum apostolicarum exeeutionem, adhibuisse usum formula subscribendas, cui subscribere mulli recusabant, eo pretextu quod hujusmodi formulas coiH dercad SS. pontificem privative pertineat- quapropter rogabant ut hujusmodi formulam mittere dignaretur.

Annuit Alexander Vif, data anno 1665 nova constitutione *Jtegiminis apostolici,* in qua hæc fidei fonnula ab omnibus et singulis clericis subscribenda continetur.

Ego N. constitutioni apostolicæ Innocenta X, datœ 51 *Maii anno* 1655, *el constitutioni Alexandri Eli, datœ*

Octobris anno 1656, 55. *pontificum me subjicio, et quinque propositiones ex Cornelii Jansenii libro cui nomen* Augustinus *excerptas, et in sensu ab eodem auctore intento, prout illas per dictas constitutiones Sedes apostolica damnavit , sincero animo rejicio ac damno, et ita juro : sic me Deus adjuvet et hac sancta Dei Evangeha*

Huic autem formulæ subscribendi auctoritati pontificiae accessit mandatum regium

Hac subscriptione coarctati Jansenistæ, duo distinxerunt in formula, nempe jus seu doctrinam contentam in quinque propositionibus , et factum, scilicet attributionem hujus doctnnæ libro Jansenii. Quantum ad primum, profitebantur se sincere damnare in quinque propositionibus sensum erroneum quem Ecclesia damnare voluit, et quantum ad hoc se paratos esse subscribere Formulario. Quantum autem ad secundum, divisi fuere : quidam rigidiores contendebant nui lo modo posse subscribi ; alii remissiores opinabantur posse subscribi^ adhibitis quibusdam restrictionibus seu cautionibus.

VI. Quatuor episcopi Gallicam, Andegas ensis, Bellovacensis, Apamiensis et Alectensis, in suis publicis mandatis pro subscriptione Formularii, distinxerunt jus et factum ; juri assensum fidei, facto silentii reverentiam tantum deberi dixerunt. Sed inde offensis SS. pontifice et rege Christianissimo, alteram Formularii subscriptionem suis dioecesanis jusserunt, et Clementi IX, Alexandri successori, per litteras testati sunt se *sincere et absque ullarestrictione* FormuIarioAlexandriVJI subscripsisse. Idem testati sunt eidem Clementi IX tres episcopi, cardinalis Estreus Laudunensis, Senonensis et Catalaunensis, pacis inter quatuor dictos episcopos et SS. pontificem mediatores : cujus narrationis veritate supposita, Clemens IX litteras gratulatorias dedit quatuor episcopis anno 1669

Hac. pontificis cum quatuor episcopis reconciliatione abusi sunt Janseniani in patrocinium sui obsequiosi silentii : dixeruntnamque laudatos quatuor episcopos in subscriptione quæ continetur in actis verbalibus synodorum dioecesanarum, inseruisse eandem distinctionem et exceptio* nem juris ct facti; qu non obstsnte, nec pontifici incognita, ipse tamen pacemcum illis inierat, et inde dicta est *Pax Ciemer*tis IX.* Verum *esto* in actis verbalibus secretis contineri restrictionem seu exceptionem facti, certum est eam SS. pontifici non innotuisse, et ipsum existimasse dictos episcopos sine ulla exceptione subscripsisse. Id constati0 ex litteris istorum episcoporum et mediatorum ad SS. pontificem de quibus supra;·2° ex ipsius Clementis brevi dato 1668 regi Christianissimo, in quo dicit, *se cum lætitia cognovisse in simplici et pura subscriptione formularii quatuor illorum episcoporum obedient iam.* 5° Ex altero brevi ejusdem pontificis ad episcopos pacis mediatores decimo nono Januarii 1669, ubi dicit SS. pontifex : « Non sine lætitiæ sensu pervidimus » ex litteris fraternitatum vestrarum.... » de perfecta et integra obedienlia nobis et » apostolicæ Sedi præstita per episcopos » Andegavensem , Bellovacensem, Apa- » miensem et Alectensem, subscriptione » formularum sincero animo et juxta pra- » scriptum litterarum apostolicarum ab eis » facta. » Item cx altero brevi ejusdem Clementis IX ad quatuor episcopos præ- dictos eodem die ct anno dato, in quo dicit : « Cum ingenti obsequii nobis et huic » Sedi per vos debiti testatione significa- » bâtis vos . juxta proscriptum litterarum » apostolicarum..... sincere subscripsisse » et subscribi fecisse *Formulario*..... Nam » prodecessorum nostrorum conslilutiu- » nibus firmissime inhærentes,nullam circa » illud exceptionem aut restrictionem ad- » missuri unquam fuissemus. » Quid expressius? 4° Tandem ex bulla Clementis VI *Pineam Domini Sabbaoth,* data anno 1705, in qua SS. pontifex graviter reprehendit eos qui Clementis IX « litteras in » errori» sui patrocinium advocare terne· » ratio plane ausu non erubescunt... per- » inde ac si memoratus Clemens r.ræde- » cessor..... aliquam in tam gravi negotio » exceptionem seu restrictionem, quam » nullam prorsus se unquam admissurum » protestatus fuit, reipsa admisisset. »

VII. Cum nonnulli episcopi Belgici, ad majorem cautelam contra fraudes Jansenianorum, quasdam additiones Formulario fecissent, eas Innocentius XII, brevi dato 16^4 ad episcopos Belgii , improbavit d

r.rohibmt, jussitquc subscribendum esse | *formulario* et damnandas osse propositiones in *sensu obvio quem* tam ipsius *Formularii* quam propositionum verba *presse ferunt;* injunxitque simul : « Ne ulla ratione quemquam vaga ista accusatione » et invidioso nomine Jansenismi traduci » aut nuncupari sinerent, nisi prius suspectum esse constiterit aliquam ex his propositionibus docuisse, aut tenuisse, nec » quemquam sub hoc praetextu repelli ab » officiis, muniis, beneficiis, gradibus et » concionibus habendis, vel alia quacumque functione ecclesiastica permittatis, » nisi servato juris ordine , eam pœnam, » quæ viris alioquin catholicis gravissima » est, commeruisse probatum fuerit. »»

Verum cum hæc hujus brevis verba, *in ttnsuobvio quem verba præ se ferunt,* in alienum sensum detorquerent Jansenistæ, quasi pontifex exigeret tantum ut propositiones in seipsis damnarentur in sensu obvioquem earum verba præ se ferunt, nulla facta mentione nec habito respectu ad lensum Jansenii,hunc vanum eorum triumphum repressit idem pontifex altero brevi dato ad eosdem Belgii episcopos anno 1696. Neque eos juvant hæ voces,*prætensi Jansenistæ,* quibus utitur pontifex in isto brevi. Non enim per illas intelligit fictos Jansenistas, ut quidam imaginantur, sed qui talcs praetenduntur, id est,denuntiantur et declarantur ; distinguit enim ibi pontifex inter Jansenistas internos et externos qnosutrosquepree/ensos appellat, et mandat ut externi secundum rigorem juris puniantur : ergo per το *prætcnsi* non intelligit fictos aut falsos.

VIII. Anno 1702, confictus est famosus Casus conscientia;, in quo quidam clericus inducitur cui absolutio denegata fuit, quia declaraverat *se. revera quinque propositiones simpliciter ct absolute damnare, ac Formula; fulci Alexandri Fil subwripsisse quidem; nihilominus quantum ad querstionem facti, seu attributionem illarum quinque propositionum libro Jansenii, existimare se religiotum sufficere silentium.* Hic casus propositus fuit quadraginta doctorihus Paritiensibus, qui his verbis responderunt : • Doctorcs infra scripti, visa casus expolitione, hujus ecclesiastici viri sentenc • nam nec novam esse nec singularem, » nec ab Ecclesia damnatam, neque talem » ut confessarius possit ipsi sacramentalem denegare absolutionem nisi pam re- » tractaverit. Deliberatum inSorbonadie » vigesima Julii anno 1702. »

Hanc responsionem improbavit ct proscripsit Clemens XI, brevi dato anno 1703 ad regem Christiamssimum. Eamdem eodem anno damnavit cardinalis Noallius archiepiscopus Parisiensis. Idem praestiterunt plurimi episcopi Gallicani. Hinc factum est quod omnes doctorcs Parisienses, uno excepto, subscriptionem suam revocaverint. Postremo Clemens XI, solemni bulla *Pineam Domini Sabbaoth,* data anno 1703 , postquam confirmavit ac innovavit constitutiones Innocentii X et AlexandriVIII, et brevia ClcmentisIXet Innoccntii XII a pravis Janscnianorum interpretationibus vindicavit, decernit *Obedientiæ quæ præinserlis constitutionibus debetur, obsequioso illo silentio minime satisfieri.*

IX. Tandem cum Paschasius Quesnel, Oratorii Jesu presbyter, in libro *Heflexionum moralium in novum Testamentum,* multos errores in Baio et Jansenio damnatos inseruisset, idem Clemens XI anno 1713 librum et centum ct unam propositiones ex eo excerptas damnavit celebri constitutione i/niÿcni/izs.iiuæab universa Ecclesia est acceptata, a qua promae non est appellatio , utpote ab Ecclesia ad Ecclesiam.

Subjiciemus infra systema Jansenii.

DISSERTATIO II PR/EAMBULA;

DE VARIIS NATURE UUMAN.E STATIBUS.

Status est conditio homini conveniens cum quadam firmitate et immobilitate. Sumitur hic pro conditione ct modo stabili quo se habet natura humana in ordine ad suum ultimum finem. Quintuplex distinguitur : primus, status naturæ pura ; secundus, status naturæ intégra; tertius, justitiæ originalis; quartus, natura lapsæ; quintus, natura reparatæ, Posset adjici status gloriæ et status damnationis, sed de his non est hic quaestio ; quia tantum nunc naturam spectamus prout per auxilium divinum tendit ad suum ultimum finem. Itaque hanc dissertationem tractatui

Gratia præmilto, quia illorum statuum explicatio non parum conducit ad cognitionem necessitatis, diversitatis ct proprietatum gratiae, moventurque circa illos graves difficultates.

ARTICULUS I.

Explicantur quinque status naturæ hutnanœ.

§ I. — *Status naturæ puræ.*

Status naturæ puræ importat præcisc naturam cum suis principiis intrinsece constituentibus et iis quæ ex illis sequuntur seu ci debentur. Hinc

1° Homo in natura pura conditus foret sine peccato, sine gratia sanctificante, sine virtutibus infusis et sine auxiliis gratiæ ordinis supcrnaturalis, quia hæc illi non debentur ex ejus principiis intrinsecis.

2° Foret obnoxius fami, siti crucianti, labori, morbis, passionibus alterantibus et morti, quia cum corpus quod est pars materialis naturæ, componatur ex contrariis, quæ continuo inter se pugnant, hæc ex ejus principiis intrinsecis sequuntur.

4. Cont. gent. c. 32.—5° Obnoxius foret ignoranliæ etconcupiscentiæ,quiacum intellectus natussit ex sensibus notitiam intelligibilium acquirere, facile propter phantasmata a vero deviare potest ;concupisccntiæ, quia cuq; in natura humana non sit solum appetitus rationalis, sed etiam sensitivus, scilicet irascibilis et concupiscibilis,et unusquisque feratur in suum objectum, rationalis in bonum secundum rationem seu bonum honestum , irascibilis in bonum sensibile arduum, concupiscibilis in bonum sensibile delectabile,non raro contingeret quod appetitus sensitivus ferretur in bonum sensibile contra dictamen rationis, sicquc forent motus inordinati contra rationem, sicut videmus quod æger appetat potum frigidum repugnante ratione. Neque obstat quod appetitus sensitivus naturaliter subjiciatur rationi; — *i.* 2. q. 17. a. 7. o. — subjicitur enim duntaxat politice, ut civis principi, uxor viro, filius patri, qui possunt rebellare; non despotice, ut servus domino, pes aut manus voluntati, quæ in omnibus obediunt.

4o vinis ultimus seu beatitudo objectiva hominis in hoc statu foret Deus ut auctor naturalis, prout modo nostro concipiendi distinguit raseipso, ut est auctor supematuralis. Beatitudo formalis foret perfecta conjunctio cum illo, ipsum cognoscendo abstractive seu per effectus, et suavii er ac constanter ci adhærendo per amorem.

3° Ad oblinendum hunc finem per observantiam omnium præceptorum naturalium ct victoriam concupiscentis rebellantis, darentur in eo statu auxilia ordinis naturalis, sufficientia omnibus, efficacia quibusdam. Neque ista auxilia etiam efficacia huic statui derogarent; quamvis enim cuilibet hujus naturæ individuo non deberentur, forent tamen debita speciei naturæ, caque suæ providentis deberet Deus, ne frustra naturam ad aliquem finem condidisset, si nullum ejus individuum hunc finem assequeretur : sicut naturæ elevate ad linem supernaturalein debentur auxilia ordinis supcrnaturalis, sufficientia in omnibus ejus individuis, efficacia in quibusdam ad hunc finem prædcstinatis.

In 2. d. 29. q. 1 a. 2. 1. p. 95. a. 1,— 6° Quamvis tempore S. Th. quidam theologi tenerent hunc statum extilisse in Adamo, antequam gratia sanctificante donaretur, nunc tamen omnes conveniunt nunquam extilisse, sed primum hominem sicut et angelos fuisse creatos cum gratia sanctificante ct elevatos ad ordinem supernaluralem ; dicitur enim Eccli. 7, *Deum fecisse hominem rectum;* et S. Aug. 12 de Civit, c. 9, loquens de angelis, est autem eadem ratio de homine, *Deus,* inquit, *simulerai in eis condens naturam et largiens gratiam.* Insuper Matth. 25 dicitur Deum a constitutione mundi préparasse bonis regnum coelorum, malis infernum, id est, felicitatem et infelicitatem supernaturalein, consequenter Deum instituisse ordinem gratiæ simul cum ordine natura et ad illum angelos ct homines elevasse.

§ II. — *Status naturæ integra:.*

I·»Status naturæ integræ consistit in perfecta subjectione corporis ad animam et appetitus sensitivi ad rationem; proindeque importat immunitatem ab ignorantia, concupiscentia, morte ct passionibus naturam alterantibus. Quia natura dicitur integra dum inter ejus partes nulla est divisio aut defectio ? sua perfectione, inferioraque perfecte subduntur su; enocuus. consequenter dum corpus perfecte coutinetur sub potestate animæ, ita ut nulla a!·

teratlone aut corruptione ab ejus dominio deficiat, et appentus sensitivus nihil habet rationi repugnans. Quod si esset tantum alterutra subjectio, vel solius corporis ad animam, vel solius appetitus sensitivi ad rationem, non foret perfectus status nature integral, sed partialis ejus perfectio.

2» In ea naturæ integritate fuit creatus Adam, i" Quantum ad immortalitatem, constat ex illo Genes. 2 : *In quocumque tniin die comederis ex co, morte morieris: ergo* si non comedisset, non fuisset mortuus. Item ex illo Sap. 2 : *Deus creavit hominem inexterminabilem, invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Rom. 5 : *Per peccatum mors.* Et Pelagius in variis conciliis fuit damnatus, quod diceret Adamum esse mortalem factum, nosque nasci mortales sicut Adam fuit creatus. Quantum ad immunitatem a concupiscentia, patet ex eo quod Genes. 5 dicatur quod, cum Adam et Eva essent nudi, non erubuerint, erubuerunt autem post peccatum; quia scilicet ante peccatum nullus motus inordinatus de quo erubescerent oriri poterat, post peccatum autem ortus est ; ct ideo A post, vocat concupiscentiam, peccatum, quia de peccato orta est, ut dicit Trid.

i. p. q. 97. n. 1. o. et 5. ad 2. 1. 2. q. 91.0. 1.o. — 5° Donum integritatis situm erat in quodam vigore, quo homo corpus et appetitum sensitivum ita sub domino continebat, ut nihil in eis contra ejus voluntatem accideret : quantum ad defectum senectutis contra quem iste vigor nihil poterat, aderat lignum vilæ, cujus proprius effectus erat vim vegetativam a simili languore præservare.

4° Istud donum integritatis in Adamo oriebatur a gratia sanctificante; quia, ut diximus exSS. Aug. et Tli. dum de peccato originali, quandiu ratio superior subdebatur Deo, quæ subjectio habebatur per gratiam sanctificantem,corpus perfecte subdebatur animæ et appetitus sensitivus rationi; ab ca tamen gratia originali distinguebatur, quia erant diversi ordinis; integritas tniin est forma perficiens naturam in ordine naturali, non elevans ipsam ad ordinem supematur.ilem, nec constituens hominem filium Dei adoptivum, participem divinae natura! ut hæredem regni cœlestis, quæ omnia præstabat gratia sanctificans : unde nihil obstabat quin potuerit Deus creare hominem in statu naturæ integræ absque justitia seu gratia originali; qu:a tamen isti duo status in Adarno fuerunt adunati, sæpe a Patribus et theologis confunduntur

§ III. — *Status justitia originalis.*

Hunc felicissimum statum, qui per antonomasiam vocatur status innocent iæ, eleganter describit S. Th. Opusc. 2, c. 183, cumque constituit in perfecta subjectione rationis ad Deum, appetitus sensitivi ad rationem et corporis ad animam : quæ duo ultima sequebantur ex primo, ut dictum est. Ex hoc enim quod homo esset per gratiam amicus et filius Dei, conveniens erat ut illi cætera subjicerentur. Habet quidem anima rationalis ex natura sua, cum sit imago Dei, quod dominetur cæterissibi inferioribus, sed istud dominium est imperfectum; cum vero per gratiam originalem perficeretur in eo ratio imaginis, exigebat ut quandiu adhxreret et subjiceretur Deo, cætera illi perfecte subjicerentur : poterat autem ab hac perfecta ad Deum subjectione deficere per peccatum, voluntate ejus nondum confirmata in bono.

1. p. q. 95. a. 1. — *Hinc sequitur* 1· quod Adam qui, ut communiter nunc tenent theologi, sicut dictum est, fuit in eo statu creatus, aut saltem juxta quosdam slatim post creationem constitutus, habuerit omnes virtutes infusas tam theologicas quarn moraleset dona Spiritus sancti, quia hæc omnia sequuntur gratiam sanctificantem , ut ejus proprietates seu appendices.

Sequitur 2° ipsum fuisse immunem a fame et siti cruciante, a tristitia et dolori* bus, a passionibus alterantibus, a morbo, morte et concupiscentia, ex dono scilicet integritatis, secuto ad justitiam originalem, ut dictum est.

Sequitur 5° in eo fuisse plenitudinem scientiæ rerum naturalium et supernaturalium, quantum exigebat dignitas et ofiicium prxeeptoris et rectoris |>osterorum; erat enim constitutus Adam caput generis humani, non solum quantum ad gratiam, sed etiam quantum ad instructionem et gubernationem; quæ ratio cum non curreret pro posteris, hi nec nascerentur, ut ipse creatus fuit, in perfecta aetate, nec hanc scicntiæ plenitudinem haberent, sed facile acquirerent.

Sequitur 4° justitiam originalem,si adæouate sumatur, prout includit omnes perfectiones **t prorogativas hujus status, non esse unam simplicem qualitatem seu habitum, sed plurium donorum et habituum aggregatum ; quia unus simplex habitus non tam diversas corporis et animi potentias regere potest, nec in tot diversis subjectis residere. Si vero sumatur inadxquate pro perfectione illius status primaria, ex qua aliæ tanquam ex radice promanabant, est simplex qualitas, ipsa scilicet gratia sanctificans ; quia, ut jam dictum est, primaria hujus status perfectio, ex qua aliæ profluebant, erat perfecta animæ subjectio ad Deum, non solum ut auctorem naturalem, sed etiam supernaluralem ; subjectio autem Deo, ut auctori supernatural!, est per gratiam sanctificantem.

Petes utrum hæc gratia sanctificans status innocentis fuerit ejusdem rationis ct speciei cum gratia sanctificante hujus status naturæ lapsæ?

B. fuisse eamdem specie quoad substantiam, qniaidem est formalis elTcctusutriusque gratiæ, scilicet constituere hominem Deo gratum, filium ejus adoptivum, amicum et haeredem regni coelestis; ratio autem formæ dignoscitur ex ejus effectu formali, cum ipse sit ipsa forma communicata. Fuit tamen diversa quoad modum sese communicandi subjecto, quia gratia justitiæ originalis communicabat homini plurcs effectus secundarios, ut exposuimus, quos nunc non communicat.

Diversitas autem istius modi petitur tum ex parte principii, tum cx parte subjecti, tum ex parte termini.

Ex parte principii ; quia gratia status innocentiæ procedebat a Deo ut Creatore instituente naturam tam in esse naturali quem supernatural! : unde fuit per modum creationis, cujus est opus suum stalim perfectum producere. Gratia vero hujus status procedit a Deo ut redemptore, non ut naturam instituente, sed ut personas sanante : unde non datur prout congruit naturæ ct ipsi gratiæ secundum se spectatae, ul in prima creatione, sed secundum modum cpiem ipse Redemptor homini sanando congrucniicrcm judicavit; ct hic modus est ul anima a morbo peccati sanaretur, deinde per humilitatem et poenitentiam ad perfectionem perveniret.

Ex parte subjecti : gratia primis statis respiciebat per se naturam et ratione natu ræ personas, erat enim dos natur» collala in sua creatione, non suo jure, sed exeingulari beneficio Creatoris; ct cum in ea natura, nimirum innocente, nihil reperirel sibi contrarium, plene et integre se illi communicabat quoad omnes suos effectus, tam primarios quam secundarios. Gratia autem hujus status primo per se respicit personam sanandam ct ratione personæ naturam,ct cum reperiat personam omnino sibi contrariam et suis dotibus indignam, non se plene illi communicat, sicut congrueret ipsi gratiæ secundum sc et naturæ non indisposita:, ut in prima creatione, sed juxta modum homini sanando magis congruum. Judicavit autem Deus, ut jam dixi, noncongruerehomini ut tota perfectio ci restitueretur a qua superbiendo exciderat, sed ut mens sanaretur a peccato et Deo conjungeretur, relicta infirmitate in inferioribus potentiis, tum ad comprimendam superbiam, tumadexerciliuin virtutum, tum ut inde excitaretur homo ad opem medici continuo implorandam, tum ad ostendendam virtutem auxilii divini, hominem fragilem inter tot tentationes custodientis, tum denique ut conformaremur Christo, qui per actus virlutumel passionem ad gloriam corporis pervenit.

Ex parte termini : terminus gratiæ primi status fuit imago Dei homini perfecte impressa, in quantum patiebatur status viatoris ; unde statim profundebat omnes perfectiones statui viatoris non repugnantes, nulla dispositione cx parte subjecti requisita : terminus autem gratiæ Christi est hanc imaginem deturpalam concurrentibus hominis actibus reparare; sicquenon conveniebat ul tota perfectio hujus imaginis simul redderetur, sed successive per actus virtutum repararetur.

Ilis omnibus de causis, gratia primistatus dicitur gratia naturæ, non quod naturædeberetur, sed quia, ul dixi, data fuit naturæ in ejus institutione, ct cum natura atque ralione naturæ, personis communicanda,tiniquam dosnaturæ cxsingulari Creatorisbeneficio illi collate : eadem ratione dicitur justitia originalis. Gratia vero hujus status non potcsl dici gratia naturæ, nenu· justilia originalis; quia primo per se'respicit personam sanandam et rat ione personæ naluram, neque datur et accipitur cum n»-

tura, sed per actus proprios, iis scilicet qui conjunguntur Christo per fidem, bona opera ct susceptionem sacramentorum.

§1V. — *Status naturæ lapsee.*

De statu naturæ lapsæ plura dixi dum de peccato originali, nempe naturam humanam per peccatum Adæ spoliatam fuisse gratia sanctificante, virtutibus ei annexis et dono integritatis, impossibilitate, immortalitate et exemptione ab ignorantia ct concupiscentia; neque solum his donis gratuitis fuisse spoliatam, sed etiam in naturalibus fuisse vulneratam, et quatuor esse ejus vulnera, scilicet ignorantiam in intellectu, malitiam in voluntate, concupiscentiam in appetitu concupiscibili, infirmitatem in irascibili : de quo iterum infra.

Hujus miseri status, juxta SS. Patres, typum habemus Luc. 10, in parabola hominis qui descendens *ab Jerusalem in Jericho, incidit in latrones qui despoliaverunt eum, et plagis impositis abierunt, semivivo relicto;* cujus hæc est interpretatio : *Nomo quidam,* Adam scu genus humanum, *descendebat ab Jerusalem in Jericho,* exulabat e paradiso seu loco pacis in miserias ac defectus hujus mortalitatis; *incidit in latrones,* peccatum subjicit hominem potestati daemonum, *qui despoliaverunt* rwm, per peccatum fuit spoliatus gratuitis, *plagis impositis abierunt,* et vulneratus in naturalibus, *semivivo relido,* quia anima manente immortali, corpus factum est mortale, vel quia libertas arbitrii per peccatum fuit imminuta, non omnino extincta.

§ V. — *Status naturæ reparata.*

Hic status variis nominibus exprimitur in S. Scriptura. Luc. 1,1 Timoth. 2, Joan. 8, dicitur *redemptio* ct *liberatio,* scilicet a captivitate diaboli et peccati; Ephes. 2, dicitur, *resuscitatio* et *vivificatio;* 2 Pet. 2, *sanatio;* 2 Cor. 5, *reconciliatio* et *renovatio* : quæ expressiones supponunt generalem ruinam naturæ Immanæ.

Convenit iste status cum statu innocenti® in hoc quod uterque tendat ad eumdem terminum, scilicet beatitudinem supernalem, et quod in utroque principium meriti sit gratia sanctificans, eadem quoad substantiam, ut diximus.

Sed longe pluribus titulis differunt.!0 Differunt ex parte linis : linis remotus *cujus gril ia* sta'usinnocenliæ fuit manifestatio liberalitatis divinæ, status autem natura reparate manifestatio misericordi» ·. unde in isto majorfuitebaritas, quia major est chantas inimicis benefacere; fuit etiam majus beneficium in ratione beneficii, utpote indigno collatum, imo ctmajus donum, nempe Unigenitus Dei Filius; *Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret,* Joan. 5. Unde canit Ecclesia t *Felix culpa! quæ tantum meruit habere reparatorem. Vinis cujus gratia* proximus status innocentis fuit imago Dei Creatoris homini, in quantum status hujus conditio patiebatur, imprimenda, juxta illud Genes. 1. *Ad imaginem Dei creavit illum.* Finis proximus cujus gratia status naturæ reparate est imago Christi reparatoris homini similiter, in quantum puri hominis conditio permitti, imprimenda, juxta illud Rom. 8 : *Quos præ des lina vit conformes fieri imaginis Filii sui.* Finis *cui* status innocentiae erat ipse homo exornandus et glorificandus; finis *cui* status naturæ reparate est ipse Christus, ad cujus gloriam omnia illius status referuntur, ut diximus de Incarnatione.

Ex parle causæ efficientis differunt isti status; quia quamvis utriusque Deus sit causa efficiens, diverso tamen modo; est enim causa efficiens status innocenti» immediate, status natura reparate per Christum , ita ut Christus sit et causa moralis reparationis, quam sua passione nobis promeruit, et causa efficiens physica, principalis quidem ratione divinitatis, instrumentalis ratione humanitatis. Et hinc causa gratiæ in statu innocenti» erat natura extrinseca, in statu reparationis est ipsi intrinseca, nimirum Verbum caro factum; ideoque fœdus inter Deum et naturam in primo statu fuit temporale et transitorium, in statu reparationis est æternum et indissolubile ratione unionis hypostatic», juxta illud Oseæ 2 : *Sponsabo te mihi in sempiternum, et sponsabo te mih i injustitia, et in judicio, et in misericordia, et miserationibus; et sponsabo te mihi in fide.*

Differunt iterum ex parte subjecti seu causæ materialis. Subjectum status natura innocentis erat natura innocens , non habens quidem jus ad dona gratuita istius status, sed nihil habens quod ipsi tepiignaret. Subjectum autem naturæ reparat» est natura peccato infecta, quavis grana indigna : unde in priori statu erat tuitum

donis gratuitis ornanda, in altero prius sananda, deinde exornanda. Et hinc aliud disenrnen qcûû natura innocens, utpote sanact robusta, esset secundum se longe habilior ad bonum faciendum et in eo perseverandum : et vero natura reparata, cum sit adhuc ex parte infirma et variis hostibus et tentationibus vexata, diu in bono permanere non posset, nisi potentiori auxilio adjuvaretur.

Tandem quantum ad causam formalem utriusque status, scilicet gratiam, vana discrimina recensuimus dum de statu natura innocentis inter gratiam sanctificantem utriusque status. De gratia actuali dicemus infra.

Circa hos igitur status occurrunt 1res gravissimx difficultates in scholis magna contentione agitatae : prima, utrum status natura pura sit possibilis ; secunda, utrum homo in statu natura lapsæ habeat minores vires ab bonum quam habuisset in statu natura pura ; tertia, an homo in statu innocenti® indiguerit auxilio efficaci seu auxilio quoad faciendum bonum et in eo perseverandum. Has tres quæstiones tribus articulis sequentibus discutiemus. Unde sit

&

ARTICULUS II.

Utrum gtatus naturel· puræ fuerit possibilis?

Imprimis huc revocanda sunt quæ initio praecedentis articuli diximus perlinere ad statum natura pura : hunc nunquam extitisse ibidem asseruimus el totus fuit S. Augustinus ut ejus existentiam in Adamo impugnaret adversus Pelagianos. Questio est igitur de ejus possibilitate.

Jansenius torn. 2 tribus libris integris, contendit esse absolute impossibilem ct justitiam originalem cum dono integritatis fuisse naturalem in Adamo, non solum hoc sensu quod illi cum natura collata sit, aut quod natura sit consentanea; neque tamen etiam hoc sensu quod ipsa sil naturа humanx essentia aut proprietas, sed hoc sensu quod rationi, æquitati et ordini providenti® ita sit consentanea , ul homo non potuerit sine illa in statu natura purx creari, absque læsione bonitatis, justilix , sapientia·, divinx el recti ordinis providentia*. Jansenio prxiverant Lulherus in cap. δ Gènes. ('alvinus lib 1 Institut, c. IIS, et lib. 2, cap. 1, ct Rains in propositionibus damnatis.

Quidam theologi præscindentes omnipotentiam divinam a exteris attributis,dicunt statum natura pura , attenta divina omnipotentia sic prxeisa, esse possibilem; attenta autem divina omnipotentia ut conjuncta divinx sapientiae, bonitati et justitix, non esse possibilem. Verum hæc metaphysica prxeisio videtur futilis et absona ; quod enim est contra Dei sapientiam, bonitatem, justitiam aut quodvis aliud ejui attributum, debet censeri simpliciter et absolute impossibile ; Deus enim, ut ait Apost. 2 Timoth. 2, *seipsum negare non potest,* neque facere quod repugnat divinis suis perfectionibus. — 1. p. q. 25. n. 5 nd. 1. — « Nihil potest esse in poten- » tia divina, inquit Auctor, quod non pos- » sit esse in voluntate justa ipsius et inin- » tellectu sapiente ejus. »

Alii distinguunt inter potentiam Dei extraordinariam et ordinariam , et dicunt statum natura pura esse possibilem dc potentia Dei extraordinaria, non dc potentia Dei ordinaria, aliis contendentibus esse possibilem, etiam de potentia Dei ordinaria : sed hanc discordiam videri dc nomine ex diversa intelligentia hujus vocis *potentia ordinaria,* ostendam infra.

Communis sententia est, statum natura pura esse simpliciter possibilem. Unde

Dico. Fuit simpliciter possibile Deo creare hominem in statu natura purx, scilicet sine peccato et sine gratia atque dono integritatis, obnoxium morti, ignoranti® et concupiscenti®.

Tota conclusio est contra Janseniimi ct ejus sequaces. Ex parte contra Estium, llerreram et quosdam alios theologos, qui admittunt quidem Deum potuisse creare hominem sine gratia sanctificante et sine dono immortalitatis, non tamen sine dono integritatis excludente concupiscentiam.

Prob. 1° ex S. Aug. qui lib. δ de Lib. Arbit. cap. 20, disputans contra Manichxos «pii admittebant duo externa principia, unum bonum, alterum malum, et istud vituperabant propter ignorantiam et difficultatem bene vivendi ex concupiscentia, quas patimur, supponit quatuor modos quibus animæ produci possint et corporibus communicari. Primus est, si omn< animæ ex una anima peccatrice via seni

tali traducerentur ; secundus, si singulis corporibus singuïæ anim» por creationem infunderentur. In hoc modo S. Aug. non supponit peccatum, ut patebit mox ex ejus verbis, et hæc est hypothesis de possibilitate naturæ puræ; tertius, si omnes animæ in aliquo loco prius existentes mitterentur a Deo ad informanda corpora; quartus, si sponte sua in hæc corpora dilabantur. Quis autem ex his modis sit verus, non audet definire S. Aug. cap. seq. 21.

Igitur cap. 20, loquens dc secunda hypothesi, dicit : « Si ergo altera (anima) la-
» lis esse coepit, non solum ante peccatum,
» sed ante omnem vitam suam, qualis alia
» post vitam culpabilem facta est, non par-
» vum bonum habet unde conditori suo
▪ gratias agat, quia ipse ortus ejus et in-
» choalio quovis perfecto corpore est mc-
» lior; non enim mediocria bona sunt, non
» solum quod anima est, qua natura jam
» omne corpus præccdit, sed etiam quod
» facultatem habet ut, adjuvante Creatore,
b seipsam excolat et pio studio possit om-
« nes acquirere et capere virtutes per quas
« et a difficultate cruciante cl ab ignoran-
« tia cxcanlc liberetur. Quod si ita est,
» non erit nascentibus animis ignorantia
» et difficultas supplicium peccati, sed pro-
• ficiendi admonitio el perfectionis exor-
» dium ; non enim ante omne meritum bo-
» ni operis parum est accepisse naturale
» judicium quo sapientiam præponat errori
b et quietem difficultati, ut ad hæc non
›· nascendo sed studendo perveniat. »

Prius dixerat : « Quid enim indignum, si
» etiam sic voluit Creator ostendere us-
« que adeo excellere creaturis corporeis
» animæ dignitatem, ut ab eo gradu possit
« esse ortus alterius, ad quem alterius per-
» ductus est occasus. »

Hoc autem testimonium eo est efficacius, quodS. doctor jam senex factus illud repetat et approbet lib. 1 Retract, cap. 9. « Ad miseriam, inquit, juste damnationis
» pertinet ignorantia et difficultas.... quam-
« vis etiam, si essent hominis primordia
» naturalia , nec sic culpandus Deus, sed
b laudandus esset, sicut in eodem I. 5
• (nempe dc Lib. Arbit.) disputavimus. »

Et morti proximus iterum sic confirmat lib. de Dono Pcrsever. c. i 1 :«Etiamsi verumes-
» set ignorantiam et difficultatem, sine qui-
▪ bus nullus homo nascitur, primordia non
» supplicia esse naturæ, vincerentur tamen
» Manichxi. » Id est, non propterea Auctor naturæ esset culpandus.

Ex his evidens est S. Xugustinum agnoscere Deum , absque ullo suæ bonitatis et justitiæ præjudicio, potuisse creare hominem in statu naturæ puræ, obnoxium ignorantis et difficultati ad bonum, sub qua comprehenditur concupiscentia et infirmitas, ut notat S. Th. idque nunquaic retractasse, ut quidam fingunt, sed in ea sententia usque nd finem vite perseverasse. — 1. 2. q. 95 a. 5 ad. 5. — Cum ailtem alii defectus minus repugnent, *a fortiori* potuit homo creari cum illis.

Jiespondcnt adversarii post Jansenium, hypothesim S. Augustini de qua loquimur, supponere peccatum et gratiam, consequenter non esse hypothesim naturæ puræ. Supponit peccatum, quia ibid, paulo ante dixerat S. Aug. *Ul malum meritum prioris sit natura sequentis.* Supponit gratiam, quia dicit illam animam pio studio acquirere posse omnes virtutes per quas *ct a difficultale cruciante et ab ignorantia cœcanle liberetur.*

Sed contra. Primum aperte contradicit verbis S. Augustini ; dicit enim *unie pec catum,* ct supponit hanc ignorantiam ct difficultatem esse *primordia naturalia, non supplicia peccati.* Si vero suppone rent peccatum, jam non forent primordia naturalia, sed peccati supplicia. Item supponit ortum hujus animæ fore ab eo gradu ad ipiem alterius animæ peccatricis occasus est perductus; si autem supponeret peccatum, utrobique foret occasus. Quantum ad verba quæ objiciuntur, istud malum meritum de quo loquitur S. Aug. non est peccatum, sed prena peccati seu mali meriti, et sensus est : Si ignorantia ct difficultas quæ est in una anima pœna peccati, foret alteri naturalis, non ideo esset aliquid perversum, nec Deus esset culpandus. Patet legenti textum integrum S. Augustini.

Si dicas. Saltem corpus seu caro cui per creationem infunderetur anima ista, esset seminaliter ex Adamo peccatore. ; dicit enim S. Augustinus paulo post ·. « Caro
» de propagine veniens peccatoris, venien-
» tibus ad se animis, banc ignorantiam et
» difficultatem facit. » Nihil autem repugnat propter Adammn peccatorem ejus

proiem pœna ignorantiæ et concupiscenti® aIHigi. *P.* S. Augustinum in secunda hypothesi in qua fundatur nostrum argumentum abstrahere unde sit caro; quæ autem atteruntur ex ipso pertinent ad tertiam hypothesitn, de qua non est liic quaestio.

Quantum ad secundum. Quæ objiciuntur exS. Augustino non important gratiam ordinis supernaturalis et proprie dictain , sed auxilium ordinis naturalis; homo enim in natura pura per auxilia ordinis naturalis ct suo statui congrua posset acquirere virtutes morales , per quas ignorantiam ct concupiscentiam vinceret.

Cæterum, ut mens S. Augustini clarius percipiatur, observandum est (ut ipsemet observat de Dono Pcrsev. cap. 11 et 12) ipsum duplici modo processisse adversus Manichaeos : 1° probando ignorantiam veri ct difficultatem recti supponere peccatum ct ex eo oriri, sicque in Deum non esse referendas; 2° via ratiocinii, nimirum quod licet forent primordia naturalia, neque peccatum supponerent, non ideo etiam Deum esse culpandum, sed laudandum.

Procedendo primo modo, nihil dixit quod faveret statui naturæ puræ; sed quia Manicbæi non admittebant vetus Testamentum ct rejiciebant in novo omne id unde posset probari peccatum originale, secundo modo præcipue institit et juxta illum ratione probavit, esto non esset peccatum originale, atque ignorantia ct concupiscentia essent primordia naturalia, Deum nihilominus non esse auctorem mali nec culpandum ; cum in hachypolhcsi ignorantia et difficultas recti forent *proficiendi admonitio ct perfectionis exordium.*

Cum autem Pelagiani status naturæ puræ assertores retorquerent in S. Augustinum qu® dixerat cont a Manii hios, respondebat S. Augustinus hæc ipsis non favere, quia arguerat contraManii hxos, non ex præsenli rerum statu, neque auctoritate Scripturarum quas negabant, sed ex variis ratiociniis ct hypolhesibus, quibus constabat Deum non esse auctorem mali : Pelagiani autem , qui admittebant vetus cl novum Testamentum , ex illis et ex prxsenti PTum statu confundebantur.

Ex his palet S. Augustinum non arguisse contra Manichaeos ex hypothesi impossibili, ut quidam perperam dicunt; non enim isset S. doctor hæreiicos confutare ex hypothesi quam judicasse! ip'cmet impossibilem ; neque dicenda est hypothesis impossibilis juxta quam Deus non est culpandus, sed laudandus.

Prob. ex S. Th. in 2, d. 51, q. 1, a 2, ad 5, ubi dicit : « Poterat Deus a princi- » pio quando hominem condidit, etiam » alium hominem ex limo terræ formare, » quem in conditione suæ naturæ relinque- » ret, ut scilicet mortalis et passibilises- » sel ct pugnam concupiscenti® ad ratio- » nem sentiens ; in quo nihil human® na- » turx derogaretur, quia hoc ex principiis » naturæ consequitur. Non tamen iste de- » foetus in eo rationem culpæ aut pœn® » habuisset, quia non per voluntatem iste » defectus causatus fuisset. » Idem docet 4 cont. Gent. c. 52, tametsi congruum existimet, attenta suavi Dei providentia, ul homo ab illis defectibus in sui creatione per donasupernaluralia eximeretur : unde dicit ex his defectibus posse probabiliter probari peccatum originale , quod modo magis explicabimus.

*Prob. ratione.*Statusnaturæ puræ,prout exprimitur in conclusione , non repugnat neque ex parte hominis , neque ex parte Dei : ergo est simpliciter possibilis.

Prob. prima pars ant. 1° Neque gratia sanctificans, neque donum integritatis et immortalitatis suntdebiia naturæ humanx secundum se spectatae, sed mere gratuita et ex sola Dei libcralitatc collata : ergo status naturæ ab illis dotibus puræ non repugnat ex parte hominis. *Patet consci].* quia de ratione doni indebiti ut mere liberalis est, quod possit ad nutum dantis concedi aut denegari; et ideo adversarii volunt naturam sine his donis non posse creari, quia putant ea illi ex quadam justitia deberi. *Prob. ant.* imprimis quantum ad gratiam proprie dictam et supernaturalis ordinis. 1° Ex ipso nomine; si enim debita , jam non est gratia; si ordinis supernaluralis, ergo supra totum ordinem et debitum naturæ. 2° Quia per gratiam homo fit filius Dei adoptivus , Galat. 4. De ratione autem adoptionis est, quod qui adoptatur, non natura nec aliquo jure, sed liberali adoptantis voluntate fil filins et haeres. 5° Per gratiam homo fit consors «livinæ naturæ et ipsi datur Spiritus sanctus. Rom. 1. Quis autem hæc naturæ Immane esse debita et non omnino gratuita dirai'

Unde S. Aug. l. 5 contra Maximum c. 13 : • Homo, inquit, ad similitudinem Dei fac- » tus est; tamen quia non est unius ejus- » denique substantis, non est verus filius, » ct ideo iit gratia filius, quia non est na- » tura. » Quantum ad donum integritatis et immortalitatis, *prob.* Non est naturæ secundum se spectalæ debitum donum quo eximatur a defectibus ipsius naturæ principia consequentibus , sed magis debitum est ut iis obnoxia relinquatur, ut patet in potentia peccandi, de qua modo : atqui ignorantia , concupiscentia , passibililas , mortalitas consequuntur ex principiis naturæ humanæ,ut docet S. Th.4cont. Gent, cap. 32 et nos diximus supra in expositione status naturæ puræ ; scilicet, cum corpus humanum componatur ex contrariis continuo interse pugnantibus,connalurale esse ut sit passibile et corruptibile; similiter appetitum sensitivum in ea quæ sunt secundum sensum moveri, quæ sæpe sunt contraria bono honesto et rationis ; item intellectum qui ex sensibus natus est adipisci notitiam inlelligibiliutn, diilicile ad eam pervenire et facile propter phantasmata a vero deviare : unde S. August, lib. 4 contra Jul. cap. 16, loquens de concupiscentia : « Gratia Dei, inquit, ibi magna » erat, ubi terrenum et animale corpus bes- ʊ tialem libidinem non habebat. » Ergo.

Prob. 2° prima pars primi ant. Homo conditus in puris naturalibus, haberet omnia quæ ipsi competunt naturaliter, seu ex principiis intrinsecis, tam in esse physico quam in esse morali : ergo status naturæ pura non repugnat ex parte hominis. *Prob. ant.* In ordine physico homo constituitur corpore et anima rationali cum suis proprietatibus et potentiis tam spiritualibus quam sensitivis; in ordine morali exigit habere liberum arbitrium, suum finem et media illi pro|*nrtionata cognoscere, atque per ea finem posse assequi : atqui hæc omnia haberet in statu natura puræ. Et quidem de principiis intrinsece constituentibus et proprietatibus naturalibus atque libero arbitrio nemo negat. De cæteris probatur. Finis proximus hominis in statu natura puræ foret bonum honestum, finis ultimus Deus ut auctor natura, media ad illum finem consequendum actus morales boni per auxilia ordinis naturalis; hæc autem omnia, cum naturam non transcendant, cognosceret, nec deessentilli anxilia præfata quibus per bonos actus morales hunc suum finem ultimum assequi posset: sicut enim ad providentiam divinam pertinet unicuique rei naturali providere de mediis suo fini ad quem creata est proportionalis, *a fortiori* provideret creatura rationali ad imaginem suam factæ; neqne sane id posse Deum fas est negare : si autem posset et indigeat creatura rationalis in præfato statu, procul dubio daret. Sicut ergo in statu supernatural! elevationis dantur omnibus auxilia sufficientia nd finem supernaturalcm consequendum, et quibusdam pradilcctis efficacia : ita in statu naturali darentur omnibus auxilia sufficientia ordinis naturalis et quibusdam efficacia. Neque, utjam notavi, ista debent censeri naturæ pura indebita; esto enim sint indebita cuilibet individuo, sunt tamen debita speciei natura in aliquibus suis indiv iduis, secundum beneplacitum Auctoris natura,qui etiam hæc suæ providential deberet, ne frustra condidisset naturam humanam in ordine ad suum finem, si nullum ejus individuum illum obtineret.

Sic probata prima parte primi ant. sponte fluit secunda pars, scilicet, statum naturæ puræ non repugnare ex parte Dei. Si enim gratia supernaturalis, donum integritatis et immortalitatis non sunt debita natura humanæ, hæc dona Deus illi denegare potuit absque læsione suæ justitiæ, bonitatis et sapieutiæ, sicut illi denegaret et de facto denegavit Adamo innocenti donum impeccabilitatis. item si homo in statu naturæ puræ haberet omnia quæ ipsi competunt secundum principia sua intrinseca, tam in esse physico quam in esse morali, salvatur ordo justitiæ divinæ, utique reddentis unicuique quod ei debetur jure suæ creationis, salvatur ordo divinæ sapienti® ct bonitatis disponentis et ordinantis omnia ad suos fines. Ergo.

/iespondent quidam hæc equidem dona non debere homini jure suæ natura, Deum tamen non posse secundum xquila tein ea denegare suæ imagini innocenti.

Sed contra 1°. Ex dictis, Deus secundum suam æquitatem, non plus debet suæ imagini innocenti quam quod ill; competit jure suæ creationi» in ratione nnaginis : atqui, *ut probavimus,* ista dona non debet homini imagini su.» jure inæ crea'.io-

nis : ergo. 2° *Et valide confirmatur conclusw .·* peccatum ct potentia peccandi magis repugnant dignitati imaginis Dei quam concup-centia, ignorantia et alii defectus naturaies · atqui tamen Deus illæsa æquitate non abstulit ab homine innocente potentiam peccandi, et ipsum peccatum praevisum non impedivit, cum utrumque facillime posset : ergo. 5° Magis repugnare videtur dignitati imaginis Dei quod anima rationalis innocens uniatur carni peccatrici, ex qua non solum memoratos defectus, sed longe pejorem , scilicet maculam peccati contrahat, quam si uniretur carni memoratis quidem defectibus o"bnoxiæ,sed a labe peccati pur» : atqui Deus absque iniquitate primum præstat, cum facillime posset aliter : ergo *a fortiori* potuit sine iniquitate secundum.

in hoc ergo peccant adversarii, quod æsliment æquitatem Dei ex infirma et limitata ratione humana, cum æstimari debeat ex ipsa divina voluntate et id omne sit justum quod Deus vult; neque si aliud voluisset, fuisset injustum.

s

Prob. tandem cx pluribus propositionibus damnatis in Baio a SS. pontificibus S. Pio V, Gregorio XI11 et Urbano V III. *Prima :* « Humanæ natura sublimatio et exal- » talio in consortium divinæ natura dc- » hila fuit integritati primæ conditionis, et » proinde naturalis dicenda est, non su- » pernaturalis : » est 21 inter damnatas. *Secunda :*›‹ Integritas primæ creationis non « fuit indebita natura humanæ exaltatio, » sed naturalis ejus conditio : » est 26. *Tertia :* « Deus non potuisset ab initio ta- » lem creare hominem qualis nascitur; » excepto scilicet peccato : est 53. *Quarta:* » Immortalitas primi hominis non erat • gratiæ beneficium, sed naturalis condi- ·» tio : » est 78. *Quinta :* « Falsa est doc- » torum sententia, primum hominem po- ›» fuisse a Deo creari et institui sine justi- » lia naturali : » est 79. Adde hanc Quesnelli damnatam a Clemente XI : « Gratia » Adami est sequela creationis, et orat de- « bita natura sanæ et intégra : » est 55.

Respondent adversarii, non omnespropositiones Bail esse damnatas ut falsas, sed esse damnatas tantum, *ut haereticas, trronens, suspectas, temerarias, scandalosa^el in pias aures offensionem immittentes respective; Pium* **Tin** *bulla declarasse nonnullas aliquo pacto futinori posse,* el tandem Suarern ac Vajquesium docere ex ore Toleti, qui bac de re missus fuit Lovanium a Gregorio XIII, quique probe noverat mentem SS. ponlificis, aliquas esse damnatas solum propter acerbitatem censura, et quoad doctrinam posse sustineri ut veras.

Sed contra 1°. Dato nonnullas pesse aliquo pacto sustineri, quatenus niminim sunt duntaxat damnatæ propter acerbitatem censura, ut dicunt laudati theologi, eæ quas retulimus, excepta ultima, non sunt hujus speciei, cum nullam contineant censuram.

2" Ambæ facultates theologicae Lovaniensiset Duacena in suis declarationibus tunc temporis datis censuerunt omnes esse damnatas ut falsas, et omnibus contradictorias ut veras apposuerunt. Apud Steyartium in annotat, ad propositiones damnatas pag. mihi 160 et sequentibus.

Contendit laudatus Steyarlius pag. 13-t et sequentibus, nullam propositionem ab Ecclesia damnari nisi quæ sit falsa, et hanc falsitatem supponi cum damnatur ut vd temeraria, vel scandalosa, vel suspecta, hoc enim ultimum, inquit, intelligiturde graviori falsitate; quod si aliquando quaedam damnatur expresse ut falsa, ideo est quia sola falsitate peccat : et quæ damnanti» propter acerbitatem censura tantum, liet, quoad doctrinam quam continent, sint vera, censura tamen quæ est illarum pars est falsa, et sic ipsæ sunt falsæ, et ut tales damnatæ. Polior ejus ratio est, quia alioquin ex condemnatione propositionum sic *respective* damnatarum, quales sunt propositiones Wiclefli, Joannis Ilus, Lulberi, Molinos et plurimasaliæ tam laxiores quam strictiores, nullum possetdesumi argumentum ad asserendam veritatem oppositam; statim enim respondebitur propositionem non esse damnatam ut falsam, sed tantum ut vel temerariam, vel offensivam, vel scandalosam, quod est magnum inconveniens in scholis catholicis, imo in Ecclesia. Hæc, fateor, ratio non est contemnenda.

Juxta igitur hanc Steyartu sententiam, quam lectoris judicio permitto, dicendum quod, quamvis doctrina propositionum Baii, quæ continent censuram propter quara sunt damnatæ, possit, seposita censura, sustineri (quo verisimiliter sensu dixit you-

lifex nonnullas aliquo pacto posse sustineri) omnes aliæ quæ simpliciter et absque censura efferuntur, sint falsæ quoad doctrinam et nullo pacto possint sustineri, cujusmodi sunt omnes propositiones de quibus hic est quæstio, excepta ultima. Et revera, ut dixi, utraque facultas Lovanicnsis et Duacena censuil omnes esse damnatas ut falsas.

Respondent aliter theologi catholici qui negant tantum secundum quid possibilitatem naturæ pnræ, id est, qui admittunt hominem potuisse quidem creari sine gratia et sine immortalitate, non tamen sine immunitate a concupiscentia; dicunt enim lias propositiones esse damnatas in sensu Bail qui contendebat hominem non posse creari non solum sine immunitate a concupiscentia, sed etiam sine gratia et immortalitate, hasque dotes esse naturæ innocenti naturales et debitas, quas dotes involvunt propositiones damnatæ. Equidem fateor quosdam, inter quos noster Gonet. hac ratione excusare a censura laudatos theologos; alii tamen urgent hanc propositionem Baii damnatam · *Deus non potuisset ab initio creare hominem qualis nunc nascitur;* item hanc: *Integritas primæ creationis non fuit indebita naturæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio.* Quæ si damnatæ sint ut falsæ, earum contradictori® sunt veræ, hæ scilicet : *Deus potuisset ab initio creare hominem qualis nunc nascitur*, excepto peccato; non potest enim nisi absurde aliter intelligi : nascitur autem nunc homo non solum sine gratia, sed etiam obnoxius concupiscenti®. El *Integritas primæ conditionis fuit indebita naturæ exaltatio, non naturalis ejus conditio.* Integritas autem naturæ primo per se importat immunitatem a concupiscentia,et potuisset Deus naturam integram creare sine gratia sancti Beante, ut diximus supra. Sed quidquid sit de theologis orthodoxis, currit saltem probatio contra Baium, Jansenium et Jansenianos.

Restat discutere qua potentia Deus potuerit creare hominem in statu naturæ pura, an extraordinaria, an ordinaria ? Id autem pendet cx diversa acceptione omni potenti® ordinari® et extraordinaria*. Jam dixi initio articuli, non debere dici potentiair. extraordinariam, qua sola attenta et ab alii·» divinis attributis præcisa, posset Deus aliquit facere quod esset suis perfectionibus contrarium, ut omnes beatos in infernum detrudere , aut omnes diabolos in cœlo beare; hujusmodi enim praecisio in Deo est chimærica et absurda, ut probatum est. Neque negavit Jansenitis statum naturæ puræ esse possibilem secundum hujusmodi potentiam, sed quia repugnat justiliæ et sapienti® Dei. Aliterergo intelligenda est potentia Dei extraordinaria el ordinaria.

Quidam inlelligunt potentiam ordinariam, illam qua Deus nonnisi effectus naturæ rerum proportionates et illi naturaliter debitos producit; extraordinariam illam qua effectus miraculosos et super vires ac exigentiam naturæ producit. Juxta hanc intelligentiam, dicendum est quod status naturæ puræ fuit possibilis de potentia Dei ordinaria; quia supponitur in illo omnia fore connaluralia et nihil miraculosum, ut explicuimus.

Alii inlelligunt potentiam extraordinariam, illam qua Deus potest multa facere, quæ tamen decrevit non facere, et quæ consequenter non subjacent ordini præsentis providenti®, hoc est, ordini quem ipse statuit in rebus perducendis ad lines quos ipse sibi proposuit. Vocant potentiam ordinariam , illam qua Deus exequilur quod ipse facere decrevit, et ita videtur sentire S. Th. 1 p. q. 25', a. 5. ad 1, dicens : « Quod autem attribuitur polenliæ divin® » secundum quod exequilur imperium vo » luntatis just®, hoc dicitur Deus facere de » potentia ordinaria. » Juxta hanc iutelligentiam dicendum est Deum non potuisse creare hominem in statu naturæ puræ potentia ordinaria sed extraordinaria tantum ; quia supposito ordine quem Deus statuit in rebus, elevatione scilicet creator® rationalis ad finem supernaturalein ex singulari benevolentia, iste status non subjacet præsenti providenti®,sed mansit in sua possibilitate; modo tamen in ea sententia omnino concedatur, quod Deus plene et sine ullo suorum attributorum præjudicio, potuerit alterum rerum ordinem statuere , et juxta illum creare hominem in statu natur® puræ.

Quod ut melius intelligatur, observandum est hoc esse discrimen inter nostram el Dei voluntatem, quod voluntas divina efficiat bonum, justum, conveniens omne

quod vult, quia ipsa est prima ct suprema regula totius bonitatis, justitia*, ct convenienti®; nostra e contra supponat in rebus bonitatem, justitiam et convenientiam, quibus debet conformari. « Poterat Deus..... » inquit S. Aug. Senn. 126, cap. 5, facere » quidquid vellet, judicare ut vellet, etlioc u quod vellet ipsa justitia est. » Et S. Tli. 1 p.q.21, a. I,ad2: «Quod secundum suam » voluntatem Deus facit, juste facit : et nos » quodsecundum legem facimus, juste faci- « mus.»Ib.q.23,a.5,ad 2:«FaIsum est quod » dicitur : Deus non potest facere nisi quod v modo conveniens est et justum ; » quia si voluisset aliud, fecisset conveniens et justum. Quod ergo Deus tantam creatura rationali benevolentiam impenderet, ut illam ad finem supcrnaturalem crearet, huncque, qui nunc est, rerum ordinem potius quam alium instituerit, non fuit ex ipsa rerum convenientia seu exigentia, sed ex libera et gratuita ejus voluntate ;consequenterpoleratalium instituere secundum quem conveniens fuisset creare hominem in statu natura pura, ut manifestaretur quid natura precise suis viribus posset, aut ob alios fines sibi notos,sicut etiamnum liberum arbitrium creatum est cum suo nativo defeclibilitatis defectu, qui omnium maximus est. Igitur non ideo Deus noluit creare hominem in statu natura pura, quia id non fuisset conveniens ; sed non fuit conveniens, (plia Deus volens ex singulari benevolentia creare hominem in ordine ad finem supcrnaturalem, conveniens erat ut illi ad suum finem subministraret media incompossibilia cum statu natura pura, ficque hæc convenientia est prorsus a divina voluntate dependens. Itaque secundum diversam acceptionem assignatam potential ordinaris et extraordinariis, vere dicitur statum natura pura fuisse et non fuisse possibilem de potentia ordinaria; et sic conciliantur contrariae aententix Thomistarum.

Ex his mature perpensis et bene intellectis obviabis mullis testimoniis S. Aug. quibus S. doctor videtur innuere creaturam rationalem non posse sine sua culpa carere donis supernaturalibus; hæc enim testimonia intelligendasunt secundum prascnlcm rerum statum et ordinem,non secundum alium quem Deus potuit instituere.

Solvuntur objectiones.

Immensus et tædiosus forem si omnia referrem quæ exponit Jansemus tribus libris integris contra possibilitatem nature puræ. Præcipua proponam cx quorum solutione exterorum solutio poterit colligi. Ex triplici autem capite potissimum arguunt Janscnius et ejus discipuli; 1· ex ordine hominis ad Deumutultimum finem; 2" ex turpitudine concupiscentis; 5' ex exteris hujus vitæ miseriis.

Solvuntur objectiones contra secundam partem conclusionis.

Obj. 1°. Homo non potuit creari in eo statu in quo non potuisset satiari naturalis ejus appetitus : atqui in statu natura puræ naturalis appetitus hominis non potuisset satiari : ergo *Majorpatet;* tum quia Auctor natura frustra inseruisset appetitum naturalem qui impleri et satiari non posset; tum quia frustratio hujusmodi appetitus foret gravis poena et supplicium sine culpa, miser est enim qui non habet quod appetit. *Prob. min.* Inest homini naturalis appetitus ad claram Dei visionem : atqui iste appetitus non posset satiari in statu natura puræ , non enim potest obtineri clara Dei visio sine lumine glori® et sine gratia supernatural!, quæ abfuissent a statu natura puræ : ergo. *Prob. maj. multipliciter.* 1° Ex S. Aug. lib. 1 Confess, cap. 1 : « Fecisti, inquit, nos, Domine, ad te, » et inquietum est cor nostrum donec re- » quiescat in te. » Et lib. 5 de Trinitate cap. 5 : « /Id appetendam bealitmlinem » natura compellit et immortalis Creator » hoc indidit. » 2° Ex S. Th. qui i p. q. 12, a. 1, et lib. 5, coiit. Gentes cap. 30, 51, 52, probat intellectualem substantiam posse videre Deum per essentiam, ex eo quod *inest homini naturale desiderium cognoscendi causam cum initietur effectum;* cumque impossibile sit (citato cap. 51) naturale desiderium esse inane,quod esset si non esset possibile pervenire ad divinam substantiam intelligcndam (quod naturaliter omnes mentes desiderant), nccsse est dicere quod possibile sit substantiam Dei videri per intellectum a substantiis intellectualibus. 5° */latione.* Inest cuilibet creatura appetitus innatus m suum ultimum iinem et bealiiudinem : atuui Deus clare visus est ultimus linis el beatitude

ercatiir* rationalis ergo J læccstsumnia argumenti qnod maxime cxtolluntadversarii.

Ante responsionem , præmittcnda est distinctiodupiicisappelitus naturalis, scilicet innati ct eliciti. Appetitus innatus nihil est aliud quam propensio et pondus alicujus naturæ in propriam petfeclioncm, omnem actum elicitum prævenicns et naturalem rei formam consequens : est communis omnibus creaturis tam animatis quam inanimatis : sic lapis habet appetitum innatum deorsum, ignis sursum. Appetitus elicitus est (pii sequitur formam sensu vel intellectu apprehensam, et est duplex, inefficax et efficax. Inefficax dicitur quia est conditionatus, ut, Vellem hoc si esset possibile ; vel si sit absolutus, non tamen sortitur efficaciam ad rei exeeutionem. Alter dicitur efficax, quia et est absolutus, ct potest applicare media proportionate finis assecutioni. Uterque tam innatus quam elicitus dicitur naturalis, sed diverso sensu. Innatus dicitur naturalis, quia est a natura seu auctore naturæ insitus; elicitus dicitur naturalis, quia viribus naturæ elicitur. Hoc præmisso,

Ii. N. min. Ad prob. D. maj. Inest homini naturalis appetitus innatus ad claram Dei visionem, *N. maj.* Habet enim duntaxat homo hujusmodi appetitum innatum ad perfectamDei cognitionem abstractivani, quantam habere potest lumine naturali cx effectibus creatis. Naturalis appetitus elicitus, *subdistinguo :* appetitus elicitus inefficax, *C.* efficax, iV. *ct concessa min. D. conseq.* Ergo in statu naturæ puræ appetitus naturalis innatus hominis non potuisset satiari, *N.* Potuisset enim homo in hoc statu acquirere bealiludinem naturalem ad quam habetappetitum innatum. Appetitus elicitus inefficax, *C.* Neque in hoc est inconveniens , sicut non esset inconveniens quod non satiaretur appetitus hominis qui conditionals desideraret imperare toti mundo si posset.

Ad primam probationem cxS. Aug. *II.* S. Augustinum loqui de corde elevato Per gratiam ct illustrato per fidem : cor autem huiusmodi propendet in claram Dei visionem appetitu, non sibi innato a natura sed in dito per gratiam. Ad alium textum potest eadem solutio adhiberi; vel dicendum S. Augustinum loqui de beatitudine in communi et formaliter sumpta, non de speciali quæ sit clara Dei visio.

AdS. Th. II. ipsum intclligcre de appetitu elicito, non innato ; neque de appetitu elicito efficaci, sed inefficaci. Primum patet; quia loquitur de appetitu cognoscendi causam ex cognitione effectuum, «.ppetitus autem qui sequitur ad formam apprehensam est elicitus, non innatus, ut dictum est ; insuper non esse homini appetitum innatum ad claram Dei visionem docet S. Doctor pluribus in locis Q. 22 de verit. a. 7, in 5, d. 25, q. 1, a. 4, qnæstiunc. 5, et ibid, ad 1 et 2. Et ratio ex ipso locis citatis est, quia non est inclinatio a natura indita ad id quod est super facultatem naturæ, natura cmm non inclinat nisi ad id quod est sibi consentaneum ct commensuratum , alioquin inclinaret ad id quod est impossibile. Neque obstat quod S. Doctor opusc. 70 in Boetium dicat: « Quamvis homo na- » turaliterinclincturin finem ultimum,non » tamen potest naturaliter eum consequi. » sed solum per gratiam, et hoc est pro- › pter eminentiam illius status ; » sensus enim hujus textus est hominem inclinari naturaliter in finem ultimum in communi, ut scilicet appetat esse completum in bonitate, ut loquitur loco citato de veritate : ct quia finis ultimus in communi non potest practice obtineri nisi in aliqua re speciali, et illa res specialis in qua consistit verus finis ultimus hominis in hoc statu, est ipsa Dei essentia clare visa confuse contenta in fine ultimo in communi, vere dixit S. Doctor quod homo non possit naturaliter eum consequi, sed solum per gratiam , et hoc propter eminentiam illius finis. Vel brevius dici potest per inclinationem naturalem S. Tliomam non intelligere appetitum innatum, sed elicitum inefficacem, quem vocat naturalem , quia viribus naturæ elicitur; nisi velis S.Doctorcm contradictoria loqui.

Secundum, scilicet hunc appetitum elicitum ad claram Dei visionem, non esse efficacem sed inefficacem, patet etiam, quia non potest esse appetitus efficax in natura ad aliquem finem, nisi sit in ea natura sufficientia virtutis ad illum finem assequendum, aut saltem naturaliter cognoscat aliunde possibilem et futurum; non “nim datur appetitus efficax ad impossibile. aut non possibile reputatum tale . a’qui non danir in natura sufficientia virtuti* adcla-

ram Dei visionem assequendam, nec naturallier cognoscitur possibilis et futura . Nam oititasrtofi vidit, inquit Apost. iCor. β, *nec auris audivit, ncc in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus iis qui diligunt Xium.*

Neque dicas animam separatam appetere efficaciter reunionem ad suum corpus, ad quam tamen non est virtus sufficiens in natura. Nam 1° *dato assumpto,* vel anima separata lumine fidei cognoscit hanc reunionem esse possibilem et futuram, et sic est disparilas; vel orbata lumine fidei hanc reunionem possibilem et futuram non agnoscit, et tunc appetitus ejus ad illam non potest esse nisi inefficax. 2° Alii negant assumptum, et dicunt statum separationis esse connaturalem animæ, sicut statum unionis, proindcque secundum se spectatam non appetere reunionem. Cum enim, inquiunt, anima sit media inter substantias pure spirituales et formas corporeas, participat aliquid de utroque extremo; unde sicut formæ pure immateriales, ut angeli, subsistunt connaturaliter sine appetitu unionis cum corpore , et formæ materiales sint connaturaliter sine appetitu separationis; ita anima rationalis habet connaturaliter duplicem statum, scilicet unionis cum corpore, in quo non appetit ex se separationem , et separationis, in quo non appetit ex se ct suis naturalibus unionem. Ita noster Gonet.

Inst. Dato S. Thomam loqui de appetitu naturali elicito, saltem intelligit efficacem. Ergo. *Prob. ant.* Ex illo appetitu probat possibilitatem visionis beati ficæ : atqui hæc possibilitas non potest probari ex appetitu inefficaci, datur enim appetitus inefficax ad impossibile : ergo.

Ji. N. ant. Ad prob. D. maj. Ex illo appetitu probat demonstrative et efficaciter possibilitatem visionis beatificæ, *N. maj.* Certum est enim hoc mysterium non secus ac alia mysteria supernaluralia Trinitatis, Incarnationis, etc. non posse naturali demonstratione probari. Ita in terminis docet ipse S. Doct. i cont. Gent, cap 8, dicens : « Humana ratio ad cognoscendam » fidei veritatem ita se habet, quod ad eam » potest aliquas veras similitudines colli- » gere ; quæ tamen non sufficiunt ad hoc » quod prædicla veritas quasi demonstra- » Uve, vel per se intellecta comprehenda- » tur; » et cap. 1, promiserat quod, cum gentiles non admittant sacras Scripturas, earum auctoritate cum illis non s·» procedendum, sed naturali ratione, *quos tamen,* inquit, *in rebus divinis deficiens est.* Ex illo appetitu probat probabiliter et morali· ter tantum possibilitatem visionis Beatificae, *C. maj.* Quia cum iste appetitus, quamvis de se inefficax, sit ita universalis ut in omnibus eliam sapientibus et prudentibus reperiatur, probabile est illum non ita frustrari,ulomnesetsemper fallantur. *Ad hunc sensum distincta min. N. conseq.*

Pepones. S. Th. loquitur de appetitu, qui non potest frustrari; dicit enim « im- » possibile esse naturale desiderium vi· » dendi causam visis effectibus esse Inane, » quod esset si non esset possibile homini » pervenire ad substantiam divinam intel- » ligendam. » Atqui appetitus inelllcaxpotest frustrari : ergo.

7i. *D. maj. S.* Th. loquitur de appetitu qui non potest inetaphysicc frustrari, *N.* qui non potestmoraliter frustrari, C.Cum enim , ut dixi, hujusmodi appetitus, non in uno alterove, sed in omnibus sapientibus reperiatur, hos universaliter in judicio uniformi hunc appetitum regulante, falli impossibile est moraliter, non tamen meta· physice; et ideo, ut dictum est, probalioS. Th. non est demonstratio sed congruentia.

Ad tertiam probationem a ratione, D. maj. Inest cuilibet creatura appetitus innatus ad suum ultimum finem ctbealitudinem naturalem, *C.* supernaturalem, *N.Ad cujus sensum D.min.* Deus clare visusest ultimus finis et bealitudo supcrnaturalis creaturæ rationalis, *C.* naturalis, A\ Duplex est igitur ultimus finis seu bealitudo hominis : una naturalis seu conditioni naturæ commensurate, quæ consistit in perfecta conjunctione ad Deum, per cognitionem abstractivam et affectum viribus et auxiliis naturalibus possibilem. Altera est supcrnaturalis , naturæ vires et jura transcendens, quæ consistit in consecutione gloriæ ct beatitudinis Deo propria;,scilicet in clara ejus visione cum amore et gaudio beatifico. Prima beatiludo foret ultimus finis hominis conditi in puris naturalibus; quod vero nunc ad posteriorem ut ad ultimum finem ordinetur, fuit eximia: gratia et liberalitatis divinæ, juxta illud Rom.th *Gratia Dei vita æterna.*

/nrf.IIIa estbeatiludo naturalis hominis quæ solum lumine naturali cognosci potest : atqui juxta S. Aug. lib. 8 de Civit, cap. 8, Platonici beatiludinem sitam esse ininluitiva Dei visione cognoverunt, utique solo lumine naturali, cum essent fide destituti : ergo. *Prob. min.* « Non dixe-
▮ runt, inquit S. Doct. beatum esse homi-
» nem fruentem corpore vel fruentem ani-
» mo, sed fruentem Deo, non sicut corpore,
« vel se ipso animus, aut sicut amico ami-
» eus, sed sicut luce oculus. » Atqui Deum cognosci sicut lux cognoscitur ab oculo, est cognosci intuitive : ergo.

Λ. 1°. *N. min. Ad prob. D. min.* Deum cognosci sicut lux cognoscitur ab oculo, est cognosci intuitive, το *sicut* dicente aliquam paritatem, *transeat;* το *sicut* dicente omnimodam paritatem, *N.* Non ergo in hoc Platonici faciebant paritatem quod, sicut lux cognoscitur intuitive ab oculo, ita mens humana sit beata videndo Deum intuitive; sed in hoc faciebant paritatem quod, sicut lux est primarium objectum oculi, mediante qua caetera videntur, ita Deus est primarium objectum mentis humanæ, qui sua luce cætera nobis manifestat. Hunc sensum aperte innuit S. Aug. præcedenti cap. 7, his verbis : « Lumen autem inen-
» tium esse dixerunt ad discenda omnia,
» eumdemque ipsum Deum a quo facta sunt
» omnia-. »

2o. *D. primam maj.* Illa est beatitudo naturalis hominis, quæ solo lumine naturali certo cognosci potest, *C.* quæ solum probabiliter et conjecturalitercognosci potest, A. Ut enim dicebamus modo ex S. Th. potest homo ex desiderio omnibus communi videndi causam visis effectibus, probabiliter cognoscere visionem Dei esse possibilem; et hanc conjecturalem bealiludinis cognitionem eo facilius habere poterant Platonici, quod ad eam juvarentur ex commercio cum Hebræis et lectione sacrarum Scripturarum.

Obj. 2° *et simul inst.* Homo non potest eond/. in eo statu in quo non posset diligere Deum super omnia amore casto et gratuito ; tum quia ille est perversus qui non diligit Deum super omnia; tum quia sine amore Dei super omnia, non potest obtineri bealitudo etiamsi naturalis tantum : atqui in statu naturæ pura, homo non posKt diligere Deum superomnia : ergo. *Prob. min.* Amor castus et gratuitus Det super omnia est præcipuum opus gratiæ, nec nisi a Deo est, ut dicit S. Aug. lib. 5 cont. Jul. cap. 3. Ergo.

A. *D. maj.* Homo non potest condi in co statu in quo non posset amare Deum super omnia, amore tam naturali quam supernatural!, *C.* in quo non posset amare Deum super omnia amore supernaturali, posset autem amore naturali, *N. Ad hunc sensum dictincta min. N. conseq.* Duplex igitur amor Dei super omnia distinguendus est : unus naturalis, alter supernaturalis. Primus est amor Dei ut auctoris naturæ, ad quem sufficit virtus naturæ adjuta auxiliis ordinis naturalis, quæ non deessent in statu naturæ puræ, ut jam diximus. Alter est amor Dei ut auctoris supernaturalis beatitudinis, et hic est opus præcipuum gratiæ ; amor enim sequitur cognitionem boni : unde divina bonitas cognita discursu naturali ut fons totius esse naturalis, fundat naturalem Dei amorem; cognita autem ut fons beatitudinis supernaturalis, fundat amorem supernaturalem. « Charitas, inquit S. Th. 12, q. 109, a. 5,
» diligit Deum super omnia eminentius
» quam natura, natura enim diligit eum su-
» per omnia prout est principium et finis
» naturalis boni, charitas autem secundum
» quod est objectum beatitudinis, et se-
» eundum quod homo habet quamdam so-
il cietatem spiritualem cum Deo, » fundatam scilicet in communicatione boni supernaturalis. Vide insuper 2 2, q. 26, a. 5, et in cap. 15 1 Cor. lect. 4. Hunc duplicem amorem distinguunt eliam SS. pontifices, S. Pius V, Gregorius XIII et Urbanus VHI, damnantes sequentes propositionesinBaio:
« Distinctio illa duplicis amoris, naturalis
u videlicet, quo Deus amatur ut auctor wa-
» tura, et gratuiti quo Deus amatur ut glo-
» rificator, vana est et commentitia : « est 34. « Amor naturalis Dei, scilicet qui ex
» viribus naturæ oritur, ex sola philoso-
» phia per elationem uresumotionis hu-
» inanæ cum injuria crucis Christi, delen-
» dilur a nonnullis ductoribus . * est 55. Et ne dicas esse damnatas propter acerbitatem censura, attende ad sequentem in qua nulla est censura : « Omnis amor crea-
ti tura rationalis aut vitiosa est cupiditas,
» qua mundus diligitur, quæ a Joanne pro-
» bibetur, aut laudabilis illa charitas, qua

b ner Spiritum sanctum in corde diffusa, * Dcixs amatur : » est 58. Ergo prater amorem Dei supernaturalem, datur alius amor Dei qui non est vitiosa cupiditas, nimirum dilectio ejus naturalis. Vide, si lubet, apud Gonct. disp. 6, a. 2, § 1, eamdem distinctionem fundatam in S. Scripturis,Patribus et conciliis, contra vanos clamores Jansenii et Jansenianorum.

Ad S. Augustinum. B. 1° juxta solutionem datam, amorem naturalem Dei super omnia fore etiam a Deo in statu naturæ pura per auxilia ordinis naturalis. *B.* 2° S. Augustinum loqui de homine hoc statu naturæ corrupt®, qui, ut dicemus infra, non potest sine gratia Christi efficaciter diligere Deum super omnia.

Inst. 1°. Homo in statu natura pura non posset servare omnia Dei praeopta : ergo nec ipsum diligere super omnia amore saltem efficaci. *Prob.* unf.IIomo in statu natura pura non haberet majores vires naturales quam in hoc statu natura laps®; naturalia enim manserunt integra : atqui in hoc statu natur® laps® non potest sine auxilio grati® servare omnia Dei pracepta etiam naturalia : ergo.

B. Posset imprimis *negari seu distingui consequens* , illud *concedendo* de amore efficaci effective ct ex parte subjecti, et *negando* de amore efficaci affective ct ex parte actus. Sed de hac distinctione alibi ; et aliunde, ea non obstante, urgeret instantia necessarium esse ad beatiludinem consequendam amorem efficacem effective seu qui importet effectivam observationem omnium mandatorum. Unde *N. ant. Ad prob. D. ant.* Homo in statu natura pur® non haberet majores vires entitative ct intrinsece quam habeat in hoc statu, *transeat* ,-non haberet majores vires entitative, ncc minora impedimenta bon® actionis quam in hoc statu, *N. Esto* igitur vires naturales entitative ct quoad substantiam non esse imminutas in hocstatu natur® laps®·, attamen ex peccati corruptione plurima saltem provenerunt impedimenta ad bonum virtutis etiam naturalis, quæ non fuissent in statu natur® pur® : unde in hoc praesenti etatu vires hominis sunt minus habiles ad observanda pracepta etiam naturalia, propter quod indiget gratia sanante; sed de hoc art. scq.

Inst. 2". Homo in statu natura pura, l secundum nos, non haberet partem inferiorem perfecte subordinatam superiori ct pateretur rebellionem carnis adversus spiritum : atqui ex hac continua rebellione qu® præceps ruit in peccatum, non posset observare omnia mandata : ergo.

B. Dato in statu natur® pur® parens fore rebellionem carnis ac in hoc statu, adessent auxilia ordinis naturalis ad eam vincendam, omnibus quidem sufficientia, aliquibus praordinatis efficacia; et licet ista forent specialia et indebita singulis individuis, forent tamen debita natur® pro aliquibus, aut saltem Deus ea deberet suæ providenti®, ne in vanum naturam condidisset ad finem quem nullum ejus individuum consequeretur, ut non jam semel observa cimus.

Obj. 5°. Non decet divinam bonitatem et æquitatem ut condat imaginem suam innocentem in eo statu in quo perpetuo exularet a suo regno ct visione : atqui si conderetur homo in statu natur® pura, exularet perpetuo innocens a regno et visione Dei, ad quod perveniri non potest sine gratia : ergo *esto* gratia non debeatur natur®, id tamen sibi debet divina bonitas etœquitas, ut eam non deneget homini innocenti. *Prob. maj.* ex S. Aug. qui passim probat contra Pelagianos dari peccatum originale, quia infantes sine baptismo decedentes, latentibus ipsis Pelagianis, excluduntur a regno, quod non deceret divinam bonitatem et æquitatem , si essent innocentes et sine peccato. Ergo.

B.N.maj. Imo si attenderemus divinam justitiam , ei congruebat ut homo in puris naturalibus conderetur; quia divina justitia dum agit secundum juslitiæ ordinem, unicuique pracise tribuit quod ejus natur® congruit, ut antea diximus, defectusque permittit secundum quod exigit rerum conditio; ct si quid super conditionem natur® erogat, id mera liberalitatis est. *Ad prob.* dico S. Augustinum procedere contra Pelagianos secundum præsentem ordinem elevationis natur® human® ad finem supernaturalem, quem Pelagiam, S. Scripturam admittentes, negare non poterant. Hoc autem , supposito rerum statu, bene probat S. Aug. ex eo quod parvuli decedentes sine baptismo exulant a regno, cos non esse innocentes, sed oonoxios peccato originali, eamque exclu-

stoncm habere in eis rationem pœn® et miseri®, quæ in statu naturæ pur® haberet lanium rationem carenti® boni indebiti ; sictil si aulicus propter culpam excludatur ab aula , ad quam ex benevolentia regis fuerat admissus, est ipsi pœna et exilium: at quod rusticus ad earn non admittatur, non est ipsi pœna et miseria , sed tantum carentia boni indebiti.

ïnsl. Licet gratia sufficiens in hoc statu sit donum supernaturale, eam tamen Deus ex æquitate et sapientia , secundum nos , denegare non potest homini : ergo pariter homini innocenti.

B. N. conseq. Disparitas est, quod gratiastiificicns debeatur homini in hoc statu, ex hypolhesi quod Deus elevaverit ipsum ad finem supernaturalem et ei imposuerit pracepta supernaturalia; in hac enim hypothesi, ejus sapient iæ et æquitatis est illi providere de mediis ad hæc sufficientibus. At si deberetur gratia homini in statu naturæ pur®, deberetur absolute et non ex hypothesi elevationis ad finem supernaturalem et præcepti supernaturalis.

Obj. 4°. Non potest homo condi in eo statu in quo ne quidem naturalem suam beatiludinem assequi posset : atqui homo in statu naturæ puræ non posset assequi naturalem suam beatiludinem : ergo, *f'rob. min.* Homo non est beatus beatitudine etiam naturali, « nisi eo pervenerit, inquit »S. Aug. 4 de Civit. c. 23 , ubi mori, » falli, offendi omnino non possit, eique » certum sil ita semper futurum ; hoc enim » natura expetit, nec plene atque perfecte «beata erit, nisi adepto quod expetit. » Atqui liæc omnia non haberet homo in statu naturæ pur® : ergo.

B. N. min. Ad prob. D. min. Atqui hæc omnia non haberet homo in statu natura puræ, quandiu foret in via, C. quando foret in termino, *N.* Sicut enim in praesenti statu, homo quandiu est in via, non est beatus supernaturaliler, sed solum quando est in termin" \ila pariter homo in statu natur® puras , quandiu esset in via , non fuisset beatus beatitudine naturali, sed tantum quando fuisset in termino : hoc est, dum post consummata merita suo statui prop ulionata , mor e interveniente, perlecta Deicognitioueabstractivaelamore corrcspoudenle donaretur, et neque mori, neque falli, neque offendi posset, cerlusque esset ita semper futurum.

Inst. Neque in termino positus posset esse perfecte beatus beatitudine naturali. Ergo. *Prob. ant.* Homo non potest dici perfecte beatus nisi sit beatus quoad animam et corpus ; si enim sola anima sit beata et non corpus, imperfecta et manca est beatitudo : atqui non foret beatus quoad corpus : er.ro. *Prob. ani.* Resurrectio corporum in hoc statu non foret possibilis Ergo. *Prob. ant.* Resurrectio corporum est supernaturalis: atqui omne supernaturale excluditur a statu natur® pur®. Ergo.

B. circa hoc argumentum esse triplicem sententiam. Quidam concedunt inhoc statu non fore resurrectionem corporum,ideoqnc hominem privatum iri aliqua perfectio ie accidentaria beatitudini, nempe corporis consortio et beatitudine, fore nihilominus essentialiter beatum , sicut sancti nunc sunt beati ante resurrectionem ; neque tamen anima ideo pateretur ullam violentiam aut poenam ex privatione corporis, quia illam non appeteret; cum enim , inquiunt, sit media inter substantias pure spirituales ct formas corporeas, status separationis est connaturalis anim e sicut status unionis, *ride supra solutionem prima! objectionis* circa auctoritatem D. Th. Quod autem in hoc statu elevationis anima beata appetat hanc reunionem, ideo est quia lumine supernatural i cognoscit eam esse possibilem ct futuram, quod non cognosceret in statu natur® puræ.

Alii dicunt in hoc statu fore resurrectionem corporum, quia beatitudo est perfectio hominis, anima autem sine corpore non est homo. Neque obstat quod n surrectio sit supernaturalis; est enim supernaturalis quoad modum tantum, non quoad terminum. Dupliciter igitur aliquid dicitur supernaturale. 1° Quando admiscet aliquid ordinis gratiæ, ut fides, spes, cliaritas; cl sic est supernaturale quoad modum et quoad terminum , et supra totum ordinem natur®; neque illud producitur a Deo ut auctore naturæ, quia ad ordinem grati® pertinet. 2° Dicitur supernaturale, null quod excedat totum ordinem natur® ct aliquid ordinis grati e admisceat ex parte termini , sed quia est supra c> nmiinem modum operandi natur® et miraculomni' sic fuit statio solis ad mandatum Jusue,

•anatlo cæcl nati et alia similia, quæ revera fuerunt miracula, nihil tamen admiscuerunt ordinis gratiæ. sed pertinuerunt ad Deum ut auctorem naturæ, non quidem agentem secundum consuetum ordinem rebus prefixum, sed secundum ordinem singularis providentis et potentiam extraordinariam. Non enim Deus ut auctor naturæ est minus omnipotens intra ordinem naturæ quam sit omnipotens intra ordinem gratiæ. Cum ergo resurrectio mortuorum sit hoc secundo modo supernaturalis, nec admisceat aliquid ordinis gratis, nec elevet naturam supra conditionem suam, non repugnaret in statu naturæ purs.

Alii tandem dicvait quod justus illius status beatificandus, non moreretur, non quod dono immortalitatis intrinsece donaretur, sed quia post requisitam debitam et præfixam virtutis et meritorum naturalium mensuram, Deus illum in corpore et anima vivum transferret in locum beatitudinis a sc destinatum , ibique vitam ejus in perpetuum servaret, communicatis tam naturæ quam corporis dotibus et donis tali beatitudini proportionalis, in quo nihil est quod illa ex parte repugnet. Hæ omnes sententiæ sunt probabiles ; secunda nobis magis placet.

Cæterum, quamvis elegeris, habes nihil ex boc argumento posse deduci contra possibilitatem status naturæ puræ. Neque enim, cum iste status sit tantum possibilis, et de illo nihil revelatum habeamus in S. Scripturis, certo scire possumus quid in eo fieret et quomodo Deus homines ad beatiludinem naturalem perduceret ; sed boc scimus quod, cum iste status non implicet,si Deus hominem in eo produxisset, ad ejus sapientiam et suavem providentiam pertinuisset providere de mediis necessariis pro oblinenda beatitudine, ac de ipsius beatitudinis qualitate, modo et substantia statuere.

Obj. 5°. Non potuit creari homo in statu in quo non esset locus pœnitentiæ et remissionis peccatorum; cum enim fuisset in hoc statu peccabilis, debuisset posse pumitere et obtinere remissionem peccati: atqui non fuisset in hoc statu locus remissioni peccatorum, quippe quæ non habetur sine infusione gratiæ.

/i. etiam in hoc statu futurum fuisse locum remissioni peccatorum, sive per ex. ternam condonationem, sive per aliquam qualitatem naturalem infusam , sive alio, quem voluisset Deus, medo. Quod si pertinaciter contendas remissionem peccati non posse fieri sine gratiæ infusione, nihil aliud probas quam quod homo peccando transiret a statu naturæ puræ ad statum naturæ lapsa*, et poenitendo ad statum naturæ reparatæ, sicque statum naturæ puræ non fore stabilem ct perpetuum, non tamen esse impossibilem.

Obj. 6°. Dona gratiæ et integritatis collata Adamo vocantur a Cœlestino I in Epist. ad episcopos Galliæ , a S. Atig. et aliis Patribus naturalia : ergo non potuit homo creari sine illis.

JI. J), ant. Vocantur naturalia, id est, collate naturæ in sua origine et creatione, *C.* Hoc enim sensu dicitur aliquid naturale , etiamsi sit indebitum naturæ : sicS. Aug. Serm. 14 dc verbis A post, vocat peccatum originale, *peccatum naturæ* seu *naturale;* sic Ephes. 2 dicimur *natura filii ira·*. Vocantur naturalia, id est, connaturaliter debita naturæ humanæ secundum se spectatæ, *N.* Hoc enim sensu sunt omnino supernaluralia. Nullatenus enim est homini secundum naturam debitum, quod sit filius Dei adoptivus, consors divinæ naturæ , lucres regni ejus et gloriæ, ut supra arguebamus; hæc quippe transcendunt totum ordinem naturæ et sunt supra naturalem facultatem omnium creaturarum , ideoque sunt supra totam naturam , consequenter sunt et dicuntur proprie supernaturalia.

Objectiones ex turpi(inline concupiscentice.

Antequam objectiones ex hoc capite proponantur, observandum est concupiscentiam posse sumi dupliciter: vel in actu primo pro ipsa potentia concupiscibili, vel in actu secundo pro ipsius potentis motu in bonum sensibile. Item utraque potest iterum considerari dupliciter : 1° simpliciter ct secundum se, seu materialiter, quatenus est precise inclinatio in bonum sensibile; 2° fonnaliter et cum addito? prout est inclinatio in bonum sensibile cum deordinatione et repugnantia ad rationem rectam Primo modo sumpta, est naturalis facultas ct legitima inclinatio in bonum corpori pro* portionatum, estque a Deo et ex ejus in ten-

tione in creatione hominis. Secundo modo sumpta, est vitiosa inclinatio, quæ proprie dicitur concupiscentia ct libido : non est a Deo, nec ex ejus intentione, sed defectus sequens naturam hominis ratione materix et subjecti, sicut passibilitas, mortalitas et alii defectus naturales. Cum enim homo, ut jam observavimus, constet duplici appetitu, scilicet sensitivo ct rationali, et uterque feratur in suum objectum, sensitivus in bonum sensibile, rationalis in bonum honestum, sxpe contingit quod bonum sensibile appetitum sit contrarium rationi, et quod appetitus sensitivus ex certa corporis complexione ardentius feratur in suum objectum : hinc inter utrumque pugna, qux ex parte appetitus sensitivi est libido et vitiosa concupiscentia. His præmissis,

O/y. Repugnat hominem creari obnoxium concupiscenti®. Ergo. *Prob. ant.* Perpetuus est S. Augustinus ut probet contra Julianum concupiscentiam non esse naturalem hominis proprietatem ct perfectionem, sed malum ejus naturæ oppositum, et contra cum passim urget illud 1 Joan. 2, *Concupiscentia carnis non est ex parte;* et Apostolum qui Rom. 7, vocat concupiscentiam peccatum. Ergo.

B. N. ant. Ad prob. N. conseq. Ex hoc enim quod concupiscentia sit mala, sequitur quod non sit a Deo positive ct ex ejus intentione, sed non sequitur quod non sit defectus sequens ad naturam hominis ex conditione materi® prater Dei intentionem : sic peccatum est malum longe pejus quam concupiscentia, ct tamen creatur homo obnoxius peccato, quia potentia peccandi est defectus sequens ad naturam hominis ox conditione materi®, quia scilicet est ex nihilo.

Merito igiturS. AugustinusobjurgatPelagium, qui non solum substantiam facultatis sensitiv® laudabat, sed ejus petulantiam qua prorumpebat in motus inordinatos, modo illi ratio non consentiret extra matrimonium; in hoc enim solo consensu reponebat ejus excessum quem damnabat. Cæterum ipsam concupiscentiam et libidinem, quam nominare non audebat, dicebat esse bonam ex genere et specie, ex igne vitali, ex calore genitali, ex motu carnali, ex delectatione, eamque laudabat ut bonum naturæ, licet intimum, et ut donum conditoris : ipsos etiam motus inordinatos dicebat bonos ct laudabiles naturæ igniculos, quibus homo alacrius in quædam bona sensibilia ferretur, seque habere in natura sensitiva sicut ramos in arbore, qui, quamvis aliquando luxurientur et sint resecandi, non tamen naturæ defectum in arbore, sed vigorem potius indicant. Hinc inferebat, primum hominem quem rectum conditum agnoscebat, a Deo fuisse creatum cum ista effreni concupiscentia, qualis nunc est. Ut autem S. Augustinus hæc impudentissima libidinis encomia refelleret, mullis momentis probat concupiscentiam non esse donum Creatoris neque perfectionem animæ, sed defectum ct malum, non quidem morale seu peccatum, sed quia, ut ait S. Doctor, perturbat rationis officia, mentem avocat a delectatione sapienliæ et voluntatem ab operatione justitiæ.

Inst. 1°. S. Aug. contra Julian, sic dicebat concupiscentiam esse malam, ut assereret esse pœnam peccati, ex eaque probabat peccatum originale, quod argumentum concidisset, si concupiscentia esset defectus naturalis. Ergo.

Ji. S. Augustinum Liquide concupiscentia in present! statu, in quo homo conditus fuerat rectus, ut fatebatur Julianus, in qua hypothesi bene probat S. Augustinus malam et effrenem concupiscentiam qux modo viget, supponere peccatum cujus sil p<ena ct supplicium, cum rectitudo in qua homo fuerat conditus earn non compateretur.

Inst. 2°. Concupiscentia in statu natur® puræ, fuisset ejusdem rationis cum concupiscentia presentis status : ergo si in present! statu sit pœna peccati, ita fuisset in statu nature pure.

II. Omisso ant. N. conseq. Quod enim aliquis dono quo gratis fuerat decoratus, spolietur propter culpam, hoc est illi pœna et supplicium, secusilli cui denegatur, quia est indebitum. I Ionio dono integritatis quo immunis erat a concupiscentia, exornatus fuerat in sua creatione ; propter culpam hoc dono fuit privatus : unde concupiscentia, qux, hoc dono sublato, revixit, est illi pœna et supplicium. At in statu natura pure, denegatum fuisset illi hoc donum, quia erat illi indebitum, unde concupiscenti? setpiens ad naturam non fuisset illi pœna et supplicium.

Inst.3°.S. Th. 12, q. 82, a. 5, ad 1, dicit « quod quia in homine virtus concupisci-

» bilis naturaliter regitur ratione,in tantum • cotwipiscere est naturale in quantum est » secundum rationis ordinem : concupis- » cenüa autem quæ transcendit limites ra- » tionis, inest homini contra naturam. » Idem docet infra q. 85, a. 5, ad 5, in 2, d. 30, q.1,a. 1,ad4,etq.4deinaloa 2,adi. Ergo juxta S. Th. concupiscentia non est defectus naturalis, sed poena peccati.

Respondent plures Thomislæ, S. Thomam loqui dc natura prout fuit a Deo instituta in Adamo perfecta et integra, non secundum se spectata. Hæc responsio est probabilis. Sed

/?.2° *ct forte probabilius, D. ant.* Concupiscere transcendenslimites rationis non est naturale, sed contra naturam, si το *contra naturam* sumatur comparate ad inclinationem partis superioris, C. Quia pars superior inclinat ad bonum honestum, contra quam inclinationem pars inferior pugnat ; et quia pars superior seu rationalis est potior in natura hominis, quod est contra illam, pioprie dicitur contra naturam hominis.Si το *contranaturam*sumatur comparate ad inclinationem partis inferioris, *N.* Est enim effectus sequens naturam sensitivam ex conditione materiae.

Si dicas. S. Th. in 2 cit. dicit quod *vis concupiscibilis humana habet ut tendat in suum objectum secundum regimen* ra- *lionis.*'ergo concupiscere in hominetranscendens limites rationis est contra nat uram, το *contra naturam* sumpto etiam comparate ad inclinationem partis inferioris.

B. D. ant. Vis concupiscibilis humana formaliter ut humana habet ut tendat in suum objectum secundum regimen rationis, C. quia ut talis formaliter est nata obedire rationi. Ut animalis formaliter, *N.* Quia cum ut humana non subdatur rationi despotice, sed politice tantum, potest adhuc ut animalis rebellare contra rationem, et hic est defectus sequens ad ej"c naturam ut animalis est.

Inst. 4®. Homo non potest creari cum habitu vitioso inclinante in peccatum : ergo nec cum concupiscentia quæ pariter inclinat ad peccatum.

B. N. conseq. Disparitas est, i® quod habitus vitiosus, cum non sequeretur per accidens ex principiis natura, sicut sequitur concupiscentia, esset positive el non lanium permissive a Deo, quod dici non potest. 2° Habitus vitiosus inclinat ex se determinate in peccatum, concupiscentia vero indeterminate tantum et per accidens, ex se enim inclinat ad boni m sensibile, imo cum quadam subjectione ad rationem, quia nata est regi per illam : unde non habet rationem vitii,sed facultatisdefeclivæ, quæ non ita perfecte subjicitur rationi, quin possit ei aliquando repugnare.

Inst. 3°. In natura pura, jura natura servarentur : atqui est contra jus natura quod parssensiliva repugnet rationi: ergo. *Prob. min.* Pars inferior naturaliter subjicitur superiori.

1. p. q. 81. a. 5. ad 2. — *B. A. min. .Id prob. D. ant.* Pars inferior naturalilcrsubjicitur superiori aliqualiter et juxta modum utriusque, *C.* perfecte ct omnimode, *N.* Uxor enim naturalitersubjicitur viro, filius patri, qui tamen possunt resistere ; quia ista subjectio non est despotica quæ omnem resistendi potestatem auferat, sed politica quæ relinquit aliquam resistendi facultatem. Subjectio despotica habet locum in iis quæ cognitione carent, nec in re habent principium activum sui motus, i.t est pes vel manus respectu voluntatis; politica habet locum in iis in quibus est aliquod principium sui molus, nempe aliqua cognitio et aliqua libertas : sic uxor subditur viro, filius patri, civis principi. Cum ergo appetitus sensitivus in homine ex conjunctione ad rationem participet aliqualem cognitionem ct libertatem, licet imperfectam, quæ sunt principium activum motuum ipsius, non est de ejus ratione quod menti despotice subjiciatur, sed politice tantum.

Inst. 6°. S. Th. post Philosophum 3 de anima, docet quod appetitus superior se habet ad inferiorem, sicut sphæra superior ad inferiorem : atqui sphæra inferior sequitur sine resistentia impulsionem el motum sphæra superioris : ergo.

B. D. maj. Appetitus superior se habet ad inferiorem sicut sphæra superior ad inferiorem quoad substantiam impulsus, *C.* quoad modum, *N.* Equidem sicut coelum inferius natum est sequi motum superioris, ita appetitus sensitivus natus est sequi motum appetitus rationalis, sed diversimode; cum enim coeli careant cognitione, nec habeant in se principium activum sui motus, sequuntur despolice el necessario motum superioris, consequenter sine resistentia

at cum appetitus sensitivus in homine habeat, ut diximus, aliqualem cognitionem et libertatem, ct ideo principium activum sui motus, sequitur motum superioris, non despoliet et necessario, sed moraliteret politice, sicque cum facultate resistendi.

Inst. 7°. Appetitus sensitivus in natura pura non foret inordinatior quam in brutis : atqui appetitus in brutis naturaliter subjacet regulae; videmus enim bruta non allici motibus libidinosis nisi tempore congruo ad congressum, quo peracto mares et fœminæ inter se caste vivunt : ergo.

It. N. ant. Disparitas petitur ex dictis; quia appetitus brutorum regitur instinctu naturali et necessario agit ; appetitus autem sensitivus hominis gaudet aliqua libertate, qua potest a regula deficere et rationi directrici resistere.

Inst. 8°. In natura pura nihil foret pudendum, quia tota natura est opus Dei, et facit injuriam Deo, qui de ejus opere erubescit, ut arguit S. Aug. cont. Julian. 1. 2 de Nuptiis el Concup. c. 9 : atqui concupiscentia est pudenda : ergo.

Jt.N. ant. In omni enim statu concupiscentia qua animus superior vincitur a corpore quod ei naturaliter subjicitur, est pudenda : neque tamen ideo erubescimus de opere Dei ut est a Deo, sed de defectu qui praeter intentionem Dei sequitur ex conditione subjecti; sicut dum erubescimus de aliqua deformitate vel de naturae necessitatibus, non ideo erubescimus de opere Dei. Quantum ad S. Augustinum, loquebatur in hypolhesi Juliani, qui contendebat concupiscentiam esse bonam et a Deo concessam primo homini ut beneficium : in qua hypolhesi, recte S. Aug. arguebat contra ipsum, quod Deo esset ingratus et ipsi injuriam faceret erubescendo de ejus dono.

Inst. 9°. Christus assumpsit omnes defectus naturales hominis: atqui non assumpsit concupiscentiam : ergo concupiscentia non est defectus naluræ, sed ejus depravatio.

It. Christum assumpsisse omnes defectus naturales hominis, excepto peccato ct iis quæ ad peccatum inclinant : unde sicut non assumpsit lihe.mnarbitrium indifferens ad bonum et ad malum, sed determinatum ad bonum ; ita non assumpsit appetitum sensitivum indeterminatum ad appetendum contra vel secundum rationem, sed rationi perfecte subjectum.

Inst. 10°. Apost. Rom. 7, deplorat concupiscentiam, ut summum malum et summam miseriam : ergo ut ante non est defectus naturalis, sed naturalis dispositionis depravatio.

It. .V. *conseq.* Quisque enim recte dolet de naturalibus suis defectibus. Ex hoc ergo testimonio Apostoli quod S. Aug. urgebat contra Julian, sequitur tantum quod concupiscentia non sit laudabilis et naturæ bonum, ut volebat Julian. Adde quod concupiscentia hujus status quam deplorat Apostolus, sit pœna peccati, de qua quisque lugere potest; item homini elevato ad bonasupernahiralia magis est dolendum quod se sentiat a tanto bono retrahi et ad vilia pecudum bona inclinari, quam si ad humana tantum bona foret destinatus.

Inst. 11°. Apost. ibidem vocat concupiscentiam peccatum. Ergo.

II. cum Trid. sess. 6, concupiscentiam vocari ab Apost. peccatum, non quod sit formaliter et proprie in se peccatum, sed quia nunc est ex peccato et ad peccatum inclinat.

Inst. 12°. Si concupiscentia nihil pravi et mali moralis habeat, liceret illi consentire : falsum consequens : ergo.

Jl. N. sequelam. Quia rationis officium est illam regere et in debita subjectione continere, in quo si voluntarie deficiat ratio , vel consentiendo, vel non reprimendo ut potest, peccat : sicut si grex ovium irruat in pascua aliena, nihil est ibi mali moralis, cujus oves non sunt capaces; sed si opilio, cui commissa est gregis custodia, huic irruptioni consentiat, aut non faciat quod in se est ut illam impediat, peccat. Similiter in nostro casu.

Inst. 15°. Saltem concupiscentia foret omnino inutilis in statu natura' pura·.Ergo.

II. i°. *Dato ant. N. conseq.* Non enim foret concupiscentia in statu ualiiræ pur®, quia esset utilis, sed quia cf‘ defectus sequens naturam. 2° *ll. N. ant.* Ut enim dicit S. Aug. cil in probationibus conclusionis, concupiscentia foret tunc *proficiendi admonitio et perfectionis exordium.* Insuper etsi nos lateret ad quid utilis foret concupiscentia in natura pura, non latuisset Deum, si sibi bene visum fuisset hunc statum condere.

Vices ex S. Anselmo lib. de conceptu virginali c. 15. concupiscentiam in homine innocente esse aliquod inconveniens, et ex eodem lib. 1 *Cur Deus homo* cap. 10, quod in Deo quodlibet parvulum inconveniens sequatur impossibilitas. Ergo.

/?. D. ant. Concupiscentia, supposita divina bonitate erga homines quam nobis revelavit in S. Scripturis, ct praesenti providentia qua elevavit hominem ad finem supcrnaturalem, est aliquod inconveniens, *C.* absolute, *N.* Quia si Deus voluisset, ut poterat, alium rerum ordinem constituere, et hominem in puris naturalibus concupiscenti» obnoxium relinquere, hoc fuisset conveniens, quia voluntas ejus est suprema regula totius convenienti» : unde S. Th. 1 p. q. 25', a. 5, ad 2 : « Falsum est quod » dicitur, inquit, Deus non potest facere »» nisi quod modo conveniens est et jus- « tum. »» Unde *ad secundum, D. pariter.* In Deo quodlibel parvulum inoonveniens sequitur impossibilitas ex suppositione, C. absolute, *N.* Vide quæ dixi post probationes conclusionis.

Objectiones cx cœteris hujus vitæ miseriis.

Obj S. Aug. cont. Julian, passim probat peccatum originale ex passibilitate, mortalitate et c»teris hujus vit» miseriis, quibus obnoxii nascimur : atqui si essent defectus naturales et tales ut homo in natura pura et sine peccato illis obnoxius nasci potuerit, argumentumS. Augustini, *ut palet*, nihil concluderet : ergo.

Jl. D. maj. S. August, probat peccatum originale cx miseriis hujus vit», solitarie sumptis et attenta sola conditione natur», *N.* in praisenli rerum statu in quo Adam creatus fuit cum dono immortalitatis, *C.* Supposito enim quod Adam creatus fuerit in justitia originali, impassibilis et immortalis, basque prerogatives transfudisset in posteros si non peccasset, miseri» in quibus nascimur probant ipsum peccasse et dari peccatum originale.

Inst. 1°. Si S. Augustinus ex miseriis hujus vit» arguisset ad probandum contra Pelagianos peccatum originale, supponendo quod Adam creatus fuerat immortalis ct impassibilis, supposuisset quod negabant Pelagiani et quod erat in quæslione; eontendebant enim illi hæretici Adamuin creatum fuisse, sicut nunc nascimur, mortalem et passibilem; sicque argumentatio S. Augustini fuisset vitiosa petitio principii. Ergo»

Jï. S. Augustinum non solum supposuisse Adamuin fuisse creatum impassibilem et immortalem, et mortem aliasmie hujusvit» miserias esse pœnas suæ prevaricationis, sed et invicte probasse ex S. Scripturis ct traditione quas admittebant Pelagiani. Ex S. Scripturis, Genes, c. 5, Sapient. 2, Rom. 5 et alibi pluries. Ex traditione, lib. 1 cont. Julian, cap. 5, ipsum alloquens : « Habes, inquit, in conspectu » non soluin Occidentis, verum etiam » Orientis episcopos... omnes uno eodem- » que modo credunt per unum hominem » peccatum intrasse in mundum, et per » peccatum mortem, » Ex conciliis Carthaginensi et Pal»slino, in quibus damnatus fuerat Coelestius dicens,*ddamum mortalem factum esse, qui, sive peccaret, sive non peccaret, moriturus* csset.Unde S. doct. lib. 5 cont. Julian, cap. d, ipsum iterum alloquens, dicit : « Absit ut admo- » nomachiam vos provocem, quos, ubi- » cumque apparueritis, ubique diffusus » Christi debellat exercitus, qui debella- » vit apud Carthaginem Coelestium, qui » debellavit in Palœstino Pelagium, ubi » causam vestram su» damnationis timore » damnavit; ibi enim omnino ceciditli;e- »i resis vestra, » de morte scilicet Adæ, sive peccaret, sive non peccaret. Vellent ergo, nollent Pelagiani, admissa veritate S. Scripturarum et traditionis, prout admittebant , cogebantur admittere primum hominem fuisse creatum immortalem et impassibilem , ideoque mortem , morbos ct alias miserias quibus obnoxii nascimur, esse poenam alicujus peccati, quod hominem dejecit a primævo suo statu , consequenter dari peccatum originale.

Inst. 2°. S. Aug. lib. 1 operis imperfecti cont. Julian, cap. 59, dicit universaliter quod, *neque sub Deo justo miser esse quisquam, nisi mereatur, potest.* Ergo juxtaS. Aug. attenta Dei justitia, non potest creari homo in statu in quo absque peccato esset obnoxius nostris miseriis.

IK N. conscq. Semper enim loquitur S. Augustinus in præsenli 4atu in quo Adam fuit creatus immortalis et impassibilis : <juo supposito, vocat pœnalitates hujus vittt, miserias, quia sunt pœna peccati et ex

culpa illas patimur : in statu vero possibili natura pura, ubi nulla foret culpa, non essent proprie misen® (sicut aves et oves innocentes non dicuntur proprie miser®, quod sint mortales) ; sed, ut dixit ipsemet S. Aug. lib. 5 de Libero Arbit. cap. 20 et sequentibus, forent *proficiendi admonitio et perfectionis exordium,* sicque conferrent ad assequendam beatitudinem naturalem, ideoque Deus, qui sic creasset hominem, non foret culpandus sed laudandus. Quantum ad parvulos praemature inorienles, qui his recte uti non possent, dicit cap. 23 et Epist. 18 ad Ilieron. « Præ» terquam quod ex eorum infirmitatibus » aliqua utilitas aetate provectioribus procurari potest, Deum in secreto judicio» rum suorum, aliquid bon® compensatio» nis posse illis reservare. » Quid sit autem illud, ipse solus novit.

Inst. 5°. S. Augustinus docet quod seclusa S.Scriptur® et traditionis auctoritate, ex solis hujus vit® miseriis seu pœnalitatibus possit probari praecessisse aliquam culpam et ita agnovisse et collegisse philosophos gentiles; sic enim ait lib. 4 cont. Julian. cap. ultimo : « Hujus evidentia mise» ri® gentium philosophos nihil de pecca» to primi hominis sive scientes, sive cre» dentes, compulit dicere ob aliqua scele» ra suscepta in vita superiore, pœnarum » luendarum causa nos esse natos. » Ergo.

It. 1° S. Augustinum et philosophos gentiles ex solis miseriis hujus vilæ independentera S. Scripturae et traditionis auctoritate, collegisse peccatum originale non certo et demonstrative, sed conjecturaliter tantum et probabiliter; quia, ut ait S. Th. 4 cont. Gent. cap. 52 : « Quamvis hujus» modi defectus homini naturales absolute » videantur, considerando tamen divinam » providentiam et dignitatem superioris » partis humanæ naturæ, salis probabiliter » probari potest hujusmodi defectus esso » poenales, et sic colligi potest humanum » genus peccato aliquo originaliter esse » infectum. » Et sic intellexisse S. Augustinum constat ; quia, juxta ipsum, peccatum originale sola tide tenetur et cx solis S. Scripturis et traditione probari potest. Etenim lib. 1 cont. Julian, ipsi sic exprobrat : « Scimus vos ideo dicere peccato ho» minis naturæ statum non mutari, quia » deseruistis fidem catholicam, quæ dicit » primum hominem sic factum, ut non ha» berct moriendi necessitatem. » Et lib. 6 cont. eumdem c. 4, dicit argumentationes hominum hic debere conticescere : « Si » tibi, inquit, Christiana fides displicet, » apertius confitere, nam Christianam fi» dem aliam non poles invenire. » Et lib. de Moribus Ecclesiæ cap. 22 : « Peccato » originali, inquit, nihil est ad prædiean» dum notius, nihil ad intelligendum se» crelius. » Qualis autem difficultas ad intelligendum peccatum originale, quale ejus secretum, si ex miseriis quas non solum in aliis videmus, sed quas in nobis palpamus, certo et demonstrative posset dignosci·* quomodo illius transmissio ad solam fidem perlineret, si cx solis miseriis humanis, seclusa revelatione, certo demonstraretur'

Jl. 2°. *Gratis dato,* exercitii causa, S. Augustinum ex solis miseriis hujus vit®, independenter a S. Scriptura ex traditione, voluisse certo demonstrare Pelagianis peccati originalis existenliain : in hac hypothesi, id non intendit ex singularibus quibusdam miseriis hujus vit®, sed ex omnibus per loca et tempora collective sumptis, quæ longe majores sunt nunc, sive ex corruptione naturæ per peccatum, sive ex operatione dæmonum, quam fuissent in statu natura pura. Id constat ex S. Aug. lib. 22 de Civit, cap. 22, ubi hæc dicit: « Quod » ad primam originem pertinet, omnem » mortalium originem fuisse damnatam, » hæc ipsa vita si vita dicenda est, tot et » tantis malis plena testatur. Quid enim » aliud indicat horrenda quædam profun» ditas ignoranti® ex qua omnis error exis» tit, qui omnes filios Adam tenebroso quo» dam sinu suscipit, ut homo ab illo libe» rari sine labore, dolore, timore non » possit? Quid amor ipse rerum vanarum » atque noxiarum et ex hoc mordaces cu» *rae,* perturbationes, moerores, formidi» nes, insana gaudia,'discordis, lites, » bella, insidi®, iracundi®, inimicitiæ , » fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, » perfidia, superbia, ambitio, invidentia , » homicidia, parricidia, crudelitas, sævi» tia, nequitia, luxuria, petulantia, impu» dentia, impudicitia, fornicationes, adul» teria, incesta, et contra naturam utrius» que sexus tot stupra atque immunditiæ » «pias turpe est etiam dicere, sacrilegia, » hæreses, blasphemiæ, perjuria, oppres-

» siones innocentium, calumniæ, circum-
» ventiones, praevaricationes, falsa tesli-
» monia, iniqua judicia, violentiae, latro-
» cinia, ct quidquid talium malorum in
» mentem non venit, et tamen de vita ista
» hominum non recedit? Verum hæc ho-
» minum sunt malorum, ab ilia tamen er-
» loris et perversi amoris radice venientia,
» cum qua omnis filins Adam nascitur. »
Nullus dubito cum nostro celebri Thoma de Lemos tom. 1 Tract, de laesione liberi arbitrii cap. 10 : *Quod tot enumerata mala non haberet homo sine omni peccato, si in puris naturalibus conderetur.* Merito ergo S. Aug. ex tot ac tantis miseriis in unum collectis quæ tot ac tantæ non forent in statu naturæ puræ, ratione naturali deduxit contra Pelagianos peccatum originale.

Repones contra hanc secundam superabundantem *solutionem,* S. Augustinum non solum ex omnibus his miseriis in unum collectis, sed ex minima pœna quæ fuisset in statu naturæ puræ, deduxisse peccatum originale. Ergo. *Prob. ant.S.* doctor Serm. 14 de verbis Apostoli, alloquens Pelagium, dicit : « Quæ est ista justitia' Defende jus-
« titiam Dei. Quare vel parva pœna inlli-
» gatur innocenti? » Ergo.

R. N. ant. Jd prob. Dico S. Augustinum loqui in hypolhesi jusliliæ originalis, excludentis omnem omnino pcenain etiam minimam, qua donatus fuerat Adam et quam ad posteros transmisisset, si non peccasset. Non enim existimandum estS. Augustinum ex medico dolore capitis aut ventris, ex ejulatu infantis ob absentiam matris, aut nutricis, seu ex aliqua alia simili levissima pœna voluisse, seclusaS. Scripturarum et traditionum auctoritate, demonstrare Pelagianis existentiam ct transfusionem peccati originalis, quod ita abhorrebant : id sane risissent arguti et soieries hæretici.

ARTICULUS III.

Utrum homo in statu naturæ lapsæ nondum reparatæ minores vires habeat ad bonum morale quam habuisset in statu naturæ puree?

Ex parabola Luc. 10, hominis descendentis ab Jerusalem in Jericho et incidentis in latrones qui spoliaverunt eum et pladis impositis abierunt semivivo relicto, communis vox est SS.Patrum et theologorum, ut jam dixi, hominem per peccatum originale non solum fuisse spoliatum justitia originali et aliis donis gratuitis,sed etiam fuisse vulneratum in naturalibus.

Vulnus naturæ dicimus hic disruptionem ct discontinuationem unionis atque subor* dinationis rationis ad Deum, partis inferioris ad rationem et corporis ad animam; sicut enim in corpore humano dicitur vul. nus, «piando inter partes ejus conlinuaset unitas fit aliqua divisio et disruptio, ita analogice in anima dicitur vulnus, quando potentis ejus naturales quæ erant unitæel ad invicem subordinatæ, fuerunt dhisœ per destitutionem hujus subordinationis unde quamvis in natura pura non fuisset major unio et subordinate inter has potentias quam sit nunc, non tamen diceretur vulnus, quia cum istæ potentiæ nunquam fuissent junctæ et subordinatæ, defectus unionis et subordinationis non esset per disruptionem et discontinuationem, ct ideo non potuisset dici vulnus.

Hic q. 88. a. 5. 0. — Cum autem in homine prater animam rationalem quæ per gratiam originalem uniebatur Deo, ut ultimo fini, sint quator potentiæ quæ possunt esse sub ectum virtutum, scilicet intellectus in quo est prudentia, voluntas in qua est justitia, irascibilis in qua est for'itudo, et concupiscibilis in qua est temperantia; disruptio unionis animæ cum Deo per privationem gratiæ sanctificantis, potest dici primum et capitale vulnus, vel juxta alios, morbus et languor animæ, præter quod numerantur quod numerantur quatuor alia vulnera juxta numerum dictarum potentiarum; in quantum enim ratio destituitur suo ordine ad verum, est vulnus ignoranti®; in quantum voluntas destituitur ordine ad bonum, est vulnus malitiæ; in quantum irascibilis destituitur suo ordine ad bonum arduum, est vulnus infirmitatis; in quantum concupiscibilis destituitur ordine ad delectabile moderatum ratione, est vulnus concupiscentiæ.

Et quamvis ista perlecta unio et subordinatio potentiarum in statu innocenti® non esset naturalis seu debita natura, sed ex dono gratuito; quia tamen erat bonum naturæ ipsamque perficiebat etiam in ordine suo naturali, ejus disruptio dicitur vulnus naturæ et per hanc homo vulnera-

tus in naturalibus : ntrum aulcm non alio insuper sensu homo non debeat dici vulneratus in naturalibus, explicabimus modo.

Ex his liquet hominem in statu naturæ lapsæ longe esse debiliorem ad bonum et proniorem ad malum (piam in statu naturæ integra et innocentis. Et hæc certa sunt apud auctores. Sed difficultas est respective ad statum naturæ puræ, utrum homo in statu naturæ lapsæ non reparatæ habeat minores vires ad bonum morale naturalis ordinis quam habuisset in natura pura.

Quidam volunt vires naturales hominis ad bonum morale per peccatum originale esse imminutas ex aliquo positivo physico, scilicet vel ex morbida qualitate a pomo vel sibilo serpentis causata, quæ ad posteros transeat, eo fere modo quo parentum morbi ac filios propagantur ; ita Henricus, Gabriel et quidam antiqui : vel ex habitu positivo inclinante in bonum commutabile per peccatum actuale Adæ, in ejus potentiis impresso et ab illo cum natura ad jxjsteros transfuso, eo ferme modo quo ex imaginatione matris notæ indelebiles infanti imprimuntur, et in quibusdam familiis habitus virtuosi aut vitiosi sunt hæreditarii : ita (pii reponunt peccatum originale in positivo, et singulariter Janscnius : vel ex majori efficacia ct intensione per peccatum originale potentiis nostris superaddita, ratione cujus a connatural! statu quem haberent in natura pura ad statum præternatiiralem extract®, ardentius et effrenatius feruntur in bonum sensibile rationicontrarium; ita Corduba et quidam alii vel ex dispositione corporis quæ modo pejor est post peccatum in vindictam illius (piam fuisset in puris naturalibus, ex qua pejori corporis dispositione potentiæ animæ etiam immateriales sunt infect® et ad malum inclinat®; mala siquidem dispositio corporis etiam in animam resultat : sicut patet quod exdiversa complexione corporis anima tristetur, jucundetur, \el ad libidinem excitetur : ita D. Daelman Obscrv. 2 de Peccato originali.

Verum hi omnes dicendi modi manent confutati ex dictis de peccato originali a. 5 ; ibi enim reposuimus essentiam peccati originalis in privatione justitia' originalis quæ omnes potentias subordinates continebat et earum deordinationein prohibebat ; ex remotione autem prohibentis, nihil aliud | reale positivum sequitur quam quod ex i principiis intrinsecis sequi natum est, consequenter non morbida qualitas, non advenlitius habitus positivus, non intensio potentiarum superaddita, non alteratiocorporis pejor quam in puris naturalibus. Item hujus positivi, qnodcumque sit, nulla potest assignari causa, non sibilus serpentis, non enim Adamum, sed Evam affatus est ; non pomum, quia erat ex se bonum ; non peccatum actuale Adæ, quia non existit amplius, nec fuit in Adam alterius rationis in esse physico quam quodvis aliud peccatum , ut produceret vel hanc morbidam qualitatem, vel habitum, vel intensionem, vel alterationem corporis; non Deus, id enim sine ullo fundamento fingitur, et quantum ad qualitatem, habitum, intensionem inclinantem in malum, repugnat. Insuper isti auctores sic tenent vires naturales minui per istud positivum sive qualitatem , sive habitum, sive intensionem, ut in eo reponant essentiam peccati originalis : ex quo sequitur peccatum originale non esse æqualiter et uniformiter in omnibus; nam istud positivum secundum ipsos traducitur per virtutem seminis cum natura ; cum autem virtus seminis, utpote corporea, sit obnoxia alteration! et variis causis eam variantibus, impossibile est quod istud positivum æqualiter et uniformiter a tot sxculis omnibus traducat. Specialiter contra assertores habitus : si Adam peccando contraxit malum habitum (cum tamen per unum actum non contrahatur habitus), poenitendo contraxit habitum contrarium : ergo non debet amplius traduci malus habitus. Verius ergo dicendum cum 1). Th. — Hic q. SI. a. 2. — quod habitus tam boni quam mali non traducantur, quia actus et habitus per cos producti sunt personales et ideo non traducuntur, sed solum id quod ad naturam perlinet. nisi forte naturalem, complexionem immutent ct vis gcncrativa sit eillcacissiina ; sed hoc valde contingenter iit : unde non habet locum in peccato originali, quod uniformiter transit ad posteros. Specialiter contr< D. Daelman : si complexio «'«rporis sil pejor nunc quam fuisset in natura pura in vindictam peccati, cum in ominous sit æqualiter peccatum originale, deberet esseæqualis in omnibus vindicta, et tamen ubique videmus inter homines alios aliis ex pejori

complexione longe procliviores in malum. | His ergo variis dicendi modis omissis ut minus probabilibus.

Quidam dicunt vires naturales hominis ad bonum morale per peccatum originale non esse diminutas intrinsece et quoad entitatem, bene tamen cxtrinsece ex appositione impedimenti, ut explicabitur modo. Ita ex nostris Alvares, Lemos, Contenson, Goudin et alii.

Alii tenent ex nullo capite, sive intrinsece, sive cxtrinsece, vires naturales hominis ad bonum morale esse diminutas per peccatum originale, ideoque hominem in statu naturæ lapsæ, non habens peccatum actuale, sed solum originale, nullo modo esse debiliorem ad bonum morale ordinis naturalis quam esset in statu naturæ puræ : ita ex nostris Gonet, cum quibusdam aliis Thomistis et pluribus extraneis.

Dico. Vices naturales hominis ad bonum morale ordinis naturalis in statu naturæ lapsæ nondum reparatæ , non sunt imminutae intrinsece et quoad entitatem; probabilius est tamen esse minus habiles ad bonum morale cxtrinsece et ex appositione impedimenti, quod non fuisset in natura pura, atque hoc sensu posse dici minores quam fuissent in natura pura.

Conclusio quoad utramque partem deducitur ex variis locis S. Th. Imprimis S. Doct. in hac parte q. S3, a. 10, dicit : « Bo»num naturæ humanæ potest tripliciter » dici. 1° Ipsa principia naturæ et proprie- ' tates animæ ex his causatæ, sicut animæ » potenliæ et alia hujusmodi. 2° Cum homo ·› habeat a natura inclinationem ad virtu- » tem , ipsa inclinatio ad virtutem est quod- » dam bonum naturæ. Tertio modo potest » dici bonum naturæ donum originalis jus- » liliæ, quod fuit in primo homine colla- » tum toti naturæ humanæ. Primum igitur » bonum naturæ nec tollitur nec minuitur » per peccatum. Tertium vero bonum na- ti tura totaliter est ablatum per peccatum » primi parentis. Sed medium bonum na- ît tura, scilicet inclinatio ad virtutem , di- » minuitur per peccatum. » El in 2, d 50, q. 1, a. 1 ad 3 : « Dicendum, inquit, quod «bona naturali··» dicuntur dupliciter, vel » prout sunt in se considerata , secundum » quod naturæ debentur ex propriis prin- »cipiis; el sic nec homo nec angelus per » peccatum aliquid naturalium amisit, vel « in aliquo diminutus est... vel secundum »qnod ordinantur in finem ultimum; el » hoc modo in utroque bona naturalia di- » minuta sunt quidem, non penitus amis- » sa, in quantum uterque factus est minus » habilis et magis distans a tinis consecu- » tione. Et propter hoc homo dicitur gra- ti tuitis spoliatus et in naturalibus vulnera- » tus. « Explicat autem dicta q. 85, a. 20, hanc minorem habilitatem per appositionem impedimenti. « Dicendum, inquit, » quod pradicta inclinatio (ad bonum) in- ii telligitur ut media inter duo, fundatur » enim sicut in radice in natura rationali, » et tendit in bonum virtutis sicut in ter- ti minum ct finem. Dupliciter igitur potest iiintclligi ejus diminutio, uno modo ex «parte radicis, alio modo ex parte tenni- » ni. Primo quidem modo non diminuitur » per peccatum, eo quod peccatum non « diminuit ipsam naturam, ut supra dictum » est (scilicet a. praecedenti) ; sed diminui- » tur secundo modo, in quantum scilicet « ponitur impedimentum pertingendi ad » terminum. » Quodnam sil istud impedimentum quod est in natura lapsa et quod non fuisset in natura pura , jam dicemus in probatione sccundæ partis conclusionis. Itaque ex principiis positis S. Thoimc.

Prob. prima pars conclusionis. \ires naturales hominis ad bonum morale ordinis naturalis , scilicet intellectus, voluntas et appetitus sensitivus sunt proprietates necessario et uniformiter manantes ab essentia ; consequenter sicut ipsa essentia non admittunt plus et minus, praesertim intellectus et voluntas, qui cum sint spirituales sunt incorruptibiles et inalterabiles. *Confirmatur.* Peccatum originale consistit essentialiter in privatione justiliæ originalis , quæ continebat potentias in recto ordine : atqui ex removente prohibens nulla realis et physica mutatio fit in re , sedsuæ natura relinquitur : ergo.

Quantum ad secundam partem, do qua est potissimum difficultas, facile probatur in doctrina S. Th. juxta quam non potest stare peccatum originale cum solo veniali, quia vel homo in primo instante rationis se convertit ad Deum et .,ic justificatur, ac transit ad statum naturareparatæ ; vel non se convertit, ctsic peccat mortaliter : unde iit quod in statu naturæ lapsæ sit a Deo aversus voluntate capitis et voluntate per-

wnali, eaque voluntate ad creaturam conversus : qua supposita doctrina, «videns est hominem in natura lapsa sic aversum a Deo ultimo One et conversum ad creaturam esse minus habilem ad bonum morale (ex amore enim finis movetur voluntas ad media, ut mox dicam), quam hominem in natura pura, qui nec voluntate capitis, nec voluntate personali foret a Deo aversus et ad creaturam conversus ; si enim iste homo in natura pura non se converteret ad Deum in primo instanti rationis, jam non esset instal! nature puræ,sed transiret ad statum naturælapsæ. Verum quia D. Thomæ doctrina non est omnium, incumbit probare hominem in solo peccato originali sine actuali existentem, esse minus habilem ad bonum, quam existentem in natura pura. Igitur.

Prob. secunda pars conclusionis. Ille est minus habilis ad bonum morale ordinis naturalis, qui est aversus a Deo ut ultimo fine naturali, quam qui non est sic aversus : atqui homo in statu naturæ lapsæ non reparatæ est per peccatum originale aversus a Deo ut ultimo fine naturali, et in statu naturæ puræ non sic esset aversus : ergo homo in statu naturæ lapsæ extrinsecc ct ex appositione impedimenti est minus habilis ad bonum morale quam in statu naturæ puræ. *Major videtur certa;* quia efficacia et vires voluntatis ad eligenda media sumuntur ex amore et conversione ad finem, qui se habet in agilibus sicut primum principium in speculabilibus : sicut ergo qui non est recte instructus primis principiis, sed ab eis deviat, est minus habilis ad deducendas veras conclusiones, ita qui est aversus a line est minus habilis ad operationes rectas. *Prob. min.* Adam peccando non solum legem supernaluralem violavit, sed etiam naturalem; omne enim peccatum est contra rationem ct legem naturalem precipientemobedire omni superiori legitime jubenti; consequenter omnem suam posteritatem a Deo ut auctore naturali avertit : atqui in natura pura non fuisset hujusmodi aversio , quia non fuisset peccatum : ergo.

Respondent adversarii, quod etiam in natura pura homo esset aversus a Deo ut auctore naturali, cum hoc tamen discrimine quod in statu naturæ lapsæ sii aversus aversione privativa ct culpabili, orta ex peccato originali; in statu autem naturæ puræ esset aversus aversione negativa ct inculpabili, utpote non proveniente ex culpa, sed ex conditione naturæ; cum enim homo constet duplici appetitu, scilicet rationali in bonum honestum, et sensitivo in bonum sensibile, non exigit ex natura sua applicari ad amorem boni honesti vel sensibilis, sed ad amorem boni ut sic, ex quo per discursum rationis et electionem voluntatis se movere possit ad bonum honestum; adeoque in natura pura non fuisset conversus ad Deum ut auctorem naturalem, consequenter ab eo aversus negative.

Sed contra. Quantumvis homo in natura pura non esset positive conversus ad Deum, esset tamen mavis habilis ad se convertendum ad illum quam qui est ab eo aversus voluntarie per peccatum ; primo enim sufficeret auxilium ordinarium ; secundo necesse est speciale. Primus est in debita dispositione ut recipiat motionem divinam in bonum honestum ; secundus non est in debita dispositione, quia est in peccato et voluntarie aversus : Deus autem movet unumquodque secundum cujusque dispositionem. Pone duos pueros pariter pervenientes ad usum rationis, unum in natura pura innocentem et sine omni peccato, alterum in natura lapsa et peccato originali inquinatum atque exosum I)eo : quis dubitat primum esse magis habilem ad se convertendum ad Deum, magisque dispositum ad recipiendam ejus motionem in bonum honestum quam alterum? Et sane si foret tanta aversio hominis in na'ura pura,quanta est in homine lapso, jam prior non forelin natura pura, sed foret in natura lajisa. Uno verbo, peccatum originale est malum morale, malum morale opponitur bono morali et est illius impeditivum,quod non foret in natura pura.

Quidam non improbabiliter ponunt aliud impedimentum ex captivitate et tyrannide diaboli : ut enim dicitur 2 Pet. 2 : *A quo quis superatus est, ejus et servus effectus est.* Et Trid. sess. 3 dc Peccato orig. can. 1, anathemate ferit eum qui dixerit primum hominem transgrediendo Dei mandatum, non incurrisse *cum morte captivitatem sub ejus potestate qui mortis deinde habuit imperium, hoc est diaboli.* Hæc autem captivitas cum sit effectus peccati, non fuisset in statu nature pure. Exercet autem diabolus suam tyrannidem imi-

fando et movendo sibi subditos variis modis ad omnia flagitia, proponendo objecta exlrinseca, commovendo phantasiam, inflammando passiones, alterando corpora, etc. ct quamvis potuisset tentare homines in natura pura, siquidem tentaverit primum hominem in natura integra, verisimilius est tamen longe potentius et efïicacius sunny dominatum exercere in suos captivos, permittente Deo in peccati vindictam.

Si dicas hoc impedimentum compensari per custodiam bonorum angelorum *respondetur* quod in natura pura fuisset etiam custodia bonorum angelorum ; quia hoc perlinet ad ordinem quo inferiora reguntur a superioribus. Insuper malus angelus habet majorem potestatem in hominem sibi subditum per peccatum ad impellendum ad malum, quam bonus angelus ad bonum, propter defectum peccati.

In confirmationem nostræ sententiæ venit quod sit conformior modo loquendi SS. Patrum et theologorum, qui dicunt hominem per peccatum originale non solum fuisse spoliatum gratuitis, sed etiam vulneratum in naturalibus, Adamum peccando secundum corpus ct animam in deterius fuisse mutatum , et liberum arbitrium esse viribus attenuatum. Quamvis enim in rigore hæc possint intelligi respective ad statum innocentis et de destitutione subordinationisquæ, ut diximus, erat bonum et perfectio naturæ, attamen magis expedite et magis obvie intelliguntur de absoluta imminutione virium naturalium ad bonum morale, saltem extrinsece ct ex appositione impedimenti.

Solvuntur objectiones.

Obj. S. Th. in hac parte q. 85 , a. 1 et 5, ponit discrimen inter peccatum originale ct actuale, quod originale privet justitia originali, actuale vero minuat inclinationem ab bonum, generando vitiosum habitum inclinantem ad malum : ergo juxta S. Th. in statu naturæ lapsæ, homo cum solo peccato originali non habet minores vires etiam extrinsece ct cx appositione impedimenti, quam in statu naturæ pura.

Λ. 1°. In doctrina S. Thomæ quam sequitur Gonct. cujus est hoc argumentum, *.V. suppositum consequentis*, quia juxta S. Th. peccatum originale non potest esse in adulto sine actuali. Sed abstrahendo ab hac sententia.

Ji. 2° S. Th. intelligenduin esse de impedimento positivo physico ut est habitus vitiosus <pii sequitur cx peccato actuali, non ex originali; non autem de impedimento morali quod est aversio ah ultimo fine, quæ reperitiiv in peccato originali sicut in actuali, cum hoc solo discrimine quod in peccato originali sit voluntaria voluntate capitis, in actuali voluntaria voluntate personæ.

Obj. 2° *cum eodem.* Ex removente prohibens non sequitur major aut minor effectus naturalis quam ex natura ipsa sequatur, ut patet in exemplo lapidis sursum detenti ; ille enim, remoto prohibente, velocius non movetur quam si fuisset motus a sola gravitate : atqui peccatum originale se habet solum ut removens prohibens in ordine ad motus inordinatos voluntatis et appetitus sensitivi, quatenus abstulit justitiam originalem qua motus inordinati compescebantur : ergo.

Ji. N. min. Nam peccatum originale, prater privationem justitiæ originalis, importat aversionem a Deo ut auctore naturali , qualem non importat natura pura : hæc autem aversio est impedimentum morale boni faciendi : unde ex hoc argumento quod præcipuum est sententiæopposite, sicut ex variis textibus S. Th. quibus dicit per peccatum originale *naturam sibi relinqui* , hic q. 82, a. 4, ad 4, et sublato vinculojustitiæ originalis, unamquamcum(pie vim animæ tendere in suum proprium motum, ibid. q. 87, a. *7* et similibus. *Ex his,* inquam, *solum prob. prima pars conclusionis,* nimirum, vires naturales ad bonum non minui intrinsece , physice et entitative, non vero non minui moraliter et ex appositione impedimenti in ordine ad bonum prosequendum.

/nst. cum eodem. Homo per peccatum originale non est factus deterior quantum ad corpus quam fuisset in natura pura: ergo nec quantum ad animam.

/i. Omisso ant. N. conseq. Quia dote rioratio animæ (piam adinittiin js, non est quid physicum , sed morale tantum impedimentum, scilicet aversio ab ultimo fine, cujus corpus non est capax, cum ipsius non sit conveni ad ultimum finem, vel ab

eo averti, nec motus ejus sint morales nisi denominative extrinsece.

Omisi ant. miia quamvis deteriorate corporis non causctnr immediate ex peccato originali, ut dictum es·, probabile est tamen diabolum (pii ratione peccati originalis tenet homines captivos, in eorum corpora etiam sævire et suam tyrannidem exercere, ea variis malis et incommodis affligendo.

Obj. 5°. Comparatur communiter homo in statu naturæ lapsæ homini in statu naturæ puræ, sicut nudatus nudo : nudatus autem non minus habet quam nudus ; ergo.

Λ. *D. maj.* Comparatur communiter, etc. quantum ad aliquid, *C.* quantum ad omnia, Ar. Homo lapsus privatus fuit justitia originali et aliis donis gratuitis quibus erat vestitus ct ornatus, et ideo quantum ad hæc nudatus : hæc non habuisset homo in natura pura, et ideo quantum ad hæc nudus. At homo in statu naturæ lapsæ est insuper aversus voluntarie et culpabiliter a Deo ut auctore naturali, qualis non fuisset in natura pura ; unde ex hac parte debet homo lapsus comparari homini in natura pura, non ut nudatus nudo, sed ut vulneratus sano.

ARTICULUS IV.

Utrum tam Adamo quam angelis fuerit necessaria gratia per se c/ficax ad perseverandum?

Res hic nobis est cum Jansenio ct theologis qui vulgo dicuntur Augustiniani. Hi, quamvis in hoc statu admittant necessitatem gratiæ per se efficacis, contendunt tamen ex S. Aug. lib. de Correpl. et Grat. cap. 10, 11 et 12, ea Adamum et angelos non indiguisse ad perseverandum, sed sola gratia indifferenti ct versatili pendente a nutu liberi arbitrii, qualem Molinistæ admittunt in præsenti statu. Thomiste e contra propugnant necessitatem gratiæ efficacis pro utroque statu, cum hoc discrimine quod in primo statu esset gratia sanitatis, in secundo sit gratia medicinalis, seu, ut dicit S. Aug. illa sit lætior, ista potenhor. Et quia tota concertatio est de mente hujus S. doctoris.

Dico. Juxta S. Aug. gratia per se efficax fuit Adamo et angelis necessaria ad perseverandum.

Prob. 1° cx formalissimis S. Aug. testimoniis. Praecipuum ct palmare habetur ho. 42 de Civit, c. 9 , ubi ex professo S. præsul quærit id quod nunc agimus, unde processerit bona voluntas angelorum, qua aliis cadentibus ipsi steterunt. Is est titulus capitis : *An sancti angeli quem habent Creatorem natura·, eumdem habeant bona· voluntatis* (illiusscilicet volitionis qua perseveraverunt) *auctorem per Spiritum sanctum in cis charitate diffusa?*

Quid huic qnæstioni répondent aut respondere debent adversarii? Utrosque angelos bonos et malos habuisse gratiam versatilem , bonos suo consensu eam effecisse efficacem, malos suo dissensu inefficacem, eaque de causa illos stetisse in accepta justitia , illos cecidisse.

At quam dissite a S. Augustino. « Si an-
« geli, inquit S. doctor, proposite qu es-
» tioni respondens, non potuerunt facere
» seipsos meliores, quam eos ille fecerat
» quo nemo quidquam melius facit, pro-
» feclo et bonam voluntatem qua meliores
» essent, nisi operante adjutorio Creato-
» ris, habere non potuerunt ; et cum id
» egit voluntas eorum bona ut non ad seip-
» sos qui minus erant, sed ad illum qui
» summe est converterentur... quid aliud
» ostenditur, nisi voluntatem quamlibctbo-
» nam, inopem in solo desiderio mansuram, nisi ille qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat, ex seipso faccret implendo meliorem, prius faciens oχ-
μ citando avidiorem... Isti autem qui, cmn
» boni creati essent, tamen mali sunt inala propria voluntate quam sola natura
» non fecit (ut mali causa non sil bonum,
» sed defectus a bono), aut minorem acce
» permit amoris divini gratiam quam illi
» qui in eadem perstiterunt; aut si utrique
» boni æqualiter creati sunt, istis mala vo-
» luntate cadentibus, illi *amplius* adju-
» li, ad eamdembeatitudinisplenitudinem,
» unde se nunquam casuros certissimi lie-
» rent, pervenerunt : sicut etiam in libro
» quem sequitur iste tractavimus. Conli-
» tendum est igitur cum debita laude Crea-
« toris, non ad solos sanctos homines per-
» linere, verum etiam de sanctis angelis
» posse dici, quod charitas Dei dtifusa sit
» iu eis per Spiritum sanctum qui datus
» est eis. u Quamvis apertissimum sil Ime testimonium pro nostra sententia, ut ta-

men tota vis ejus magis elucescat, singula perpendo

1° Juxta S. Aug. nulla creatura, neque etiam angelus, potest se facere meliorem quam a Deo facta sit : atqui si angeli boni habuissent tantum a Deo auxilium sine quo non, seu gratiam versatilem qua possent perseverare, a se vero perseverandi voluntatem et actum, nullo potentiori auxilio accepto quod in eis operaretur ut vellent, se fecissent meliores quam Deus eos fecerat; melior est enim ille qui bonum facit, quam qui simpliciter potest; qui de facto perseverat in accepta justitia, quam qui simpliciterperseverare potest: ergo juxtaS. Aug. gratia efficax fuit necessaria angelis ad perseverandum. Idem ex eodem principio concludes. Aug. Enarrat, in Psa1.70, loquens de angelis : « Tibi debent quod vivunt; » tibi debentquodjuste vivunt; tibi debent m quod beate vivunt, *n* Item lib. 2 de Peccat. Meritis c. 18, ex eodem principio infert necessitatem gratiæ victricis pro statu naturæ lapsæ. Verba infra referam. Et tandem ipsi adversarii, ex sæpe dicto principio, probant contra Molinistas necessitatem gratiæ per sc efficacis in hoc statu. Unde quidquid reponere possunt ut vim hujus argumenti effugiant qua parte, probant necessitatem gratiæ efficacis in statu innocentiæ, reponunt Molinistæ, ut ostendant gratiæ efficacis necessitatem in statu naturæ lapsæ, non fuisse probatam S. Augustino.

Bespondent itaque 1°S. Augustinum loqui de prima bona voluntate in qua angeli creati sunt a Deo justi et sancti, non de illa voluntate qua postea libere et meritorie in ista prima bona voluntate permanserunt.

Sed contra 1°. S. Augustinum loqui non tantum de prima, sed etiam de secunda bona voluntate libera et meritoria, patet inluenti textum quem laudavimus; loquitur enim de illo actu voluntatis angelicae quo angeli jam boni et justi a Deo conditi, ad Deum ut ultimum fine se libere converterunt. Item loquitur de ea bona voluntate vngelorum quam *nonnisi operante adjtilorio Creatoris habere potuerunt :* non adjuvatur autem nisi is qui aliquid agit. L ude quamvis bona voluntas habitualis tam Adami quam angelorum dicatur esse a Deo infundente, non tamen dicitur esse a Deo adjuvante. Denique loquitur de ea vohmtate bona quæ *in solo desiderio inopsnon mansit, sed melior avidiorque a Deo facta est ;* quod non potest mtelligi de habituali justitia infusa in creatione, sed de actu libero.

2° *Dato gratis* veram esse banc eorum responsionem, saltem constat S. Augustinum statuisse hoc generale principium, nullam creaturam, neque angelum posse se facere meliorem quam Deus eam fecerit; ex quo sequitur, *ut probavimus,* quod non habeat a se quod bene agat, quod perseveret, sed a Deo. Adde Augustinianos urgere hoc principium contra Molinistas, ut inde probent necessitatem gratiæ efficacis in natura lapsa ; quidni inde pariter probemus camdem necessitatem in statu innocentiæ, et negantes arguamus contradictionis ?

Bespondent 2° angelos non posse quidem se sine Deo facere meliores quam Deus ipsos fecerit, posse tamen cum Deo; sicautem contingit, dum angeli gratia versatili instructi, reipsa in bono perseveraverunt; nec amplius requirit S. Aug. Ita Laurentius Berti, eremita Augustinianus.

Sed contra. 1° Juxta S. Aug. cit. angeli non potuerunt se facere meliores nisi operante adjutorio Creatoris ut faciant : atqui perauxiliumsufficiensetversatileDeusnon operatur ut faciant, sed solum per auxilium *quo* seu efficax : ergo. 2° JuxtaS. Aug. angeli non potuerunt se facere meliores non solum nisi cum Deo, sed etiam nisi ex Deo donante, ut ita dicam, melioritatem, quam certo non dat per auxilium versatile sed per efficax. Ergo. *Prob. ant.* Angeli facti sunt meliores per bonum usum gratiæ : atqui bonus usus gratiæ, juxta S. Aug. non solum est cum Deo, sed est cx Deo ipsum donante; sic enim loquitur lib. 1 Retract, c. 9 : « Cum omnia bona, et magna, et » media, et minima ex Deo sint; sequitur » ut ex Deo sit etiam bonus usus libera vo» luntatis, quæ in magnis numeratur bo» nis. » Et lib. 2 de Peccat. Meritis c. 18: « Si nobis, inquit, libera voluntas ex Deo » est, quæ adhuc potest esse vel bona vel » mala; bona vero voluntas (id est volitio) » cx nobis est, melius est id quod a nobis, » quam quod ab illo est : quod siabsurdis» sime dicitur, oportet fateantur etiam bo« nam voluntatem (id est ipsam volitionem

• bonam) non divinitus adipisci. » Ergo. 5° Moliniani propugnantes gratiam versatilem et impugnantes pCr se efficacem in præsenti statu, respondent pariter S. Augustinum velle angelos non potuisse se facere meliores sine Deo, bene tamen cum Deo : atqui Augusliniani exsuillanthocsubterfugium, tanquam a S. Augustini mente alienum : ergo se suis armis jugulant et ex proprio ore condemnantur.

Respondent 5° quidam alii qui principiis Augustinianorum non sunt addicti, ex hoc principio S. Augustini, *neminem suis viribus posse semcliorcm facere quam factus sit a Deo,* non posse inferri neminem posse suis viribus perseverare^ quia, inquiunt, homo perseverando non fit melior, sed remanet qualis erat; idque tentant probare ex D. Th. 5 cont. Gent. c. 158, dicente *perseverantiam non dicere aliquid hic et nunc operab ile, sed continuationem operationis per totum tempus.*

Sed contra. 1° Hæc responsio evertit doctrinam Ecclesiæ contra Pelagianos definitam de ineffabili dono perseveranti® in hoc statu ; loquitur enim S. Th. de perseverantia in hoc statu. Nec advertit respondens S. Doctorem ibidem ex ipsa notione perseverantis colligere perseverantiam esse donum speciale. « Perseverare, inquit, » non dicit aliquid hic el nunc operabile, » sed continuationem operationis per to- » tum tempus : iste igitur effectus, qui est » perseverare in bono, est supra potestatem » liberi arbitrii. Indiget igitur homo ad » perseverandum in bono, auxilio divinæ » gratiæ. » 2° *Esto* justum perseverantem non fieri meliorem additamento justitiæ, fit tamen melior novo perfectioriquemodo justitiam habitam retinendo, hoc est, fit melior ‹ oiilinualione justitiæ precedents, hæc enim continuatio est indubie bonum et excellentissimum bonum, ad quod requiritur auxilium speciale. Neque verum est justum perseverantem remanere qualis erat, iit enim perseverans et antea non erat, Sfcque habet novum justitiæ modum quem antea non habebat.

hecundum quod expendo in testimonio S. Augtbtini, est, S. doctorem ex posito principio, neminem neque angelum posse Se tacere meliorem quam Deus ipsum fetent, inferre quod in ange/is nullum sit Lüritim quod Dei auxilium non sit in eis operatum. Tria autem bona in eis distinguit : primum,omnibus bonis etmaliscommune, scilicet bonam voluntatem, in qua omnes creati sunt; secundum, quo boni a malis sunt discreti, scilicet perseverantiam in accepta justitia; tertium, istius secundi premium, scilicet inamissibilem beatitudinem. Hæc, inquam, tria bona Dei*m in illis esse operatum ex suo principio concludit. 1° Dedit omnibus in sua creatione bonam voluntatem. 2° Cum se ad ipsum inotu libero converterunt, id Deus fecit *excitando avidiores,* adeoque aliis meliores. 3' Tandem sterna beatitudine donando *implevit meliores.*

Tertium, quod præcipue in prafato testimonio observo, est, quod cum S. Aug. compendio dixisset Deum bonos angelos meliores effecisse *excitando avidiores,* id postea accuratius explicans, duos modos exponit quibus boni angeli postuerunt a Deo effici meliores. Primo, inquit, quia angeli qui ceciderunt acceperunt in sua creatione minorem gratiam, consequenter boni majorem ; quo supposito, palam est angelos sanctos factos esse meliores a Deo, non a seipsis. Sed quia incertum erat S. Augustino an revera qui ceciderunt minorem gratiam in sua creatione reciperent, elquidem oppositum sit verius, addit quod si omnes sint creati squallier boni, illi qui perseveraverunt *amplius fuerint adjuti,* seu majus auxilium actuale receperint, quo perseveraverunt et meliores aliis effecti ; ergo juxta S. Aug. angeli sancti præter auxilium sufficiens omnibus collatum, indigebant altero potentiori et efficaciori quo perseverarent et meliores efficerentur. Nihil non tentant adversarii ut vim hujus testimonii eludant. Ii«i«ue

Respondent 1° et communius postJansenium, S. Augustinum per το *amplius adjuti,* non intelligere adjutorium viæ quo perseveraverunt et perseverando pervenerunt ad beatitudinem, sed de adjutorio patrite, quod dicunt esse vel lumen glorias, vel certitudinem de perpetuitate suæ beatitudinis ; idque tentant probare ex eo quod subjungat S. Augustinus · *Sicut etiam in libro quem sequitur iste, probavimus :* in isto libro antem, scilicet 11 c. 15, dicit bonos angelos certam scientiam suæ sem' piterns felicitatis accepisse.

Sed contra 1°. Contestor nullum esso

lectorem praejudiciis vacuum qui in his S. Augustini verbis, *illi amplius adjuti pervenerunt ad beatitudinem*, obvie et naturaliter intellectis, hunc sensum apprehendat. Si namque dicerem de duobus Romam pergentibus.unum amplius adjutum Romam pervenisse, alterum in via stetisse ; quis per hoc amplius adjutorium intelligent adventum in ipsam urbem Romam, aut hujus adventus certitudinem, et non potius equum seu rhedam, aliudve medium el adjutorium quo primus adjutus in via Romam pervenit, ct quo alter fuit privatus? Sic in nostro casu : sicut enim adventus in urbem Romam est terminus amplioris adjutorii in mea propositione, ita palam est possessionem beatudinis esse terminum amplioris adjutorii in phrasi S. Augustini : unde cum dicunt adversarii ipsam beatiludinem esse istud amplius adjutorium, faciunt hunc sensum : *Sancti angeli non amplius adjuti, seu absque ampliori adjutorio, pervenerunt ad beatitudinem quæ est amplius adjutorium* .-quæ propositio est contradictoria propositioni S. Augustini. Neque obstat quod S. Aug. lib. de Correpi, et Grat. cap. 12, vocet beatitudinem adjutorium ; aliud est enim dicere bealitudinem *adjutorium quo quis continuo est beatus;* aliud est beatitudinem dicere adjutorium quo pervenitur ad beatitudinem, quod est absurdum.

2° Hæc interpretatio repugnat intento S. Augustini; non enim quxritS. Augustinus loco a nobis laudato unde sit major aut minor certitudo angelorum circa beatitudinem, id jam egerat lib. II, c. 15, sed unde sit bona et melior voluntas quas se converterunt ad Deum et perseveraverunt, ut patet ex toto contextu ct ex ipso capitis titulo. Si autem amplius adjutorium referatur ad ipsam beatitudinem seu ad certitudinem ejus perennitatis, non ad ipsam bonam et meliorem voluntatem, hinc habetur unde sit illa be iliiudo ct ejus perennitatis certitudo, scilicet a Deo; sed non habetur unde sit bona ct melior voluntas qua steterunt, quod tamen quærit S. Augustinus: imo sequitur quod non sita Deo, cumnihilominusin statuere intendat S. Angus mus. \<lde c<ui*eqiientcr<piod, secundum istam ieq oiistonein, angelus-e lacere·. mei tireni quun sit a Deo tactus, cum a «e et non a Deo bonam voluntatem qua slecit ct se convel lit ad Deum haberet, ut ant exS. Augustini principio arguebamus.

Neque obstat quod S Augustinus remittat lectorem ad librum praecedentem, ubi dicit angelos *certam suæ sempiterna fehcitatis scientiam recepisse;* id enim nullatenus negamus; sed negamus hanc ipsam scientiam esse amplius adjutorium quo adjuti pervenerunt ad beatitudinem, ut hic dicit S. Aug. siquidem hanc scientiam nonnisi adepta bealiludinc acceperint.

Respondent 2° S. Augustinum intellexisse *amplius adjutorium* intra lineam auxilii sufficientis ct versatilis, non autem amplius adjutorium quod sit per se efficax.

Sed contra. 1° S. Augustinus intellexit amplius adjutorium quod esset certa causa cur ii præ aliis se ad Deum converterent el perseverarent; de hoc enim erat quæstio: sed qualecumquc auxilium indilferens atque versatile, hoc ipso quo est indilferens et versatile, non potest esse certa causa bonæ voluntatis, cum potius ab ipsa dependeat ut ejus indifferentia tollatur: ab agente enim indifferenti ut indilferens est, elfectus determinatus prodire non potest. Et hinc sequitur 2° juxta hanc responsionem , angelos perseverantes se fecisse meliores quam a Deo sint facti, ut supra arguebamus exS. Augustini principio, insuper, utquid istud amplius auxilium versatile et sufficiens ? cum illud quo erant instructi esset plenissime et cumulatissime sufficiens in linea auxilii sufficientis.

Respondent 5° S. Augu-tmiim intolligere *amplius adjutorium* , non de auxilio interno, sed externo, scilicet <le externa protectione Dei ne sancti angeli tam graviter ut cæieri lentarentur.

Sed contra. 1° Equidem ii qui alieno instanti consummarunt viam antequam reprobi a Deo discederent, non hientit lentati : cæteri vero eodem modo fuerunt lentati malorum exemplo, quod omnium mentibus xqualiter obversabatur, 2° Ex hac solutione sicut ex p"æccdenlibus sequitur bonam voluntatem angelorum non fuisse a Deo operante, ut loquitur S. Augustinus, sed a scipsis, sicque se fecisse nudiores quam Deus eo.- fecerit, corira invictissimum S. Augiisiini principium

Jure iiaqnc Franciscus IJenno, qu.im'i® opinionis .lansmii in hac parle a»eno«· disp. 2 de princip. Act. hum. q. 4, a- *

dicit quod his et aliis explicationibus interpretari S. Augustinum , sit ipsum *ad tensum improprium detorquere.* Unde ipse cum nodum solvere non possit, audacter secat, et dicit S. Augustinum se retractasse in lib. de Corrept. et Grat. Sed vicissim Laurentius Bcrli, ejusdem opinionis Jansenianæ fervidus defensor, arbitratur Franciscum llenno ita sentire, *nulla ductum ratione·,* etinerito. 1° Namque, quamvis quinque aut sex libros priores de Civit. S. Augustinus composuerit ante librum de Corrept. et Grat. probabilius est tainen reliquos post ipsum et sub finem vitæ auctoris circa annum 429, quatuor annis post editum librum de Corrept. ctGrat. fuisse scriptos, ut observat Coquæus in præfatione ad hos libros, et probat Bivius Vitæ S. Augustini scriptor lib. 5. cap. 13, $4.2° Quia S. Augustinus neque in libris Retractationum neque alibi hujus fictæ retractationis mentionem facit. 3° Quia hoc generale principium, neminem scilicet se posse facere meliorem quam Deus fecerit, ex quo fluit solemne dictum, *amplius adjuti,* non solum non retractavit S. Augustinus, sed constanter usque ad finem vitæ propugnavit. *4°* Tandem quia non alia ratione dicit Henno S. Augustinum retractasse lib. de Corrept. etGrat. quædixit lib. 12 de Civit, nisi quia existimat ea non posse conciliari, quam ejus opinionem esse falsam infra demonstrabimus.

Quartum denique et ultimum qmjd expendo in præfato S. Augustini testimonio, est ipsa responsio quam S. doctor facit quæstioni propositæ. Quæstio erat, ut fert titulus capitis, *an sancti angeli, quem habent Creatorem natura·, eumdem habeant bonæ voluntatis* (idest bonæ volitionis qua perseveraverunt) *auctorem,per Spiritum sanctum in eis charitatc di(fusa? y\u\üspvaem\s&\ic\.pnt\\\sA\\3* quæ partim retulimus, tandem concludens sic respondet quæstioni : *Confitendum est igitur cum debita laude Creatoris, non ad solos sanctos homines pertinere, verum etiam de sanctis angelis posse dici quod charitas Dei diffusa sit in cis per Spiritum sanctum qui datus est eis.* Vides Deum, definiente S. Augustino, bonam voluntatem operatum esse inangelispcreffiisionem alicujus novæ charilatis actualis, sicut operaturin viris sanctis. *Subsumo.* Atqui gratia per quam Deus operatur in viris «anctis bonam voluntatem, non est mere sufficiens et versatilis, sed per se efficax; non est auxilium sine quo , sed quo, ut totis nervis contendunt Jansenius et Augustiniani : ergo.

Hoc celebri S. Augustin» testimonio in bona luce collocato, alia breviter subjungo, 1° S. doctor Enarrat, in Psal. 52, exponens illud Psaltniste : *Verbo Domini cctli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum;* el verbahæc allegorice applicans angelis, dicit : « Verbo cœli, id » est, angeli solidati sunt : non a se sibi » solidamentum fuerunt, nec ipsi firmita» tem propriam sibi præstitemnt ; non » enim habuerunt aliquid ex se, et tan» quam supplementum a Domino percepe» runt; spiritu enim oris ejus, non pars, » sed omnis virtus eorum. » Atqui si non habuerint nisi gratiam versatilem ex liber» arbitrii nutu suspensam, solidamentum et firmitatem a se saltem ex parte habuissent, reddendo scilicet gratiam versatilem et indifferentem suo consensu efficacem ; supplementumque ex seipsis addidissent, nempe liberum consensum gratiæ indifferenti, ut dicunt adversarii : quæ tamen omnia negat S. Augustinus. Ergo.

2° S. Aug. lib. de Cantico novo cap. 8, dicit : « Odit Deus præsumptores devirі» bus suis. Quid enim valeat liberum ar» bitrium non adjutum, in ipso Adam de» monstratum est : ad malum sufficit sibi, » ad bonum nonnisi adjuvetur a Deo. » *Et si* forte *dicas* cum Bert i, non esse certum hoc opus esse S. Augustini (quamvis tamen Lovanicnses, quorum editione utor, illud recenseant inter opera genuina S. Augustini), idem repetit S. doctor Senn. 11 de verbis Apost. cap. 2 : « Hoc modo, » inquit, ostendere voluit homini Deus » quid valeat liberum arbitrium sine Deo » (per auxilium efficax adjuvante). O ma» lum arbitrium sine Deo! Ideo miseri facti » sumus, quia sine Deo quid valeat experti » sumus. » Et in Enchirid. ad Laurent, cap. 106 : « Homo, inquit, in Paradiso ad » *se* occidendum relinquendo justitiam » idoneus erat per voluntatem ; ut autem » ab eo feneretur via justiliæ parum erat u velle , nisi ille qui eum fecerat adjuva» ret. » Ex quibus evidenter sequitur Adamum, præter jiutitiam onginaleiuet justi-

tiam versatilem, seu auxilium sine quo, quod illi semper præsto erat, et quod si defuisset *nunquam sua culpa cecidisset,* indiguisse altero eficaciori adjutorio ad bonum.

Bcspondet Berti inde non sequi necessitatem gratiæ efficacis in Adamo, sed tantum ipsum contempsisse gratiam versatilem quam habebat, et non voluisse uti illa, cui si fidere voluisset et illa uti, suffecisset ad bonum ; sicque demonstratum est liberum arbitrium non sufficere ad bonum, nisi adjuvetur a Deo, illo scilicet adjutorio quod habebat, et quo noluit uti Adam : sicut si claudus incedens projiceret baculum et caderet, monstraretur ipsum non posse incedere sine baculo.

Sed contra. 1° Quando S. Aug. dicit in Enchirid. cit. de Adamo : *Ut ab eo teneretur via justitiæ, parum erat velle, nisi qui eum fecerat adjuvaret,* evidens est quod non loquatur de Adamo contenente et abjiciente auxilium versatile et sufficiens, cum supponat illum aliqualiter *velle* tenere viam justitiæ; quod certo non poterat sine auxilio saltem sufficiente : ergo arbitraria est et infundata glossa Bertiniana. 2° JuxtaS. Augustinum, ut Adam vellet efficaciter uti auxilio versatili quod illi præsto erat, indigebat ulteriori ct efficaciori auxilio : ergo ex laudatis textibus legitime inferimus Adamum, præter gratiam versatilem, indiguisse alio efficaciori auxilio, *Prob. ant.* imprimis ex loco mox citato Enchiridii, et ibid : « Etsi peccatum » in solo libero arbitrio erat constitutum, non tamen justitiæ relinendæ sufficiebatliberum arbitrium, nisi participatione » immutabilis boni divinum adjutorium præberetur. » Et cap. seq. 107 : « Factus est homo rectus, ut et manere in ea rectitudine posset, non sine adjutorio » divino. » Item ex lib. 14 de Civit, cap. 27, ubi cum dixisset Adamum fuisse victum a diabolo, quia de Dei adjutorio confidere noluit, subjungit : « Quamvis ct hoc » ipsum confidere de adjutorio Dei, non quidem posset sine adjutorio Dei, » Item ex lib. 11 de Genes, ad Litt. cap. 4 : « In » sua potestate, inquit, habebat velle non » consentire suadenti, adjuvante tamen illo qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. » Tandem ex principio generali quod habet lib. 1 Retract cap. 9, omnia bona esse a Deo, quod currit etiam in statu innocentis · « Cum omnia bona, inquit, et magna, et media, et » minima a Deo sint, sequitur ut ex Deo » sit etiam bonus usus liberi arbitrii, qui » in magnis numeratur bonis. »

Unde, ut ad exemplum Berti redeam, si claudus non posset uti baculo absque ulteriori ope illius qui illum ei dedisset, dum diceretur, Claudus instructus baculo non potest incedere nisi adjuvetur, sensus esset, quod ultra baculum requireretur aliud auxilium quo uteretur baculo.

Ex dictis eruitur legitimus sensus istorum verborum quæ ex cap. 10 libri de Correpl. et Grat. nobis opponunt adversarii. « Saluberrime , inquit S. Augusti- » nus, confitemur quod rectissime credi- » mus, Deum Dominumque rerum om- » nium... sic ordinasse angelorum elho- » minum vitam, ut in ea prius ostenderet » quid eorum posset liberum arbitrium, » deinde quid posset suæ gratiæ bciiefi- » ciumjustitiæquejudicium.»Hæc,inquam, verba multum extollunt adversarii et tanquam unum ex praecipuis fundamentis suæ sententiæ statuunt, quasi S. Augustinus per hæc significare voluerit Deum primo contulisse Adæ ct angelis tale arbitrium quod sibi subjiceret gratiam acceptam, et se solo sine novo gratiæ adjutorio posset perinde bonum et malum. Nos contra dicimift S. Augustinum hæc protulisse, non ad commendationem, sed ad depressionem liberi arbitrii , neque significasse quod Deus voluerit ostendere quid se solo sine nova gratia posset ad bonum, sed tantum quid posset ad malum. Hunc esse legitimum S. Augustini sensum probant textus priuslaudati. Probat id quoddicitS. doct. cap. 11 seq. de Correpl. et Grat. « Libe- » rum arbitrium, inquit, ad malum sufli- » cit, ad bonum autem nihil est nisi adju- « vetur ab omnipotenti Deo. » Imo probat ipse textus objectus si attente inspiciatur ; ideo enim S. Augustinus dicit Deum prius voluisse ostendere quid posset liberum arbitrium, quia *Scivit magisadsutim omnipotentissimam bonitatem pertinere etiam dc malis bene facere ;* quod aperte indicat Deum voluisse ostendere quid possit arbitrium ad malum.

3°S. Aug. Epist. 106, arguens

Semi-Pelagianos, probat a minori ad majus hominem sine gratia Dei non posse in praesenti statu reparare quod perdidit, quia in statu innocentia·, non potuit sine gratia Dei custodire quod habuit : hæc sunt ejus verba quæ concil. Arausicanum 11 in suos canones transfudit : « Natura humana « etiamsi in illa integritate in qua condita » est permaneret, nullo tamen modo seip- » sam Creatore suo non adjuvante serva- it ret : unde cum sine gratia Dei salutem n non posset custodire quam accepit, quo- » modo sine gratia Dei poterit reparare » quod perdidit ? » Atqui istud argumentum nihil probaret contra Semi-Pelagianos, si ista gratia necessaria Adæ ad perseverandum esset gratia habitualis ant actualis versatilis, et non per se efficax , poterant enim retorquere argumentum Semi-Pelagiani contra S. Augustinum sic : Ex te, eadem gratia necessaria est homini ad resurgendum , quæ fuit necessaria Adamo ad standum : atqui ex te, sola gratia habitualis aut actualis versatilis, ct non per se efficax, fuit necessaria Adamo ad standum ; ergo sola gratia habitualis aut actualis versatilis, non per se efficax, est necessaria homini lapso ad resurgendum. Quo semel dato, tota S. Augustini doctrina de gratia evertitur.

Prob. 2° *conclusio* cx fidelissimis S. Augustini discipulis. S. Fulgentius lib. 2 ad Trasimund. c. 2 : « Cognoscitur, in- » quit, cunctos angelos uniformi ruinæ » consortio opprimi posse, nisi quos vellet » a casu pravitatis virtus illa defenderet, » quæ sola naturaliter mutari depravari- » que non potest. » Ergo aliquibus angelis, quibus singulariter voluit Deus, peculiari virtute subventum est, ne cum aliis caderent : hæc autem virtus non fuit gratia versatilis, hæc enim omnibus ct stantibus et cadentibus concessa est : ergo efficax.

Bcspondet Berti Fulgentium per virtutem intelligere Verbi divinitatem, non gratiam ab eo diffusam; idque probare contendit ex his quæ habet Fulgentius cap. sequenti et ex quibus nos e contra contendimus nostram sententiam probari. « Una » est, inquit Fulgentius, in utroque gra- » tia operata, in hoc ut surgeret, in illo ne » caderet; in illo ne vulneraretur, in isto » ut sanaretur; ab hoc infirmitatem repu-] » lit, hunc infirmari non sivit; illius esca, » istius Medicina. Hunc autem quisquis n sanum capit, Filium Dei esse non ara- » bigit, qui est virtus et sapientia Patris, » sapientia immutabilis, virtus insepara- » bilis. » Prosequitur ironice Berti, vir alioquin modesto»: *Hæc sunt egregia pro efficaci gratia testimonia ! Si ita est ; si eadem gratia quantum ad vim effectricem in utroque statu requiritur : quomodo erit potentior quæ sanat vulnera ct reprimitperduellemconcupiscentiam? Et si validior, quomodo est eadem?*

Sed contra. 1° *Dato* Fulgentium per virtutem intelligere Verbi divinitatem,stat nihilominus argumentum ex illo petitum, scilicet bonos angelos divina virtute fuisse specialiter munitos ne cum aliis caderent, sicque eorum perseverantiam non esse a virtute liberi arbitrii, communibus tantum et versatilibus auxiliis adjuta.

2° Non advertit doctissimus Berti Fulgentium facere transitum a Verbo Dei ad virtutem ab ipso dilfusam in angelos et homines ; subjungit enim (quæ omisit respondens) : *Sapientia quæ illumina!, virtus quæ adjutorium præstat;* id est, virtus substantialis quæ virtutem præstat ac_ cidentalem angelo stanti ne cadat, homini lapso ut resurgat; id enim præstare non potest absque alicujus virtutis effusione intrinsece recepta.

Ad implicandam quam opponit, *B.* hanc gratiam esse eamdem et diversam sub diversa ratione : est eadem essentialiter. Vide quæ dixi in expositione status naturæ innocentis.

S. Greg. Horn, *il* in Ezech. * Unige- » nilus Patris, inquit, qui sursum est lir- » mitas angelorum, ipse deorsum factus » *est* redemptio hominum : illis fortitudo » *ne* cadant, nobis adjutorium ut surga- ›· mus. ›› Et lib. 25' Moral, c. S, loquens de angelis, dicit aliis cadentibus, alios 3 Deo fuisse solidatos, utique similiter casuros nisi solidati fuissent.

S. Bernardus Serm. 22 :n Cantica : « Qui, inquit, erexit hominem lapsum , » dedit stanti angelo ne labatur, sic illum de captivitate eruens, sicut hunc a captivitate defendens : ct hac ratione fuit æque utrique redemptio, solvens illum » et servans istum. »

His conformitcr S. Th. m hac parte q.

<09, a. 1 et 9 o, generaliter siowresolvit : « Quantumcumque natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non » potest in suum actum procedere nisi moveatur a Deo. ⟨» Deinde de natura integra specialiter a. 2 o : « Natura hominis, » inquit, potest considerari dupliciter : » uno modo in sui integritate, sicut fuit » in primo parente ante peccatum ; alio » modo secundum quod est corrupta innobis per peccatum primi parentis. Secun» dum autem utrumque station, natura » humana indiget auxilio divino ad facien» dum vel volendum quodeumque bonum, » sicut primo movente. » Et explicato discrimine inter naturam sanam et infirmam, concludit articulum his verbis : «Sicigi» tur virtute gratuita superaddita virtuti » naturæ indiget homo in statu naturæ in» tegræ quantum ad unum, scilicet ad » operandum et volendum bonum super›· naturale ; in statu autem naturæ corrup» tæ, quantum ad duo, scilicet ut sanetur, » et ulterius ut bonum supernaturalis v ir»» tutis operetur. Ulterius autem in utro» que statu, indiget auxilio divino ut ab » ipso moveatur. » A. 50 : « Homo in statu » naturæ integræ n*n indigebat dono gra» tiæ superadditæ naturalibus bonis ad diligendum Deum naturaliter super omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum » moventis ; sed in statu naturæ corrupt®, » indiget homo etiam ad hoc auxilio gra» tiæ naturam sanantis. » Sicque fere per totam quæstionem; et hæc est in terminie, *ut patet,* sententia nostra.

At fallimur forte ? «Audio, inquit Berti, » auxilium gratiæ *moventis,* non audio » *prædeterminantis. Moventis* dixit,non » *efficaciter præmoventis.* Inveni nomen » motionis universalis et gratiæ sanantis, » et nihil ultra. »

Seriumne sit in Augustiniano hujusmodi responsum, an nugatorium, aut consulto emissum, ut lectoribus caliginem offundat nosque ad extraneas disputationes divertat? Dicant alii. Cælcrum si iste theologus quæstionem non moveat de nomine, quod puerile foret, sed de re ; habebit S. Th. sexcentis plus minusve locis nomine motionis divinæ decuisse motionem efficaciter promoventem, prodeterminantem et specialem : id integris voluminibus demonstrarunt nostri Tliomistæ, sed quod discutere non est prasentis otii. Quapropter hæreo duntaxal verbis hic laudatis S. Thomæ, et sic arguo. 1° Juxta S. I h. prater graiam originalem et virtutes superadditas viribus naturæ, requiniut in -tatu naturæ integræ tale auxilium quo liomo moveatur ad bene agendum, quale in statu naturæ lapsæ protêt* gratiam sanctificantem et virtutes sanativas requiritur. « Ll» terius, inquit S. Doctor, in utroque statu indiget auxilio divino, ut ab ipsomo« veatur ad bene agendum. » Atqui auxilium quod requiritur in statu naturæ lapsæ quo homo moveatur ad bene agendum, est, fatentibus adversariis, efficaciter pramovens , prædeterminans et speciale : ergo. 2° Homo in statu naturæ integræ ex D.Th. indiget auxilio quo moveatur ad beneagendum : ergo quo promoveatur efficaciter, alioquin maneret immotus et vinceretur ab homine Deus : ergo quo prædeterminetur ad hoc bonum opus, quia per prædeterminationem nihil aliud intelligitur quam promotio efficax. 5° Istud auxilium ulterius quod requirit S. Th. ut homo moveatur ad bene agendum, non est auxilium sine quo, illud enim supponitur : ergo auxilium quo et efficax. Item non est auxilium versatile et indifferens, quia auxilium versatile ct indifferens non movet hominem ad aliquod bonum, sed potius movetur ab homine, cujus nempe consensu determinatur : ergo efficax.

Quædamulterius opponit Berti exD.Th, quæ putat nobis esse contraria, *dc quibus dicam in sol. obj.*

Prob. 5° *conclusio* ex principiis S. Augustini. Primum principium S. Augustini ex quo probatur fuisse Adamo et angelis necessariam gratiam efficacem, nimirum, nullam creaturam posse se facere meliorem quam a Deo facta sit, jam plusquam satis expendimus. Secundum huic finitimum est, non posse hominem homini esse meliorem quam Deus ipse sit homini. Ita Enarrat, in Psal. 5'8, ex quo *sic argumentor.* Ille melior est alteri, qui dat illi quod melius est : atqui si angelus n» primushomo habuissent tantum a Deo posse perseverare , a se autem actualem perseverantiam, dedissent sibi quod est melius; melius est enim, ut jam diximus, agere quam posse agere, perseverare quam posse per-

sevcrare : ergo angelus et homo fuissent libi meliores quam Deus ipsis.

Tertium principium S. Augustini est, neminem habere a «eipso in ordine supernatural! de quo iu semelipso possit gloriari et quo ab aliis se discernat. Ita passim S. doctor, præsertim de Dono Perseverant, c. 15, cx illo Apost. i Cor. 4 : *Quis tc discernit ? Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti , quid gloriaris quasi non acceperis* ? Quod principium etiam extendit ad angelos 1.11 de Civit, c. 19, ubi dicit quod *solus ille discernere potuit* (angelos), *quipoluit,etiam priusquam caderent, prccscire casuros.* Atqui in systemate Janscnii et Augustinianomm, unus angelus habet a se quo possit in semetipso gloriari, et ab aliis se discernat s ergo. *Prob. min.* Pone duos angelos gratia versatili æque instructos, quorum unus suo assensu eam reddit efficacem et perseverat, alter suo dissensu reddit inefficacem ct cadit ; palam est primum se per semetipsum ab alio discernere et habere a se quod in se et non in Domino glorietur. ergo.

Neque dicas quod unus non se discernit ab alio sine gratia versatili ; id quidem verum est, sed non se discernit per gratiam versatilem. « Gratia enim qire est » communis bonis et malis, non discernit » bonos a malis, »» inquit S. Aug. lib. de Kup.ct Concup. c. 3, et lib. de Præ- estin. Sanctorum c. 5. Aridc plura circa hoc argumenmm dcscientia media $ 5 ; quæ enim contra illud reponunt Molinistæ pro statu naturæ lapsæ, eadem reponunt Augustiniani pro statu naturæ innocentis : unde uaisque eædem solutiones sunt adhibendi, et ea quibus dicti Augustiniani impugnant evasiones Molinistarum, contra ipsos sunt retorquenda.

QuartumS. Augustini principium. Creatura innocens debebat orare et petere a Deo donum perseverantis, et ea obtenta illi gratias inferre. « Quis enim audeat di- » ccrc aut credere, inquit S. Aug. 14 de » Civit, c. 17, ut neque angelus neque ho- » mo caderet, in Dei potestate non fuisse?" Ergo debebat hanc perseverantiam petere et pro ea obtenta gratias agere : id dictat communis pietatis sensus. Unde Gelasius papa, doctrinæ S. Augustini approbator et vindex, in libello adversus Pelagianos, et Epist. *S* ad episcopos per Picenum constitutos (habentur torn. 4 Concil. Labb.) dicit Adamum ideo peccasse, quia sibi fidens ad Deum oratione non confugit ut gratiam sibi necessariam obtineret. Item docet S. Th. 1 p. q. 94, a. 4, ad '6 : « Adæ, inquit, » in tentatione non fuit subventum, quia » recursum non habuit ad Deum pro obti- » nendo auxilio quo perseveraret.» Atqui in hypothesi quod Adam et angelus essent instructi gratia versatili quacum erantperseverahiri, modo illam suo assensu redderent efficacem, nihil ultra illiserat a Deo cxpeclandum ct petendum ut perseverarent, cum jam totum ab eorum libero voluntatis assensu penderet ; ergo non debebant Deum orare, ut ab eo perseverantis donum obtinerent. *Quid enim stultius est,* inquit S. Aug. lib. de Nat. et Grat.c. IS, *quam orare ut facias quod habes in tua potestate* ? Neque pro hoc dono obtento gratias agere; quia, ut ait idem S. Aug. Epist. 107 ad Vitalem, *Non gratias agimus Deo, sed nos agere fingimus, si unde illi gratias agimus, cumagere non putamus.*

Despondet Berti, Adamum innocentem non debuisse orare oratione gemitus, qua nempe peteret auxilium nondum collatum, sed oratione laudis, qua de accepto auxilio gratias Deo referret et ejus conservationem peteret.

Sed contra. Neque pro conservatione hujus auxilii ullatenus erat neccsse ut oraret Adam, quippe nisi peccaret, certo sciebat sibi subtrahi non posse; si enim sibi negatum aut subtractum fuisset *,jam ille sine sua culpa cecidisset*, inquit S. Aug. cap. 11 de Corrept. et Grat. Gratiarum autem actio quam Berti vocat orationem laudis, non est proprie oratio, hæc quippe respicit beneficium obtinendum, illa obtentum. Insuper non fuisset in hac hypothesi locus gratiarum actioni saltem pro perseverantia ; quia angelus stans nonplus a Deo accepit quam angelus cadens : uterque enim accepit a Deo naturam et grafiam versatilem, quam bonus non ex Deo, sed ex se fecit efficacem. *Si dicas,* angelum sanctum deocrc Deo gratias agere pro adepta corona gloriæ quam malus non obtinuit: ita est; sed saltem pro graliis acceptis in via angelus beatus non debet Deo majores gratias agere, quam reptobus et in aetei -

num damnatus; quod horrent piæ aures.]

Quintum S. Augustini principium est inscrutabilitas lïùjoF quæstionis: cur unus gratiæ consentiat*ef* non alter? cur unus in accepta justitia perseverat et salvatur, et non alter? de Dono Persev. c. 9 et 12, de Spirit, et Litt. c. 55 ct alibi. Atqui si tam homini quam angelis data sit tantum gratia versatilis, quam suo nutu redderent efficacem vel inefficacem, non est inscrutabile cur hi salvamur, illi damnantur, sed facilissolntio, scilicet, homines salvari qui proprio arbitrio consenserunt gratiæ, illos damnari qui dissenserunt. *Neque dicas* S. Aug. hanc judiciorum profunditatem tantum agnoscere pro statu naturæ lapsæ : nam lib. 11 de Genes, ad Lilt. c. 10, loquens universaliter de omni creatura rationali , consequenter de Adamo et angelis, ait : « Sed posset Deus etiam ipsorum » voluntatem in bonum convertere , quo» niani omnipotens est : posset plane : cur » ergo non fecit? quia noluit. Cur nolue» rit ? penes ipsum est. »

Prob. 4° conclusio evertendo fundamentum adversariorum. Si motio per se efficax non esset necessaria in statu innocentia·, ideo foret, ut volunt adversarii, quia juxta S. Aug. tota ejus necessitas repetitur ex sola infirmitate naturæ lapsæ ad actus supernaturales et meritorios : *atqui falsum consequens : ergo et ant. Prob. min.* S. Aug. repetit necessitatem motionis eilicacis non solum ex infirmitate naturæ lapsæ, sed etiam ex omnipotentia Dei, ex subordi natione et dependentia omnis creaturæ a Deo in agendo. Ergo. *Prob. ant.* Imprimis S. Doct. lib. 5 de Trinit. cap. 1, statuit tanquam principium constans et universale, quod *Divina voluntas sit prima et suprema causa omnium corporalium ct spiritualium motionum,* quæ verba profert ex S. Augustino S. Prosper sententia 58. 2° Lib. de Genes, ad Liti. c. 20 : « Deus, inquit, movet occulta » potentia universam creaturam suam, eo« que motu illa versata, dum angeli jussa » perficiunt, dum circumeunt sidera, dum ▪ alternant venti... dum vireta pullulant... » explicat sæcnla, quæ illi cum primum » condita sunt tanquam implicita imlide» rat, quæ tamen in suos cursus non ex» plicarentur, si ea ille qui condidit pro• vido motu administrare cessaret. » Et in fine cap. 25 : Ea, quæ. omnia simul » fecit, administratorio actu gubernans ea* » que movens sine cessa'ione operatur. » Ibi nulla mentio aut quæstiu de infirmitate natura ad actus supernaturales et meritorios, sed de sola subordination et dependentia omnis causæ creatæ etiam naturalis in agendo a Deo omnipotente ut prima causa et primo motore

5° Lib. de Correpl. et Grat. quem nobis opponunt adversarii, cap. 14, loquens de electione Saillis in regem, quæ erat actio mere civilis et naturalis, dicit : « .Non » est itaque dubitandum voluntati Dei qui » in cœlo et in terra omnia quæcumquc » voluit fecit, et qui etiam illa quæ futura » sunt fecit, humanas voluntates non pos» se resistere quominus faciat ipse quod » vult, quandoquidem etiam de ipsis lio» minum voluntatibus quod vult cum vult » facit; nisi forte (utex mullis aliqua com» memorem) quando Deus voluitSaiili reg» num dare, sic erat in potestate Israclita» rum subdere se memorato viro sive non » subdere (quod utique erat positum in co» rum potestate), ut etiam Deo valerent » resistere; qui tamen hoc non fecit nisi » per ipsorum hominum voluntates, sine » dubio habens humanorum cordiuin quo » placeret inclinandorum omnipolenlissi» mam potestatem. » Et paulopost de electione Davidis in regem : « Omnipotens » Deus, inquit, adduxit illos ut eum regem » constituerent. Et quomodo adduxit? » Numquid corporalibus ullis vinculis al» ligavit? Intus egit, corda tenuit, corda » movit eosque voluntatibus eorum, quas » ipse in illis operatus est, traxit. Si ergo » cum voluerit reges in terra constituere, » magis habet in potestate sua voluntates » hominum quam ipsi suas, quis alius fa» cit ut salubris sil correptio, et flat in cor» repli corde correctio, ut coelesti consli« tuatur in regno? » Et lib. 1 cont. duas Epist. Pelagii cap. 20, loqueris de mutatione regis Assueri ab indignatione ad mansuetudinem , quæ etiam fuit actus ordinis naturalis : « Deus, inquit, occullissi» ma ct ellicacissima potestate cor regis » convertit et transtulit ab indignatione ad » lenitatem ; hoc est, a voluntate lædendi » ad voluntatem favendi, secundum illud ” Apostoli : *Deus est enim qui operatur* [» *in nobis et velle.* » In his omnibus aper-

te sunt motiones efficaces, quarum tamen necessitatem non repetit S. Aug. ex infirmitate natura; læsæ, sed ex omnipotentia Dei et dependentia creaturarum ab illo, ut patet tum cx terminis, tum quia, ut dixi, istæ electiones et actiones erant mere civiles et ordinis naturalis, ad quas impertinens est infirmitas naturæ læsæ in ordine ad actus supernaturales et meritorios. Imo ex necessitate motionis efficacis ad illos actus civiles, infert S. Augustinus tanquam a minori ad majus, necessitatem hujusmodi motionis ad actus salutares, nempe ad correctionem cordis ct morum, ut patet ex verbis secundi textus, quodque apertius repetit lib. de Pradcst. Sanctorum c. 20, ubi defendens hanc suam illationem contra Semi-Pelagianos, dicit : « Existimant » ad regna terrena facienda Deum inclina- » re,ad regnum vero cœleste obtinendum, » Deum non inclinare quorum voluerit vo- » Imitates.... Cogitate quale sit utcreda- » mus ad constituenda regna terrena, ho- » minum voluntates operari Deum, et ad » capessendum regnum coelorum, homines u operari voluntates suas. » Ergo S. Augustinus ex omnipotentia Dei atque creatura dependentia ab illo repetit necessitatem motionis efficacis ct in naturalibus ct in supernaturalibus.

4° Idem probant textus sequentes in Enchirid. c. 96. « Deus, inquit, non ob aliud » vocatur omnipotens, nisi quia quidquid » vuk potest, nec voluntate cujuspiam crca- » tura (consequenter neque Adami, neque » angelorum) voluntatis omnipotentis im- » peditur effectus. » Et c. 102 . « Quanlæ- » libet sint voluntates vel angelorum, vel ı hominum, vel bonorum vel malorum, « omnipotentis voluntas Dei semper in- » victa est. » Et lib. de Grat. et Lib. Arbil. cap. 20 : « Scriptura divina, inquit, si » diligenter inspiciatur, ostendit non so- › lum bonas hominum voluntates, quas » ipse facit ex malis et a se factas bonas in » actus bonos et in æternam dirigit vitam ; » verum etiam illas quæ conservant sæculi » creaturam, ita esse in Dei potestate, ut » eas quo voluerit, (piando voluerit, faciat » inclinari. » Et Enarrat, in Psal. 54, expendens illud Davidis, *Effunde frameam,* etc. «Quid est, inquit, anima nostra, aut » quid potest, nisi Deus illam teneat et » pugnet de illa ? Nam quælibct optime » facta framea, nisi habeat bellatorem, ja- » cct... Ergo quidquid vult, facit de ani- » ma nostra : cum in manu ejus est, uta- » tur ea quemadmodum vult. « In his omnibus ct pluribus aliis quæ longum foret referre, nihil de infirmitate naturæ, sed omnia referuntur ad omnipotentiam Dei. *EI ne dicas* inesse quidem Dec omnipotentiam pro omni statu, sed eam non exercere in omni statu, quia non est æqua ubique eam exercendi necessitas; patet ex textibus laudatis eam exercere in omni statu , atque agerc in omnes creaturas, sive rationales sive irrationales, in angelos et homines, sive sanos sive infirmos, pro despotica potestate, proque supremo quo pollet in eas imperio, regendo, flectendo, movendo eorum voluntates ,non secus ac alias creaturas quo vult, quando vult et quomodo vult. Neque aliler fieri potest; cum enim ex S. Aug. sit omnipotens causa prima et suprema, et utatur anima nostra tanquam instrumento pro nutu suo, necessario creatura etiam rationales ipsi subordinautur et dependent in agendo.

Confirmatur i°. Si necessitas gratiæ per se efficacis repetenda sit ex sola infirmitate natura per peccatum originale læsæ, sequitur quod ubi nulla est infirmitas ex peccato originali, nulla sit gratia efficax, sed gratia tantum versatilis : ita docent adversarii, *sitqui falsum consequens : ergo ct ant. Prob. min* In Christo Domino nulla fuit infirmitas ex peccato originali quod non contraxit. Item in B. Virgine, vel non fuit peccatum originale, secundum piam opinionem ; vel saltem, secundum omnes, fomes fuit ligatus in utero matris, et plene exlinctus in conceptione Christi : atqui tamen et Christus et beatissima ejus Mater non gratia versatili tantum, sed efficaci ct efficaeissima fuerunt donati. Ergo. *Major est de fide,* saltem quoad Christum ; quoad B. Virginem, temerarium foret negare. *Minorem* autem *non puto* etiam *posse* a quoquam *negari.* 1° Quia incredibile est, imo videtur implicatorium, quod Auctor et .Mater gratiæ, qui quovis alio efficacius et indeclinabilius « Spiritu sancto ducebantur, regebantur et movebantur in bonum, gratia efficaci taruerint, et quod in Chnsto-non fuerit gratia Christi, quam tot annis ct tot voluminibus propugnavit S. Augustinus. 2° Quia sequeretur quod

bona opera Christi et Matris ejus non fuerint a Deo pravisa in suo decreto, sed in ipso usu eorum liberi arbitrii per scientiam mediam, quodque Christi pradestinatio ad unionem hypostaticam, et B. Virginis ad maternitatis Dei dignitatem, utriusque ad gloriam, non fuerit gratuita, contra expressam S. Augustini doctrinam de Pradestinat. Sanctorum cap. 15.

Hespondct Berti, diversam esse rationem creatura rationalis innocentis et Christi ; quia Christus fuit caput Ecclesiæ quam acquisivit sanguine suo : in unoquoque autem corpore eadem est vita capitis et membrorum : unde gratia efficax fuit Christo collala, non ob ejus necessitatem, sed propter Ecclesiæ suæ sponsæ participationem.

Sed contra. Esto verum sit assumptum Berti de corpore physico, non est tamen necessario verum de corpore morali, ad cujus capitis rationem sufficit quod aliquo modo influat vitam in membra; sive autem Christus habuerit gratiam efficacem sive non, potuisset nobis influere vitam gratiæ : unde si ex nullo alio capite ea indiguerit, non probatur illum eam habuisse. Insuper ouid de B. Virgine respondebit Berti ?

Confirmatur. 2°. Si Adam eo quod nullam pateretur rebellionem in appetitu inferiori , non indiguerit gratia efficaci ad pia opera, puta, ad diligendum Deum super omnia, sed ipsi satisfuerit gratia versatilis, sequitur quod homo regeneratus Christo, pariter non indigeat gratia eflicaci tunc, quando nulla appetitus inferioris tentation? pulsatur, ut non raro contingit juxta S. Aug. lib. 6 cont. Julian, cap. 19 el experientia probat. Concupiscentia enim quæ non stimulat nec lentat, non est magis impedimento ad actum virtutis , quam si non esset omnino : *atqui falsum consequens,* etiam secundum adversarios : *ergo ct ant.*

Prob. 5° *conclusio ab inconvenientibus* ct antilogiis quas incurrunt adversarii. 1« Propugnant pradestinationem gratuitam in hoc statu, negant in statu innocentia·. Dicunt equidem ita exigere differentiam statuum, ut creatura corrupta! eligantur ante pravisa merita, quia Densest illa datum* per gratiam eflicacem : quæ autem usu sunt corruptae, eligantur post pravisa merita, quia ea a seipsis et non a' Deo sunt habitura. Verum in Christo nulla erat corruptio, et tamen secundum S. Aug. mox citatum, ejus praedestinatio fuit gratuita. Insuper potior ratio quæ probat pradestinationem gratuitam in hoc statu, æque probat in statu innocentia: : scilicet, quicumque ordinate agit, prius intendit finem quam media. Vide quæ hac de re dixi contra Molinam in 1 p. disseri, de prædestinatione.

2° Docent adversarii decreta divinæ voluntatis pro statu natura lapsa: esse ex se efficacia et prædcterminanlia, negant pw statu natura innocentis; et tamen ea ratio qua S. Aug. horum decretorum efficaciam vindicat pro statu natura lapsæ, militat pariter pro statu innocenliæ, nempe oinnipotentissima Dei voluntas, quæ de ipsis hominum voluntatibus quod vult facit, qui· humanorum cordium,quo voluerit et quando voluerit inclinandorum, supremam el absolutam habeat, potestatem, quæ magi* habet in sua potestate voluntates hominum quam ipsi suas, lib. de Correpi, et GraL ct alibi.

5° Totis lacertis impugnant advor-arii scientiam mediam in prasenti statu, admittunt in statu innocenliæ, et tamen ea impugnatur pro hoc statu iis momentis quæ ejus impossibilitatem in omni statu demonstrant, inter cætera quod nullum sit ejus objectum. Vide alia plura de hac scientia in 1 p.

Solvuntur objectiones.

PIIÆNOTANDA.

1 nicum ex S. Augustino suæ sententia* fundamentum petunt adversarii ex cap. io, 11, 12 libri de Correpl. et Grat. (piem S. Aug. jam senex scripsit et direxit ad monachos Adrumelinos.

Hi cum accepissent pradicari a S. Augustino quoddam gratiæ genus, quæad omnia pietatis opera esset necessaria, nec. la men ullis meritis obtineretur, dixerunt ne minem esse corripiendum si bonum non ageret, aut in bono non perseveraret,cum neutrum posset sine gratia, quam nec sibi dare nec a Deo mereri posset ; sed orandum tantum ut Deus ipsi gratiam largiatur.

I l hanc querelam depelleret S. Augustinus, composuit librum de Correpi, el Grat, in quo multis argumentis probatbee

duo coherere, scilicet, hominem indigere gratia ut bene agat, et tamen juste corripi si ea destir.itus non bene agat; quia utrum que docet S. Scriptura. Deinde mullis momentis utilitatem correptionis ostendit.

Monachis autem importunius quærentibus cur Deus deneget justis gratiam necessariam ad perseverandum, et tamen ille ‘culpetur quod non perseveret : respondet S. Augustinus, justis temporaneis subtrahi gratiam, *quia non sunt a massa perditionis a-terna Dei pradestinationc discreti* , id est, subtrahitur propter peccatum originale. At reponebant monachi gratiam perseverantiæ fuisse denegatam primo parenti innocenti ct ante omnem culpam : ergo ille saltem erat excusabilis, neccorripiendus.

Hujus objectionis occasione, assumit S. Augustinus tractandam quæslionem de gratia primi hominis et angelorum cap. 10,11 ct 1'2. « Quæritur a nobis, inquit cap. 10, » quantum attinet ad hoc donum Dei quod » est in bono perseverare usque in finem » (joui inlcllige agi dunlaxat de gratia per- ii sevcranliæ finalis), quid de ipse primo » nomine sentiamus, qui certe sine ullo » vitio factus est rectus.... si enim in illa » rec itudinc in qua sine vitio factus est » Adam, habuit perseverantiam, procul - dubio perseveravit in ea ; et si persevera- ti vit, utique non peccavit.... Eum autem » peccasse et desertorem boni fuisse, ve- » ritas clamat. Non ergo habuit in illo bono II perseverantiam, etsi non habuit,utique U non accepit.... Porro sipropterea non ha- u buit, quia non accepit, quid ipse non » perseverando peccavit, qui perseveran- W tiam non accepit.’ Neque enim diei potest » ideo non accepisse , quia est discretus a N massa perditionis gratiæ largitate, non- U dum quippe erat illa in genere humano M I crditionis massa antequam peccassel, M ex qua tracta est origo vitiata. »

Huic, difficultatis. Augustinus repondet, Adammn nihilominus fuisse inexcusabilem ct corripiendum; quia licet non habuerit auxilium efficax ad perseverandum, quale datur nunc. prxdestinatis, habuit tamen auxilium sufficiens, quod erat permissum ejus voluntati el quorum persev crare posset si vellet, sicut boni angeli cum illo perii berum arbitrium perseverarunt; additque lationem cur auxilio efficaci, quale nunc datur, non indigeret; quia nempe ejus natura erat sana et integra, cum nostra sil infirma ct vulnerata, ideoque potentiori auxilio juvanda. Hinc concludit cap. 12, « ipsa adjutoria esse distinguenda. Aliud » est adjutorium sine quo aliquid non fit, » ct aliud est adjutorium quo aliquid fit.. » primo itaque homini datum est adjuto- » rium perseverantiæ non quo fieret ut » perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc w vero sanctis in regnum Dei prxdestinatis, ŋ non tantum tale adjutorium perseveran- » ti® datur; sed tale ut eis ipsa perseve- » rantia donetur. »

!læc est summa doctrinæ S. Aug. in his tribus famosis capitibus. Ex qua infert Jansenius discrimen inter praesentem statum ct statum innocenti® in co situm esse,quod gratia propria statui innocenti® sit auxilium sine quo, seu gratia sufficiens tantum et versatilis subdita libero arbitrio, nec ulla fuerit in eo necessaria gratia perse efficax ; gratia autem propria huic præsenti statui sit auxilium quo, seu gratia per se efficax propter infirmitatem natura*, nec ulla detur in eo sufficiens tantum. El hoc. est, ut jam monui, venenata radix el origo illius hæresis. Theologi qui dicuntur Augustiniani idem inferunt, excepto quod agnoscant etiam pro præsenti statu gratias sufficientes.

Hanc distinctLncm inter adjutorium *sine quo non* ct adjutorium 71/0, quorum primum suffecerit angelis et primo homini ad perseverandum, alterum praesenti statui sil necessarium. Jansenius lib. de Grat. primi hominis cap. 17. dicit esse *veram d immobilem bassitn,* cui incumbat lotaS. Augustini doctrina de gratia Christi, qua sublata nccessc est ruat totum ædificium : *(lavem* qua ad *Augustini doctrinam patet aditus sine qua qui eam molitur ingredi , relut cactis in meridie palpabit filum,* «pio nisi quis regatur, lota S. Augustini doctrina merus est illi labyrinthus. Eadem cantant cardinalis Norisms, patres S. Mauri, Boudartiusct alii apud fleri i.

\ erum non advertunt doctissimi viri inde gravem iniunam inferri non solum S. Augustino, sed coactis adversus I’ lagianos conciliis e» univers® Ecclesiæ , ut observ avit noster Massoulic dissert. 4 de (› rat. Adami a. 10. Etenim constat, fatenlc Jan-

senio» S. Augustinum hunc lib. de Current. et Grat, in quo solo banc distinctionem duplicis adjutorii *quo* et *sine quo* respective ad statum innocentiae et lapsum exprimit, composuisse sub finem vitæ. Quo posito,

Sequitur 1°, juxta adversarios, longe aberrasse S. Prosperum in præfatione contra Collât, dum dixit : « Viginti amplius » annis contra inimicos gratiæ Dei catholica » acies hujus viri (S. Augustini) ductu » pugnat et vincit : vincit dico , quia non » patiturrespirarequod vincit. » Quæ enim victoria tot annis esse poterat, cum arma quibus solis victoria comparari poterat, nondum S. Augustinus exemisset ? Quibus Quibus armis confectum est bellum, si sua hujus certaminis dux primarius S. .Aug. nondum protulisset? Vanus igitur fuit de prostrata hæresi Pelagiana Ecclesiæ triumphus, si in eo capite sita estS. Augustini doctrinæ basis, quod in solo lib. de Correpl. et Grat. tradidit.

Sequitur 2°, Augustinum turpiter delusisse monachos Adrumetinos, cum, ut eorum dissensiones sedaret, eis misit librum a se editum de gratia et libero arbitrio, cosque cap. Ide Corrcpt. ct Grat. instanter adhortatur ut illum assidue legerent , his verbis : « Si ergo librum hunc » fructuosissimum habere vultis, non vos » pigeat relegendo habere notissimum, ut » dilucidissime sciatis quibus et qualibus » quæstionibus solvendis atque sanandis, » non ibi humana, sed divina occurrat » auctoritas. « Et Epist. 47 ad Valentinum abbatem et monachos Adrumetinos , dum ad eos mitteret praefatum librum de Grat. et Lib. Arbit. « Scripsi ad vos, inquit, » etiam librum quem si, adjuvante Domi- » no, diligenter legeritis, ct vivaciter in- » tellexeritis, nullas existimo inter vos de » hac re dissensiones ulterius futuras. » Num,quæso, clausum obseratumque librum mittebat ipsis S. Augustinus, nondum missa suæ doctrinæ clavi? Num in labyrinthum conjicere volebat incautos, nondum contexto illo cujus solius ope emergere poterant? Num falso commendabat opus in quo *dilucidissime,* non solum humana , sed divina auctoritas occurreret solvendis de gratia quæstionibus opportuna? Nondum enim ediderat librum dc Corrept. et Grat. neque celebrem distinctionem adjutorii *quoetsinc quo* pro variis naturæstatibus docuerat; sine qua, si adversariis credimus, necesse erat tanquam cæcos in meridie palpare, eos quos lucidissime instructos existimabat S. Augustinus.

Insuper *adverte* absonum hac in re Jansenii paralogismum : postquam citato capite 17 de gratia primi hominis, dixit hanc auxiliorum distinctionem esse elavem, basim, ac fundamentum doctrinæ. S. Aug.in fine ait : « Quæ sane ratio est cur eam in- » sinuatam quidem sæpius, nunquam ta- » men aperte traditam, tandem in line vitæ » suæ luculentissime declaravit. » Ecquis, amabo, in animum unquam induxerit magnum Augustinum noluisse toto tempore vitæ aperte docere hanc distinctionem,sed ad id expectasse finem vitæ, quia est clavis , basis et fundamentum doctrinæ quam viginti annis tradiderat : vah ! stultum et præposterum ordinem S. Augustino prorsus indignum.

Hac observatione praemissa, accedamus nunc ad germanam explicationem hujus difficilis doctrinæ S. Augustini ct celebris distinctionis adjutoriorum *quo* ct *sine quo non.*

Imprimis praenotandum est quid S. Aug. intelligat nomine adjutorii *sine quo :* an ipsam justitiam originalem, an aliquod donum habituale superadditum , non constare inter theologos; sed quidquid sit, non pertinet ad præsens institutum, cum de solo adjutorio *quo* agatur; id tantum est observandum, istud donum habituale, qualecumquc sit, congrue vocari a theologis auxilium sufficiens, quia per illud homo redditur potens ad operandum bonum stipernaturale : quo etiam nomine vocantur in natura lapsa quædam gratiæ actuales. Auxilium autem *quo,* de quo hic est quæstio, intelligilur ab omnibus auxilium actuale efficax. Porro Thomistæ, ut ostendant necessitatem omnis auxilii éfficacis non fuisse a S. Augustino negatam, pro statu innocenliæ, citatis capitibus de Corrcpt. et Grat. duas ineunt vias, quæ tamen coincidunt.

1° Et communius observant non omne auxilium efficax esse ejusdem conditionis ct virtutis; aliud est movens tantum ct applicans potentiam ad agendum, aliud non solum movens et applicans, sed simulsanans et roborans, prunum dicunt neces*

sarium fuisse et Adamo et angelis, ratione dependentia*, a Deo in agendo; non secundum ; quia 'natura eorum cum esset sana et integra, non indigebat auxilio medicinali et sanativo, quali indiget nunc nostra natura infirma et vulnerata, cui proinde est necessarium auxilium quod sit non solum movens et applicans, sed etiam sanans et roborans : S. Augustinum vero, cum a statu naturæ innocentis excludit auxilium *quo* et efficax, loqui de auxilio sanante et roborante, non de adjuvante simpliciter et applicante; quod aperte colligunt ex ejus verbis cap. 11, ubi ait : « Ille (Adam) non » opus habebat eo adjutorio quod implo- » rant isti (sancti in hac vita) cum dicunt : » *rideo aliam legem in membris meis* » *repugnantem legi mentis meæ et cap-* » *tivantem me in lege peccati quæ est in* » *membris meis. Infelix ego homo' quis* » *mc liberabit dc corpore mortis hu-* » *jus ?*.....Ille vero nulla tali rixa a seipso » adversus seipsum tentatus atque turba- » tus, in illo beatitudinis loco sua sccum » pace fruebatur. » Hac autem apposita distinctione , facile explicant phrases S. Augustini quæ videntur alienæ a nostra sententia : facilius adhuc si jungas sequentia. Itaque ,

Alter dicendi modus est sapientissimi P. Antonii Goudin, qui, supposita et admissa præfata distinctione adjutorii *quo* in movens et sanans, addit et observat Deum induere duobus modis in causas secundas: 1° per ordinariam provideidiam, vires carum activas dirigendo, movendo, applicando ad effectus ipsis propriis virtutibus proportionates ; 2° causas secundas adjuvando, modo quodam supra consuetum rerum cursum et conditionem virium ac speciali auxilio , quo fit ut per virtutem Dei efficiant aliquid excedens vires suas, et quod nunquam ab ipsis fieret sub consueto lanium auxilio, ut cum per paucos infirmosque milites ingentem et fortem exercitum profligat; cum mulieri cujus gignendi facultas est infirma et impedita, juxta consuetum rerum ordinem et suarum virium conditionem, vel nullam, vel non nisi admodum infirmam prolem gigneret, speciali munere confert ut vegetiorem prolem, quam quævis fœcunda mulier, pariat.

Primus Dei influxus,quia communis omnibus omnino causis non recensetur inter auxilia gratuita proprie dicta, nec ad illum respicimus, sed eum supponimus, cum quærimusquid possit aut nec. possit aliqua creatura per proprias vires absque gratuito auxilio : quod enim fieri potest aut reipsa fit a creaturis, cum tah auxilio communi divinæ providenti®, dicitur posse fieri, aut reipsa fieri per vires creatura. Unde cum assignamus causam cur ita fiat aut non fiat, non recurrimus ad illum providentiæ influxum, sed ut propriam causam et rationem aderimus virtutes activas creatas : sic quod mulier sana et fœcunda pariat , quod miles generosus vincat hostem imbellem, quod homo s.tnus ambulet, loquatur, colat agros , plantet vineas, licet hæc non fiant sine generali Dei concursu, illi tamen non referimus, nec dicimus fieri ex Dei auxilio, sed per proprias vires natura. At quæ fiunt a causis secundis per virtutem aliquam specialem a Deo gratis ultra conditionem virium naturalium collatam et moventem, ea dicuntur proprie fieri per Dei auxilium, iliique ut auctori proprie tribuuntur, non vero causis secundis : ut quod Jonathas cum suo armigero tot millia hominum profligaverit, non ipsi Jonathx nec ejus virtuti tribuitur, sed Deo adjuvanti specialiter supra communem rerum cursum atque conditionem virium naturalium. Similiter quod mulier sterilis et infacunda speciali Dei munere pariat prolem vegetam, ut contigit in Elisabeth matre .loannis-Baplislæ, non virtuti proprie.* sed Deo tribuitur.

Hoc duplici divini influxus modo posito, quem nemo inticiari potest, quavis tandem ratione explicetur, de quo non est nunc quæstio : dicimus S. Augustinum hh. citato de Correpl. et Grat. ubi agitat quaestionem de perseverantia respectu nature innocentis et lapsae, seponere a sua disputatione, aut potius supponere providentiam illam generalem, ejusque motionem et directionem, solumque respicere ad auxilium illud proprie dictum, id est, ad virtutem specialem gratis datam supra natura conditionem qua Deus in nobis et per nos pleraque facit, quæ per insitas libero arbitrio vires alioquin minime fierent; non enim illi erat controversia circa providentiam et modum generalem «pio Deus omnia in omnibus operatur, sed de gratuitis divine gratiæ auxiliis, atque de illo adjutorio spe-

ciali quaerit an ad perseverandum co indigeat angeli'' ct homo innocens, uti nosin natura lapc' "idigemus.

Statu quaestionis ita statuto, plana est S. Augustini doctrina de discrimine adjutoriorum stat us naturæ innocentis et lapsæ, etiam salva necessitate gratiæ per se efficacis in utroque statu. Natura enim innocens se habebat ut natura fortis et sana, instructa omni facultate ad bonum etiam supernaturale agendum : unde secundum ordinarium rerum cursum et conditionem virium suarum, ct bonum agere ct in eo perseverare poterat ; imo effectum est ut angeli boni id præstiterint. Quod cum dicitur, non excluditur motio et directio generalis divinæ providentis quæ in omni agente locum habet, ut notat S. Th. tota q. 409 et alibi, et docet S. Aug. locis relatis in probationibus. Unde natura innocens cum collatissibi viribus perinde agere ac perseverare poterat, ac mulier fœcunda ct sana vegetam prolem gignere, ac miles fortis et armatus hostem ignavum et inermem vincere, et homo sanus ambulare et loqui; quanquam cum id fit, minime fiat absque Dei motione, quam nostri Thomistæ explicant per physicam præinotionem, omnibus agentibussecundis in quovis statu necessariam. Quamobrem in angelis perseverantibus habuit locum gratia per se efficax, quatenus Deus non solum eis contulit ut cum aliis facile perseverare possent, sed etiam eos præ aliis sic movit et direxit, ut reipsa perseverarent. At homo in hoc statu, etiam per gratiam justificatus, se habetad bonum etad perseverantiam utcausa infirma, innumerisque impedimentis implicata , cx quo lit ut si solum secundum consuetum cursum rerum et juxta propriæ conditionis modum ei provideretur, nemo perseveraret; et ideo iis omnibus qui perseverant confertur per specialissimum Dei auxilium, non solum juxta consuetum modum mov ens et dirigens, sed etiam specialissimo modo sanans, roborans ct dirigens, ct, nt ita dicam, manu tenens hominem,ut, licet infirmus inter tot tentaliones,perseveret per Dei virtutem; quod minime fecit primus homo, habens virtutem liberi arbitrii tani et fortis atque instructi omnibus supcrnaturalibus habitibus, cui etiam aderat Deus ut primus motor, nisi ipse illi defuisset : quod totum inlelligit S. Augustinus per auxilium *sine quo*. Hæc paucis mutatis laudatus Goudin tract, de Gratia q. 2, a. 5, et fusius tract, de Prædcst. q. 2, a.4.

Igitur juxta hunc alterutrum dicendi modum, aut potius juxta utnimque; coincidunt enim, nt dixi, et secundus non est nisi maior explicatio prioris; facilis est responsio ad ea omnia quæ adversarii nobis opponunt ex S. Aug. lib. de Correpl. ct Grat. quod nobis restat peragendum. Itaque sequuntur

Objectiones.

Opponunt S. Augustinum laudatis capitibus pluries dicere Adamo datum esse adjutorium perseverantiæ, non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset, sanctis autem prædestinatis in hoc statu dari adjutorium quo perseverant.

B. id a nemine negari; indubium est enim Adamo non fuisse concessum adjutorium quo perseveraret, alioquin perseverasset; sed nihil inde pro adversariis, non enim quærimus an Adam habuerit istud adjutorium, sed an illo indiguerit.

Instant 1°. DixitS. Augustinus gratiam Adami fuisse minorem sed lætiorem, gratiam Christi esse tristiorem sed potentiorem.

Besponderipotest ut ante, S. Augustinum loqui de gratia quæ de facto fuit concessa Adamo, non de illa qua indigebat. Sed *dato* S. Augustinum contulisse gratiam Christi cum gratia Adami, non quam habuit, sed quam habuisset si perseverasset, ct qua illi opus erat ad perseverandum, non sequitur gratiam Adamo necessariam fuisse versatilem et non efficacem; quia inter gratias efficaces sunt aliæ aliis polentiores, cæ scilicet quæ ad plures et nobiliores et difficiliores effectus edendos ordinantur. Quis enim dubitat gratiam quæ prostravit Saulum furentem et spirantem minarum et cædis in discipulos Domini, fuisse potenliorem quam quæ convertit latronem sua crimina in cruce expiantem? Porro gratia Christi ordinatur ad plures ct difficiliores effectus, nempe ad sananda vulnera naturæ, ad vincendam rebellem concupiscentiam, etc. quam gratia Adami, in quo erat natura sana; et ideo hæc fuit minor sed lælior, illa est tristior sed potentior

Hinc vides nos distinguere inter adjutoria utriusque status, non solum ratione titillorum, quod natura innocens unico titulo indigeret auxilio efficaci, oh subotdinationem scilicet ct dependentiam; natura vero lapsa duplici titulo, illo scilicet, et præterea titulo infirmitatis, ut putant adversarii; sed distinguimorf ipsa adjutoria etiam ratione sui, quatenus unum est specialius et potentius altero.

Hinc etiam præoccupatur quod reponunt, scilicet, gratiam status innocentix secundum nos fuisse etiam quantum ex se sanalivam et medicinalem; quia, inquiunt, hoc ipso quo fuisset per se efficax, sanasset infirmitatem si invenisset; hoc enim negamus, et dicimus quod non omnis gratia efficax sit ex se sanaliva, sed ad hoc requiratur specialis et fortior virtus : unde gratia primi status fuisset perse efficax respectu naturæ sanæ, non vero respectu naturæ infirmæ, nisi virtute superaddita.

Instant 2°. S. Aug. totis his tribus capitibus asserit. « Tale fuisse adjutorium • Adamo datum, quod desereret cum vel- » let, et in quo permaneret si vellet..... › Deum suam gratiam dimisisse libero » Adami arbitrio... perseverare in ejus li- » bero arbitrio fuisse relictum, » et similia : atqui hæc aperte significant gratiam versatilem, et perseverantiam ex sola Adami voluntate pependisse : ergo.

Jl. N. min. duplici ratione. 1° Quia S. Augustinus similes loquendi formulas usurpat loquens de gralia hujus status, ex quibus tamen colligi non potest hujus status gratiam agnovisse versatilem et exclusisse per se efficacem : sic cap. 7 libri quem expendimus, rejiciens excusationem eorum qui dicunt : Non perseveravimus, quia perseverantiam non accepimus, reponit : « Ilumo, in eo quod audieras et tenueras, » in eo perseverares si velles. » Lib. ad Simplic. « Si Esaii voluisset, cucurrisset.» Lib. de Nat. et Grat. c. G4 : « Ad ipsum « arbitrium pertinet vocantem audire et » credere. » Lib. 12 de Civit, c. 6, de duobus adolescentibus eadem tentatione pulsatis loquens : «Si, inquit, eadem tenta- » tione ambo tenentur, et unus ei cedat. » alter idem quod fuerat perseveret; quid » aliud apparet, nisi unum voluisse, al- ▮ terum noluisse a castitate deficere ? » Quemadmodum ergo S. Augustinus per hujusmodi loquendi formulas non astruit gratiam versatilem p-o hoc «'atu , n e ah eo excludit gra iam efficace u, ›e‹l i.imum assignat causam immediatam boni operis seu perseverantiæ scilicet hberuin consensum arbitrii, salvo semper jure prims causæ, a qua secunda habet quod velit et faciat, ut ipsemetS. Augustinus aperte declarat lib. 1 Retract, c. 10, ubi cum Pelagiani similibus loquendi formulis a se prius usurpatis, scilicet quod non semel dixisset, *homines posse bene agere si vellent,* abuterentur, monet se hoc dixisse absque præjudicio gratiæ qua Deus operatur in hominibus ut velint. « Quod vero dixi, in- » quit..., quod omnes possuwt (implere » mandata) si velint, non existiment novi » hæretici Pelagiani secundum eos esse » dictum. Verum est enim omnino omnes » homines hoc posse si velint, sed præpa- » ratur voluntas a Domino. » Ha quando dicit Adamum potuisse perseverare si vellet, perseverantiam positam esse in ejus arbitrio, et similia, non vult indicare gratiam versatilem et excludere efficacem, sed vult tantum assignare causam immediatam, scilicet liberum voluntatis consensum , supposita semper prima cujusque operis causa et necessitate efficacis ejus motionis. Id etsi (acta paritas non probaret, evincerent formales textus ipsius S. Augustini quos recensuimus in prima probatione conclusionis versus finem, respondendo cuidam instantis Berti.

2° Has loquendi formulas adhibuit specialiter de Adamo. S. Augustinus ; quia, ut observavimus supra, ea quæ facimus aut facere possumus ex sola communi Dei motione secundum conditionem virium nostrarum collata et movente, dicuntur juxta communem modum loquendi esse permissa nostro arbitrio, nos ea posse facere si velimus, etc. E contra quæ facimus aut possumus tantum ex specialiori auxilio Dei supra consuetum modum et conditionem virium nostrarum movente, ea non dicuntur arbitrio nostro dimissa, nec nos posse ea facere si velimus, sed Deo specialiter moventi tribuuntur : sic dicimus hominem sanum posse ambulare si velit, ambulare esse relictum aut permissum ejus arbitrio militem fortem ct generosum optimis armis prxcinctum posse, si velit, vincere hostem ignavum et inermem, victoriam

esse in ejr.s arbitrio ; et ita loquimur, non exclus? motione communi primæ causæ, sed ea supposita. E confia de homine infirmo non dicimus quod possit ambulare si velit, ambulare esse in ejus arbitrio : de sailite timido et inermi non dicimus quod possit, si velit, vincere hostem generosum et strenue armatum, nec quod victoria sit in ejus arbitrio; quia licet id possit aut faciat, non tamen potest aut facit nisi ex auxilio speciali supra consuetum modum et vires collato et influente. Cum ergo Adam esset sanus et virtutibus infusis cumulatus, sufficiebat illi ad perseverandum auxilium commune et consuetum , inlluens secun- Jum conditionem ejus virium ; nec indigebat auxilio speciali sanante et roborante vires, quali indiget homo lapsus et infirmus. Quamobrem hoc speciali titulo vere dixit de Adamo S. Augustinus potuisse perseverare si vellet, perseverantiam esse in ejus arbitrio, et similia, quæea ratione dici non possunt de homine lapso et infirmo.

instant 5°. S. Augustinus dicit « An- » gclos sanctos, cadentibus aliis per libe- » rum arbitrium, per idem liberum arbi- » trium stetisse.... malos angelos per li- » herum arbitrium a Domino Deo refugas » factos esse; cæteros autem per ipsum li- » bermn arbitrium in veritate stetisse : » atqui mali angeli ceciderunt per liberum arbitrium sine novo gratiæ beneficio : ergo si per idem liberum arbitrium steterint boni, steterunt sine novo gratiæ beneficio.

B. D. maj. Sancti angeli steterunt per idem liberum arbitrium per quod mali ceciderunt, per idem identitate virium ex donis habitualibus et quoad actum primum, C. quia omnes angeli tam boni quam mali fuerunt in sua creatione gratia sanctificante et virtutibus infusis donati : per idem identitate adjutorii actualis et quoad actum secundum, *N.* Invicte enim probavimus ex S. Aug. angelos stantes fuisse amplius adjutos. Insuper certum est angelos bonos stetisse per gratiam saltem sufficientem. malos non cecidisse per gratiam : sicut ergo S. Augustinus dicens, *per liberum arbitrium,* non excludit juxta adversatio» gratiam sufficientem, ita juxta nos non excludit efficacem.

Addo,juxta observationem factam, ad majorem elucidationem, S. Augustinum verissime sic locutum fuisse, absque praejudicio gratiæ ulterioris bonis angeli ron- ccssæ Ponamus duos milites aqualibus armis et viribus instructos, quorum unus arma spome abjiciens, somno, Indo, vino, etc. indulgens, ab hoste vincitur, alter armis et viribus recte utens hostem vincit: verissime dicimus utrumque per easdem vires potuisse vincere, hunc per hujusmodi vires vicisse, alterum cum iisdem viribus sua culpa victum esse; neque tamen ab ilio qui vicit excludimus motionem communem applicantem et efficientiam causæ primæ, sed duntaxat auxilium speciale efficiens aliquid supra conditionem ejus virium.

Instant 4°. S. Aug. dixit « Deum prius n ostendere voluisse quid posset liberum » arbitrium angelorum et hominum,deinde » quid posset gratiæ beneficium, juslitiæ- » que judicium. » Quæ verba sic intelligunt , ut Deus creando Adamum ct angelos dederit illis arbitrium quod cum gratia versatili sine novo gratiæ beneficio posset perinde agere bonum ct malum ; deinde homini lapso dederit efficax auxilium resurgendi , demum in angelos apostatas justitiæ judicium exercuisse.

B. 1° me jam dixisse et probasse hæc esse dicta a S. Augustino, non in commendationem , sed in depressionem liberi arbitrii , scilicet Deum voluisse ostendere quid arbitrium se solo posset ad malum, et non ad bonum. *Fide primam probationem conclusionis sub finem.*

2° *Dato gratis* quod S. Augustinus dixerit Deum voluisse ostendere quid arbitrium posset ad bonum et ad malum , id etiam ostenditur in nostra sententia. Pone duos milites, unum fortem et generosum,alterum timidum et infirmum , uterque vincit hostem pariter fortem et robustum : primus sub providentia Dei ordinaria et motione communi, secundum conditionem virium influente et movente; alter auxilio speciali, non solum movente el applicants secundum providentiam communem, sed etiam sanante et roborante ex speciali providentia. Ostenditur in primo quid valeat generosa virtus, in s&'uudû quid valeat auxilii divini beneficium quia , ul dixi, quæ fiunt a nobis ex motione , secundum communem providentiam et conditionem virium influente et movente, tribuuntur causis secundis; quæ autem finut ex spe

ciali motione efficiente aliquid excedens vires, tribuuntur Deo. Similiter igitur in angelis sanis et integris, per motionem communem moventem tantum ct applicantem secundum communem providentiam perseverantibus, ostensum est quid possit liberum arbitrium ad bonum ; in homine lapso et infirmo per auxilium speciale sanans et roborans perseverante, quid valeat gratiæ beneficium.

Inst. 5°. S. Aug. in fine cap. 12, ponit casum quo Adam perseverare voluisset, ct dicit in eo casu non defuturum illi fuisse adjutorium Dei sine quo perseverare non posset, defuturum tamen fuisse quo Deus operaretur ut vellet. Verba ejus sunt : « Voluntas primi hominis fortis ct sana » non perseveravit habens virtutem liberi » arbitrii, quamvis non defuturo adjutorio » Dei sine quo non posset perseverare si » vellet; non tamen tali quo illo Deus ope- » raretur ut vellet. » Ergo aperte censet Adamum non indiguisse auxilio quo seu efficaci ad perseverandum.

/?. hanc intelligentiam textus S. Augustini directe contradicere Apostolo, dicenti Deum operari in nobis velle ct omnia. Unde *D. consequens.* Ergo S. Augustinus censet Adamum non indiguisse auxilio quo seu efficaci sanante ct roborante, *C.* simpliciter movente et applicante, *N.* vel, quod idem est, non indiguisse auxilio speciali, secundum providentiam extraordinariam movente ad aliquid excedens vires, *C.* auxilio communi ex providentia ordinaria coilato secundum conditionem virium, *N.* De primo enim totis illis capitibus unice loquitur et quærit S. Augustinus, utrum scilicet necessarium fuerit Adamo auxilium *quod implorant sancti in hac vita, dum dicunt ; rideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meas.* Utrum autem fuerit Adamo necessarium alterum commune auxilium, secundum consuetam providentiam et conditionem virium simpliciter movens et applicans, non quidem hic asserit S- Augustinus, sed supponit et alibi docet, ut vidimus.

Instant 6°. S. Aug. dicit sub primo adjutorio in statu innocentis merita fuisse humana et propria libero arbitrio ; sub secundo autem adjutorio in hoc statu merita esse propriissima dona Dei, et ideo homines nunc non posse gloriari de sua perseverantia; per quod innuit, licet expresse non dicat, perseverantes in statu innocentiae potuisse gloriari de sua perseverantia : quæ palam indicant primos parentes et angelos non indiguisse auxilio *quo* et efficaci, sed versatili subdito eorum arbitrio; alias eorum merita non possent dici humana et propria libero arbitrio, sed dona Dei ut nunc.

B. eadem semper solutione, merita sub primo adjutorio dici humana et propria libero arbitrio, non quod non sint a Deo movente et applicante secundum cursum communem et conditionem virium, sed quia non sunt a Deo specialiter auxiliante ultra conditionem virium ; sicut, ut sistamus in exemplo jam posito, quod miles foriis et generosus vincat hostem parem aut inferiorem, dicitur proprium ejus meritum, quamvis non excludatur motio providenti® communis ipsum moventis et adjuvantis secundum conditionem virium, indeque aliquatenus posse gloriari, tametsi hæc gloria tandem ulterius in Deum ut primam causam referenda sit. Si autem miles infirmus et timidus, ex speciali Dei auxilio supra conditionem ejus virium coilato, vincat hostem fortem et generosum, non dicitur proprium ejus meritum, nec posse de hac victoria gloriari, sed accepta refertur Deo specialiter adjuvanti, sananti et roboranti.

Cœtcrum pro harum et similium instantiarum solutione,mente sunt tenenda et præ oculis semper habenda sequentia : 1° S. Augustinum præfatis et consimilibus loquendi formulis horum trium capitum de Correpl. et Grat. præcisc quærcre de auxilio quo perseveranti®, 2° de auxilio quale implorant sancti in hoc statu naturæ lapsæ et infirm®, consequenter de auxilio medicinali et sanante, de auxilio speciali per providentiam extraordinariam, ultra cursum communem et conditionem virium praesentium coilato et movente ad aliquid excedens vires habitas; 5° nunquam S. praesulem dixisse Adamum instructum auxilio sine *quo,* potuisse reipsa perseverare ct angelos de facto perseverasse sine aliquo ulteriori auxilio, imo contrarium asseruisse, *ut probatum est;* 4° S. Augustinum dum repetit necessitatem grati® efficacis ex infirmitate naturæ, vel non assig-

nare causam totalem et adæquatam , sed pa.ualcm et inadæquatam tantum; vel intemgere de gratia medicinali et per speciaiem providentiam collata, non de simpliciter movente el applicante juxta conditionem virium : 3° tandem S. Thomam, quem Jansenius aliquando vocavit Augustinum contractum, intelligere S. Augustinum sicut nos intclligimus ; unde Estius in S. Augustini doctrina versatissimus , dicit in 1, d. 41, $ 4 : « Sane nisi hanc a » S. Thoma insinuatam intelligentiam ver» borum Augustini recipiamus, difllcilli» mum erit ac ne possibile quidem Augus» tinum sibi conciliare. »

Non me fugit quosdam ex adversariis , Laurentium Berti et Aurelium Piette, lentare D. Thomam in suas paries trahere, sed irrito plane conatu.

«Liquet, *inquit Berti*, D. Thomam » nullibi statuisse prædeterminationcm » necessariam ex capite dependenliæ. » Pace doctissimi viri, liquet iosum errore manifesto laborare; quem ut deponat, legat S. Thomam q. 5 de potent, a. *7, i* p. q. 103. a. 5. 1 2, tota q. 109. centies alibi. Legat Thomislas quotquot hac de re scripserunt, præsertim P. Anton. Massoulie toto opere de Motione divina, et specialiter dissert. 1, q. 4, a. 3. 6, 7 et 8, in quibus invicte probat S. Thomam statuisse prædeterminationcm necessarium ex capite dependentiæ , et, quod majus est, illam statuisse ex S. Augustino.

Proferunt insuper S. Thomam in nac parle q. 109, a. 10 et 2 2, q. 157, a 4. In utroque loco S. Doctor quaerit utrum homo justificatus indigeat auxilio ad perseverandum , et postquam resolvit affirmative, proponit sibi hoc argumentum : Donum Christi est majus quam nocumentum illatum ex peccato Adæ ; atqui Adam accepit unde posset perseverare : ergo homo habens gratiam Christi potest perseverare , sicque non eget alia gratia ad perseverandum. Huic argumento respondet his verbis quæstione 157 citata : « Ad secun« dum, dicendum quod, sicut Augustinus • dicit in libro de Correptione et Gratia • primo homini datum est, non ut perse» veraret, sed ut perseverate posset per » liberum arbitrium , quia nulla corruptio » erat in humana natura quæ perseverandi » difficultatem præberel ; sed nunc præ» aestinatis per gratiam Christi non solum datur ut perseverare possint, sed ut per» severent · unde primus homo nullo ter» rente contra Dei terrentis imperium li‹ bero usus arbitrio , non stetit in tanta » felicitate cum tanta non peccandi facili» tate : isti autem sxviente mundo ne » starent, steterunt in fide. » Idemq. 109 cit. Arguunt ergo adversarii in his responsis S. Thomam non dicere Adamo fuisse ad perseverandum necessarium aliquod ulterius auxilium, sed quod facilius poterat perseverare quam nos ; quo aperte indicat quod licet nos indigeamus ultra gratiam sanctificantem novo auxilio ad perseverandum, ipse tamen non indiguerit.

B. equidem S. Thomam indicare his responsionibus Adamum non indiguisse aliquo ulteriori auxilio, sed quo? Quali no« indigemus, scilicet sanante; quia, ut dicit, *nulla corruptio tunc erat inhumana natura.* At non negat indiguisse ulteriori auxilio mox ente et applicante Sed quid dico non negat? Imo formalissimis terminis ipsum eo indiguisse asserit lota ferine q. 109 cit. « Sic igitur, inquit a. 2 0, vir» tute gratuita superaddita virtuti natura » indiget homo in statu naturæ integra, » quantum ad unum, scilicet ad operandum » et volendum bonum supcrnaturale ; sed » in statu naturæ corruptæ quantum ad » duo,scilicet ul sanetur, et ulterius utbo» num siipernaturalis virtutis operetur, » quod est meritorium. Ulterius autem » IN UTROQUE.STATU INDIGET HOMO AUXI» LIO DIVINO, UT AB IPSO MOVEATUR. · Qui hæc non intelligit, solem non videt in meridie. Confer quæ dixi probatione secunda sub finem.

Instant denique. Si S. Augustinus consuisset Adamo ultra auxilium sufficiens et *sine quo* necessarium fuisse ad perseverandum aliquo alio quod non habuit, non satisfecisset objectioni sibi factæ a monachis Adrumetinis ; hi namque dicebant : Esto homines qui in hoc praesenti statu non perseverant, sint inexcusabiles et corripiendi, quamvis dono perseverantiæ can ant, quia eo carent culpabiliter propter peccatum originale, Adam saltem non perseverans fuit excusabilis, cum illo dono earuerit ante omnem culpam; quod enim respondeatS. Augustinus Adamum non fuisse excusabilem quia habuit auxilium quo poterat per-

sevcrare, insufficiens est, si ut reipsa perseveraret ind' .uerit aliquo alio auxilio quo sine iilpaeariiitjhinccniin est excusabilis.

'I. S. Augustinum objectionem factam solvisse, non quidem qua late patet per se, ted quantum satis erat ad suum propositum, scilicet, ad probandum Adamum non fuisse excusabilem, et aliunde lapsum ejus non posse trahi in exemplum, ad eximendos homines hujus status non perseverantes a correptione, quod erat summa disputationis inter S. Augustinum et monachos. Quæstio enim erat, ut jam sæpe monui, de auxilio medicinali, quale nunc datur prædestinatis ad perseverandum : ostendit autem S. Augustinus quod, quamvis Adam illo caruerit, non sit tamen excusabilis ; quia, cum non esset infirmus, illo non indigebat et habebat auxilium quocum facillime poterat perseverare, nulla infirmitate, aut ignorantia, aut concupiscentia, aliave simili difficultate impeditus : unde quod non perseveraverit, non ideo fuit quia non potuit, sed quia noluit; per quod soluta manet objectio. Caeterum utrum si voluisset Adam perseverare, sicut voluerunt boni angeli, eguisset ulteriori auxilio, et qua de causa fuerit illi denegatum, non hic discutit S. Augustinus; tum quia id non eratnecesse pro depellendis scrupulis monachorum, quippe cum eorum status esset longe diversus a statu Adami, hujus lapsum non poterant trahere in exemplum; turn quia ista quæstio non spectat medicinalem gratiam Christi redemptoris, de qua sola agebatur, sed alteram profundiorem disputationem de providentia generali et motione Creatoris a quo omnia bona descendunt; tum tandem quia si hanc altiorem disputationem hic discutere aggressus fuisset, difficultates multiplicasset et novos nodos quaestioni injecisset. Familiare autem fuit S. Augustino in materiis controversis et agendo partes disputatoris polcmici, suam disputationem intra certos terminos coercere, nec plus dicere quam sit necesse solvendis objectionibus aut dubiis interrogandum , missis reliquis quæ impraesentiarum ridentur minus necessaria. Id constat variis exemplis in S. Augustino : potissimum habetur Opusc. de sexQuæslionibusPaganorum Epist. 49, ubi ethnico quærcnli *cur Christus celerius non advenisset*, respondet simpliciter S. Augustinus, « tum vo-

» luisse hominibus apparere, Christum et «apud eos prædicari doctrinam suam, » quando sciebat et ibi sciebat esse qui » in eum fuerant credituri. » Hæc autem resumens lib. de Prædest Sanctorum cap. 9, fatetur se in primo loco non attüùsia graviorem difficultatem, *utrum nempe praedicato sibi Christo , a seipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi;* haneque de industria omisisse, quia nihil ad propositæ quæstionis resolutionem perlinebat, et ne novas disputationi ambages necteret. « Sed quoniam, inquit, si ita di- » ceretur, lectorem faceret intentum ad ea » requirenda quæ nunc ex admonitione » Pelagiani erroris necesse est copiosius et » laboriosius disputari : visum mihi est » quod tunc satis erat breviter esse dicen- H dum, excepta, ut dixi, altitudine sapien- « tiæ et scientiæ Dei etsine praejudicio alia- » rum causarum de quibus non tune, sed » alias opportunius disputandum putavi. » Alia ejusdem œconomiæexempla habes lib. *i* Retract, c. 9, lib. 2 de Peccat. Merit, c. 17 et alibi.

Dices. Juxta Thomistas, gratia efficax supponit potentiam per gratias sufficientes completam et expeditam, eamque tantum applicat ad agendum : ergo non sanat nec roborat,sed sanatam et roboratam supponit.

D. 1° hoc argumentum non posse nobis serio opponi ab Augustinianis, qui agnoscunt nobiscum gratiam efficacem Christi esse medicinalem, et præbere vires efficacissimas voluntati, ut loquitur S. Augustinus.

Ji. 2°. *D. conseq.* Ergo non sanat nec roborat potentiam in ratione potentiæ simpliciter et precise seu solitarie sumptæ, *transeat;* in ratione potentiæ conjungenda; cum actu, Ar. De quo plura alibi. Vide art. seq. n. 6.

Neque tamen existimandum est per hanc gratiam actualem medicinalem hominem lapsum ita sanari ut ad statum originalisjustitiæ redeat et pristinas sanitati restituatur, quia vires illae quas confert non sunt ad modum habitus permanentis, sed instar virtutis alicujus vialis et transitoris.

Solvuntur objectiones Tournely,

honoratus Tournely, qui passim in suis praelectionibus Jansenimn acriter insectatur ct impugnat, ejus paries iiic suscipit q.

1 de Grat. a. 4, $ *Quoâ gratiæ,* conten- I ditqnc cum ipso, Adamum non opus lia- i Puisse ad perseverandum auxilio *quo* seu efficaci, sed satis fuisse ipsi auxilium sine quo permissum ejus libero arbitrio; et inter varias opiniones theologorum quas refert circa discrimen adjutorii utriusque status, Thomisticam de necessitate pramotionis physicae in statu innocentiae, pro suo solito more, specialiter vellicat . sed quæ profert adeo levia sunt, ut vix difficultatis nodum attingant et facillime ex dictis solvantur. Quapropter succincte illa perstringam. Itaque

Opponit 1°. Ex assertione necessitatis præmotionis physicæ pro statu innocentiæ, ruit discrimen a S. Augustino statutum inter gratiam utriusque status naturæ innocentis et lapsæ. Ergo. *Prob. ant.* Juxta Thomistes, posita præmotione actio sequitur, ea non posita non sequitur : at in mente S. Augustini opus non habuit tali auxilio. Ergo. *Prob. ant.* S. Aug. lib. de Corrept. cl Gratia, c. 12, ait :«Primo homini datum « est adjutorium pcrseverantiæ, now quo » fieret ut perseveraret, sed sine quo per » liberum arbitrium perseverare non pos- » set. »

Λ. *N. ant. Ad prob. N. ant. Ad prob.* dico S. Augustinum his verbis exprimere adjutorium quod de facto habuit Adam, non quo indiguit ad perseverandum, de quo hic quærimus.

Opponit 2'. Stante præmotione physica et in sensu composito illius, liberum non est creatæ voluntati eam rejicere : at S. Augustino teste, adjutorium Adæ non fuit ejusmodi. Ergo.

P. majorem esse plusquam falsam cl veram calumniam scholæ S. Thoinæ illiberaliter impactam; dicunt enim Thomistæ de præmotione, ea stante et in sensu composito illius, cum concilio Trid. quod voluntas creata *eam abjicere possit.* Insuper loquitur S. Augustinus loco citato a Tournely de auxilio sine quo non, quod habuit Adam, non de auxilio yuo,quod non habuit.

Opponit 5° Pradeterminatio physica nusquam a creata voluntate deseritur : at tale profecto non fuit adjutorium Adami innocentis; *quippe erat adjutorium,* inquit S. Augustinus, *quod desereret cum vellet.*

It. ut ante D. min. Tale non fuit adjutorium Adami quod habuit, *C.* quod non habuit et quo indiguit, *N.* De primo loquitur S. Augustinus in verbis citatis.

*OpppoUin.*Si Adamo innocenti ad perseverandum necessaria fuisset præinotio physica, a culpa excusari potuisset quod non perseveraverit; quia nempe absque ullo pracedente peccato caruisset auxilio quod plane necessarium supponitur ut quis bene agat et perseveret : quo dicto, quasi certus de palma et in hostem prostratum insurgens, *Dicant,* inquit, *adversarii, cur Deus Adamo innocenti ct ante omne ejus peccatum , tale auxilium subtraxerit? etc.*

It. hoc argumentum rimas undequaque pali. 1° Ut quis sit inexcusabilis, non requiritur quod habeat auxilium quo perseveret, alioquin nemo unquam foret culpandus; sed sufficit quod habeat auxilium quo plane et facile potest perseverare ct non perseveret : tale habuit Adam. 2° Denegatum fuit Adamo auxilium *quo* seu efficax, propter culpam tempore concomitantem, natura præcedentem. Vide quæ abunde dixi circa hanc difficultatem dissert. 8 de volunt. Dei a. 4, § 5. 5° Nullus catholicus negat aut negare potest Deum potuisse lapsum Adami impedire : dicat doctor Sorbonicus, cui solutiones nostra non sufficiunt, quare non impedivit? Et ipsum non pigeat respondere cum S. Augustino 1.11 Genest ad Litt. c. 10: *Quia noluit ; cur noluerit? penes ipsum est.* Et de Dono Perseverant, cap. 42: «Iterum atque iterum dicimus, » nec nos piget : O homo ! tu quis es, qui » respondeas Deo ? Inscrutabilia sunt judi- » cia ejus el investigabiles via· ejus. Et lioc » adjiciamus: *Altiora re ne quatieris, cl « fortiora te ne scrutatus fueris.* »

Opponit 5®. Necessitatem auxilii, quo creata voluntas ab bonum indeclinabiliter inclinatur, unice repetit S. Augustinus cap. 42, ex infirmitate natura lapsæ: non ergo ex necessitate physicæ præmotionis.

Ii. S. Augustinum loqui de necessitate auxilii sanantis cl medicinalis, non simpliciter moventis et applicantis : *palet c.r supra dictis* Alibi autem agens generaliter de auxilio seu motione Dei, ejus nécessita* tem etiam repetit ex dependentia creatura a Deo, *ut probavimus.*

Etliæc plus quam satis de ista quaestione.

DISSERTATIO III.

DE NECESSITATE GRATIÆ.

D. Th. Q. 109.

ARTICULUS I.

Quid intdligatur nomine gratiæ?

I. Relictis variis gratiæ acceptionibus, hic sumitur generaliter pro quocumque dono seu beneficio gratis, hoc est, ex mera Dei benignitate, non ex justitia, aut ex meritis nostris concesso. Sub hac generali gratiæ acceptione omnia dona naturalia, scilicet ipsa natura et omnes ejus potentix possunt dici gratiæ; gratis enim Deus nobis contulit esse, vivere, sentire, intelligere, velle, etc. Hæc tamen etsi isto lato sensu dicantur gratiæ, non possunt dici auxilia gratiæ, quia auxilium supponit eum qui adjuvatur et potentias activas quas adjuvat.

II. Gratia proprie et communi S. Scripturæ atque Ecclesiæ sensu, accipitur pro dono gratuito sive habituali sive actuali naturæ superaddito : unde Pelagius decepit episcopos Palæstinos, dum ab eis interrogatus an admitteret necessitatem gratiæ, respondit se admittere, intelligens per gratiam liberum arbitrium et facultates naturales. «Nullam enim illi episcopi aliam Dei « gratiam intelligere potuerunt, inquit S. » Aug. Epist. 95, nisi quam in libris Dei » legere et populis Dei prædicare consue- » verunt. »

III. Gratia hæc tam habitualis quam actualis est duplicis ordinis, naturalis scilicet ct supernaturalis : naturalis, quæ movet ad bonum intra sphæram naturalium, ul si Deus infundat lumen scientiæ naturalis, aut moveat specialiter ad rcruin naturalium cognitionem ; supernaturalis, quæ vel habitu vel motione adjuvat ad ea quæ excedunt vires naturæ, ut dum Deus infundit habitum fidei vel charitatis, aut movet ad alterutrius actum. Inter utrumque hoc auxilium potest adhuc distingui alterum quasi medium, quod de utroque aliquid participat, scilicet, ut sit naturale quoad substantiam et supernaturale quoad modum, el hoc vel ex parte principii, vel ex part*· tcrunni : ex parte principii, ul, v. g. dum Deus cæcum natum illuminavit; modus namque operandi hunc effectum luit supra vires naturæ, quamvis effectus, consequenter ipsa gratia, substantialiter sit intra ordinem naturæ ; non enim iste visus fuit alterius rationis quem visus exterorum hominum : ex parte termini, ut si Deus ex providentia supernatural! imperans naturali, dirigat ct moveat res naturales in ordine ad salutem supernaturalem.

IV. Verum quia gratia dividitur contra naturam, gratia precise sistens in bono naturali minus proprie dicitur gratia : unde propriissime dicitur gratia vel habitus supernaturalis infusus, ut gratia sanctificans et virtutes infusx, vel motio supernaturalis qua nos movet Deus ut primus motor in ordine gratiæ ad actus supematurales, vel etiam ea Dei operatio qua res naturales dirigit ad salutem nostram.

V. Gratia sumpta pro motione supernatural!, est duplex, moralis et physica. Moralis fit per ostensionem boni, quandoque adjuncta infusione luminis ad illud percipiendum : pertinet ad causam finalem. Physica fit per influxum effective et intrinsece reducentem facultatem ad actum : pertinet ad causam efficientem. Deum utroque modo movere voluntatem docet Auctor 1 p. q. 105, a. 4 et alibi.

VI. Molio physica quandoque est mera applicatio potentix et virtutis preexistentis, ut cum Deus voluntatem justi movet ad actum charitatis; quandoque, licet sit applicatio potentix, non est tamen applicatio virtutis, quia non praeexistit, sed eam secum affert per modum transeuntis, ut dum Deus voluntatem peccatoris movet ad actum attritionis aut contritionis. Cum enim iste actus sit supernaturalis, et in illo peccatore nullus adhuc habitus supernaturalis existât, neccsse est ut illa molio conversionem inchoans secum afferat aliquam virtutem supernaturalem, non per modum habitus permanentis, sed per modum passionis transeuntis.

VII. Motio illa physica, quæ est mera applicatio potentix et virtutis praexistentis, iterum est duplex : una generalis, qua Deus, ut primus et universalis motor, applicat facultates secundum exigentiam et modum carum ad actus sibi proporlionatos: altera specialis, qua Deus quandoque mentem hominis applicat ad cogitanda vel volenda quæ, licet non excedant ejus vires, tamen secundum consuetum cursum el dispositionem subjecti, homo ea non cogita-

ret nec vellet, et hoc tam in naturalibus quam in supernaturalihus, ut dum hominem justum nihil cogitantem movet subito et sine prov»a dispositione ad aliquid supernaturale cogitandum aut volendum,qua motione sic movetur homo ut non se moveat, sicut dum movetur ad primam volitionem finis; de qua motione dixi dissert. S de Actibus humanis a. 5, ut dissiparem allucinationem quorumdam, qui ex responsione S. Th. ad 3, a. 6, q. 9, arbitrantur eum hanc solam promotionem physicam ad bonum in communi docere. Hæc autem motio specialis potest dici propriissime auxilium grati».

Observatio singularis.

VIII. De altera motione generali, qua Deus ut primus et universalis motor, tam in ordine naturo quam in ordine gratiæ, applicat potentiam et virtutem praexistentem secundum ejus exigentiam et consuetum rerum cursum ad actus ipsi proportionates, primo aspectu videtur non pertinere proprie ad auxilium speciale gratiæ, quia non datur gratuito, sed ex connatural! quadam exigentia : sicut enim supposita collatione virtutis naturalis, illi debetur motio seu concursus generalis ipsam promovens ad actum proprium, ut igni ad comburendum, soli ad illuminandum, ita quod sine miraculo non possit illi denegari : sic quamvis justo data sit gratis virtus elevans ad bonum supernalurale, ea tamen supposka, debetur quodam modo, juxta leges communis providenti», generalis motio illam applicans ad actus ipsi proportionates.

Attamen si rem altius consideremus, hæc motio generalis potest et debet aliquo vero sensu dici speciale auxilium gratiæ. Pro cujus intelligentia, observandum est hanc motionem generalem non eodem modo se habere in agentibus naturalibus ct voluntariis. Agentia naturalia habent naturalem formam qua determinantur necessario ad unum actum sibi convenientem, ut ignis ad comburendum, sol ad illuminandum ; et sic exigunt motionem generalem determinantem ad actum sibi proprium. Agentia autem voluntaria non habent formam naturalem qua determinentur necessario ad unum actum sibi convenientem, sed vertibilia sunt ad opposita ct defectibilia a bono sibi connatural! · sic licet objectum intellectus sit verum, voluntatis secundum se bonum naturale, voluntatis ut instruet» virtutibus infusis bonum supernalurale, tamen intellectus ad verum et voluntas ad bonum sive naturale sive supernalurale feruntur fiexibiliter et sunt ab illo dcfectibiles : unde quamvis istis potentiis debeatur motio generalis qua aliquando attingant suum objectum, non tamen ut attingant semper ct indefectibiliter : quod ergo hic et nunc isti detur potius quam alteri, est cx speciali gratia.

Quapropter si ista motio generalis consideretur respective ad naturam secundum se aut ut instructam virtutibus infusis, dicenda est motio generalis et non auxilium speciale gratuitum; quia ad providentiam generalem perlinet movere unumquodque agens secundum modum suum; et cumin homine sit inclinatio, attenuata licet et defectibilis , non tamen totaliter corrupta, ad bonum, illi debetur motio qua aliquando moveatur ad actum bonum sibi convenientem et non semper ad malum. Unde quod moveatur aliquando ad bonum, non est auxilium pure gratuitum, quia quodammodo debetur; neque speciale, quia non est cx speciali benevolentia et providentia, sed secundum leges communis providenti» qu» naturas dcfectibiles quandoque movet ad bonum suæ naturo, quandoque permittit deficere. Idem dic de voluntate informata charitate respectu boni supernaturalis. Sed si ista molio consideretur respective ad hominem cui datur pra alio, tunc respectu hujus hominis polest et debet dici speciale auxilium gratis; quia quamvis natura, ut dictum est, exigat quandoque moveri in bonum, non tamen hic homo præ altero exigit ut hic ct nunc potius quam alter moveatur in bonum : unde quod moveatur in bonum a quo alter deficit et a quo ipse deficere poterat, est cx auxilio speciali gratiæ, id est, gratis collate.

Hanc observationem, qu» cuique mature attendenti pervia est, expendit et tradit S. Th. q. 24 de veril. a. 14, his verbis: « Quamvis, inquit, bona natura suæ pro- » portionata homo possit facere sine gratia «gratum faciente, non tamen sine Deo, “ cum nulla res possit in naturalem opera- » tionem exire nisi virtute divina; et |w

• verum esi tam in naturalibus agentibus « quam in voluntariis : tamen hoc alio mo- » do habet necessitatem in utrisque; ope- » rationis enim naiurans m rebus natura- » libus Deus est causa in quantum dat et ▪ conservat id quod est principium natu- * ralis operationis in re, ex quo de neces- » sitate determinata operatio sequitur; » supposita semper generali motione, quam licet hic non exprimat, supponit tamen et alibi exprimit. Hanc autem generalem motionem non sufficere homini ut agat bonum sibi connaturalc , sed indigere speciali motione et directione, explicat sic prosequendo : « Sed voluntas hominis « non est determinata ad unam aliquam » operationem, sed se habet indifferenter » ad multas (id est bonas et malas), et sic « quodam modo est in potentia nisi inovea- » tur per aliquod activum, vel quod ei » exterius repraesentatur, vel quod in ea » interius operatur. Omnes autem exle- » riores motus (idem dic de interioribus) a » divina providentia moderantur secun- » dum quod judicat aliquem esse excitan- » dum ad bonum his vel illis actionibus. » Unde si gratiam Dei velimus dicere non » aliquod habituale donum, sed miscricor- « diam Dei perquam interius motum men- « tis operatur, ct exteriora ordin&t ad ho- *r* minis salutem; sic nec ullum bonum ho- » mo potest facere sine gratia Dei. » Ergo juxta S. Th. homo propter indifferentiam Immani arbitrii, ut bonum potius quam malum agat, indiget divina providentia, quæ secundum quod judicat convenire, moderatur motus ad bonum, et misericor- dia Dei per quam interius motum mentis operatur et exteriora ordinat ad bonum. Remo autem dicere potest hoc auxilium esse huic homini præ altero debitum : er- go est gratuitum, quia non datur ex meri- to, sed ex misericordia; est et speciale, quia non omnibus datur; quantumvis res- pective ad naturam secundum se sil ct de- bitum et generale.

Hæc observatio, quam ante nos fecerunt doctissimi Bancel ct Goudin, omnino ne- cessaria est ad enodandas difficultates, alio- quin intneatissimas, hujus dissertationis : tollit namque ambiguitates et œquivocalio- nes propter quas multi cespitant et delu- duntur, conciliatque opiniones Thoinista- min apparenter contrarias, *ut patebit ex dicendis.*

Totam suam quaestionem concludit S. Th. decem articulis. 1° Utrum absque gra- tia possithomo aliquod verum cognoscere? 2° Utrum absque gratia possit aliquod bo- num facere vel velle ? 5° Utrum absque gra- tia possit diligere Deum super omnia? 4° Utrum absque gratia possit per sua na- turalia, præccpta legis servare ? i>° Utrmn absque gratia possit mereri vitam ælernam ? 6° Utrum ad gratiam possit se præparare sine gratia? 7° Utrum possit resurgere a peccato sine gratia? 8° Utrum sine gratia possit non peccare? 9° Utrum homo gra- tiam consecutus possit absque alio divino auxilio bonum facere et vitare peccatum? 40° Utrum possit perseverare per seipsum ? Quas difficultates pro modulo explicare co- nabimur articulis sequentibus. Unde sit

ARTICULUS II.

Utrum homo absque gratia possit ali- quod verum cognoscere?

Suppono tanquam principium ab omni- bus receptum, quo omnes difficultates de necessitate gratiæ debent dirimi, in quovis bono opere, nihil gratiæ auxilio esse sub- trahendum. Ita definivit Cœlestinus, aut quivis alius pontifex auctor Capitulorum quæ ipsi ascribuntur, cap. 12, his verbis: *Gratia operi et dignationi nihil penitus subtrahendum est.* Hoc principium in S. Scripturis, conciliis, Patribus et communi sensu fidelium fundatum, omnesadmittunt, sed diversimode explicant. Pelagiani dice- bant Deum esse auctorem omnis boni ope- ris, quatenus dedit facultatem bene agen- di. Semi-Pelagiani omnia bona opera Deo referebant, sed aliquod initium bon® vo- luntatis et perseverantiam libero arbitrio reservabant. Molina initium et progressum boni operis Deo concurrenti simultanée tri- buit, sed partialiter, nostrumque consen- sum ad illum minus referre videtur. Jansé- niste, et qui dicuntur Augustiniani, to- tum bonum opus, etiam bonum usum gra- tis in hoc præsenli statu Deo 'ribuunt : at in statu innocenti® bonum usum gratiæ li- bero arbitrio referunt. Vides in Ids omni- bus modis aliquid subtrahi operi gratiæ. Unde Thomiste cum suo Doclore 1 p. q. 105, a. 5, et in hac q. a. 1 et sequentibus et alibi, sic istud principium explicant,

quod Deus non solum homini dedit et conservat virtutes bene agendi, sed etiam eas movet et applicat ad agentium; his enim duobus continetur quidquid est entis el boni in opere.

Hoc generali principio statuto, quaerimus i° de necessitate gratiæ ad cognitionem veri. Veritates autem sunt duplicis generis : aliæsunt naturales, aliæ supernaturales. De prioribus sequenti §; de posterioribus subsequcnli. Unde sit

§ I.— *Utrum homo lapsus possit absque gratia cognoscere veritates naturales.*

Nota quasdam esse veritates naturales quæ pro hoc statu conjunctionis anitnæ ad corpus, sunt intellectui nostro proportional®, ut sunt quæ ex sensibilibus vel cx principiis per se notis deducuntur. Aliæ sunt quæ captum nostrum pro hoc statu superant, vel quia sunt sensibus imperviae, ut sunt quæ latent in visceribus terræ, aut in orbibus coelestibus; vel quia sunt puræ spirituales, ut substantia angeli ; vel quia non habent connexionem cum principiis naturaliter notis, ut sunt cogitationes cordimn ct futura contingentia. Constat has posteriores non posse cognosci sine extraordinario Dei auxilio : unde de his non est quæslio, sed de primis tantum.

Item inter veritates naturales, quædam sunt pure speculativæ, quæ scilicet nullo modo spectant praxim, ut : Quodlibet est vel non est, Totum est majus sua parte, Bis tria sunt sex, etc. Quædam sunt practice, quæ ordinantur ad praxim, ut : Bonum est faciendum, Deus est colendus : Parentes sunt honorandi, etc.

Hic q. 109. a. 1.O. — *Dico 1°.* ΠΟΠΙΟ lapsus sine gratia speciali naturæ superaddita, sed cum solo concursu generali prævio, qui tamen aliquo sensu debet diei specialis et gratuitus, potest cognoscere quasdam veritates naturales. Est contra quosdam antiquos et Vasques.

Ibid.— *Prob. prima pars.* Unaquæque forma seu virtus indita rebus creatis a Deo habet efficaciam respectu alicujus actus determinati in quem potest secundum suam proprietatem ; de ratione enim virtutis activa est ut sil effectiva proprii actus : sic sol ratione luminis naturalis potest illuminare, ignis ratione caloris sibi naturaliter inditi calefacere i atqui intellectus noster etiam in præsenli statu habet aliquam formam veri cognoscilivam, scilicet ipsum intclligibile lumen, quod licet sit per peccatum aliquousque obscuratum, non esi tamen penitus exlinclum : ergo potest ex se aliquant veritatem naturalem cognoscere. Adde quod alioquin potentia intellectiva, quæ est omnium potentiarum perfectissima, foret imperfectissima.

Confirmatur. Visus non indiget speciali auxilio naturæ superaddito ad vivendum coloratum illuminatum : ergo nec intellectus ad cognoscendum verum sibi proportionalium Nec refert quod potentia intellectiva sil læsa per peccatum ct non visiva. *Esto* sit læsa, non tamen omnino extincta.

Ibid.—*Prob. secunda pars,* nempe requiri concursum generalem prævium. Omnes motus tam corporales quam spirituales reducuntur in primum movens simpliciter, quod est Deus; et ideo quantumcumque natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur a Deo; quæquidem motio est secundum suæ providentia rationem, non secundum necessitatem naturæ , sicut molio corporis coelestis.

Attamen, *ct est tertia pars conclusionis,* hæcmotio quam dicimus generalem, potest et debet, juxta observationem ari. præccdentis, dici aliquo vero sensu specialis ct gratuita. Cum enim intellectus noster sit defectibilis et flexibilis ad assentienduin vero vel falso, illi debetur secundum leges communis providentiæ ut aliquando moveatur in verum , et non semper in falsum; et hoc sensu motio est generalis et quodam modo debita, ideoque non debet dici gratia. At quod ille potius moveatur ad verum quam alter qui ab eo deficit cl a quo ipse deficere poterat, id ipsi non debetur, sed est ex speciali providentia ct benevolentia ; cl hoc sensu potest ct debet dici molio et gratia specialis.

I lac explicatione evertitur fundamentum Vasquesii, petitum ab indifferentia nostri intellectus ad assensum veri vel falsi. Eliam juxta illam exponenda sunt quæ opponuntur ex S. Scripturi-., Patribus et conciliis, vel intelhgenda de cognitione supcrnalu ralium, vel naturalium quidem, sed ad veram justitiam et sanctitatem per se conducente. Item solvitur argumentum petitum ab oratione quam sæpe fundimus ad intcl-

Hgcndas veritates naturales. Hoc ipso enim quod ista molio non sit débita uni potius quam alteri, sed tantum naturæ secundum se, subest unicuique legitima causa eam oratione implorandi et pro obtenta gratias agendi.

Si dicas S. Aug. contra Pelagianos ex oratione inferre necessitatem specialis gratiæ supernaturalis, */l.* S. Aug. cx oratione facta pro rebus excedentibus vires naturæ inferre quidem necessitatem gratiæ supernafctralis ; non autem ex oratione facta pro rebus ordinis naturalis, de quibus hic agimus. Hæc enim oratio probat equidem necessitatem gratiæ specialis, sed non supernaturalis.

DicoVP. Homo lapsus absque gratia speciali superaddita, non potest, potentia saltem morali, cognoscere sive collective sive divisive omnes veritates naturales tam speculativas quam speculativo-practicas, a/or*tiori* practice-practicas.

Dixi 1°, *potentia saltem morali;* duplex enim distinguitur potentia, physica scilicet, qu® habet ex se debitam proportionem cum objecto, abstrahendo ab impedimentis illud attingendi; et moralis, quæ præter debitam cum objecto proportionem nullis impedimentis irretitur aut retardatur, ne in actum exeat et objectum attingat. Plures non improbabiliter tenent hominem lapsum absque speciali gratia posse potentia physica cognoscere omnes veritates ex sensibilibus cognoscibiles, non solum divisive, sed etiam collective; quia, inquiunt, non excedunt capacitatem hominis ingenio acuto pollentis. Sed quidquid sit de ista sententia, quæ probabilior est quoad cognitionem divisivam quam quoad collectivam. dicimus id saltem non posse potentia morali.

Dixi 2°, *veritates spcculativo^practicas,* etc. Voco veritates speculativo-praclicas quæ, quamvis spectent praxim, ad actum tamen non movent, ut sunt principia generalia syndereseos, et propositiones universales quæ pertinent a » philosophiam moralem, v. g. Bonum est faciendum, Deus est colendus, Parentes sunt honorandi, etc. Voco practice-practicas, quæ movent in particulari ad actum , ut : Parentes hic el nunc sunt honorandi : I loc furtum hic et nunc non est faciendum. Cum autem has veritates practice-practicas semper consequatur actus bonus, eadem est ratio de illis ac de operatione boni, quod .«qiectat articulos sequentes, in quibus ostendemus hominem lapsum non posse absque gratia speciali operari quodeumque bonum. Unde hic est quæstiv tantum de veritatibus speculativis et speculativo-practicis.

Prob. prima pars de cognitione omnium veritatum naturalium collective. *1·* Potentia infirma et læsa non potest producere actum excellentissimum potentiæ sanæ et integræ : atqui cognoscere collective omn^s veritates naturales, est actus excellentissimus intellectus sani et integri; intellectus autem humanus est per peccatum læsus et infirmus : ergo.

Unde S. Th. 4 cont. Gent. cap. 52 loqueris dc pcenis spiritualibus peccati originalis, dicit : « Inter spirituales potissi» ma est debilitas rationis, ex qua conlin» git quod homo difficulter pervenit ad « veri cognitionem et de facili labitur in » errorem, et appetitus bestiales omnino » supcraie non potest, sed multoties obii nubilatur ab eis. » Ubi ponit vulnus ignoranti®, 1° in intellectu speculativo, deinde in praclico, quatenus non potest superare appetitus bestiales, a quibus obnubilatur. Et hic a. 2, ad 5 : « Magis natura » humana corrupta est quantum ad appe» tilum boni, quam quantum ad cognitio» nem veri. » Ergo etiam corrupta est quantum ad cognitionem veri, licet minu». Et inde convellitur prxeipuum fundamentum adversæ sententiæ Cajetani, qui ponit ex S. Th. solum intellectum praclicum et non speculativum fuisse vulneratum.

2° Facultas intellectiva in homine lapso mullis impedimentis irretitur, ne possit omne verum collective sumptum sine errore attingere Primum, est brev itas vita ex una parte, ct ex altera infinita prope veritatum naturalium multitudo. Secundum, infirmitas corporis et sensuum a quibus pendet cognitio, qui diuturno et acri studio debilitantur. Tertium, vitæ civilis officia, curæ domestic®, necessitates naturae, quibus maxima pars vitæ absumitur, ct a studio veritatis mens avocatur. Quartum, deordinatio passionum, quibus ratio obnubilatur, torpet amor veritatis et delectatio contemplationis. Ergo.

Prob. secunda pars de cognitione quarumcumque vol itatum naturalium dhisire,

iisdem ferme rationibus. 4° Voluntasquæ est vulnerata, non potest absque gratia speciali quodrumque opus bonum morale facere, ut dicemus infra : ergo similiter intellectus vulneratus non potest sine gratia speciali quodcumque veruin cognoscere. Neque obstat quod voluntas sit vulnerata in ipso principio operandi per aversionem a fine ultimo; finis enim est voluntati primum operandi principium : intellectus autem non sit vulneratus in intrinseco lumine, sed in extrinsecis tantum, propter scilicet quædam impedimenta ex enumeratis. Non obstat, impiam, quia hæc disparitas probat ad summum remanere in intellectu potentiam physicam ad cognitionem cujuscumque veri, non moralem de qua procedit conclusio : unde

2° Sunt veritates naturales difficillimae, ad quas certo et integre intelligendas requiritur diuturnum et acre studium, consequenter voluntas constanter bona, ardens amor veritatis, delectatio contemplationis, quies passionum , firmitas et bona dispositio sensuum, ct otium curis vacuum : atqui hæc omnia non habentur in presenti statu, *ut dixi in probatione primæ partis* : ergo.

Confirmatur. Inter veritates naturales, sunt quædam adeo arduae et difficiles, ut nullus hominum certam earum cognitionem huc usque adipisci potuerit ; v. g. reciprocatio fluctuum maris, sensatio animæ, natura luminis solaris, productio arboris ex minuto grano, et sexcenta alia; quis enim audebit certo asserere id aut sic esse, ct non aliud aut aliter? atqui id quod hactenus factum non est, merito judicatur fieri non posse secundum naturam ; et ex hoc principio S. Hieron. Dialogo I contra Pclag. probat hominem non posse propriis naturæ viribus vivere sine peccato.

Dices. Difficillima veritatum naturalium cognitio ea est quæ habetur de existentia Dei, Utpole entis immaterialis, ex effectibus naturalibus ; atqui potest haberi sine gratia speciali, ut patet ex illo Rom. 1 : *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur.* Ergo.

B. N. maj. Ex effectibus enim visis quisque facile potest assurgere ad cognitionem existent!» causæ, etiamsi immaterialis. Sed si ulterius velit progredi ad cognitionem perfectiorem et quidditativam causæ, nego eam posse haberi sine speciali gratia.

Petes utrum gratia quam dicimus neces* sariam ad omnium veritatem naturalium cognitionem, sit supernatmalis, aut naturalis ?

B. esse entitative naturalem ; quia cognitio ad quam datur , est entitative naturalis ; esse autem supernaturalem quoad modum, quia datur ex speciali providentia et supra cursum communem viresque naturæ : sic resurrectio Lazari fuit naturalis entitative, supcrnaturalis quoad modum.

§ II. — *Utrum homo lapsus veritates supernaturales seu quæ sunt fidei, possit absque speciali gratia cognoscere et amplecti?*

Dico 1°. Homo lapsus, supposita prædicatione seu revelatione externa, potest cum solo prævio concursu generali, sine speciali gratia superaddita, cognoscere et amplecti veritates supernalurales assensu imperfecto ex aliquo motivo humano. Est communis.

Primam partem, scilicet supponendam et necessariam esse externam revelationem, docet Apost. Rom. it), dicens : *Quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicanic* ? l t patet; quia nihil possumus cognoscere pro hoc statu, nisi quod cadit sub sensilius per se vel per aliud : verum autem supernalurale, cum nullam habeat connexionem cum operibus naturæ, non cadit sub sensibus per se nec per aliud.

Patet etiam secunda pars; quia verum supernaturale, prout subest motivo humano seu naturali, licet entitative sit supernaturale, in ratione tamen objecti formaliter non est supernaturale ; quia objectum in ratione objecti formaliter constituitur per motivum seu rationem formalem , sub qua attingitur : ergo, supposita revelatione externa, potest ex motivo humano propriis viribus credi. Idque patet in hærelicis, qui fide humana credunt quædam mysteria fidei, non ex motivo supernatural! divinæ revelationis , alias omnia crederent, sed vel ex proprio judicio, vel quia hujusmodi fidem sibi honorificam aut utilem existimant. Sic eliam videmus quandoque homines ex aliquo motivo humano credere firmiter ct pertinaciter defendere quæ superant eorum captum, quantumvis mira et

extraordinaria, ut sunt, v. g. Mahumetani.

Q. 109. a. 1. o. — *Dico* 2° Homo non poicst creder* veritates supernaturales ex motivo supernatural! divinæ revelationis sine gratia speciali interna lam ex parte intellectus quam *cx* parte voluntatis.

Est 1° contra Pelagium, qui in primis statibus suæ hæreseos non requirebat ad assensum fidei nisi revelationem externam ; 2° contra Semi-Pelagianos, qui volebant pium affectum credulitatis esse a nobis; 5° contra quosdam theologos , qui dicunt hominem lapsum posse propriis viribus assentin' assensu naturali veritatibus superiialuralibus ex motivo divinæ revelationis, et cum edoctus fuerit requiri fidem seu assensum supernaturalem , posse illum optare et petere; sicque faciendo virbus natura quod in se est, se ad supernaturalia disponere, eaque infallibiliter consequi, non quidem merito illarum actionum naturalium, sed ex pacto inter Deum ct Christum inito, quo facienti ex viribus naturæ quod in se est, gratia semper datur. Quæ sententia nobis videtur non salis recedere ab errore Seini-Pclagianorum : non enim hi dicebant assensum supernaturalem posse elici viribus naturæ, id implicat in terminis; neque istum assensum naturalem proprie mereri dona gratiæ, sed esse tantum occasionem quam Deus arriperet ut conferret gratiam, ut jam ialbi dixi.

Prob. prima pars, 1° ex S. Scriptura. Matth. *11 : Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.* Cap. 16, Petro suam fidem in Christum profitent!, dicit Christus : *Beatus es, Simon Barjona, quia caro ct sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in coelis est.* Ephes. 2 : *Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis; Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis gloriclur.* Elue forte dicas hæc esse intelligcnda de gratia extern® revelationis, attende sequentia. Apost. Ephes. 1,orat ut *Deusdct illis Spiritum sapientiæ et revelationis in agnitioneejus, illuminatos oculos cordis eorum, ut sciant quæ sit spes vocationis ejus.* Act. 16 : *Deus aperuit cor Lydiæ intendere his quæ a Paulo dicebantur.* 1 Thessal. 1 : *Evangelium nostrum non fuit in sermone tantum, sedin virtuteet Spiritu sancio.* 1 Cor. 5: *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Ezcch. 11, Deus promittit se daturum cor novum et spiritum novum. Apo-t, Rom. 11 : *Quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, ct per ipsum, et in ipso sunt omnia.* Porro dare Spiritum sapientiæ, illuminare oculos cordis, aperire cor, Evangelium annuntiare non sermone tantum, sed in virtute et Spiritu sancto, dare incrementum, cor novum et spiritum novum et omnia, procul dnbio non solum externam revelationem , sed internam gratiam dicunt.

Prob. 2° ex concil. Araos. II can. 3 · « Si «piis augmentum, ita etiam initium fi- » dei ipsumque credulitatis affectum.... non » per gratiæ donum, id est, per inspiratio- » nem Spiritus sancti corrigentem volun- » tatem nostram ab infidelitate ad fidem, » ab impietate ad pietatem, sed naturaliter » nobis inesse dicit, aposlolicis dogmati- » bus adversarius probatur. » Et can. 6 · « Si quis sine gratia Dei credentibus, vo- » lentibus, desiderantibus, petentibus mi- » sericordiam dicit conferri divinitus; non » autem ut credamus, vel hæc omnia sicut « oportet agere valeamus, per infusionem » et inspirationem Spiritus sancti in nobis » fieri confitetur, resistit Apostolo dicenti : » *Quid habes quod non accepisti?* » Idem habet concil. Trid. sess. 6, can. 3. Aeque te moveat hæc clausula *sicut oportet;* ille enim qui credit ex motivo supernaturali divinæ revelationis, credit ut oportet.

Prob. 3° ex S. Aug. qui ante episcopatum aliter senserat, et cap. 3 de l'rædest. Sanet, se retractat, maxime convictus hoc Apostoli testimonio: *Quis te discernit? Quid habes quod nonaccepisti ? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* « Quo praecipue testimonio, in- » quit, etiam ipse convictus sum, cum si- » militer errarem putans fidem qua in » Deum credimus, non esse donum Dei, » sed a nobis esse in nobis, et per illam nos » impetrare Dei dona quibus temperan- » 1er ct juste et pie vivamus in hoc sæculo

Prob. 4° *ratione.* Actus fidei «pio assentimur veritatibus supernaturalibus ex motivo divinæ revelationis, est supernaturalis: ergo intellectus non |»vle«t illum elicere nisi adjutus auxilio supernaturali. *Prob. ant.* Objectum hujus actus seu assensus est formaliter et in ratione ob-

jecli supernaturale; objectum *quod* enim, nempe ipsa veritas, est in se supernaturale; objectum *quo,* scilicet motivum sou ratio formalis sub qua, est etiam supernaturale, scilicet divina revelatio ; atqui objectum supernaturale formaliter qua tale non potest atimgi nisi ab actu supernatural! : ergo. Et hinc evertitur fundamentum Molinae, qui dicit assensum fidet ex molivo divinæ revelationis esse quoad substantiam naturalem et supcrnaturalem tantum quoad modum

Prob. secunda pars, scilicet, etiam requiri gratiam supcrnaturalem ex parte voluntatis. Ad credendum veritates supernaturales ex motivo supernatural! divinæ revelationis, requiritur pia molio voluntatis, quæ efficaciter moveat intellectum ad talem assensum : atqui voluntas non potest suis viribus sine auxilio supernatural! movere efficaciter ad actum supcrnaturalem, qualis est assensus veritatibus fidei ex motivo divinæ revelationis : ergo. *Prob. maj.* In hoc differunt veritates naturales a supernaturalibus, quod naturales possint esse vel ex seipsis vel ratione medii evidentes, sicque convincunt intellectum et ejus assensum extorquent absque motione saltem libera voluntatis ; at veritates supernaturales revelatae neque ex se ipsis, neque ratione revelationis sunt evidentes, proinde non convincunt intellectum , nec ejus assensum obtinent; nisi ad hunc specialiter a voluntate moveatur.

Dices 1°. Sola ratio naturalis sufficit ad ea firmiter credenda quæ per naturale lumen fide digna esse censentur : atqui solo lumine naturali possumus convinci mysteria fidei esse fide digna, dum nempe sufficientibus argumentis ct evidentia signorum eorumcredibilitasostenditur·· ergo.

Despondet Goudin, tract, dc Grat. q.5, a. 2, *majorem esse veram* de ratione naturali sana et non impedita , non vero de ratione jam corrupta et impedita, qualis est in peccatore infideli : ut enim homo propositam sibi fidei doctrinam pie et fideliter amplectatur, oportet ejus intellectum bene disponi et voluntatem pie affici ad veritates illas coelestes. Cum enim veritas fidei sua evidentia mentem non cogat, requirit mentem docilem et voluntatem pie affectam erga Deum illam revelantem : atqui homo nisi per gratiam Christi sanelur, non modo caret hisduobus, sed etiam contrariis dispositionibus afficitur, nempe caecitate in intellectu et duritia ac malitia in voluntate : unde 1 Cor. 2 dicitur : *Animalis homo non percipit ea qua·sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi, et non potest intelligere,quiaspiritualitcrexaminatur.* Quod variis aliis S. Scriptura testimoniis probat. Hæc responsio vera est : attamen inhaerendo principiis positis.

Ii. D. maj. Sola ratio naturalis sufficit ad ea firmiter credenda quæ per naturale lumen tide digna esse convincuntur, ad firmiter credenda fide innixa soli evidenti® signorum, *C.* hæc enim fides est humana, nec ita certa sicut fides divina : fide innixa motivo supernatural! divinæ revelationis, qualem asserunt theologi contra quos disputamus, *N.* Hæc est enim fides divina et supernaturalis, *ut probavimus,* ad quam proinde requiritur auxilium supernaturale.

Inst. 1°. Dæmones credunt, Jacob. 2 : credunt autem sine gratia : atqui credunt ex motivo divinæ revelationis : ergo.

It. N. min. Sed credunt coacti signorum evidentia.

Inst. 2°. Juxta S. Aug. de Dono Persev. cap. 14, inest infidelibus quædam naturalis credendi facultas, si fides eis congrue proponatur; reddens enim rationem cur Tyrii credidjssent, si Christi mira signa vidissent, non assignat auxilium su· pcrnaturale, sed lumen naturale. *Apparet,* inquit, *habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter munus inlelligentiæ quo moveantur ad /idem, si congrua suis mentibus vel audiant vtrba^vel signa conspiciant.* Ergo.

It. S. Aug. his verbis nihil aliud significare quam quod quædam signa magis congruant quibusdam quam aliis, quod nemo negat : non autem dicit id sufficere ut quis fidem amplectatur ; imo expresse negat paulo post subjungens : « Audiunt enim » hæc et faciunt, quibus datum est : non » autem faciunt, sive audiant, sive non au· » diant, quibus datum non est. » Et explicans quomodo illis datur ut credant, id refert non ad meliorem dispositionem naturalem, sed ad gratum cordis et spirituales aures, juxta illud Prophetae, quod ibidem laudat ; *Dabo eis cor cognoscendi meet aures audientes.* Unde lib. 10Coni. cap. 6 dicit : « biisi Deus altius misereatur,

» omnia forinsecus testimonia surdis Io-
» quuntur. «

/nst. 5°. Veritates supernaturales sont intra objectum specificativum nostri intellectus : ergo potest propriis viribus illas attingere.

B. D. ant. Sunt intra objectum spccificalivum, sed improportionatum nostri intellectus, *C.* intra objectum propordonatum et connaturale, A'. Objectum enim proporlionatum et connaturale intellectus liumani est ens intelligibile per species haustas a sensibus; veritates autem supernaturales divinitus revelatas non cognoscit intellectuslmmanus perspecies haustas a sensibus : unde debet medio lumine elevari et constitui in eodem ordine supernatural!.

Inst. 4". /Vetus fidei potest fieri propter malum finem, puta vanam gloriam, ut docet S. Aug. lib de Catechizandis rudibus cap. *27* : atqui ad talem actum fidei non requiritur gratia supernaturalis : ergo.

Respondent quidam, hanc fidem esse humanam; attamen si supponatur actum elici ex motivo divinæ revelationis, et simul referri ad vanam gloriam erit ex parte supernaturalis · in qua suppositione, *B.* hunc actum fidei cx parte qua est supernaturalis et in esse physico, esse a gratia speciali, non quatenus est malus et in esse morali : sicut qui consecrat propter vanam gloriam aut sortilegium actio ejus ut consecrativa ct in esse physico est ex auxilio speciali, non ut relata in finem malum et in esse morali.

Dices 2°. Id ad quod homo tenetur, debet esse in ejus potestate : atqui infidelis cui proponitur sufficienter Evangelium, tenetur credere : ergo.

B. D. maj. Id ad quod homo tenetur, debet esse in ejus potestate cum divino auxilio, *C.* secluso divino auxilio, Ar. « Ad » inulta enim tenetur homo, inquit Auctor ' 2 2, q. 2, a. 5, ad 1, quæ non potest si- « ne gratia reparante, sicut ad diligendum » Deum et proximum, similiter ad cre- « (lendum articulos fidei ; sed tamen hoc « potest cum auxilio gratiæ. » Quod nulli dcesl sine sua culpa, ut in prima parte probavimus.

Plura de hac quaestione tam quoad probationes (piam quoad argumenta recurrent art. sequenti.

ARTICULUS 111.

Utrum homo lapsus possit facere rei *velle aliquod bonum absque gratia*

Bonum supernaturale non posse fieri absque auxilio supernatural! constat ex art. praecedenti et ex terminis ; hoc ipso enim quod est supernaturale, superat vires naturæ, consequenter indiget auxilio superaddito viribus naturæ. Quæstio est itaque de bono morali ordinis naturalis, circa quam est triplex difficultas hic discutienda : prima, an sine gratia justificante et charitale possit fieri aliquod bonum opus morale; secunda, ansine fide, tertia, an sine gratia speciali actuali.

$ I. — Am *possit fieri in hoc statu bonum opus morale sine gratia sanctificante et ciiarilate?*

1. *2.* q. 65. a. 2. et-i. 2. 2. q. 10 a. *4.* q. 2. de malo a. 5. ad *7.* — *DlCO.* Potest fieri in hoc statu bonum opus morale sine gratia sanctificante et charitale, proindeque non omnia peccatorum opera sunt peccata.

Conclusio est de fide contra haereticos nostri temporis decisa. 1° In cone. Conslanliensi sess. 15 adversus Wicleffum et Ilus, quorum iste articulus damnatur : £.r *principiis fidei est perse notum quod, quidquid homo in mortali peccato fecerit, peccat mortaliter.*

2° In conc. Trid. contra Lutherum et Calvinum sess. 6 , can. *7,* sic definiente « Si quis dixerit opera omnia quæ ante » justificationem fiunt, quacumque rationi » facta sint, vera esse peccata... anathe- » ma sit. » Et can. S : «Si quis dixerit ge«- « hennæ metum per quem ad misericor- » diam Dei de peccatis dolendo confugi- » mus..... peccatum esse : anathema sit. » Etsess. 14. cap. 4, definit attritionem « non » solum non facere hominem magis pccca- » torem, verum etiam donum Dei e<se e: » Spiritus sancti impulsum, non adhuc » quidem inhabitantis , sed tantum tnoven- » tis, quo pcenilens adjutus viam sibi ad » justitiam parat et ad gratiam Dei persa- » cramentum obtinendam disponit. » Et 5. can idem sub anathemate definit.

5° \ summis pontificibus,S. Pio V, Gregorio XIII, Urbano VIII et Clemente XI, (piorum 1res primi damnarunt sequentes propositiones in Baio ; « Omne quod agit

« peccator ant senus peccati, est peccatum : · est 53. « Omnis amor creature o rationalis est aut vitiosa cupiditas , aut » laudabilis charilas, qua per Spiritum » sanctum in corde di(hisa Deus amatur.· » est 58. « In omnibus actibus suis peccator » servit dominanti cupiditati · » est 40. Clemens XI bas sequentes in Quesnello : « Non sunt nisi duo amores unde volitiones ct actiones nostræ nascuntur, amor » Dei qui omnia agit propter Deum quemque Deus remuneratur, et amor nostri » quo nos ipsos ac mundum diligimus, qui » quod ad Deum referendum est non refert, et propter hoc ipsum iit malus : » est 44. « Amore Dei in corde peccatorum » non amplius regnante, neccsse est ut in ■ eo carnalis regnet cupiditas omnesque ejus actiones corrumpat . » est45. Ejusdem furfuris sunt sequentes usque ad 59.

His omnibus præivit S. Th. præsertimq. 2 de malo a. 5, ad 7. ubi inter cætcra decretorie resolvit, « esse simpliciter falsum » quod omnis actus qui est cx voluntate » non informata charilatesitdemeritorius: » alioquin illi qui sunt in peccato mortali, » in quolibet suo actu peccarent, nec eis esset consulendum quod interim quid- * quid boni possent facerent ; nec opera ab » eis facta, quæ sunt de genere bonorum, » disponerent cos ad gratiam : quæ omnia • sunt falsa. »

Ex quibus formatur duplex argumentum. Primum : S. Scriptura hortatur peccatores ad conversionem et bona opera, Ezech. 18: *Convertimini et agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris.* Dan. 4 : *Peccata tua eleemosynis redime :* atqui S. Scriptura non horiatur ad peccatum : ergo.

Secundum -.opera quæ disponunt ad justificationem, non sunt peccata; per hæc enim magis homo removetur a justificatione : atqui in adultis peccatoribus gratiam sanctificantem præcedunt opera quæ ipsos ad justificationem disponunt, ut actus ndei, spei, timoris, doloris, etc. quos recenset Trid. sess. 6, cap. 6 : ergo. Hæc autem opera sunt bona non solum bonitate mo- •ali naturali, sed etiam supernatural! ; tum quia dispositionesdebentesseejusdem ordinis cum forma, ad quam disponunt; tom quia procedunt ex principio supernatural^, vel habituali, puta habitu fidei vel spei, vel actuali auxilio gratiæ.

Prob. alia ratione. Principium malum in agente non inficit ejus actionem ni-i agat ex illo, sicut principium bonum non cohonestat ejus actionem nisi agat ex «Ilo : atqui peccator non semper agit ex malo principio cupiditatis, sicut justus non semper agit ex principio bono charilalis, ut dum peccat venialiter : ergo.

Et hinc inferes quod, quamvis non detur medium inter chariktcm et cupiditatem respectu personæ, est enim homo justus vel peccator ; datur tamen respectu ejus actionis, quatenus procedit a principio bono naturæ, quod non est neque charitas neque cupiditas.

Dices. Proverb. 15 dicitur: *Pïclima! impiorum abominabiles Domino.* Malt. 7 : Aon *potest arbor mala bonos fructus facere.* Joan. 9 : *Deus peccatores non audit.* '1 it. 1 : *Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum, sed inquinata; sunt eorum mens ct conscientia.* Ergo.

B. ad primum, victimas impiorum esse abominabiles Deo non precise quia offeruntur ab impiis, sed (plia olleriintur ex malo fine,qualiaerantsacrilicia Judaeorum, qui contemptis praceplis legis et cultu interno, totam suam religionem reponebant in ritibus externis, quos ex hypocrisi et inani gloria scrupulose observabant.

z/d *secundum, B.* peccatorem non esse arborem malam ex omni parte; bonum enim rationis non est in eo totaliter extinctum. Item potest retinere fidem et spem,ex quibus principiis potest agere ; et tunc non agit ut arbor mala, sed ut bona. Igitur *D. ant.* Arbor mala qua mala est et agit cx malitia non potest bonos fructus facere. *C.* agens non qua mala, sed qua bona non potest, etc. *N.*

Ad tertium, respondet S. Aug. lib. 2 contra Epist. Parmeniani, id dictum fuisse a cæco nato, qui nondum erat sufficienter imbutus lumine fidei. Insuper agebatur tunc de miraculo quod fecerat Christus hunc cæcum illuminando in confirmationem suæ doctrinae : non audit autem Deus pcccatoresad patranda miracula ut probent suam doctrinam esse a Deo, sicut audiebat Christum : audit tamen in aliis rebus, si non agant ut peccatores et cx perverso fine,

Ad quartum, B. non illic agi de actionibus, sed de rebus ; arguit enim ibi Apos-

tolus Jndæorum superstitionem, qui putabant e-ise immundum cx se aliquod genus ciborum, a quo si abstinerent, peccabant cx superstitione; si uterentur, peccabant cx conscientia erronea ; et sic sive uterentur sive non, nihil erat ipsis mundum, sed ulrinque peccabant.

Plura redibunt § sequenti. Si namque ncc fides ipsa requiratur ad bonum opus morale, a fortiori ncc ipsa gratia habitualis et cbaritas ei annexa. Plura etiam argumenta quæ impugnant defectum fidei, pariter impugnant delectum gratiæ et charitatis. Unde sit

§11. — *Ulruni sinefide possitfieri aliquod opus moraliter bonum?*

2. 2. q. 10. a. 4. 0. — *Dico.* Homo sine gratia fidei potest aliquod opus moraliter bonum facere : unde non omnia infidelium opera sunt peccata.

Est contra Jansenium lib. 5 de Statu naturæ lapsae, et contra Baiiim cujus hæcpropositio 25, *Omnia infidelium opera sunt peccata et philosophorum virtutes sunt vitia,* est damnata a SS. Pontificibus.

Prob. ex principiis jam positis. 1° S. Scriptura hortatur infideles ad bona opera; sic Daniel cap. 4, alloquens regem Nabucliodonosor, dicit : *Consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime.* S. Scriptura autem non hortatur ad male operandum, nec peccata peccatis redimuntur.

Item S. Scriptura quædam facta infidelium laudat et ea a Deo fuisse remunerata testatur : sic Exodi 1, laudat benignitatem obstetricum Ægyptiarum, quæ noluerunt pueros Hebraeorum interficere secundum iniquum Pharaonis mandatum, quam ob causam Pens *cis bene fecit, ct quia timuerunt Deum, ædificavit cis domos,* id est, prolem copiosam concessit. Josuë 2 et 6, hospitalitas Rahab meretricis, quæ viros a Josuë missos prodere noluit, laudatur et remuneratur. Ezech. 29, Deus dedit regi Nabuchodonosor ‘erram zEgypti, eo quod feliciter gesserat bellum adversus Tyrios, sicut Deus mandaverat. Ft S. Aug. lib. 5 de Civit, c. 15, dicit Deum Romanis concessisse amplum imperium in merccdem temporalem eorum virtutum ac bonorum openun. *Subsumo.* Atqui Deus nec laudat nec remunerat peccata, sed punit , ergo.

Adde egregmm in hanc rem testimonium, Jtnm. *2; Gentes,* inquit Apostolus, *quælegem non habent,naturaliter eaquæ legis sunt faciunt. Ejusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.*Quæ verba licet S. Aug. quandoque intelligat dc gentibus ad fidem conversis, attamen de gentibus adhuc incredulis intelligm.tur a Tertulliano lib. de Corona milit. cap. 6, S. Ambrosio Epist. ad Irenæum, S. Hieronymo in Commentario in c. 24 Isaïæ, et a pluribus aliis Patribus; imo ab ipsoS. Aug. dc Spiritu et Lilt. c. 27, ut mox referam.

Prob. 2° ex S. Aug. de cujus mente potissimum disputatur. S. Doctor de Spiritu et Lilt. cit. explicans textum mox laudatum Rom. 2 dc infidelibus, ait : Si autem n hi qui naturaliter quæ legis sunt faciunt, n nondum sunt habendi 1n numero eorum υ quos Christi justificat gratia, sed in eo- » rum potius virorum etiam impiorum nec » Deum veraciter justeque colentium ; quæ- » dam tamen facta vel legimus, vel novi- « mus, vel audimus, quæ secundum justi- » tiæ regulam non solum vituperare non » possumus, verum etiam merito recteque » laudamus : quanquam si discutiantur quo » fine fiant, vix inveniunturquæ justiliæ de- » bitam laudem defensionemvc mercan- ⟩ tur. » Palam cstS. Aug. his verbisagnoscere in infidelibus quædam bona opera, non solum ex objecto, ut contendit Jansenius, sed etiam spectato fine; qui enim dicit *vix inveniri,* concedit aliquando inveniri, etsi raro. Neque solum id asserit S. Aug. sed etiam probat. « Quia, inquit, non usque » adeo in anima humana imago Dei terre » norum defectuum labe detrita est, ut nul- » la in ea velut lineamenta extrema reman- » serint. Unde merito dici posset etiam in » ipsa impietate vitæ suæ facere aliqua legis » vel sapere. ⟩ Et paulo infra hæc Apostoli verba, *Habentes opus legis scriptum in cordibus suis,* sic exponit : « Id est, non » omnino deletum est quod ibi perimagi- » nem Dei , cum crearentur, impressum » est...Nam et ipsi homines erant,et vis illa » naturæ inerat eis, qua legitimum aliquid » anima rationalis sentit et facit. » Addit tamen oh illa recte facta eos a damnatione non liberandos, sed solum mitius puniendos, scilicet propter alia peccata. Nam, inquit, « Sicut non impediunt a vita æterna

» justum qnædam peccata venialia, sine » quibus hæc vita non ducitur ; sic ad sa- » hitcmæternam nihil prosunt impio aliqua » bona opera, sine quibus difficillime vita » cujuslibet pessimi hominis invenitur. »

Item Epist. 150, laudat temperantiam Polemonis, quam gratiæ Dei ascribit : si autem ex aliquo capite esset peccatum, non gratiæ Dei ascriberet. Similiter lib. 4 cont. Jul. cap. 5, ex quo adversarii argumenta contra nos desumunt, agnoscit in infidelibus quasdam veras virtutes, ut volebat Julianus , sed contendit cas esse a Deo, et non a solo arbitrio, quod negabat Julianus. i' Quanto ergo tolerabilius, inquit, illas » quas dicis in impiis esse virtutes, divino » muneri potius quam eorum tribueres tan- » tummodo voluntati, n Et infra : « Ex quo » colligitur etiam ipsa bona opera, quæ fa- » ciunt infideles, non ipsorum esse, sed » illius qui bene utitur malis. » Plura alia proferunt auctores cxS. Aug. sed hæc sufficiunt. Idem censuisse aliosSS. Patres non negat Jansenius. S. Thomam non refero, quia nemini non notum ipsum ex professo docere nostram conclusionem ut videre est in loco citato.

Prob. 5° ratione utriusque SS. Doctoris Augustini et Thomæ. Ille potest facere aliquid boni naturalis, in quo non est plene cxtinctum bonum naturæ : atqui bonum naturæ, scilicet naturalis inclinatio ad bonum rationis, principia synderesis et aequitatis naturalis, seu, ut dicit S. Aug. imago Dei, licet sit attenuatum et obscuratum in infidelibus, non est tamen totaliter destructum aut per malitiam consummatam penitus absorptum,ut in dæmonibus: ergo.

Confirmatur 1°. Fidelis justus in via nondum in bono confirmatus, non semper agit ex habitu dominante fidei et justitia·, sed aliquando in levioribus peccat ; ergo pariter infidelisin via nondum confirmatus in malo , non semper agit ex habitu dominante infidelitatis, sed potest quandoque in levioribusbene agere. *Patet consequentia ;* quia sic se habet voluntas infiddis ad malum,sicut voluntas fidelisjusti ad bonum.

Confirmaturi. Omne peccatum meretur pœnam, et eo homo Iit deterior : atqui infidelis qui ex naturali pietate honoralparentes, aut ex naturali æquitate solvit debita, non meretur poenam, nec co Iit deterior j ergo.

Si dicas has actiones non esse qnldcm malas ex objecto, sed defectu relationis in Deum : /?. opus objecto bonum, quod propter intrinsecam honestatem eligitur, sufficienter referri in Deum ut non sit peccatum, ut dicam alibi.

Prob. 4° *ab absurdis.* Si omne opus ante fidem et sine fide sit peccatum, sequitur 1° quod infidelibus non esset consulendum ut quidquid boni possunt faciant, ut supra arguebamus cum Auctore de peccatoribus, et quod melius sit eis abstinere a cultu parentum, ab eleemosynis faciendis, et aliis bonis operibus, dum non urget præceptum; quia faciendo peccabunt, omittendo non peccabunt, quod est absurdum et contrarium S. Scripturæ citat» in prima probatione. Sequitur 2°quod urgente præceptode istis actibus cogantur peccare ; si enim abstineant, peccant quia urget præceptum ; si faciant, peccant quia non referunt ad verum Deum.Sequitur 5° infidelem nihil posse facere, quo sibi viam paret ad fidem.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° *cx S. Scriptura.* Ron 14 dicitur : *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Hcb. 11 : *Sine fide impossibile est placere Deo.*Opponitur etiam ex Epist. Tit. *Omnia munda mundis,* etc. et Malt. 7 : *Nonpotest arbor mala bonos fructus facere.* Sed hæc duo ultima explicata sunt § præced. Unde

yld primum, B. 1° juxta SS. Patres, Chrysost. OEcmneniuin, Theophilactutn ct communius, hunc textum intelligi non de (idc theologica, sed de persuasione seu conscientia; ita uKsensus sit. Omne quod non fit cx conscientia dictante id esse licitum, peccatum est. Et hæc inlcrprelatii est omnino conformis scopo Apostoli ; agit enim illic de ciborum delectu, et dicit quod qui manducat cibum quem credit illicitum, peccet, quia agit contra conscientiam: *Qui discernit,* inquit, id est, qui judicat esse illicitum, si *manducaverit, damnatus est, quia non cx fide ; omne autem quod non est cx fide, peccatum est.* Perinde ac si diceret, quia non est exeundum conscientiam; omne autem quod non est secundum conscientiam, peccatum est.

\ erum quiaS. Aug. intclligil hunc textum de fide theologica, juxta ejus sensum, J *B.* 2° cum Auctore, το *non cx fide* non su-

mi negativo, sed contrarie, pro eo quod est l contra fidem. Addo, vel S. Augustinum in hac interpretatione intelligere peccatum large sumptum pro opere mortuo et sterili ad salutem, — In c. 14. ad Rom. lect. 5. — *ut patebit ex mox dicendis.*

Ad secundum. I). Sine fide impossibile est placere Deo in ordine ad salutem aeternam, *C.* in ordine ad honestatem moralem operis, *subdistinguo.* Sine fide impossibile est placere Deo, id est, opus honestum factum sine fide non placet Deo, *N.* id est, persona infidelis operans non placet Deo, *C.* Non enim quia infidelis facit bonum aptis morale, ideo est justus et gratus Deo ; ad id deberet referri in Deum propter se dilectum, quod sine fide fieri non potest: attamen ipsum opus non displicet Deo ; non enim Deo displicuit obstetricum/Egyptiarum benevolentia, nec Rahab hospitalitas.

Obj. 2° et potissimum ex S. Aug. qui toto c. 3, l. 4 contra Julian, aperte docet et probat 1° nullum opus sine fide esse bonum ; 2° omnia infidelium opera esse peccata, ct philosophorum virtutes esse vitia. Ergo.

R. ad primum , sensum S. Augustini esse , quod sine fide nullum opus sil complete bonum et conducens ad vitam aeternam : quo sensu intelligimus ipsam S. Scripturam, dum Ezech. 2 , præcepta antiquæ legis dicuntur *non bona ;* non quod essent mala, sed quia non erant perfecta, neque hominem ad perfectionem legis Evangelicæ perducebant, juxta illud Apostoli llebr. 7 : *Nihil ad perfectum adduxit Lex.*

Ad secundum, R. omnia infidelium opera a S. Augustino dici peccata duplici sensu. 1° Quatenus sunt infidelium ut infidelium , seu fiunt propter pravum finem. Ha interpretatur S. Augustinum S. Th. 2 2, q.25, a. 7, ad 1. his verbis : « Augustinus » dicit in 4 contra Julianum, quod actus » infidelis, in quantum est infidelis, sem- › per est peccatum, etiamsi nudum ope- » rial, vel aliquid hujusmodi faciat, ordi- » nans ad finem sut infidelitatis, » vel ad a|ium pravum finem. Ita etiam Estius in S. Augustini loetrina versatissimus in 2, d. 41, § 2. Qui addit quod, cum S. Aug. loqueretur respiciens ad id quod in pluribus accidit, nimirum homines (ide destitutos ita servire dominanti cupiditati, ut Vix generalem boni instinctum sequantur, dixit omnia infidelium opera e«se peccata, sumendo *omnia* prout significat, quod ut plurimum et sæpissime accidit. Quo sensu dicitur Genes. : *Cuncta cogitatio cordis intenta est ad malum omni tempora* Et cap 6 : *Omnis caro corruperat viam suam ;* id est, pro majori et maxima parte, non omnino universaliter ; certum est enim quod cogitatio Noë non erat intenta in malum , nec ipse corruperit viam suam.

Attamen quia ipse etiam S. Augustinus agnoscebat infideles aliquando, etsi raro, agere ex bono fine, *ut patet cx secundo probatione ;* censet nihilominus hæc eorum opera etiam esse peccata, sumendo peccatum lato sensu, juxta quem id omne dicitur peccatum et vitiosum quod a fine deficit et cui deest plenitudo suæ perfectionis; virtutibus enim ct bonis operibus infidelium, etiam recto fine factis,deerat illa perfectio qua prodesse poterant ad salutem aeternam.

Ilis sensibus concludi mentem S. Augustini constabit, si exponamus quis fuerit error Juliani, contra quem disputat S. Augustinus toto illo cap. 3.

1° Ita desipiebat Julianus, ut assereret virtutes ct opera ex officio bona, licet cx pravo line facta, esse veras virtutes et opera vere laudabilia, ut, castitatem esse veram virtutem, opera misericordiæ esse vere bona, etiam cum fiunt ex pravo tine, puta ob vanam gloriam. Ita consuisse Julianum probat S. Augustinus ex ipsiusmet Juliani verbis. «Hæc ubi didiceris, inquit » alloquens Julianum , nescio : jam tamen » cernis , ut arbitror, consequens esse ut ›» vera sit virtus avarorum qua excogitant » genera lucellorum... Ergo virtutes istæ » (ali fine turpes atque deformes, et ideo » nullo modo germanæ veraque virtutes, » tibi tamen vera videntur ct pulchra, ut » (verba sunt Juliani) nec nominis sui ‹› possint nec generis sustinere dispen- » dium. » Deinde statiin hanc Juliani dementiam impugnat verbis sequentibus : « Noveris itaque non officiis, sed finibus a » vitiis discernendas esse virtutes. Ollicium est autem quod faciendum est; linis vero proptei quod faciendum est. ·› Cum itaque facit homo aliquid ubi pcc » care non videtur, si non propter hoc fa ›» cit, propter quod facere debet, peccare '» convincitur · quæ tu non attendens, (j-

» nes ab officiis separasti; et virtutes veras » officia sine finibus appellandas es-c dixis- » ti. Ex quo te tanta absurditas sequitur, » utveram cogaris appellare justitiam etiam » cujus dominam reperis avaritiam. » Merito itaque negat S. Augustinus ad sensum Juliani virtutes infidelium esse veras virtutes, et eorum opera ex oficio bona esse vere bona, sed et hæc esse peccata et illas esse vitia, quia nempe pravo fine exercentur.

2° Deinde dicebat Julianus virtutes infidelium processisse ex eorum bona natura, iis abundasse, iis constitutos fuisse simpliciter et perfecte justos, iis elfugere æternam damnationem; non valere tamen, sed esse steriles ad regnum consequendum. An de virtutibus ex solo officio, an etiam ex fine bonis hæc intelligeret Julianus, incertum est : forte ad fucum et illusionem ita loquebatur. Cæterum S. Augustinus ipsum in his arguit falsitatis, absurditatis et contradictionis.

1° Negat quæ tantopere Julianus laudabat in antiquis Romanis fuisse bona opera et veras virtutes, quia plerumque cx pravo line agebant, et sic falsum esse eos abundasse virtutibus.

2° Ostendit absurdum esse veram perfectamque justitiam constitui sine fide per dilectionem operante;

5° Quod si iis virtutibus infideles constituerentur simpliciter et perfecte justi, non solum valerent ad effugiendam damnationem æternam, sed etiam ad acquirendum regnum coeleste; sicquc Julianum sibi contradicere dum eas diceret steriles ad regnum coelorum.

Cæterum, ne qnæstio solis verbis hærerel, totam disputationem concludit S. Augustinus bis verbis. « Breviter, inquit, ac- » cipe, ne forte, cum in rebus ipsis tantum » erres quantum errari plurimum potest, » videar tecum certare de verbis... Quo- » niam saltem concedis opera infidelium, » quæ tibi eorum videntur bona, non eos » ad salutem sempiternam regnumque per- » ducere : scito nos illud bonum hominum » dicere, illam voluntatem bonam, illud » opus bonum , sine Dei gratia quæ datur » per unum mediatorem Dei et hominum, - nemini posse conferri, per quod soluin • hinno potest ad sternum Dei donum reg- » eunuque perduci : omnia proinde estera » quæ videntur inter homines habere ali. » quid laudis, videantur libi veræ virin es, » videantur opera bona et sine ullo pec- » calo facta, dicantur secundum te hujus- » modi voluntates arbores bonæ ; sullicit » quod apud Deum steriles sint, ac per hoc » non bonæ. » Quibus verbis luce clarius patet S. Augustinum hoc unum contendere, opera et virtutes infidelium non esse hoc sensu bona, quia ab ordine vitæ ælernæ deficiunt, eodemque sensu diei peccata et vitia, quia eis deest hæc suæ perfectionis plenitudo; hoc uno concesso, permittere ut secundum alium sensum dicantur bona et virtutes.

Ex his maturo perpensis et recte intellectis *solvuntur aliæ instantia* que fieri possunt ex S. Aug. ct quas quidam prolixe referunt. Hoc unum addo, S. Aug. si intelligerelur sicut intelligit Jansenius, nimium probare; probaret enim non solum sine fide, sed etiam sine charitate nullum opus bonum fieri posse, consequenter non soluin omnia infidelium, sed etiam fidelium peccatorum opera esse peccata, quod non admittit Jansenius. *Patet,* quia S. Augustinus requirit non qualemcumqiie fidem, sed fidem quæ per dilectionem operatur, ut opus non sit peccatum. « Disce, inquit in » finesæpecit. cap. eum qui non facit opera » bona intentione fidei bonæ, hoc est, ejus » quæ per dilectionem operatur, lotum » quasi opus... tenebrosum esse, hoc est, « plenum nigredine peccatorum. »

Obj. 5° *ct simul subsumes.* Atqui infidelis in omni suo actu agit propter finem pravum. Ergo. *Prob. subsumptum.* Homo in omni actu agit propter suum ultimum finem, ut diximus de ultimo fine : atqui finis ultimus hominis infidelis est malus; est enim aversus a Deo, et conversos ad bonum commutabile ut ad ultimum finem : ergo.

P. i° hoc argumento etiam nimis probari pro Jansenio ; eo enim probatur non solum infidelium, sed cujusvis peccatoris, etiam fidelis, omnia opera esse peccata, quod negat Jansenius; quia finis ultimus cujusvis peccatoris est etiam bonum commutabile.

R. 2°. *N. subsumptum. Aa pr-›b. D. maj.* Homo in omni suo actu agit propter ultimum finem in communi, qui est beatitudo ut sic, *C.muj.* propter ultimum finem determinatum adaliquod particulare,qu-d

•it verum vel apparens bonum, *N. maj.* *Similiter D. min.* Finis ultimus hominis infidelis spectatus in communi, esi malus, *N.* ul determinatus reduplicative ad aliquod apparens bonum, *C.* Finis ergo ultimus quem homo in omni suo actu appetit, est bene esse, seu beatitudo in communi : hanc autem beatitudinem in communi unusquisque sibi determinat ad aliquod particulare objectum, justus ad Deum, infidelis et quivis peccator ad bonum proprium sine subjectione ad Deum. At sicut justus non semper agit ex amore boni in communi reduplicative ut determinati ad Deum, ut dum peccat venialiter : ita infidelis seu peccator non semper agit ex intentione boni ut sic reduplicative determinati ad bonum proprium et commutabile, ut quando aliquod bonum opus facit propter ejus honestatem.

Inst. Nullum est bonum opus, si non referatur ad Deum propter se dilectum : atqui id fieri non potest sine fide : ergo.

B. D. maj. Nullum est bonum opus, si non referatur ad Deum, relatione actuali vel victuali explicita, *N.* relatione virtuali implicita, *C.* Ad hanc autem non requiritur fides, sed sufficit quod opus sit ex objecto honestum, nulla prava circumstantia vitiatum, et quod operans illud agat motus ejus honestate ; sic enim refert et refertur virtualiter implicite in Deum, honestatis hujus auctorem, finem et consummatorem. De quo aliln.

§ III. — *Utrum homo lapsus possit facere aliquod bonum morale sine speciali gratia actuali* 1

Q. 109. a. 2. 0. — Suppono, quod jam non semel supposui in decursu hujus articuli, nullum bonum supcrnalurale conducens ad salutem posse fieri sine auxilio supernatural! gratiæ, quæ datur per Christum. Patet ex ipsis terminis : supernaturale Cium dicitur quod superat vires naturæ : ergo ad id indiget homo elevari per virtutem superadditam suæ naturæ. Item omne opus ad salutem pertinens, vel est dispositio ad gratiam sanctificantem, vel est meritorium vifæ ælernæ : atqui dispositio debet esst> ejusdem ordinis cuin forma ad quam disponit, et meritum cum pramio; cl de istis operibus pietatis ct salutis prasertim intelligunlur S. Scriptura, Patres et concilia, quæ dicunt nos non po-s I e.\ nobis sine Deo ct ejus auxilio quidquam boni facere, seu gratiam ad qxodlibetopus bonum esse necessariam

Quæstio est itaque de bono morali ordinis naturalis, circa quam dis-entuint etiam Thomistæ. Quidam docent sine <neciali gratiæ auxilio nullum omnino bot «· fieri posse : ita Capreolus, quem sequitur ContcHson. Alii dicunt cum solo concursu generali sine speciali auxilio posse fieri aliquod bonum opus morale : ita Cajetanus, Conrardus, Medina, Godoy, quos sequitur Gonet. Hoc idem dicunt Molinistæ,sed sensu diverso a Thomistis. Illi enim docent sufficere generalem concursum indifferentem, quem voluntas suo nutu determinet ad bonum; Thomistæ vero requirunt concursum pravium determinantem et efficientem ut homo bonum potius quam malum faciat : quod et dicunt priores Thomistæ, sed vocant hunc concursum specialem, quem posteriores Thomistæ vocant generalem.

Nos, juxta observationem singularem factam in primo art. hujus dissert, et dicta art. 2, § 1, conci. 1, hunc concursum dicimus generalem et specialem sub diverso respectu ; et per hoc fit plana et expedita hæc difficultas, aliunde intricatissima. Igitur.

Ibid.—*Dico.* Homo lapsus cum solo concursu generali, sine aliquo alio superaddito gratiæ auxilio, potest facere aliquod bonum opus morale naturalis ordinis: iste tamen concursus generalis potest et debet dici aliquo sensu speciale auxilium gratiæ.

ibid. — *Prob.pr<ma pars.* Natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, ut scilicet toto bono natura privatur ; ergo potest per virtutem relictam suæ naturæ sub concursu Dei generali aliquod bonum opus morale facile facere; sicut homo infirmus potest per seipsmn aliquem motum habere, sed non potest perfecte moveri nisi sanetur.

Prob. et explicatur secunda pars, repetendo et instaurando ea quæ jam dixi locis citatis. Auxilium gratiæ specialis latius sumptæ, secundum scilicet quod habet locum in bonis operibus rdinis naturalis, duo importat, sicut ipsa gratia stricte dicta in ordine supernatural· : primum, quod gratis detur et non ex debito; alinquin si ex operibus, secundum Aposto-

lum jam non foret gratia j secundum, quod non delur omnibus, sed aliquibus præ aliis ex speciali benevolentia Dei 3 alioquin non foret specialis. Hoc posito,

Generalis Dei molio potest considerari dupliciter : 1° respective ad naturam secundum se; 2° respective ad hoc vel illud individuum hujusnaturæ, cui præ alio datur.

Considerata respective ad naturam secundum se, non debet dici auxilium speciale nec gratuitum, sed generale quo Deus movet unumquodque secundum suum modum. Cum enim bonum rationis in natura non sit totaliter corruptum, nec voluntas sit confirmata in malo sicut in dæmonibus, sed attenuata tantum et vertibilis in bonum et in malum, non exigit influxum communem quo semper moveatur in malum, sed quandoque in bonumrationi conforme. Et ideo quod quandoque moveatur in bonum, non est auxilium mere gratuitum, quia quodam modo debetur;neque speciale, quia non est ex speciali gratia et providentia, sed secundum leges communis providenti®, quæ naturas defectibiles et vertibiles in bonum et malum quandoque movet ad bonumsuæ natura, quandoque permittit deficere.

Considerata vero respective ad individuum cui præ allero datur, debet dici auxilium speciale et gratuitum; quia quamvis naturæ debeatur ut aliquando moveatur in bonum, quod tamen hic homo moveatur hic et nunc in bonum præ allero, non debetur illi potius quam alteri, qui permittitur deficere, sicut ipse deficere poterat : unde est illi gratuitum, quia non debitum ; ec speciale, quia ex speciali benevolentia et providentia.

Ilac distinctione posita, quam non puto ullum Thomistam posse inficiari, quamque ostendimus supra fundatam in D. Th.conciliatur discordia Thomistarum, quæ non potest esse nisi de nomine. Nam qui negant requiri auxilium speciale gratiæ, sed sufficere concursum generalem, non intelligunt concursum indifferentem et versatilem Molinistarum, determinabilem a voluntate hominis, sed motionem ordinariæ providentiæ; quam tamen non negant non eamdem omnibus dari, sed aliam iis qui bene agunt, quam iis qui male agunt, ct hoc gratis. Qui vero requirunt auxilium speciale gratiæ . non intelligunt virtutem superadditam et supra cursum naturæ collatam, sed ipsam motionem uni præ alio gratis et ex speciali benevolentia ad bene agendum datam ; sicque non re, sed voce tantum differunt.

Eodem modo conciliantur varii textus S. Scriptura, conciliorum, SS. Petrum, praesertim S. Thomæ apparenter contrarii, ita ut supervacaneum sit illos exponere. Indeque habemus vere dictum esse a conciliis et Patribus, singulariter a S. Augustino, quæcumque bona fiunt, sive ab infidelibus, sive a fidelibus, sive a peccatoribus, sive a justis, tam magna quam parva, tam supernaturaliaquam naturalia, essedona Dei, atque ejus auxilio speciali et gratuito esse referenda, consequenter necessitatem orationis et gratiarum actionis in his omnibus habere locum, et de omnibus posse vere dici cum Apostolo : Quis te *discernit? Quid habes quod non accepisti?*

Una restat difficultas, quomodo hæcpropositio , *Liberum hominis arbitrium sine gratia ct adjutorio Dei nonnisi ad peccandum valet,* damnata sil in Baio ; et hæc, *Nemo habet de suo nisi peccatum ct mendacium,* sit asserta a concilio Arausicano can. 22? cum videatur utnusque propositionis idem sensus.

It. N. esse eumdem sensum ntrlusmie propositionis : magis late patet propositio concilii quam propositio Baii. Sensus igitur propositionis concilii est, neminem habere de suo, sic nimirum ut nullatenus acceperit a Deo, nequidem primo motore, nisi peccatum et mendacium, quod est verum; illud enim dicitur homo habere de suo, quod ei sic proprium est et a semelipsohabet, ut nullo modo habeat a Deo; et ideo titulus canonis laudati est ; *De his quæ hominum sunt propria.* Sic autem homo solum habet peccatum, quia illud tantum est ab homine, sed non a Deo; quamvis enim Deus concurrat adentitatem peccati, non tamen concurrit ad peccatum ; omnia autem alia sive naturæ sivægratiæ bona non a se habet, sed a Deo : propositio autem Baii minus late patet, maxime in sensu Baii, non solum quia nomine gratiæ simpliciter et proprie dictæ intelligitur gratia supernaturalis data per Christum, sed maxime quia Baius per gratiam intelligebat gratiam sanctificantem et duritatem. Contendebat enim, ut vidimus, omnia opera sine gratis

nanctiflcante etcharitatefacta, esscpeccata. Sensus ergo ejus propositionis est : liberum arbitrium sine gratia proprie dicta, imo sine gratia sanctificante etcbarilate, nonnisi ad peccandum valet : quod est falsum, ut *probavimus,*

ARTICULUS IV.

Utrum homo possit diligere Deum super omnia ex solis viribus naturalibus sine gratia?

Q. d09. a. 5. ad 1. 2. 2. q. 26 a. 5. et in cap. 15. 1. Cor. Icet. ***4.*** et alibi. — Ante omnia suppono cum Auctore contra Baium et Jansenium distinctionem duplicis amoris Dei, naturalis scilicet et supernaturalis : naturalis, quo Deus per lumen naturale cognitus utauctorbonorum naturalium amatur; supcrnaturalis, quo Deus per fidem cognitus ut auctor gratiæ et gloriæ diligitur. Cum enim emor sequatur apprehensionem boni, sicut Deus potest dupliciter cognosci, scilicet per lumen naturale ut auctor boni naturalis, et per fidem ut auctor boni supernaturalis ; ita potest duplici amore diligi, naturali et supernatural!. Adde quod dilectio Dei super omnia sit primum præceptmn legis naturalis et Decalogi, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto cordetuo:* lex autem naturalis non cxtinguilur per peccatum, nec datur per gratiam, quia naturaliter imprimitur: ergo est possibilis dilectio Dei super omnia tanquam finis ultimi in ordine naturali et secundum legem naturalem. Hujus oppositum damnaverunt SS. pontifices, S. Pius V, Greg. XIII et Urbanus VIII, in propositionibus 54, 55 et 58 Baii. Vide dissert. 2, a. 2, object. 2. Quæstio hic est de amore Dei naturali; constat enim ad amorem Dei supernaturalem requiri auxilium gratiæ supcrnaturalis.

Nota, Amor naturalis est duplex, scilicet innatus, qui est velutinaturale pondus, in bonum cuique proprium; elicitus, quo vivens ex apprehensione boni ad illud prosequendum se movet. Elicitus iterum duplex : necessarius, qui ex boni apprehensione sine deliberatione procedit, qualis reperitur etiam in oratis; alius liber, quo natura rationalis ex deliberatione et ponderatis rei meritis, se in illam inclinat.Quæstio hic non est de amore innato; — 1. p. q. 60. o. 5. 0. — quia certum est omnem creaturam magis Deum quam seipsam pro suo modo amare, hoc est, fortius inclinari in bonum divinum quam in bonum proprium, sicut pars magis inclinatur naturaliter in conservationem totius quam sui ipsius : sic manus naturaliter se exponit ictui ut servet caput, beque etiam est quæstio de amore elicitoindeliberato et necessario : nam et hoc amore omnis creatura rationalis amat Deum præ omnibus quasi in confuso et sub ratione summi boni et beatitudinis ut sic, quam in omnibus quærit ; quia tamen rationem summi boni in Deo contineri distincte non cognoscit nisi per discursum, ideo Deum distincte cognitum illo amore necessario et indeliberato naturaliter non amat super omnia. Itaque quæstio est solum de amore deliberato, quo homo Deum distincte cognitum amat ut ultimum finem suum et summum bonum.

Sed iterum iste amor deliberatus est duplex : unus imperfectus et inefficax . quia est solum complacentia de Dei bonitate, non inferens mediaad placendum Deo, neque removens impedimenta peccatorum ; alter est perfectus et efficax, vi sua inferens media ad placendum Deo, el removens omnia quæ repugnant ejus amicitiæ. Et iterum duplex : unus efficax quoad affectum tantum ; alter efficax quoad affectum et effectum. Amor efficax affective lautum, est simplex actus voluntatis quo homo se et omnia refert in Deum ut ultimum finem, cum proposito ipsi per omnia placendi et removendi omnia quæ ipsi displicent, quod est Deum super omnia appreliativeamare.· amor efficax effective non est singularis actus, sed est exeeutio dicti propositi, seu actualis observantia mandatorum naturalium : si omnium, dicitur effectivus simpliciter; si aliquorum tantum, effectivus secundum quid.

Certum est ex dictis art. præcedenti,hominem lapsum cum solo concursu generali, sine speciali gratia superaddita, posse diligere Deum dilectione imperfecta ct inefficaci; quia, ut diximus jult. cum bonum naturæ non sii penitus extinclum per peccatum, potest homo propriis viribus cum solo concursu generali, qui tamen sil specialis respectu individui, ut explicatum est, facere aliquod bonum morale facile, qualis est ille amor inefficax et imperfectus Dei cogniti per lumen naturale in ratione summi boni.

Quantum ad amorem efficacem effective saltem simpliciter, patebit ex art. sequenti hunc non posse, esse sine speciali gratiæ auxilio, quia complectitur actualem lotius legis naturæ observantiam, ad quam requiritur specialis gratia, *ut probabimus.*

Finaliter itaque quæstio nunc est de amore Dei ut auctoris naturæ efficaci affective, hoc est, de illo simplici actu voluntatis quo Deum distincte cognitum amat appretiative super omnia , se et extera ad cum ut ultimum finem referens, et proponens absolute illi per omnia placere ct fugere omnia quæ illi displicent.

Omissa opinione erronea Baii et Jansenii , qui non agnoscunt amorem Dei naturalem , de qua initio articuli, quidam theologi existimant hominem lapsum posse viribus naturalibus sine gratia reparante diligere Deum super omnia amore naturali affective efficaci, qui tamen non sit gratiæ aut gloriæ meritorius. Pro hac sententia citantur Scotus, Gabriel et quidam alii, sed nræsertim Molina, qui docet hominem lapsum non solum posse viribus naturalibus diligere Deum super omnia ut naturæ auctorem, sed etiam postquam imbutus fuerit doctrina fidei, posse pariter viribus naturæ ipsum diligere ut auctorem gratiæ quoad substantiam , licet non quoad modum supcrnaturalitatis quem dat charitas; at dum se ad hunc amorem determinat ct conatur, Deum infundere charitatem, qua iste amor fit supernaluralis quoad modum. Pro explicatione verioris et communioris sententiæ,

Hicq. 109. q. 5. o.— *Dico.* Homo lap«us non potest solis naturæ viribus sine gratia reparante diligere Deum super omnia dilectione affective efficaci.

Prob. auctoritate. 1°S. Aug. Epist. 107, dicit: *Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus.* Senn. 15 de verbis Apost. c. 11: *Deus non amatur nisi de Deo.* Ita centies alibi.

Neque responderi potest cum adversariis, S. Augustinum loqui de dilectione Dei supernatural!. Non enim Pelagiani, contra quos agit S. \ug. adeo erant hebetes, ut assererent dilectionem Di i supernatur.de n posse elici solis viribus naturæ, cum id implicit m terminis: intelligebanl ergo illi : consequenter S. Augustinus , de amore Dei super omnia casto et sincero, non supernatural! ; at de illo dicit S doctor lib. de Grat. et Lib. \rb. ·.. 18, quod si hunc asseramus viribus liberi arbitrii, *vicerunt Pelagiani;* si gratiæ Del, *vicimus Pelagianos.* Mens S. doctoris adhuc magis elucescit ex lib. 11 de Civit, c. 25, ubi laudat Platonem quod castum Dei amorem a Deo nobis infundi dixerit. Certum est autem Platonem non intellexisse de amore Dei per fidem cogniti, aut habente modum supcrnaturalitatis. 2° Concilium Arausicanum **II**, can. 25, sic definit contra Pelagianos : « Credere debemus quod »per peccatum primi hominis ita inclina» tum et attenuatum fuerit liberum arbi» trium, ut nullus postea diligere Deum, » sicut oportuit, aut operari propter Deum » quod bonum est› possit, nisi cum gratia » miscricordiæ prævenerit. » Non contendebant autem Pelagiani, ut modo dicebam , Deum posse diligi sine gratia amore supernatural!, sed naturali.

Neque te moveat hæc clausula, *sicut oportuit ;* quia 1° qui casto et sincero amore diligit Deum ut auctorem natura super omnia, eum diligit sicut oportet iu eo ordine. Hæc ergo clausula excludit a naturæ viribus amorem Dei affective efficacem , ct relinquit illis aliquos affectus inefficaces, quibus non amatur Deus sicut oportet. 2° Quia concilium repetit impotentiam amandi Deum sine gratia, non ex supernaturalitate actus, sed ex infirmitatenaturæ per peccatum: ergo intelligit etiam de amore naturali ; quia impotentia cx supernaturalitate actus jam erat ante peccatum. 3° Concilium Trid. sess. 6, can. 3, explicans hanc particulam, *sicut oportet,* subdit, *ut justificationis gratia conferatur.* «Si quis, inquit, dixerit sine pra» venientis Spiritus S. operatione, atque » ejus adjutorio, hominem credere, spe»rarc, diligere aut poenitere posse sicut » oportet, ut ei justificationis gratia con› feratur.* anathema sit. » Atqui fieri non potest ut diligenti Deum super omnia ut naturæ auctorem, justificationis gralia non conferatur; alioquin quo iret iste homo, si in hoc statu moreretur? no · in vitam aeternam, quia non datur nisi jiistifica'is per gratiam; non in damnationem æternam, quis enim credat Deum diligentes se ex loto corde ct super omnia, aeternis addi-

cere suppliciis? Vel ergo fingenda est cum Pelagianis beati(udo naturalis inter regnum cœleste et damnationem, quod est reprobatum ab Ecclesia ; vel admittendum sic diligenti boum ex toto corde, conferri gratiam justificationis, proindeque diligere Deum sicut oportet. Insuper cx principiis Molinæ, quocum res nobis est, facienti quod in se est ex viribus naturæ, Deus non denegat gratiam : ille autem faceret quod nise est : ergo consequeretur gratiam.

3° Est expressa sententia S.Thomæ loco supra citato bis verbis : « Homo in statu » naturæ integra non indigebat dono gra» tiæ superaddit® naturalibus donis ad di» figendum Deum naturaliter super omnia, » licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum » moventis ; sed in statu naturæ corrupt® » indiget homo etiam ad hoc auxilio gra» tiæ naturam sanantis. »

Bespondent quidam, S. Thomam loqui de amore efficaci effective simpliciter.

Sed contra. 1° De amore efficaci effective agit S. Doctor art. seq. ubi quærit utrum mandata Dei possint impleri sine gralia. 2° Ex toto contextu articuli evidens est ipsum loqui de actu simplici voluntatis, quo quis ita amat Deum , ut ad ipsum sui et exterorum dilectionem referat, et quo adimpletur præcepturn charitatis : adimpletur autem præcepturn charitatis per simplicem actum voluntatis, et si postea contingat violari. 5° Ratio ejus quæ sequitur, probat de actu amoris efficacis affective. Unde.

ibid. — *Prob* 2° *ratione,* potentia inirma, corrupta et curvata in bonum proprium contrarium divino, non potest exercere erga Deum actum præslaniissimum potentiæ sanae, nisi sanetur: atqui voluntas hominis lapsi est infirma ct curvata in bonum proprium contrarium divino, et amare Deum super omnia amore efficaci affective est actus præstantissimus potentiæ sanæ : continet enim virtualiter totius legis naturalis implelionem, et voluntatem efficit rectam circa omne appetibile: ergo.

Dices hac ratione probari duntaxat pro amore De? efficaci effective, seu pro ipsa adimpletione tegis requiri gratiam, sed non pro voluntate adimplendi. Sic quamvis gratia supernaturalis requiratur ut consecrem non tamen ut velim consecrare; similiter licet requiratur speciale donum ad actu perseverandum, non tamen ut velim efflcaciter perseverare : ergo similiter.

B. N. assumptum. Ad primum exemplum, disparitas est, quod consecratio non sequatur vi meæ intentionis, sed vi verborum supposita intentione; quia non intentio consecrandi, sed verba consecrationi» elevantur ad hunc effectum : at actualis impletio legis sequitur vi volilionis efficacis adimplendi; unde pari bonitate gaudent et eadem gratia indigent. Ad secundum exemplum, disparitas est, quod donum speciale non requiritur ad posse perseverare, sed tantum ad actu perseverandum : unde possum velle perseverare sine tali dono ; quia volilio efficax supponit quidem actum possibilem, sed non semper necessario conjunctum : gratia autem est necessaria non solum ad adimpletionem actualem totius legis, sed etiam ad potentiam adimplendi : unde non possum velle efficaciter adimplere sine gralia, quia non datur volitio efficax ad impossibile.

öï *petas* in quo consistat hæc infirmitas et corruptio naturæ, qua voluntas fit incapax assurgere propriis viribus ad amorem Dei super omnia.

B. ex dictis supra de statibus naturæ. consistere in aversione a Deo ut ultimo line, non solum supernatural!, sed etiam naturali; peccatum enim offendit Deum etiam ut auctorem naturæ et legis naturalis; item in deordinatione concupiscenti® quam diabolus auget et inflammat in suis mancipiis.

Obj. 1°. S. Th. in 2, d. 53, q. 2, a. 2, ad 3, agnoscit in pueris sine baptismo decedentibus aliquem Dei amorem; item in dæmonibus, 1 p. q. 60, a 5, ad 3.

B. S. Th. loqui de amore innato aut elicito necessario, quo quis se amando necessario amat id a quo pendet in esse et conservari, non de amore libero et amicabili, de quo hic est quæstio. Aut si loquatur de amore libero in infantibus , intelligit de amore imperfecto, scilicet de quadam complacentia circa Deum ut principium boni naturalis. Aeque fas est de mente S. Th. dubitare , cum conclusio ct ejus probatio sint ex ipso.

Obj. 2°. Intellectus hominis lapsi potest propriis viribus apprehendere et judicare Deum ut summum bonum et super omnia amabilem : atqui amor sequitur judicium :

ergo potest naturaliter amare Deum super omnia.

B. 1» *D. maj.* Intellectus potest propriis viribus judicare Deum esse super omnia amabilem, judicio speculativo et in communi. *C.* judicio practice et movente vl actum. *N.* Amor autem sequitur judicium practicum, non speculativum : unde illud Medeæ apud poetam = *rideo meliora proboque, deteriora sequor.* — q. 109. n. 2. ad 5. — 2° *N. conseq.* Quia homo magis est vulneratus involuntate per quam peccatur, quam in intellectu. *Inst.* Potest homo lapsus naturalibus viribus sic amare aliquod bonum particulare, puta castitatem, patriam, amicum, ut etiam vitam fundat pro ipso, ut pluribus exemplis constat, ergo *a fortiori,* propter Deum summum bonum.

B. 1° *ad ant.* cos qui pro aliquo bono particulari mortem appetiere, plerumque ad id mundano motivo, puta famæ aut gloriæ fuisse inductos. Quod si puro virtutis particularis motivo ita se gesserint, tribuendum est speciali Dei auxilio : unde S. Aug. ut jam vidimus, bona gentilium opera inter dona Dei reputat.

//. 2° *N. conseq.* Quia plus est Deum amaresuper omnia, quamdiligerchonestatem alicujus virtutissupra vitam; ad primum enim requiritur quod homo non unam virtutem, sed omnes virtutes super omnia 'cnsibilia diligat, et quod habeat appetitum rectum ex omni parte el circa omne appetibile : at quod quis sit ita bene affectus erga unam virtutem ut vitam fundat pro illa, non sequitur quod sit æque bene affectus circa omnes ; contingit enim ut qtfi mortem oppetit pro patria, pro fide amico servanda, etc. nolit aut pellicem dimittere aut inimico parcere : sic Lucretia parata mori pro servanda castitate, passa est eam in se violari metu infamis,

Petes 1°quæ sit gratia quam requirimus ni homine lapso ad diligendum Deum super omnia ; an sit ordinis naturalis, an supernaturalis ?

B. per se et attenta precise ratione objecti directi, esse naturalis ordinis; quia dilectio Dei ut auctoris nature est entitative naturalis, sicut ipsum objectum : sed per accidens cl indirecte ratione elevationis ad ordinem supernaturalem est supernaturalis. l*» Quia, ut loquitur S Th. hic, debet esse gratia reparans et sanans corruptionem peccati, scilicet aversionem a Deo : non potest autem sanare aversionem a Deo : non potest autem sanare aversionem a Deo ut auctore naturali,quin simul sanet aversionem a Deo ut auctore supernaturali ; foret enim monstrum quod homo esset conversus ad Deum ut auctorem naturalem, et maneret aversus a Deo ut auctore supernatural! : ad conversionem autem ad Deum ut auctorem supernaturalem requiritur gratia supernaturalis. Unde Apost. Rom. 7 : *Quis me liberabit,* etc. ? *Gratia Dei per Jesum Christum.*

2° Amor Dei ut auctoris naturalis super omnia importat voluntatem implendi totam legem naturalem, lex naturalis praecipit obedire cuivis superiori legitime præcipienti, et Deus ut auctor supernaturalis pracipitquædamsupernaturalia: ergo amor Dei ut auctoris naturalis indirecte includit voluntatem adimplendi præcepta supernaturalia, ut non displiceat Deo ut auctori naturali : atqui ad hujusmodi voluntatem requiritur gratia supernaturalis : ergo.

Ex hac ultima ratione videtur sequi quod homo, etiam postquam est justificatus indigeat gratia supernatural! ad diligendum Deum ut auctorem naturæ.

Neque tamen inde inferas omnem Dei amorem fore supernaturalem, nullum pure naturalem ;quiagratiasupernaluralis quam requirimus ad amorem Dei ut auctoris naturæ, non se habet ut principium clicilivum illius, sed ut removens ejus impedimenta et quæ displicerent Deo ut auctori naturæ, sicque non impedit quin sit actus mere naturalis, cujus nempe principium elicitivum et objectum directum et primarium srnt quid naturale.

Dices. Saltem inde sequitur quod homo in statu innocentis, in quo etiam erat elevatus ad linem supernaturalem, indigebat gratia supernatural! superaddita ad diligendum Deum super omnia, eadem enim utrubique est ratio ; quod tamen est aperte contra S. Th. diserte pronuntiantem hic a •io : » Homo in statu naturæ intégra » (per naturam integram certo intelligit naturam innocentem, qualis fuit in Adamo) « non indigebat dono gratiæ superaddit® » naturalibus bonis ad diligendum Deum *v* naturaliter super omnia, licet indigeret » auxilio Dei ad hoc eum moventis. »

η. N. illationem. Ad prob. D. Eadem utrobiquc est ratio quoad supernaturalitatem gratia·, C. quoad superadditioncm gratire, viribus naturalibus, AT. Homo enim in statu naturæ justitiæ originalis, non indigebat juxta S. Th. gratia superaddita donis naturalibus ad diligendum Deum super omnia, sed tantum auxilio Dei moventis : istud autem auxilium luit Dei moventis naturaliter et supernaturaliter, et hoc non negat S. Thomas ; et sic quamvis amor Dei ut auctoris naturalis, ratione elevationis, importet per accidens et indirecte aliquid supernaturale, ad illud sufficiebat istud auxilium Dei moventis sub utraque ratione auctoris et naturalis et supernaturalis.

Petes 2° utrum homo in natura pura indiguisset gratia speciali ordini naturalis ad diligendum Deum super omnia ut naturæ auctorem?

R. probabilius hominem in natura pura potuisse Deum ut naturæ auctorem diligere super omnia cuin solo concursu generali , qui tamen respective ad hunc hominem fuisset specialis ct gratuitus, ut explicuimus; quia in natura pura voluntas hominis non esset per peccatum corrupta et a Deo aversa, sicque posset suis viribus sub generali Dei motione actum sibi proporlionatum ctsuæfonnæ conformem elicere, qualis est dilectio Dei ut auctoris naturalis. Ita censet S. Th. Quodlib. d, a. 8, ct hic in arg. *sed contra.* Et quamvis mens S. Doctoris non semper certo eruatur ex argumento *sed contra,*- ita tamen (piando illud non solvit, aut nihil contrarium docet in corpore articuli.

ARTICULUS V.

Utrum homo lapsus possit sine speciali gratia omnia legis naturalispræcepta implere?

Quamvis hujus quaestionis resolutio ex præcedentibus habeatur; diximus enim a. 5, ℐ 5, hominem lapsum posse sine speciali gratia superaddita aliquod bonum morale facere, et art præctdcnti, non posse sine gratia specian mandatum de dilectione Dei implere ; ex quibus sequitur quod homo lapsus sine gratia speciali possit aliquod legis naturalis præceplum implere, sed non omnia; quidam tamen dicunt hanc quæstionem procedere abslrahendo a præcepto dilectionis. Quidquid sit, ut necessitas gratiæ ad servanda præcepta magis innotescat, specialiter cum Auctore prasentem instituimus quaestionem. Pro cujus intelligentia

Q. 109. a. 4. o. et q. 24. tic verît. a 14. o. — *Nota,* præcepta legis posse dupliciter impleri, scilicet, quantum ad substantiam et quantum ad modum : quantum ad substantiam, quando actus qui pracipitur totus quidem fit, non tamen eo modo quo intendit legislator; sicut qui eleemosynam facit aut aliena reddit, non ex charitate aut intuitu Dei ad salutem, sed ex aliquo alio fine , vel malo vel impertinente ad ista opera : quantum ad modum, quando actus <pii pracipitur fit ex charitate et fructuose ad salutem. Hanc distinctionem esse cum Auctore admittendam, et non esse commentitiam et explodendam, ut dixit Baius, constat ex ejus propositione oS, damnata a SS. pontificibus. Hoc no-» tato, ut certa ab incertis seponamus,

Suppono 1° nullum præceplum sive supcrnalurale sive naturale posse impleri quoad modum, ut scilicet fiat ex charitate ct meritorie ad vitam ælernam, sine gratia supernatural! ; quia iste modus est supernaturalis, adusque præccptorum etiam naturalium elevat ad ordinem supernaturalem.

Suppono 2° nullum praccptum supernaturale in quovis statu posse impleri etiam quoad substantiam sine gratia supematurali, dicuntur enim præcepta supernaturalia, quia pracipiunt actus qui superant vires naturæ.

Ai *dicas cum quibusdam*, id esse verum de praeceptis supcmaturalibus proripientibus actus internos, ut credere, sperare, diligere, non vero dc praecipientibus actus externos; quia haereticus contitens exterius fidem mysterii Trinitatis, urgente præcepto, implet praccptum de confessione externa fidei quoad substantiam, nullo auxilio supernatural! adjutus : similiter qui in peccato mortali suscipit baptismum, adimplet præceplum de suscipiendo baptismate quoad substantiam, idque sine gratia supernatural!, cum peccet. Ergo.

R. N. assumptum. Quia actus externus praceptus, vel estsupernaturalis, vel non ; si sit supernaturalis, ergo supra vires naturæ; si non sit supernaturalis, ergo non

tel præcaptum supernatural. Dicitur enim praeceptum supernatural?, quod aliquid supernatural praecipit. *Ad primum casum*, *N.* hunc haereticum adimplere quoad substantiam praccptum de confessione externa fidei, quia non confitetur fidem divinam quam non habet, et de qua est praccptum, «;ed humanam tantum. *Ad secundum, Λ.* suscipientem baptismum in peccato mortali adjuvari auxilio supernatural! ; velle enim suscipere baptismum, est credere in Christum, est velle induere Christum, velle fieri ejus et Ecclesiæ membrum, quæ fides et intentio, cum sint supernaturales, requirunt gratiam supernaturalem. Neque obstat quod peccet, non enim adjuvatur ad peccandum, sed ad id quod est materiale et physicum in peccato, scilicet, ipsa susceptio sacramenti ; sicut qui actum fidei supernaliiraliselicit ad vanam gloriam, non adjuvatur ad peccandum, sed ad ipsum actum supernaturalem fidei.

ibïd. — *Suppono* 5° hominem in statu innocentis potuisse cum sola Dei motione generali sine gratia speciali superaddita, implere omnia legis naturæ præcepta quoad substantiam; quia natura sana et integra potest id omne quod est intra limites naturæ, ut patet in omnibus rebus. *Confirmatur.* Ideo juxta concilia et Patres, id non potest homo in hoc statu, quia ejus natura est infirmaet attenuata. Ergo.

Quidam existimant idem dicendum de homine in puris naturalibus constituto. Id quidem verum arbitror de obsen atione totius legis pro aliquo tempore, non pro longiori aut tota vita; quia ad hoc opus est firmitate voluntatis in bono contra insurgentes tenlaliones, (piam ex se non habuisset homo in puris naturalibus constitutus.

ibid. — *Suppono* 4° in omni statu ad observantiam alicujus præcepti, opus esse auxilio generali Dei moventis. *Patet ex prwcedentibus;* tum quia nullum est in homine bonum quod non sit a Deo movente; tum quia omnes motus reducuntur in Deum ut in primum movens.

Superest itaque quæstio, utrum prater hanc generalem motionem requiratur in hoc statu aliqua alia gratia specialis superaddita, ad impletionem totius legis naturalis? Pro cujus resolutione,

Ibîd. — *Dico.* Homo lapsus non potest sine gratia sanante adimplere lotam legem naturalem quoad substantiam.

Prob. 1° cx concilio et Patribus. Concil. Milevitanum cati. S, et Cœlestinus in Epist. ad episcopos Galliæ cap. 10, damnant Pelagianos, quia dicebant quod si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen absolute possemus sine illa servare divina mandata. Concil. Arausicamim **II**,can. 25, definit quod per peccatum primi hominis ita inclinatum et attenuatum fuerit liberum arbitrium, « ut nullus postea.....operari » propter Deum quod bonum est possit, » nisigratia eum divinæ misericordi® præ- » venerit. « S. Aug. Cone. 5 in Psalm. » IIS : « Mandatis ejus rectis atque arduis » humana non contemperatur infirmitas, » nisi prævenicns ejus adjuvet charitas. » *Serm.* 148 de temp. cap. 5 : « Hæc decem » præcepta nemo implet viribus suis, nisi » adjutus gratia Dei. » Totus estS. doctor in asserenda hac veritate, signanter de Spirituel Litt. dePeccalorum Meritis, de Grat. Christi, de Lib. Arb. etc. Undel. de Hæresibus, Hæresi SS, loquens de Pelagianis : « Hi Dei gratiæ, *inquit*, tantum inimici » sunt, ut sine hac posse hominem credant » facere omnia divina mandata. »

Respondent adversarii, hæc intelligenda esse de præceptis supernaturalibus. vel de observatione naturalium quoad modum supernaturalem st fructuosum ad vitam æternam.

Sed contra. 1° Pelagiani, ut jam observavimus, non negabant gratiam requiri pro adimpletione praeceptorum supernalura lium aut naturalium quoad modum supernaturalem, cum id implied in terminis; quinimo fatebantur hujusmodi bona opera facta sine gratia esse sterilia ad regnum cœlorum, ut diximus in anterioribus : ergo concilia d Patres agentes contra illos, nou loquebantur de præceptissupernaturalibus aut naturalibus quoad modum, sed de naturalibus quoad substantiam.

2° Concilia et SS. Patres repetunt impotentiam adimplendi mandata sine gratia ex infirmitate natura per peccatum vulnerat® : impotentia autem petila ex supernaluralitatesive præcepti sive modi, est independens a peccato d fuisset sine illo. Ergo.

Prob. 2° ex principiis jam positis, i° Homo infirmus non potest ex se praestare opus præstantissimum hominis sani, nisi eant-

tur : atqui adimplere totam legem naturalem est opus præstantissimum hominis sani : ergo.

2° Voluntas aversa a fine non potest esse recta circ? omnia media, ordo enim mediorum pendet ex ordine ad finem : atqui voluntas nominis peccatoris est aversa a fine, nempe a Deo utauctore naturali : ergo.

5° Sunt quædam præcepta quæ homo lapsus servare non potest sine gratia, ut primum et maximum mandatum de dilectione Dei super omnia, ut constat ex art. praecedenti; item confessio fidei inter atrocissima tormenta; item continentia inter gravissimas tentationes, juxta illud Sap. 8 : *Scivi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiæ scire cujus esset hoc donum.* Unde S. Aug. lib. It) Confess, c. 29 : « Conti- » nentiam jubes; da quod jubes, et jube » quod vis. » Item plura alia quæ vel ex objecto, vel ex circumstantiis, aut urgentibus tentationibus in contrarium specialem habent difficultatem.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° *ab auctoritate.* 1° Dent. 50 dicitur : *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie non est supra te, neque procul positum.* 2° Eccli. 15 : Si *volucris mandata servare, conservabunt te.* 5° Rom. 2 : *Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt* 4°Philipp. 5, Apostolus dicit quod sub lege et non sub gratia constitutus, *secundum justitium quæ in lege est, conversatus sit sine quærela.* 5° Isai. 44, Cyrus, etsi infidelis, dicitur lotam legem servasse; Deus enim ipsum alloquens dicit : *Omnem voluntatem meam complebis.* 6° Quidam audiens ex Christo : *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata,* postquam Christus illi explicuisset quæ essent ista mandata, respondit : *Omnia hæc custodivi a juventute mea.* 7° TandemS. Hilarius in Psalm. 68, ad illud, *deleantur de libro viventium,* distinguit duplicem librum : alterum viventium, in quo sentiuntur *qui sine ulla Christi cogitatione,... omnia præscripta legis impleverunt;* alterum justorum, in quo scribuntur ii quibus *justitia Christus factus est.* Ergo.

It. ad primum, sensum horum verborum esse, quod Dei mandatum non sil supra te quantum ad cognitionem, quia manifestabatur per legem Moysi datam. Hunc sensum aperte indicant verba sequentia immediate : *Nec in cælo silum, ut possis dicere : Quis nostrum valet ad ctelum ascendere ut deferat illud ad nos et audiamus atque opere compleamus?..... sed juxta te est sermo valde in ore tuo et in corde tuo, ul facias illum.* Cæterum, si contendas id esse intellegendum quoad exccutionem; sensus erit: Mandatum non est supra te mediante gratia, quænon deest : unde supra dicitur : *Circumcidet Dominus Deus cor tuum et cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo.*

.■*id secundum,* his verbis manifestari liberum arbitrium, sed non cum exclusione gratiæ; sicut cum alibi asseritur gratiæ necessitas, v. g. Joan. 5, *Sine me nihil potestis facere,* non excluditur liberum arbitrium. « Certum est nos mandata servare » si volumus, inquit S. Aug. lib. de Gratia » el Lib. Arbit. cap. 16, sed quia præpa- » ralur vohintas a Domino, ab illo peten- » dum est ut tantum velimus quantum suf-. » ficit ut volendo faciamus. Certum est nos » velle cum volumus, sed ille facit ut ve- il limus bonum. «

Ad tertium. Juxta S. Augustinumquem sequuntur Prosper, Fulgentius et Auctor, hæc verba intelliguntur de gentilibus conversis ad fidem atque operantibus ex gratia; et το *naturaliter* non sumitur prout opponitur gratiæ et prout idem valet quod viribus naturæ, sed prout opponitur legi Mosaics, ita ut sensus sit : Gentes quæ legem scriptam non habent, ea quæ legis sunt faciunt naturaliter, id est, sine lege Moysis et cum sola Christi gratia. Quod si juxta alios velis intelligcre de gentilibus infidelibus, et το *naturaliter* de viribus naturæ, scusus est quod quædam legis operafaciant propriis viribus, sed non omnia.

Inst. S. Chrysost. Horn. *S* in Epist. ad Rom. interpretatur de gentilibus infidelibus, et dicit esse admiratione dignos, quod nec lege ipsis opus fuent, et tamen omnia quæ legis erant praestiterint.

Ji. Omissis quorumdam solutionibus,

N. S. Chrysostomuin interpretari de gentilibus infidelibus; praemittit enim in eadem Humilia quod « Apostolus intelligat « Graecos non idololatres, sed Deum coleo-

» tes, qui legi naturæ videlicet obtempe-
» rantes, quæ ad pietatem altinent etiam
» ante Judaicas observationes servabant
u omnia, quales erant qui vivebant cum
» Melchiscdech, qualis orat Job, quales Ni-
» nivitæ, qualis denique erat Cornelius. »
Porro Melchised&b, Job, Ninivitæ poenitentiam agentes ct Cornelius fuerunt fideles. Insuper constats. Chrysostomum agnovisse necessitatem gratiæ ad observantiam legis: nam Horn. 15 in eamdem Epistolam, ad hæc Apostoli verba, *miser ego homo,* docet legem sine gratia non sufficere.

Ad quartum. Apostolus his verbis significat dunlaxat se exterius vixisse sine querela, abstinendo scilicet a criminibus manifestam injuriam in proximum continentibus, ut sunt homicidia, furta, adulteria et alia quæ lex scripta expressis verbis prohibet; non autem quod abstinuerit ab omnibus lege naturæ prohibitis ct omnia prava desideria represserit : fatetur enim 1 Timoth. d, se fuisse *blasphemum et contumeliosum ;* Ephes. 2, se conversatum fuisse *in desideriis carnis;* Tit. 5, se fuisse *insipientem, incredulum , errantem, servientem desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia,* etc.

Ad quintum. Cyrus dicitur complevisse omnem Dei voluntatem, non implendo legem, fuit enim idololatra et injustus alienorum regnorum invasor, sed liberando populum Israëliticiim a captivitate ct fundando templum Jerosolymitanum.

Ad sextum. Is de quo ibi est sermo erat Judæus, proindeque fidelis. Insuper eo quod dixerit se omnia implevisse, non sequitur quod ita sit, et forte impleverat more Judaico abstinendo se a manifestis injuriis contra proximum.

Ad septimum. Certo constats. Hilarium requirere gratiam ad legis observationem ; dicit enim in Psal. 51 quod *nemo ex se faciat bonitatem;* el in Psal. 11S, quod *ad justificationum Dei custodiam, nisi a Deo dirigamur, infirmi simus per naturam.* Dicendum itaque per *librum viventium* ipsum intelligere librum eorum qui exterius moraliter bene vivunt, abstinentque a gravioribus criminibus quibus tranquillitas publica turbatur , et quæ in sæculo morte puniuntur.

Obj. 2° α *ratione.* Observatio totius legis naturalis non superat vires naturæ, dicitur enim lex naturalis quæ est proportionata viribus naturæ. Ergo.

B. D. ant. Observatio totius legis non superat vires naturæ san® et integræ, C. *ant.* naturæ intirmæ et corruptæ, *N. Solutio patet ex probationibus conclusionis*

Inferes. Ergo quædam Dei præcepta sunt homini lapso impossibilia, quod est error Lutheri, Calvini et Janscnii.

Q. 109. a. 4. ad 1. ct a. 8. ad 2. —*B. D. illatum.* Quædam Dei præcepta surit homini lapso impossibilia sine gratia, *transeat illat. quidam* enim *distinguunt et concedunt illat.* de impotentia morali, *negant* de impotentia physica. Non enim, inquiunt, homo lapsus est impotens ad abservanda mandata sine gratia, sicut cæcus ad videndum , aut homo fractis viribus ad incedendum; habet enim semper liberum arbitrium, quo est physice potens ad quæcumque mandata observanda, et fit tantum impotens moraliter ratione quorumdam impedimentorum occurrentium. Quædam Dei præcepta sunt homini lapso impossibilia cum gratia quæ nulli, nisi sua culpa, deest, *ut probavimus in prima parte, N. illat.* Quod autem possumus cum auxilio divino, non est nobis impossibile, quia quod possumus per amicos juvare paratos, nos ipsi possumus.

Porro error Lutheri et Calvini had in parte is erat, quod dicerent Christum venisse, non ut legis observatores faceret, sed ut fideles ab abligatione servandæ legis redimeret, et firmiter credentes se esse gratis electos propter Christum salvaret, etiamsi usque ad mortem in sceleribus et transgressione legis perseverent; ideoque illis non dari gratiam ad observantiam præceptorum, sine qua remanent ipsis impossibilia. Hujus exeerabilis doctrinæ ita puduit Lutheri et Calvini discipulos, ut eam a se amoliri conati sint.

Opponebant præcipue isti hæretici illud Act. 15 : *Quid tentalis Deum imponere jug um super cervices discipulorum, quod neque Patres nostri neque nos portaro potuimus ? sed per gratiam Christi credimus salvari.* Verum S. Petrus hic non loquitur de lege naturali, sed de lege cæremoniali, neque vult esse absolute impossibilem, cum constet ex S. Scriptura pluies eam observasse, sed valde difficilem; et cum aliunde post Christum esset inuti-

lis, et his duobus, difficultate scilicet et inutilitate, probat non esse imponendam fidelibus.

Quantum ad Jansenium , in hoc errabat quod diceret, non solum homini lapso, sed etiam justo quædam mandata Dei esse impossibilia, illi quoque deesse gratiam qua possibilia fiant : cujus contrarium docemus. Hunc Jansenii errorem in prima ex quinque famosis propositionibus proscripsit Innocentius X, cui præiverat concil. Trid. sess. 6 , can. 18, his verbis : « Si » quis dixerit Dei præcepta homini etiam » justificato et sub gratia constituto esse » ad observandum impossibilia : anathema » sit. » Quod uberius explicat cap. 11 ejusdem sessionis.

Opponebat Jansenius plura testimonia SS. Patrum, præsertim S. Aug. qui docet in pluribus locis justis plerumque minorem esse gratiam quam ut difficilia quædam præcepta implere valeant, sicque esse ipsis impossibilia secundum præscntes quas habent vires. Sed S. Aug. intelligit de potentia consequente, non de antecedente; vel de potentia proxima et immediata, non de remota et mediata per gratiam orationis quæ nulli deest, juxta illud Trid. cap. cit. desumptum ex S. Aug. « Deus impos- » sibilia non jubet, sed jubendo monet et » facere quod possis, et petere quod non » possis, et adjuvat ut possis. » Ilis occasione data prælibatis circa dictos errores, ut redeamus ad argumentum,

Inst. Deus non potest præcipere cæco ut videat, quamvis posset videre per miraculum : ergo nec homini lapso ut legem observet, quamvis posset per gratiam.

A. *N. conscq.* Disparitas est, 1° quod cæcus sit impotens physice ad videndum, non homo lapsus gaudens libero arbitrio, ad observationem legis;2°et præcipue disparitas est, quod cæco non offeratur miraculum quo sanetur, homini autem lapso offertur gratia qua possit legem observare, camque reciperet, nisi obicem voluntarie poneret.

Petes quæ gratia requiratur in homine lapso ad observationem totius legis : an naturalis, <m supernaturalis?

Jl. ut ari. præcedenti, per se et attenta precise ratione objecti, sufficere gratiam naturalis ordinis, quia objectum est naturale ; per accidens tamen et ratione cleva- tionis ad finem snpematuralem, requiritur gratia supernaturalis; quia in hoc statu homo non potest converti ad Deum ut auctorem naturalem sine conversione ad Denm ut auctorem supernaturalem, ut dictum est. Imo ad diu et semper servandam totam legem, non sufficit secundum providentiam ordinariam gratia actualis , sed requitur habitualis, quia ad hoc nccesse est quod bomo sit firmiter bene dispositus circa omnia præcepta, qualis non potest esse, nisi sit firmiter bene disposituscirca finem,scilicet Deum, quod prastat gratia habitualis. *Disci* secundum providentiam ordinariam ; quia negari non potest quin Deus possit absolute per continuas gratias actuales firmare voluntatem hominis circa observantiam omnium præceptorum, quam tamen observantiam et maxime observantiam pracepti dilectionis Dei super omnia comitatur gratia sanctificans.

An autem homini justo et jam habenti gratiam habitualem sit ulterius necessaria actualis specialis ? Videtur necessaria ad diu et semper observandam totam legem, quia licet gratia habitualis sanet mentem tollendo ejus aversionem a Deo, detque posse per virtutes infusas, non tamen tollit rebellionem appetitus sensitivi contra rationem, ex qua exurgit maxima difficultas pro observatione diuturna totius legis, ad quam ideo actu superandam requiritur gratia actualis specialis.

ARTICULUS VI.

Dc necessitate gratiæ ad vitanda peccata et vincendas tentationes.

Materiam hanc tractat Auctor articulo $ hujus quæstionis. Eam hic propono propter connexionem cum præcedenti, et quia parlim sequitur ex dictis; peccare enim est legem transgredi. Duplex est difficultas : altera de peccatis mortalibus, altera de venialibus, quam duplici $ resolvemus.

§ I. — *Utrum homo lapsus possit sine gratia vitare omnia peccata mortalia et vincere omnes tentationes.*

Hic a. 8. — Suppono hominem lapsum, cum sola Dei motione generali, posse aliquandiu non peccare et vincere leves quasdam tentationes; tum quia non est necesse quod continuo peccet actu ; tum quia cum bonum rationis non sit in eo penitus ex-

tinctum, potest sub· motione Dei generali aliquod bonum morale facile facere etleves tentationes superare, sicque non peccare. Ista tamen motio , quæ , ut jam pluries observavimus . respectu naturæ est generalis et debita, respectu hujus individui cui præ altero datur ad bonum , est specialis et gratuita dicique potest auxilium speciale gratiæ : atque hac distinctione solves plura ex conciliis et Patribus, quibus quidam tentant probare ne minimam quidem tentationem posse vinci sine speciali gratia. Adde quod Patres et concilia non dicant hominem sine Dei gratia semper et omnibus etiam levissimis tentationibus succumbere , sed quod homo sine Dei gratia non possit in genere resistere tentationibus, id est, ita se gerere quin pluribus succumbat etiam levibus ; quod concedimus.

ibid. — *Dico.* Homo lapsus et in peccato mortali existens, sine speciali Dei gratia superaddita, non potest diu vitare omnia peccata mortalia contra legem naturalem , et omnes tentationes vincere.

Auctor videtur tenuisse oppositum in 2, d. 28, q. 1, a. 2 o. Quidam ipsum interpretantur de potentia physica; sed textu attente inspecto , verius dicitur cum aliis quod se retractaverit hic in sua Summa, cui,utpote ultimo ejus operi, standum est.

Conclusio sequitur ex art. precedent! ; quia, sicut dictum est, homo lapsus non potest sine gratia observare omnia præcepta : ergo nec vitare omnia peccata mortalia; peccatum mortale enim nihil est aliud quam transgressio præcepti. Sed et insuper

Prob. 1° ex S. Scriptura. Psal. 17 : *In te eripiar a tentatione.* Psal. 117: *Impulsus eversus sum ut caderem, ct Dominus suscepit me.* Rom. 7 : *Infelix eyo homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* id est. de concupiscentis tentationibus. *Gratia Dei per Jesum Christum.* 1 Cor. 10 : *Fidelis Deus , qui non patietur vos tentari supra id quod potestis , sed faciet eliam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.*

Prob. 2° ex conciliis et Pai ribus, Concil. Diospoli*. ccp. 11, damnat hunc Pelagii articulum : *Pictoria nostra non est ex Dei adjutorio.* Innocent. I,in Epist. ad concil. Carlhag. *Necesse est ut quoauxiliante vincimus,coiterumnonadjuvant' vmeamur.*

ibid. — *Prob.* 5° ratione , quam art. precedent! jam innuimus. Ut homo diu vitet omnia peccata mortalia et vincat omnes tentationes, debet habere cor conversum ad ultimum finem, scilicet Deum, et ita firmiter illi inhærens,ut pro nullo bono consequendo vel malo vitando ab eo separari velit : atqui homo in peccato existens, non solum non habet cor firmiter Deo adhærcns, sed est ab illo aversum et ad bonum commutabile ut ad finem conversum : ergo.

ibid. — *Confirmatur.* Quamvis homo in peccato possit ex præmeditatione rationis aliquid agere præter ordinem finis præconcepti et præter inclinationem habitus , quia tamen non potest semper esse in tali præmeditatione, non potest contingere ut diu permaneat quin operetur secundum convenientiam voluntatis deordinatæ a Deo, nisi cito per gratiam ad debitum ordinem reparetur. Ergo.

Ex qua ratione inferes, ad diu vitanda peccata mortalia contra graves tentationes, præter gratiam actualem, requiri gratiam habitualem sanantem ; quia per eam homo firmiter bene disponitur circa finem a quo pendet firma dispositio circa media. IXon quod Deus non possit absolute per gratias actuales præservare hominem ab omni peccato contra quasvis tentationes; sed quia secundum providentiae ordinariae leges, unumquemque movet secundum ejus dispositionem : unde ut semper moveat hominem ad bonum, sic, ut vitet omnia peccata et vincat omnes tentationes, connaturaliter requiritur quod sit habilualiler bene dispositus per gratiam sanclilicantem.

Obj. 1e quædam exempla gentilium qui contra gravissimas teiilaliones steterunt pro virtute.

It. ut ante, illos vel non amore virtutis, sed gloriæ, vel alio motivo humano has tentationes superasse; vel si amore virtutis, id non fuisse absque speciali Dei auxilio : et ideo S. Aug. lib. 4 cont. Jul. c. 5, et Epist. 150 , hæc gentilium bona opera Dei dona reputat.

Obj. 2°. Hemo in quovis statu et casu potest non peccare, libere enim peccat, alioquin foret excusabilis : ergo eliam in

statu ct casu in quo non habet gratiam.

Hic a. 4. ad 9-*ta. 8. ad 1.—*/I. etiam lit ante D.conseq.* Potest non peccarc in statu ctcasii in quo non habet gratiam potentia physica, C. potentia morali, *subdistinguo.* Per gratiam quam non habet, sed quam potest habere et quæ ipsi offertur, *C.* potest sine gratia omnino tam recepta quam oblata, A. Potentia physica est libertas arbitrii qua home polesl peccatum eligere vel respuere ; et hanc potentiam habet homo in quovis sUtu , quia non extinguitur per peccatum. Potentia moralis est quæ dat facultatem bene utendi potentia physica seu libero arbitrio, removendo impedimenta ex quibus sequeretur abusus potenti® physics : hanc non habet peccator nisi sanetur per gratiam, gratia autem illi offertur nec deest nisi suaculpa. Pro ampliori solutione hujus argumenti quod sæpe redit in præsenli materia, consule quæ dixi in tract, de Deo, dissert. 7, a. 8, et dissert. 8, a. 4, §5.

Obj. 5°. Ex nostra sententia sequitur quod homo existens in peccato mortali, teneatur statim pœnilcre , quia alioquin semper erit in periculo novum peccatum committendi : *falsum consequens* secundum S. Th. ctThomistas : *ergo et ant.*

B. N. sequelam. Quia tunc tantum tenetur homo vitare periculum peccandi orando vel poenitendo, quando esi certum et determinatum ; secus quando est vagum et indeterminatum, qualis est in præsenli casu; tum quia non semper occurrunt occasiones peccandi ct graves tentationes ; tum quia incertum est et indeterminatum quandiu homo peccator possit subsistere sine novo peccato, tum tandem quia Deus hujusmodi peccatores subinde juvat ne peccent. Cæterum, si appareret certum et proximum periculum peccandi, puta ex gravi tentatione, non nego tunc peccatorem teneri ad poenitendum.

$ II. — *Utrum homo justus possit sine speciali privilegio vitare omnia pcccala venialia ?*

Q. 409. h. 8. o. — *Dico.* Homo justus cum ord nariis gratiæ auxiliis sine speciali pnvilegi a potest vitare singula peccata velialia, non potest tamen diu vitare omnia.

Ibid. — *Prima pars est certa;* quia si homo non posset 'lare sincula peccata | venialia sine speciali privilegio, quod nec datur nec offertur, ista peccata non haberent rationem voluntarii, nec peccati, aut homo obligaretur ad impossibile.

Piob. secunda pars. 1° Ex S. Script. 5 Reg. 8 : *Non est homo qui non peccet.* Ecclc. 7 : *Non est homo justus in terra qui faciat bonum et non peccet.* Jacob. 5: *In multis offendimus omnes* .1 Joan, i : *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.*

Prob. 2° *ex conciliis et Patribus.* Concil. Milevit. can. 6, sic habet: «Placuit » quod ait S. Joannes Apostolus: *Si dixe- »rimus quia peccatum non habemus* , » *nos ipsos seducimus, et veritas in no- » bis non est,* quisquis sic accipi· ndum » putaverit ut dicat propter humilitatem » non oportere dici nos non habere pec- »» catum, non quia veritas est; anathema » sit. » Et can. 7: « Quicumque dixerit in » oratione Dominica ideo dicere sanctos. » *Dimitte nobis debita nostra* , ut no:i » pro seipsis hoc dicant... sed pro aliis qui »» sunt in populo peccatores.... analhem · » sit. » Quo duplici decreto perstringitur duplex evasio Pelagianorum, qui dicebant justos se fateri peccatores, non rei veritate, sed humilitatis causa , aut quia sunt pars populi qui est in peccato.

Concil. Trid. sess. 6, can. 25 : « Si quis » hominem semel justificatum dixerit..... »» posse in tota vita peccata omnia etiam » venialia vitare, nisi ex speciali Dei pri- « vilegio, quemadmodum de B. Virgine » tenet Ecclesia : anathema sit. »

Totus est S. Augustinus in asserem!· ista veritate contra Pelagianos, præsertim lib. 2 de Peccat. Meritis, et lib. de Nat. el Gratia, ubi cap. 56 dicit ; « ExceptaS. » virgine Maria, de qua, propter honorei. » Domini, nullam prorsus, cum de pecca » tis agitur, haberi volo quæstionem..... si » omnes illos sanctos et sanctas cum hic » viverent, congregare possemus, et inter- » rogare utrum essent sine peccato : quid » fuisse responsuros putamus ?.....nonne ·» una v occ clamassent : *Si dixerimus quia »» peccatum non habemus, nos ipsos de- » cipimus, el veritas in nobis non :st.* »·

Ibid.—*Prob.* 5' *ratione.* Quamvis gratia sanctificans sanet hominem quantum ad mentem, remanet tamen corruptio appeti· tus sensitivi, unde exurgunt trequemissi

me inordincti motus contra rationem : atqui ratio licet possit reprimere singulos (ex quo habent, nt dictum est, rationem peccati et voluntarii), non potest tamen reprimere omnes, quia dum uni resistere nititur, sæpissime alius insurgit, neque ratio potest semper esse pervigil ad hujusmodi motus vitandos et coercendos : ergo.

Si ergo consideretur quodlibet peccatum veniale seorsim et secundum se, potest homo cum auxiliis ordinariis gratiæ illud vitare; et cum sic occurrant vitanda, de illis sic vitandis datur praeceptum : at si consideretur unum post aliud ct sic diu continuando, et simul attendatur ex una parte vis, multitudo et frequentia tentationum, ex alia parte infirmitas potentiarum naturalium quæ ex continua pugna fatigantur, fieri non potest moraliter loquendo quin homo in aliquo indeterminate deficiat; hæc enim continuatio summam importat difficultatem, ad quam vincendam requiritur specialissima gratia qua arbitrii instabilitas firmetur, sanetur infirmitas, recreetur fatigatio et liniatur fastidium. Et quia hæc impotentia non respicit aliquod peccatum determinate, sed aliquod indeterminate et in confuso, dicitur quod homo possit omnia vitare divisive, id est, quodlibet secundum se et seorsim consideratum, non omnia collective, id est, unum post aliud continuando usque ad ultimum. *Ex his solvuntur argumenta a ratione.*

Solvuntur oi-cctioncs.

Obj. 1° ex S. Scriptura Joan. 5 dicitur : *Omnis qui natus ct ex Deo, peccatum non facit.....et non potest peccare.* Philipp. 5 et Psalm. 118, quidam commendantur ut perfecti et immaculati. Matth. 5 : *Estote perfecti sicut et Pater vester cœlestis perfectus est.* Ergo possibilis est ista perfectio.

Jl. adprimum,sensura esse, justum nec peccare nec posse peccare venialiter, quatenus agit ut justus, seu ex gratia qua justus est. Vel secundum S. Augustinum l. 2 de Peccat. Ment. c. 7 et 8, intelligenda est sententia Apostoli de illo qui natus est ex Deo nativitate seu regeneratione consummata et perfecta in patria.

Ad secundum, dicuntur immaculati et perfecti, non qui nullam omnino habent maculam, sed qui nullam lethalis crimini» maculam habent, et sic vivunt ut quam·.is leves quasdam maculas contrahant, cito tamen ab eis mundantur. Responsio est S. Aug. lib. de Perfect, justiliæ.

Ad tertium. Deus præcipit ins verbis ut perfecti simus eo perfectionis genere cujus homo in hac mortali vita est capax. Proponit ergo perfectionem Patris cœlestis non ut assequendam, sed pro modulo nostro imitandam.

Obj. 2°. Si homo hon possit omnia peccata venialia vitare sine speciali privilegio, quod Deus non est paratus dare : ergo ad aliquod committendum necessitatur : ergo illud committendo non peccat; nemo enim peccat in eo quod vitare non potest, ut ait S. Aug. lib. 5 de Lib. Arbit. cap. 18.

Jl. D. primum consequens. Ergo ad aliquod peccatum veniale committendum vage et indeterminate necessitatur, *C.* ad aliquod particulare ct determinatum, *N. unde pariterN. secundumconsequensAJlenun* homini imputetur peccatum, sufficit quod possit quodlibet determinate secundum se et prout se offert hic et nunc vitare, licet ad aliquod vage et indeterminate necessitetur, seu, ut communiter dicitur, licet non omnia collective possit vitare. Sic Christus dixit : *Necesse est ut veniant scandala;* sed quia hæc necessitas est vaga, nec quemquam determinate afficit, merito culpatur qui scandalum præbet.

InstA·». Deus præcipit vitare omnia peccata veniali : ergo homo potest omniavitare.

Jï. D. ant. Deus præcipit vitare oinnia peccata venialia præcepto indistincto a præccptis singulorum, *C.* præcepto distincto, *N.* Cum enim omnia simul non occurrant, nec omnia vitentur nisi vitando singula , frustra adhiberetur præceplum vitandi omnia, distinctum a præccptis vitandi singula.

Inst. 2°. Si homo necessitetur ad aliquod peccatum veniale indeterminate, quantumvis sit liber circa hoc vel illud determinate, non potest illi præcipi ut vitet omnia. Ergo. *Prob. sequela.* Ex hoc quod homo necessitetur existere in aliquo loco indeterminate, quamvis sit liber ad existendum in hoc vel illo loco determinate, non potest illi præcipi ut nullibi existai : ergo similiter.

B. tyrant. Ad prob. N. conseq. Disparitas est, quod homo ratione corporis 'necessario semper existât in aliquo loco determinato^ at homo non semper necessario cxislit in exercitio alicujus peccati venialis ; unde est perfecte liber circa singula peccata venialia, non autem circa quemlibet locum.

Inst. 5°. Homo potest vitare singula peccata venialia : ergo omnia; non enim plus dicit singula quam omnia.

B. N. conseq. et ejus probationem. Omnia enim plus importat difficultatis quam *singula* seorsum et secundum se, ut ostendimus. Sic non valet : Nullus est lapis in acervo quem homo non possit ferre : ergo potest omnes: Nulla est hora diei in qua infirmus non possit abstinere a cibo, ergo potest abstinere tota die ; Nullum est vectigal quod non possit solvere pauper, ergo potest omnia : quia non valet consequentia a sensu distributivo ad collectivum, quando in collectione importatur specialis difficultas quæ non reperitur in singulis seorsim, ut contingit in proposito. Ut autem valeret consequentia, deberet sic formari antecedens : homo potest vitare singula peccata venialia, et hoc, et illud, H istud, etc. continuando usque ad ultimum : ergo et omnia. *Sed tunc negantium est antecedens ;* ista enim continuatio est difficultas difficultatum.

Inst. 4°. Oramus quotidie *ut ad nullum declinemus peccatum* .· ergo possumus vitare omnia.

B. N. conseq. Sic enim oramus, quia nullum est determinate quod non possumus vitare; unde petimus vitare omnia quantum possibile est.

Inst. S°. Si homo non potest vitare omnia peccata venialia , posset velle non vitare omnia ; potest enim velle id quod ei necessarium est : *falsum consequens:* ergo.

B.N. maj. Quia non vitare omnia, est aliquod præceplum determinatum violare, quod est ex se malum et turpe. *Ad prob. nego illam universaliter sumptam ;* quando enim id quod est necessarium, est aliunde ex se malum, ut v. g. homicidium casuale, non licet illud velle, quia non excusatur nisi ratione impotentias : possum autem non velle, el sic prout stat sub velle, slat sub potentia.

Inst. 6°. Omnia peccata venialia etiam | collective sumpta quæ justus committit, libere committit : ergo potest omnia collective vitare.

B. J). ant. Omnia peccata venialia etiam collective sumpta libere committit, committendo libere singula seorsim, *C.* committendo collectionem omnium indepen-dcnter a singulis, *N.* Ista enim collectio omnium ut distincta a singulis ex quibus exurgit, est chimæra.

Inferes. Ergo neque per speciale privi legium possunt vitari omnia peccata venialia collective, siquidem ista collectio ex dictis sit chimærica.

B. N. illationem. Dum enim dicimus omnia peccata venialia collective posse vitari per speciale privilegium, non intelligimus collectionem omnium ut distinctam a singulis, sed sensus est quod cx specialissima gratia homo possit sic vitare et hoc ct illud, et istud, et ita continuando tempore vitæ, non obstantibus undequaque hostibus prementibus, ut in nullo deliciat et sic omnia vitet.

Inst. ultimo. Quandiu homo facit totum quod potest, non peccat etiam venialitcr : atqui homo potest semper facere totum quod potest, *ut patet ex terminis :* ergo potest nunquam peccare venialiter.

B. D. min. Homo potest semper potentia antecedente et in sensu diviso facere totum quod potest, *C.* potentia consequente et in sensu composito, Ar. Præter enim gratias sufficientes quæ homini justo tribuunt posse facere totum quod potest, quod quidam vocant potentiam physicam, ut de facto faciat, seu possit facere potentia consequente totum quod potest, in tanta hominis corruptione, fragilitate et instabilitate, in tot ac tantis tentalionibus exparte mundi , carnis ct diaboli, quæ specialissimam important difficultatem, requiritur specialissima gratia.

Petes 1° utrum conclusio debeat intelligi de omnibus peccatis venialibus , non solum quæ sunt ex imperfecta deliberatione, ut sunt motus secundo-primi, sed etiam | quæ perfecte deliberata sunt venialia cx genere suo, ut mendacium jocosum deliberate dictum.

B. in hoc dissentire theologos utrinquo rationibus probabilibus, sed non cogentibus, quapropter unumquemque hac in parte in suo sensu abundare per me licet. Id

solum pro certo habendum esse arbitror, viros sanctitate eminentes, *dato* quod propter multitudinem tentationum et occasionum peccandi tx humana fragilitate, aliquid quandoque remittant de suo fervore qui difficile servatur diu in summo gradu intensionis, et inde in quædam levia peccata ex objecto incidant, hæc tamen raro ipsis obrepere et multo rarius quam peccata ex indeliberatione.

Petes 2° an justus cum auxiliis communibus gratiæ sanctificanti annexis possit saltem aliquo parvo tempore esse sino peccato veniali ?

5. p. q. 79. o. 4. ad 2. — *B. affirmative.* Ita S. Doctor, qui expendens illud : *Si dixerimus quia peccatum non habemus,* etc. dicit quod « Illud verbum non » est ita intelligendum, quin aliqua hora » possit horno esse absque omni reatu pec- » cati venialis; sed quia vitam istam sancti » non ducunt sine peccatis venialibus. » Idem docet S. Hicron. lib. 5 adversus Pelag. cap. 1et 4, S. Aug. lib. de Nat. et Grat. cap. 62. *Batio etiam suadet.* Cum enim non semper occurrant occasiones peccandi, nec continuo insurgant motus inordinati , nihil vetat quin. v. g. recenter baplizati, aut recenter justificati per alia sacramenta , aliquo tempore maneant in hoc statu, piis et honestis exercitiis intenti. Quanto vero tempore? difficile est determinare : quidam assignant tres aut quatuor horas, quidam integrum diem, quidam plus, quidam minus, secundum fervorem cliaritatis plus minusve intensæ.

Petes 3° utrum sit de fide justos sine speciali privilegio non posse esse diu sine peccato veniali?

B. equidem concilium Trid. non dixisse *diu,* sed *in tota vita:* at per totam vitam videtur intellexisse non tempus qualiscumque vitæ, sed aliquod notabile tempus. Nam potest contingere quod adultus recens baptizalus paulo post moriatur absque eo quod ab instanti justificationis aliquod peccatum veniale commiserit, ut modo dicebam ; neque verisimile est quod , qui diceret hunc semel justificatum in tota via vitasse omnia peccata venialia, mcurreret anathema concilii : videtur ergo quod concilium per totam vilam intellexerit aliquod notabile tempus, consequenter quod sit de fide semel justificatum non posse diu vitare omnia peccata venialia sine speciali privilegio. Hæc tamen sub correctione sanius sapientis.

Petes 4° an et cui concessum sit istud speciale privilegium?

B. Certo concessum fuit B. M. Virgini; probabilius nulli alteri. Prima pars constat ex Trid. et S, Aug. citatis in conclusione.

Neque obstat quod B. Virgo in recitatione Orationis Doininicæ, diceret *Dimitte nobis debita nostra;* sic enim orabat nomine Ecclesiæ, vel quia dimissa reputa, bat ea a quibus præservabatur, sicut dicit S. Aug. lib. 2 Confess, cap. 7 : Omnia » dimissa mihi esse fateor, et quæ mea » sponte feci, et quæ te duce non feci. »

Non etiam obstat opinio contraria quorumdam veterum, praesertim S. Chrysost. qui Horn. 43 in Matth. dicit B. Virginem ex vana gloria petiisse aChristo miraculum in nuptiis Cana Galileæ.— 3. p. q. 27. a. 2. ad 5.— Respondet enim S. Thomas S. Chrysost. excessisse quantum ad hoc, vel hoc dixisse secundum aliorum sententiam. Idem dic de aliis qui opponi possunt,cum a communi Ecclesiæ doctrina in hac parte recedant.

Secunda pars suadetur; quia sine sufficienti fundamento nullus est excipiendus a regula generali S. Scripturæ : *Nec* Ml *homo qui non peccet.* Nullum autem habemus fundamentum, neque in SS. Patribus, neque in conciliis, neque in S. Scripturis, aliquem ab hac generali regula excipiendi præter B. Virginem. Ergo.

Si dicas. De Zacharia et Elisabeth legitur Luc.1: *Erant justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis ct justificationibus sine querela.* Et de Joaone Baptista canit Ecclesia : *Ne levi salles maculare vitam crimine posset.*

Ad primum, respondet S. Aug. lib. d< Grat. Christi cap. 48, « hoc dictum esse se- » eundum quamdam conversationem pro- » habilem atque laudabilem, quam nullus » hominum juste posset in accusationis et » criminationis querelam vocare..... non » autem dictum est secundum illam per- » fectioncm justitix, in qua vere et omni- » mode immaculati perfectique vivemus,» nempe in patria.

Ad secundum , Ecclc-ia canit .Imnnrm Baptistam ea intentione petiisse desertum,

ut ab omni culpa se redderet immunem, id cum adeptum fuisse non dicit. Insuper Ecclesia non dicit, *a Icti crimine* si: Ii· :ler, ul feri ar_umentum^ sed *a levi firn ·ıĭı,* seu,nl habet Breviarium Romain in *" crimine I ng< a·*. Aon negamus aulein plmes sanctos immunes fuisse ab omni peccato veniali in certo genere , ul S. Joaunem Baptistam a peccato linguæ; S. Thomam a peccato superbiæ, de (pio canit Ecclesia, *Pestiferae superbice nunquam persensit stimulum,-* S. Joscphum a peccato contra castitatem, a tempore quo junctus fuit purissimae Virgini.

Inst. Matlh. 11 dicit Christus : *Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista.*

B. sensum esse, Joannem Baptistam esse maximum, non omnium sanctorum, sed omnium Prophetarum anliquæ legis. Palet ex Luc. 7 : *Major inter natos mulierum propheta Joanne Baptista nemo est.* Adde ; Licet Joannes Baptista sit inter sanctos maximus, excepta B. Virgine, non sequitur ideo ipsum hoc singulare privilegium, de quo agitur, fuisse consecutum.

Articulo S hujus quaestionis, resolvit Auctor hominem sine gratia non posse mereri vitam aeternam, tum ex illo Rom. 6 : *Gratia Dei vita œterna;* tum quia actus perducentes ad finem, debent esse lini proportionali; nullus autem actus naturalis est proportionatus vitæ ælcrnæ, quæ est finis supernaturalis. Hanc difficultatem resumit,S. Doct.q. 114, a. 2, de qua etiam nos ibidem.

AUTICULUS VII.

Utrum homo possit se prwparare ad gratiam sine gratia ?

Circa praesentem ouæstionem duplex fuit error, scilicet Pelagianorum et Semi-Pclagianorum. Pelagiani, negantes peccatum originale, dicebant hominem propriis viribus posse bona opera facere, quibus promerereretur primam gratiam, sicque gratiam dari secundum merita; quem errorem ipse Pelagius, ne damnaretur, damnavit in concilio Diospolitano. Semi-Pelagiani, qui admittebant peccatum originale et pe»· illud attenuatas esse vires naturæ, fatebantur hominem non posse sine gratia bona opera facere ; attamen contendebant vires naturæ non ita esse profligatas, quin fosset propriis viribus aliquod boni operis initium efficere , scilicet petendo, desiderando , pulsando , quaerendo , aut quovie alio modo, quo non quidem gratum mereretur, sed se ad illam disponeret, Deo illud initium tanquam occasionem arripiendo conferendi nobis gratiam, ne esset personarum acceptor si uni præ altero sine ulla ratione ex parte illius gratiam conferat. Utrumque hunc errorem Ecclesia damnavit in variis conciliis, sed præsertim in Arausicano II variis canonibus, quorum aliquos mox referemus.

His non obstantibus, nen defuerunt inter catholicos qui dixerunt hominem posse sine gratia se praeparare ad gratiam ; pro hac opinione citantur Durandus, ScotiA, Gabriel, etc. quamvis quidam eos inlelligant de praeparatione ad gratiam sine gratia habituali : sed apertissime Ludovicus Molina in Concordia disp. 10, ubi docet bene utenti facultate naturali Deum nunquam denegare gratiam. non quidem ex merito operis naturalis, sed ex pacto inter Deum et Christum inito, ut facienti quod in se est cx viribus naturæ, infallibiliter detur gratia.

Hic q. 109. a. 6. o. — *Suppono* quod, ut homo se praeparet ad gratiam habitualem, non indigeat alia gratia habituali; quia ad hanc pariter opus est altera habituali, ct sic procederetur in inlinilum : quaestio est ergo de necessitate gratiæ actualis ad sc praeparandum ad gratiam, sive actualem, sive habitualem

Ibid, ct q 112. a.5. — *Dico.* Homo lapsus nihil prorsus facere potest quod ipsum quovis modo disponat ad gratiam sive actualem, sive habitualem, nisi auxilio gratiæ actualis praeveniatur.

Prob. 1° ex S. Script. Prov. 8 dicitur : *Praparatur voluntas a Domino;* quod passim urget S. Aug. coni. Pelagianos el Semi-Pelagianos. Joan. 6 : *Nemo potest venireadme, nisiPaterqui misit me traxerit eum.* Si autem homo se ipsum praeparare posset, inquit Auctor,— ib. in «rg. s. o. — non oporteret quod ab alio traheretur ; jam enim ex sc venire contenderet. Joan. 13 : *Sine me nihil potestis /acere .·* ergo nec ad gratiam se praeparare; nam hoc est aliquid. *Si sine illo nihil possumus facere,* inquit S. Aug. lib. 2 ad Bonifac. cap. 9, *profecto nec incipere nec perficere.* Apostolo interroganti Rom 11 :

Quis prior dedit illi et retribuetur ei? quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, posset homo respondere secundum oppositam sententiam : Ego prior dedi illi conatum et dispositionem meam, quæ est ex me et non ex illo. Item interroganti : *Quis te discernit?* 1 Cor. 4, posset respondere : Conatus et dispositio mea. *Quid habes quod non accepisti?* diceret : Conatum et dispositionem meam. Item Christo dicenti : *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos,* Joan. 15", responderet : Prior te elegi me disponendo ad gratiam. Et nota hæc omnia et similia dicta esse in ordine ad salutem, et præparationem ad gratiam, sive actualem, sive habitualem, esse in ordine ad salutem.

Prob. 2° ex conciliis, præsertim Arausio. II, can. 5, ubi sic habetur : «Si quis » ad invocationem humanam gratiam Dei » posse conferri, non autem ipsam gratiam » facere ut invocetur a nobis, contradicit » Isaïæ prophet®, vel Apostolo idem di» centi : *Inventus sum a non quærentibus » me, palam apparui his qui me non in» terrogabant*, Isai. 65 et Rom. 10. » Can. 4 : « Si quis ut a peccato purgemur » voluntatem nostram Deum expectore contendit, non autem ut etiam purgari velimus per Spiritus sancti infusionem et » operationem in nos fieri confitetur, re» sistit ipsi Spiritui sancto dicenti per Salomonem, Prov. 8 : *Præparatur voluntas a Domino,* et Apostolo salubriter predicant· Philipp. 2 : *Deus est qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate.* » Can. 5 : « Si quis- cut augmentum ita etiam initium fidei, ipsumquecrediilitatisaffeclum...nonper » gratiæ donum..... sed naturaliter nobis » inesse dicit, Apostolicis dogmatibus adversarius probatur, B. Paulo dicente , Philipp. 1 : *Confidimus, quia qui cerpit » in nobis bonum opus, perficiet.* » Vide insupercan.6,7,8,10,44,16,20,22et25.

Neque dicas hæc decreta spectare Scmi-Pelagianos, qui dicebant nos per initium bonæ voluntatis mereri gratiam : id namque ultimum prorsus falsum est. Is quidem fuit error Pclagianorum, at non Semi-Pelagianonun, qui dicebant gratiam dari conatui humano ex occasione tantum. « An» te omnia,dicebat Faustus lib. 1 Lib. Ar» bit. c. 17, arrogantiam laboris refugia» mus, ncc nobis quidquam dc ejus meriti* » vindicemus.» Et Cassianus Collai. 13. cap. 14 : « Presto namque est Deus, occa· » sionc sibi tantummodo a nobis bonæ vo· » hinlalis oblata, ad hæc omnia confercn» da. » Unde inferebat S. Prosper cont. Collât, c. 5, id esse aliquale meritum: « Nec enim, inquit, nullius meriti haberi » potest petentis fides, quærentis pietas, » pulsantis instantia.» Quod si positive asseruisset Cassianus, arguendo non inferret S. Prosper. Ita etiam intellexit Semi· Pelagianos S. Hilarius scribens in Epist.ad S. Aug. ipsos asserere, «nec negari gra» tiam , si præcedere dicatur talis volun» tas, quæ tantum medicum quærat, non » autem quidquam ipsa jam valeat. »

Concil. Trid. sess. 6, cap. 5 : « Justifl» cationis exordium in adultis a Dei per » sum Christum preveniente gratia sumen· » dum esse.... neque homo sine gratia Dei » movere se ad justitiam coram illo libera » sua voluntate possit. » Et cap. 6 : « Dis» ponuntur autem, inquit, ad ipsamjusti» tiam, dum excitati divina gratia et adju» ti, fidem exauditu concipientes, libere » moventur in Deum. »

Prob. 3° *ex S. Aug.* S. doctor passim urget contra Pelagianos et Semi-Pelagianos principia sequentia : primum, quod est etiam omnium aliorum Patrum, ut notavimus initio dissertationis, in negotio salutis dignationi gratiæ nihil penitus esse subtrahendum ; subtraheretur autem aliquid si dispositio ad gratiam non esset ex gratia : secundum, Ecclesiam orare Deum non tantum ut volentes et connûtes adjuvet, sed etiam ut ex nolentibus volentes fiant : tertium, minimam præparationem ad gratiam esse bonam cogitationem, quam nec homo habere potest sine gratia proveniente, juxta illud 2 Cor. 3 : *Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis;* et plura alia çuæ longius foret referre. Sed nemini non notum est quam acriter S. doctor exagitaverit ubique Semi-Pelagianos, contendentes initium boni operis esse a nobis et ejus intuitu Deum nobis conferre gratiam.

Prob. 4e *e.-uciGTiiate et rationibus D. Thomæ.* 1° S. Doct. Quodlib. 1, a. 7o, dicit : « Ad errorem Pelagianum pertinet » dicere quod homo possit se ad gratiam » præparare absque auxilio divinæ gratiæ:

» et est contra Apost. qui dicit Philipp. 1 : » *Qui cœpii in vobis opus bonum, ipse* » *perficiet.* » Idque probat duplici ratione.

2° Super cap. 10 ad Rom. lect. 5 » « Hoc › ipsum quod aliqui faciunt quod in se est, » convertendo se scilicet ad Deum, ex » Deo est movente corda ipsorum ad bo- » num, Thren. ᵵ : *Converte nos, Domi-* » *ne, ad te, et convertemur.* »

5° Lib. 5 cont. Gent. cap. 149 : « Non » propter hoc datur nobis auxilium divi- » num, quia nos ad illud per bona opera » promovemur,sed potius nosidcoperbona » opera proficimus, quiadivinoauxiliopræ- » venimur. ..Praeveniturigitur anima divino » auxilio ad bene operandum magis quam » divinum auxilium praeveniat quasi me- ո rendo illud, vel se præparando ad illud. » Quod probat quinque rationibus.

4° Q. 24 de verit, a. 13 : « Ex divina ν misericordia contingit quod homo se ad » gratiam præparet.....Liberum arbitrium » non potest se ad gratiam praeparare, ni- » si ad hoc divinitus dirigatur. » Quod probat duplici ratione.

5° In hac q. 109, a. 6, ex professo quaerens utrum homo se possit praeparare ad gratiam sine gratia, resolvit negative his verbis .· « Potest intelligi praeparatio vo- » lunt'tis humanæ ad consequendum ip- » sum gratiæ habitualis donum : ad hoc » autem quod præparet se homo ad sus– » ceptionem hujus doni, non oportet præ- » supponere aliquod aliud donum babitua- » le, quia sic procederetur in infinitum, sed » oportet præsupi oni aliquod auxilium » gratuitum Dei interius animam moven- » lis sive inspirantis bonum propositum. » » Idque probat ratione quam modo referam.

6° Ibidem ad 2, respondens huic veteri axiomati : *Facienti quod in se est , Deus non denegat gratiam,* dicit : « Ad secun- » dum, dicendum quod nihil homo potest » facere nisi a Deo moveatur. secundum » illud Joan. 13 : *Sine mc nihil potestis* » *facere ;* et ideo cum dicitur homo facere » quod in se est, dicitur hoc esse in po- » testate hominis secundum quod est mo- « tus a Deo. »

7° Infra q. 112, a. 5, iterum cx professo qu&rens utrum necessario detur gratia se præparanli vel facienti quod in se est, re-pnndet sic : ‹ Potest præparatio dii- ▮ pouter cutisiderari, uno quidem modo » secundum quod esta libero arbitrio, et βo- ή eundum hoc nullam necessitatem habet » ad gratiæ consecutionem, quia donum » gratiæ excedit omnem præparationem vir- » tutis humanæ. Alio modo potest consi- » derari secundum quod est a Deo mo- » vente; et tunc habet necessitatem ad id » ad quod ordinatur a Deo, non quidem » coactionis, sed infallibilitatis ; quia in- » tenlio Dei deficere non potest. »

Hanc constantem doctrinam probat S. Doctor in locis assignatis plus quam decem rationibus : tres aut quatuor hic subjicio, ne longior sim.

Primam habet in præsenti q. a. 5 cit. Principium et finis alicujus effectus debent sic proporlionari, quod sint ejusdem ordinis; secundum enim ordinem agentium est ordo finium : atqui finis dispositionis ad gratiam est supernaturalis, scilicet finis proximus est ipsa gratia, linis remotus ipse Deus, ad quem ut auctorem supernaturalem gratia ordinatur : ergo.

Secunda desumitur ex q. 112, a. 3 cit. Omnis dispositio tam remota quam proxima debet habere quamdam proportionem cum forma ad quam disponit, alioquin quomodo ad eam disponeret? atqui actus mere naturales nullam habent proportionem cum gratia supernatural! : ergo. *Confirmatur.* Omnis dispositio approximat subjectum formæ ad quam disponit, et e.un quodam modo exigit : atqui actus naturales non approximant animam gratiæ , neque eam ullatenus exigunt, cum sit ordinis superexcedenlis omnes vires naturæ : ergo.

Tertia habetur quodlibet 1 cit. Per hoc ad gratiam præparamur per quod ad Deum convertimur : sed ad Loc indigemus auxilio divinæ gratiæ ; dicitur enim Thren. 4 : *Converte nos, Domine, ad te, et convertemur.* Ergo.

Quarta ibidem, quæ est etiam S. Augustini supra. Ad nihilum potest homo so praeparare nisi cogitando : sed ad hoc ipsum indiget homo auxilio gratiæ ; dicitur enim 2 Cor. 5 : *Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi cx nobis,*

SENSUS VULGATI AXIOMATIS :

Facienti quod in se est, Dais non denegat gratiam.

Ex dictis colliges quomodo hoc vulgatum ct vetus axioma debeat intelligi.

i. Sensus non est quod operi moraliter bono, solis naturæ virilius elicito, debeatur gratia tanquam merito sive *decondigno,* sive *de congruo;* hoc enim est damnatum in variis conciliis et sufficienter impugnatum ex dictis.

II. Non est sensus quod facienti quod in se est viribus naturalibus Deus non denegat gratiam ex pacto inito inter Deum et Christum, ut bene utenti facultate naturali Deus infallibiliter conferret gratiam, Ut finxit Molina; hunc enim sensum impugnant argumenta huc usque facta : siquidem in eo systemate opus bonum morale foret dispositio ad gratiam, si non ex se, saltem ex lege statuta, ex eaque haberet aliquam proportionem et aliquod jus ad auxilia gratiæ. His adde sequentia.

Concilium Arausicanum If, can. 6, damnat eum qui dixerit *sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, misericordiam conferri :* conferretur autem supposito præfato pacto. *Neque dicas* concilium damnare Semi-Pelagianos, qui contendebant gratiam dari initio boni operis tanquam merito et ex justitia ; id enim plane falsum esse paulo ante ostendimus. Insuper concilium damnat eos qui dicunt bonis operibus sine gratia conferri misericordiam : ergo et eos qui dicunt iis conferri gratiam ex misericordia.

2° Quæro quodnam sit istud bonum opus naturæ, cui ea lexannexuit gratiam? An observantia totius legis? Sed eam non posse præstari sine gratia probavimus. An observantia aliquorum præceptorum? Sed ut S. Aug. probat lib. 1 de Peccat. Merit, c. 22 et experientia constat, sunt inter infideles et peccatores qui plura legis præcepta observant, suntque minus mali, magis modesti, temperantes, misericordes, quos tamen gratia præterit, dum flagitiosissimos convertit.

5° Juxta S. Augustinum, inscrutabile est Dei judicium, cur unum trahat, alterum non trahat : at supposita dicta lege, id non foret inscrutabile, sed ratio facile redderetur, nempe quia iste facit quod in se est ex propriis viribus, non ille.

4° Repugnat Christum meruisse fieri a Paire legem qua destruatur ratio gratiæ, qualis foret ista lex. Ea enim posita, gratia datur ex operibus , et sic non est gratia; praevenitur a libero arbitrio, cum debeat liberum arbitrium prævenirc, et Pertes priores dantur homini, posteriores Deo : quæ subvertunt totum systema gratiæ a S. Aug. propugnatum

3° In hac hypolhesi currunt incomenientia de quibus supra, scilicet : homo haberet id quo se discerneret, in quo gloriaretur, et quod non accepisset in ordine a salutem, nimirum hoc bonum opus naturæ quod ex statuta lege conduceret ad salutem , et cui infallibiliter adesset gratia.

6° Tandem istud pactum milium habet fundamentum, neque in S. Scriptura, neque in conciliis, neque in Patribus : ergo est plane fictilium.

P. Valentia, actor pro/Ocietate in congregationibus *de Auxiliis,* in congregatione habita coram Clemente VI11, ultima Septembris 1602, hoc pactum probare voluit ex S. Aug. lib. 19 de Civit, cap. 15, cujus textum sic legebat : « Deus ergo na» lurarum omnium sapientissimus condi» tor et justissimus ordinator, qui terre« noram ornamentorum maximum insti» tuit mortale genus humanum, dedit lio» minibus quædam bona huic vitæ con» grua.... EO PACTO æquissimo, ut qui» cumque mortalis talibus bonis recte usus » fuerit, accipiat ampliora atque meliora, » et ipsam immortalitatis pacem. » Sed P. Lemos, actor pro Dominicanis, e vestigio ostendit, assumpto codice, textum non fuisse fideliter relatum el in eo non legi, *bona ampliora atque meliora,* et *ipsam immortalitatis pacem;* sed, *bona ampliora atque meliora,* scilicet *ipsam immortalitatis pacem :* qua suppositione parliculæ et pro scilicet, totus invertebatur sensus S. Augustini. Nam ponendo et, significatur quôd homo bene utens bonis naturalibus sine gratia, accipiat gratiam et gloriam; restituendo autem scilicet, significatur quod homo bene utens naturalibus ex gratia, accipiat meliora,scilicet ipsam gloriam; certum est enim usui naturalium sine gratia non dari gloriam Vide Serry lib. 5 Hist. cap. δ : *Thom, triumph.* § 6, *Apolog.* § 20.

Merito igitur clerus Gallicanus anno 1700 , in comitiis generalibus, damnavit duas propositiones sequentes.

Prima : « Axioma theologicum, *Fa» cienti quod in se est Deus non denegat » gratiam,* non solum verissimum est, » verum etiam per illud significatur obii-

• gatio quam Deus habet dandi gratiam facienti quod in se est, nec solum fa-
» ciemi quod est ex se viribus gratiæ, sed
» etiam illi qui, cum non habeat gratiam,
» facit ./uod in se est viribus naturæ. »

Secunda : « Dicimus obligationem quam
» Deus habet conferendi gratiam facienti
x quod in se est viribus naturæ, seu viri-
» bus gratiæ pure naturalis, sive non theo-
» logice supernaturalis, non oriri ex boni-
» tate talium operum, aut ex ullo merito,
» sive condigno sive congruo, quod insit
» in illis operibus in ordine ad gratiam,
» sed ex pacto inter Christum fidejussorem
» nostrum et Patrem inito, ad gratiam ho-
x minibus conferendam propter Christi
x merita, respiciendo ea naturalia opera
x ut purum terminum, non ut meritum
» ullum aut rigorosam conditionem. »

Censura cleri Gallicani in has duas propositiones hæc est : « Jlæ duæ propositio-
x nes, qua parte causam discernendi inter
·» ustos et non justos in opera mere natu-
· ralia referunt, Semi-Pelagianismum in-
« staurant mutatis tantum vocibus. Pactum
x autem quod inter Deum ct Christum as-
» seritur, commentum est temerarium, er-
x roneum. nec solum tacente, sed etiam
x adversante S. Scriptura ct SS. Patrum
» traditione prolatum. »

HI. Nequesensus esse potest quod Deus facienti quod in se est ex solis viribus naturæ , conferat infallibiliter gratiam , non respiciendo ad illa opera, neque ad legem a Deo positam, sed cx mera liberalitate et misericordia.

1° Quia implicat in terminis quod Deus sic operanti ideo gratiam conferat quia facit quod in se est, cl non respiciat ad opera; item quod det gratiam quia facit quod in se est, et simul det pure liberaliter et misericorditer.

2*4læc sententia videtur in terminis damnata can. 6 concilii Arausicani, numero superiori relato.

5° Recurrunt omnia quæ modo dicebam contra pactum Molinæ, scilicet, nullum posse assignari opus naturæ, cui Deus infallibiliter det gratiam; non esse inscrutabile cur Deu* unum trahat, alterum non trahat; posse unum præ alio se discernere et gloriari m negotio salutis ; priores partes dari homini, posteriores Deo; tandem nullum esse fundamentum asserendi Deum infallibiliter conferre gratiam ex misericordia et liberalitate lacienti quod in se est ex viribus naturæ.

IV. Tandem non est sensus quod facienti quod in se est cx viribus naturæ negative, hoc est, non ponenti obicem gratiæ, Deus infallibiliter conferat gratiam.

1° Quia vel mtelligitur de non ponente obicem ex omni parte, observando scilicet lotam legem et vitando omnia peccata, et hoc non posse fieri sine gratia probavimus; vel de non ponente obicem ex aliqua parte tantum, observando scilicet aliquod præceptum et vitando aliquod peccatum. Ostendimus vero secundum S. Augustinum ct ipsam experientiam, quosdam observare plura præcepta, et vitare plura peccata, quibus tamen denegatur gratia, cum perditissimis nullam legem curantibus et in omnia llagitia prorumpentibus aliquando concedatur.

2° Juxta hunc sensum, recurrunt omnia inconvenientia de quibus supra, scilicet, non esse inscrutabile cur Deus uni conferat gratiam, non alteri ; unum præ alio se posse discernere, gloriari; non esse solius Dei miserentis, sed etiam hominis volentis , etc.

S° Non ponere obicem, vel juvat ad consequendam gratiam, vel non juvat : si juvat, ergo gratia datur ex meritis, ct contra militant quæ huc usque diximus ; si non juvat, ergo perperam dicitur Deum infallibiliter sic facienti quod in se est, conferre gratiam; quæ enim infallibilitas formae introduccndæ haberi potest ex eo quod ad istam formam habendam nihil juvat?

4° Tandem nullibi est fundatum non ponenti obicem gratiæ ex solis naturæ viribus, Deum infallibiliter conferre gratiam.

Restat ergo præfatum axioma non posse aliter inlelligi quam intelligit S. Thomas, nempe facienti quod in se est ex gratia, Deum gratiam ulteriorem non denegare. Quovis enim alio modo inlelligas, vel opus naturale erit meritum de condigno aut de congruo ipsius gratiæ, vel erit Deo molivum, aut regula, aut occasio, aut condilio ad cujus positionem Deus movebitur ad conferendam gratiam, sicque erit aliquo modo dispositio ad illam : quod impugna tum manet.

Solvuntur objectiones.

obj. 1° *e.r S. Scriptura.* Zach. 1 dici·

tur : *Convertimini ad me, ait Dominus, et convertar ad vos.* Luc. 11 : *Pelite et dabitur vobis, queerile et invenietis. Ergo.*

ft. his cl aliis S. Scripture locis liberum arbitrium uostramque liberam gratiæ cooperationem commendari, sed gratiæ prævenientis necessitatem non excludi. Responsio est S. Aug. lib. de Gratia et Lib. Arb. cap. 3, et concilii Trid. sess. 6, cap. 3. « Cum dicitur, inquit, *Convertimini,* » *et ego convertar ad vos,* libertatis nos» træ admonetur : cum respondemus, » *Converte nos, Dom* ne, *ad te, et con*« *vertemur,* Dei gratia nos praeveniri con» fltemur. »

Inst. 1°. Proverb. 16 dicitur : *Hominis est prieparare animam, et Domini gubernare linguam ;* et infra : *Cor hominis disponet viam suam , sed Domini est dirigere gressus ejus :* atqui non potest intelligi nisi de præparatione animæ et cordis per solum hominem sine gratia, alioquin non subsisteret antithesis (piam facit S. Scriptura, siquidem gubernare linguam et dirigere gressus (quod dicitur esse Domini), sit etiam hominis gratia adjuti: ergo.

ft. N. min. Quamvis enim homo non nisi per gratiam præparet cor el animam, subsistit nihilominus antithesis; quia licet in locutione aut exccutione interveniat actio hominis, ut tamen ad exitum in anima et corde praemeditatum perveniat, solius est Domini dirigere verba et opera; quasi dixisset S. Scriptura : Non sufficit meditari quid dicturus aut facturus es, nisi Deus dirigat linguam et opus ut bene succedas. El hoc est quod etiam vulgo dicitur : Homo proponit, sed Deus disponit.

Inst. 2°. In S. Scriptura plures referuntur qui per bonum opus naturale pervenerunt ad gratiam, ut obstetrices /Egyptiæ per naturalem commiserationem erga pueros Hebræorum, Rahab meretrix excipiendo et non prodendo exploratores populi Dei, Zachæus recipiendo Christum in domo sua, latro in cruce dicens, *Domine, memento mei*, Cornelius per orationes et eleemosynas antequam in Christum crederet, S. Pauius in I Tim. 1, quia *ignorans* peccaverat : sic etiam videmus plures converti ex aliquo motivo pure naturali, puta ex morbo gravi, ex amici morte, ex periculo instante etc. Ergo.

ft. cl illa bona naturalia et has occasiones et ista motiva esse in>ufflcien ia, msi 'em cor interius per suam gratiam disponat, sicque non excludere necessitatem grati® interioris. *IVisi Deus altius m screatur,* inquit S. Augustinus, *cadum et terra surdis loquuntur.* Idque vel exeo constat, ut jam non semel advertimus et notat S. August, lib. 1 ad Simplic. q. 2, quod pleriquesint inter infideles et hæreticos quibus insunt plura bona moralia, qui sunt casti, œqni, miseri* ordes, etc. qui tamen ad gratiam non perveniunt, dum confertur aliis longe pejoribus. Hinc concilium Arausic.il, can. 23 : « Manifestissime, in» quit, credendum est quod illius latronis » quem Dominus ad paradisi patriam re»» vocavit, et Cornelii centurionis ad quem » angelus Domini mi-sus est, et Zaeluvi » qui ipsum Dominum suscipere meruit, » illatam admirabilis fides non fuit de na» tura, sed divinæ largitatis donum.» Xeque tamen negandum est ista motiva cl occasiones quibus aliqui videntur pervenisse ad gratiam, fuisse illis procurata ex speciali beneficio prox idenliæ sic res exterius disponentis, ut congruebat ad illos præ aliis perducendos ad gratiam.

Si dicas. S. Petrus missus est ad Cornelium ut illum de fide instrueret : ergo Corinlius non habebat fidem.

2. 2. q. 10. a. *4.* ad 5. — ft. Cornelium antea hab lisse fidem implicitam, quæ ut explicita evaderet, S. Petrus ad eum missus fuit.

Plus difficultatis habet textus Apost. I Tim. 1 ; videtur enim afferre ignorantiam suam tanquam causam motivam cur Deus ei fecerit misericordiam. Sed

A. in his Apostoli verbis, *Misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans fui in incredulitate,* ignorantiam afferri, non ad extenuationem peccati et ad movendum Deum hac ratione ut misericordiam faciat, sed tanquam rationem objecti maxime convenientis circa quod Deus exerceat suam misericordiam. Nam objectum seu materia misericordiæ est miseria : unde quanto major est miseria, tanto magis est objeetum conveniens misericordiæ el tanto magis nata est eam commovi rt. Quamvis autem omne peccatum sit miseria quædam, magis tamen miseria significatur nomine ignorantiæ quam peccati quia mise-

ria ut talis est involuntaria sicut ignorantia, atque hac ratione misericordiam commovet; peccatum autem esi voluntarium, ideoque ut tale misericordiam non provocat, sed iram et tanto majorem quanto gravius est. Sen>us igitur Apostoli hic est : Ideo misericordiam consecuius sum, quia magna erat mea miseria, hæc nimirum, quod tanta mala facerem per ignorantiam et incredulitatem, instar ægroti qui per insaniam medicum caedit. Ita explicat S. Aug. Serm. 8, 9 el 10 de verbis Apostoli. Hoc etiam sensu intelligendus est Christus dum Luc. 25 dicit : *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt ;* hoc, inquam, sensu quo dicitur Psal. 24 : *Propitiaberis peccato meo,mullum est enim.* Psal. 40 : *Sana animam meam, quia peccavi tibi.* Rom. 5 : *Ubi abundavit delictum, superabundant gratia.* His igitur S. Palili verbis, *quia ignorans feci in incredulitate,* non significatur in coralio meriti aut dispositionis provocans Deum ad misericordiam et gratiam illi prostandam , magis (piam in Scripturis mox citatis; sed tantum, ut dictum est, magnitudo miseris significatur vehit objectum conveniens maxime divinæ misericordiæ ; quæ miseria, quia peccati erat (nam et ignorantia et incredulitas in eo erat peccatum), non poterat secundum rationem meriti aut dispositionis misericordiam Dei provocare, sed iram. Hæc interpretatio, quæ est Eslii, videtur inter alias probabilior.

Obj. 2° *ex SS. Patribus.* Cyrillus Jcrosolym. Chrysoslomus, Clemens Alexandr. ct quidam alii videntur docere gratiam non provenire voluntates nostras, sed eas expectare.

B. 1° hos ct alios plerumque loqui de gratia habituali aut de argumento gratiæ actualis ad perfectiora opera, non de prima gratia per quam habetur initium bonæ voluntatis : unde cum dicunt Deum voluntatem nostram cxpectare, intelligunt voluntatem non nudam , sed adjutam gratia.

B. 2°. Dum negant gratiam antecedere voluntatem nostram , intelligunt de antecedentia nécessitante, (pialem Manichaei, contra quos agunt, docebant.— 1. p. q. 25. O.1. ud 1. — Ita Auctor interpretatur Damascenum.

B. 5°. Variis aliis locis docent dogma catholicum S. Chrysostom. Hom. de Adam et Eva, Hom. 12 in i Cor. ad illa verba; *Quid habes quod non accepisti?* ct alibi; (demons Alexand. lib. 2 S'romat. r, 275, lib. B, p 596, et lib. 6, p. 502; S. Cyrillus Catechesi 3 et 6.

B. 4° ct finaliter, non esse mirum hos et alios Patres, nondum palam erupta hæresi Pelagiana, minus circumspecte de gratiæ provenientis necessitate scripsisse ; præsertim cum tunc maxime incumberent defendendo contra Manichæos libero arbitrio. Quapropter si quid minus castigatum circa gratiam ipsis exciderit, benigne adduci debet ad sensum catholicum quem alibi exprimunt; securi enim loquebantur, cum tunc nullus esset gratiæ hostis. Ita respondetS. Aug. de Prodest. Sanet, cap. 14 : « Quid igitur opus est, inquit, ut eo-
» rum scrutemur opuscula qui, priusquam
» ista hæresis oriretur, non habuerunt ne·
» cessitatem in hac difficili ad solvendum
» quæslionc versari? quod procul dubio
» facerent, si respondere talibus cogeren-
» tur. Unde factum est ut de gratia Dei
» quid sentirent breviter quibusdam scrip-
·› torum suorum locis et transeunter atlin-
·› gerent. » Horum Patrum testimonia pro et contra non refero, quia non vacat; legi poterunt apud auctores.

Obj. 5° ex D. Th. S. Doctor in 2, d. 5, q. 1, a. 1, ubi quæril utrum angeli indiguerint gratia ad hoc quod converterentur inDeutn, postquam dixit esse quorumdam opinionem qui ad actum conversionis requirunt duplicem gratiam, unam gratum facientem quæ informat actum conversionis et meritorium reddit, aliam gratis datam a qua elicitur substantia actus, sic prosequitur : « Sed istam (scilicet secundam)
» gratiam ponere non videtur necessa-
» rium , nisi ipsa libertas arbitrii gra-
» tia dicatur, quæ procul dubio nobis a
» Deo est. « Et concludit sic : « Et ideo ali-
» 1er dicendum quod ad eliciendum actum
·› conversionis, sullieit liberum arbitrium
» quod se ad habendam gratiam per hunc
» actum propaiat ct dbponil. » Et ibid. d. 28, q. 1, a. 4, qtiærens -;x professo utrum homo possit se praeparare ad gra tam sine aliqua gratia, similiter resolvit po-se sine gratia gratis (Lita ; idque probat hae ratione : « Quia propaia io quæ c4ad gratiam,
» non est per actus qui sint adæqiiandi ipsi
» -rratiæ æqnaliiate proportionis, sicut me-

» ritum adaequatur præmio; et ideo non » oportet ut actus quibus homo se ad gra- » tiam præparat,sint naturam humanam ex- » cedentes* » Quod videtur peremptorium et directe contra probationes nostras. Ergo.

H. 1°. *Esto S.* Thomam locis citatis sic censuisse, ut praetendit argumentum , id unum respondendum foret, ipsum seniorem et doctiorem factum mutasse sententiam in operibus posterioribus, ut evidenter apparet ex probationibus conclusionis. Notandum enim S. Th. scripsisse in Sententias, cum coepit docere Parisiis annos natus tantum viginti quinque circiter. *Scripsit,* inquit Guillelmus Tocco apud Echard,in *baccelluria et in principio sui magisterii super quatuor libros Sententiarum :* fuit autem renuntiatus magister annoætatis vigesimo quinto. .Ad hoc tamen responsum non redigimur. Unde

Ii. 2° S. Thomam mutasse dunlaxat modum loquendi, at non sententiam, adeoque in locis objectis non aliter censuisse quam in Summa et aliis locis quæ laudavimus pro conclusione.

Ad cujus intelligentiam, observandum est tempore S. Thomæ duplicem currere opinionem : quidam dicebant ad hoc ut homo se præparerct ad gratiam, requiri aliquod donum habituale gratis datum, quod vocabant lumen supernaturale gratiæ sanctificanti prxambulum ; alii negabant hujusmodi donum habituale supernaturale requiri. Et hæc est gratia cujus necessitatem negat S. Doctor subscribendo huic secundæ senlentiæ ut communiori. Et ne videar hæc gratis dicere, en ejus verba secundo loco citata : « Si accipiatur » gratia pro aliquo munere habituali ani- « mæ infuso, sic est duplex opinio : qui- » dam enim dicunt quod nullus potest se » ad gratiam gratum facientem præparare, » nisi per aliquod lumen menti infusum, » quod est donum gratiæ gratis datæ : is- » tud autem videtur inconveniens. »Quod probat ratione posita in argumento, et etiam quia secundum hoc esset abire in infinitum. Manifestum est igitur quod, quando S. Doctor dicit cum communiori opinione sm «vi, hominem posse se præparare ad gratiam per virtutes naturales sine gratia, inielligatsine illo habituali dono, non excludens gratiam per modum motioni· transeuntis, epiam quidem ibi non exprimit, sed quam in operibus posteriori· bus expressit ; quia vidit hunc loquendi mo. dum suo ævo communem non satis recedere ab errore Pclagiano,ut dicit Quodlib 1.

Neque obstat quod eodem loco proDet non requiri gratiam, ut homo se disponat ad gratiam, quia non est necesse quod actus disponentes ad gratiam sint adæquandi gratiæ et excedant naturam; non enim dixit simpliciter quod actus disponentes ad gratiam non sint illi adæquandi, sed quod non sint illi adæquandi *sicut meritum adæquatur* / rrrmw.Unde cum addit non esse necesse quod sint excedentes naturam, sub eadem limitatione debet intelligi, scilicet sicut illam excedit meritum. Et hoc est verum, quia meritum petit naturam elevatam ad participationem divinæ naturæ per gratiam sanctificantem ; actus autem disponens ad gratiam, non petit naturam elevatam ad participationem divinæ naturæ, sed petit tantum eam constitutam in ordine supernatural! per gratiam actualem.

Non etiam obstat quod ibidem in fine articuli dicat quod,ad *gratiam gratwn facientem habendam, ex solo arbitrio se homo potest præparare;* quia, ut ait Quodl. i, a. 7, ad 1, quando dicitur hominem posse se præparare ad gratiam ex se seu ex solo libero arbitrio, non excluditur necessitas auxilii divini : sicut cum dicitur ignis ex se calefacere, non excluditur necessitas motus coelestis. Vult ergo tantum per has particulas, *solo libero arbitrio,* excludere istud donum habituale luminis infusi, de quo solo erat ibi quæslio.

Inst. 1°. S. Doct. in 1, d. 41, q. 1, a. 5 0, dicit : « Opus bonum procédons gra- » tiam non est causa meritoria gratiæ, sed » solum dispositio ad illam. » Ergo.

/?. ipsum loqui de gratia habituali ad quam bonum opus ex gratia actuali factum non est meritum, sed dispositio tantum.

Inst. 2°. Ibid, ad 2, dicit quod pradestinalio respectu gloriæ habeat rationem justitiæ distributivx ; sed respectu primi effectus , scilicet gratiæ, habet rationem magis liberalitalis quam justitiæ, quia gratia datur gratis et non redditur meritis : « Unde ex parte recipientis, non est assig- » nare causam quare dignus sit gratia , sed » soluin dispositionem quamdam : » atqui id intelligi non potest de gratia habituali, cum loquatur de primo effectu praedestina-

tionie, qui non est gratia habitualis, sed actualis : ergo

Il. N. min. Loquitur enim S. Doctor de primo effectu prædestinationis, qui scilicet sit primus inter praecipuos , qui sunt gratia habitualis et gloria, quorum primus est gratia habitualis; quia cum gratia habitualis sit proprie gratia,et gratia actualis distinctam speciem non constituat, sed reducatur ad habitualem ut motio ad terminum et dispositio ad formam, nomine gratiæ simpliciter dictæ intelligitur gratia habitualis, juxta regulam dialectices : *Analogum perse sumptum, stat pro famosiori analogato.*

Inst. 5°. S. Th. In suppi, desumpto ex *4* sentent.q. 14, a. 4, docet opera bona extra charitatem facta, non esse quidem meritoria alicujus boni, valere tamen ad tria, scilicet ad consecutionem temporalium, ad dispositionem gratiæ et ad assuefactionem bonorum operum. Ergo.

B. opera dona extra charitatem facta esse duplicis generis. Quædam fiunt ex solo dictamine rationis sine ulla gratia; quædam Hunt cum auxilio gratiæ, qtïalia hunt a pœnitentibus per Spiritum sanctum nondum inhabitantem sed moventem, de quibus Trid. sess. 6, can. 5. Quæ sunt primi generis, non sunt meritoria *de condigno* alicujus boni ; possunt tamen dici meritoria *de congruo* boni temporalis, quatenus divinam liberalitatcm decet eorum intuitu quædam temporalia concedere. Quæ sunt secundi generis, non sunt etiam meritoria saltem de condigno gratiæ justificationis, sunt tamen dispositio ad illam; ct de illis bonis operibus loquitur Auctor, quando dicit opera extra charitatem facta valere ad dispositionem ad gratiam. Quod si contendas ipsum lyqui dc operibus sine gratia actuali factis, intelligendus est de dispositione ad gratiam, non positiva, neque negativa infallibili ct ex omni parte, sed negativa fallibili ct ex aliqua parte tantum, excludente aliquod impedimentum gratiæ, sed non omnia; quatenus exercendo quædam bona opera, removentur quædam peccata, quæ impedirent gratiam.

Inst. 4°. S Th. 1 p. q. 62, a. 6, docet Deum contulisse gratiam ct gloriam angelis proportionate ad eorum temporalia : ergo nihil repugnat quod conferat gratiam hominibus facientibus quod in se est ex viribus naturæ, secundum opera eorum naturalia.

B. ex ipso S. Th. ibid, ad 2, N. *conseq.* Disparitas est, quod naturalia angelorum sint a solo Deo, ideoque nullo motivo naturali, sed a sola sua voluntate motus est ad dandam illis gratiam. Sed opera naturalia hominis facientis quod in se est, sunt ab ipso homine , adeoque Deus in conferenda gratia secundum illa, ab alio moveretur.

Inst. 3°. S. Doct. hicq. 114, a. 5, docet quod opus hominis justi, secundum substantiam ct secundum quod procedit a libero arbitrio .mereatur de congruo gloriam: ergo *a fortiori* gratiam.

B. S. Thomam loqui de opere hominis justi secundum substantiam et secundum quod procedit a libero arbitrio, abstrahendo a gratia habituali, non actuali : absurda plane est ista cogitatio, S. Thomam somniasse unquam opus mere naturale et sine ulla gratia facium, esse aliquo sensu meritorium gloriæ; id namque est plusquam Pelagianum. Loquitur ergo S. Doct. de opere justi secundum substantiam et ut procedit a libero arbitrio sub influxu gratiæ actualis, etsi non habitualis.

Inst. 6°. S. Doct.eodem cit. art. 5, paulo infra, dicit opus justi esse meritorium gloriæ ex condigno, ex duplici titulo : Ie quia est ex gratia Spiritus sancti moventis nos; 5° quia procedit a gratia habituali: ergo prius loquebatur de opere secundum quod est a libero arbitrio sine gratia.

B. N. conseq. Quia hic loquitur de opere secundum quod procedit a gratia habituali et actuali, prius de opere secundum quod procedit a gratia actuali tantum; porro opus est meritorium gloriæ secundum quod est a gratia actuali movente sub influxu gratia· habitualis, seu secundum quod est a Spiritu sancio simul inhabitante et movente. Minim profecto tantam absurditatem a quibusdam urgeri. quasi S Th. qui ipsa q. praecedente 109, a 5 et 6 ct alibi, ipsum opus naturale nequidem vult esse dispositivum ad gratiam, vellet esse meritorium gloriæ quod, ut dixi, est plus quam Pelagianum.

Inst. 7°. S. Doct. 3 contra Gentes cap 139. dicit : « Cum hoc sit in potestate li» beri arbitrii impedire divinæ gratiæ re» ceplionein, vel non impedire, non imme-

rito in culpam imputatur ci qui impedi-
» mentum præstat gratiæ receptioni. » Et loquitur de libero arbitrio gratia habituali et actuali destituto ; quia de ipso dicit quod divinam gratiam nec promereri nec acquirere possit ; liberum autem arbitrium gratia actuali adjutum potest gratiam mereri *de congruo,* aut saltem illam impetrare : ergo homo sine gratia potest se disponere saltem negative ad gratiam.

/i.non impedire receptionem gratiæ posseinlelligi dupliciter, ut jam dixi : 1° secundum quid et ex parte tantum; sic non impedit qui aliquod præcepturn observat, et peccatum aliquod vitat quo gratiæ receptio impediretur : 2° simpliciter ct ex omni parte; sic non impedit qui observat omnia præcepta et vitat omnia peccata. Homo lapsus potest sine gralia primo modo non impedire receptionem gratiæ, at non secundo modo, ut probavimus supra. Id enim solum competit naturæ integræ, ut in terminis dicit ipsemet S. Th. initio cap. sequentis 160, explicans quod in precedent! dixerat. « Quod autem dictum est,
» inquit, in potestate liberi arbitrii esse,
« ne impedimentum gratiæ præstet, com-
» petit his in quibus naturalis potentia in-
« tegra fuerit. Si autem per inordinatio-
» nem praecedentem declinaverit ad ma-
il lum, non erat omnino in potestate ejus,
» nullum impedimentum gratiæ prestare;
» etsi enin ad aliquod momentum ab ali-
» quo peccati actu possit abstinere propria
» potestate, si tamen diu sibi relinquitur,
» in peccatum cadet, per quod gratiæ iin-
» pedimentum prxstatur. » Eodem sensu dixit Lect. 5 in cap. 12 Ilebr. « Hoc ip-
» sum quod aliquis non ponit obstacu-
li lum gratiæ, ex gralia procedit. » Itaque *dato* S. Thomam locutum fuisse de libero arbitrio gratia non adjuto, tam pro non impedire quam pro impedire, *I). consequens.* Ergo homo potest sine gralia se disponere saltem negative ad gratiam, dispositione ex parle ct fallibili. *C.* dispositione absoluta et infallibili, *N.* Videmus enim, ut jam pluries observavi, gratiam minoribus peccatoribus denegari, quæ pejoribus com editur. Hunc D. Th. textum in tract, de Deo dissert. 8, a. 4, Jj 5, paulo aliter exposuimus : sed rc attentius inspecta, present! solutioni stamus.

Inst. 8C. S. Th. q. 14. de verit. a. 11. I ad 1, dicit : « Si quis enutritus in sylvh,
» ductum naturalis rationis sequatur m
» appetitu boni et fuga mali, certissime te-
» nendum est quod ei Deus vel per inspi-
» rationem revelaret ea qua* ad credendum
» sunt necessaria, vel aliquem fidei prædi-
» catorcm ad eum dirigeret, sicut misit S.
» Petrum ad Cornelium. » Idem docet q. 24 de verit. a. 1, ad 2, et in 2, d. 28, q. a. 1, 4 0. Ergo

Jl. N. conseq. Intelligit enim S. Doct. dc faciente quod in se est ex auxilio gratiæ, *ut palam ostendimus in probationibus conclusionis, ct patet* insuper ; tum quia allert exemplum Cornelii, quem ipsemet 22, q. 10, a. 4, ad 5, docet fecisse quod in se est ex auxilio gratiæ; lum quia loquitur de faciente quod in se est per totius legis observantiam, quam etiam ipse superius docuit non esse possibilem sine gralia. *Si dicas* hunc hominem de quo loquitur, carere fide, quod est primum auxiliumgratiæ : 7?. ipsum carere fide explicita, sed non implicita. Confer quæ dixi in tract, de Deo dissert. 7, a. 8, obj. S.

Obj. ultimo. Qui plura opera inoraliter bona facit, magis dignus est accipere gratiam quam qui pauciora : atqui homo potest ex se sine gralia facere quxdam opera moraliter bona : ergo. *Confirmatur.* Magis congruum est dare gratiam minus indignis, seu pauciora impedimenta ponentibus, quam magis indignis et plura impedimenta ponentibus : atqui homo potest ex se quæ* dam impedimenta non ponere : ergo.

B. N. maj. Opera enim moralitcr bona ex solis naturæ viribus facta, neque condignitatem neque proportionem ullam habent cum gralia, cum sint diversi et inferioris ordinis ad illam. *Ad confirmationem, N.tnaj.* Cum enim collatio primæ gratiæ pendeat ex mero Dei beneplacito, quamvis qui minora impedimenta ponunt sint minus indispositi, non possunt tamen dici magis digni aut magis idonei, neque quod sit magis congruum illis dari quam aliis, cum contrarium non raro contingat, ut jam pluries observavimus.

Petes quomodo intelligatur istud definitum contra Pelagianos : *Gralia non datur secundum merita?*

B. sic inlelligi, ut gratia sive actualis sive habitualis cujuscumque boni operis ad salutem perlinentis, non detur propter ul-

Ium meritum , sive *tie condigno*, sive *de congruo,* quod cx viribus nostris sine Dei gralia habeamus

Loquchdo autem de ineritis nostris quæ sunt cx grade, dicendum est aliquam gratiam secundum merita nostra dari; justis emm secundum mentum stricte sumptum, datur ct augmentum gratiæ et gloria. Item omnis gratia post primam actualem datur, secundum meritum nostrum saltem *decongruo.* Neque tamen gratia sic secundum meritum data desinit esse gratia, quia in sua radice est semper gratuita. Et hinc verum est illud S. Augustini, *Deum sua dona coronare, dum merita nostra coronat.*

ARTICULUS VIII,

Utrum homo possit resurgere a peccato sine gratia?

Q. 107. a. 7. 0. — *Dico.* Homo non potest resurgere a peccato sine gralia.

Estde fide definitain concilioArausic.il, can. 14, ubi dicitur : « Nullus miser de « quantacuinque miseria liberatur, nisi qui » Dei misericordiapræ venitur.» Etcan.19: « Cum natura humana sine Dei gralia sail Intern non possit custodire quam accepit, » quomodo sine Dei gratia poterit reparare « quod perdidit? » Est etiam ita aperta et certa, ut ipse Pelagius infensissimus gratiæ inimicus eam non negaverit, quamvis in hoc erraverit quod voluerit hanc gratiam nostris meritis dari.

Ibid, in arg. s. c. — *Prob.* 1°. ApOSt. Galat. 2, dicit quod si data est lex quæpotestjustificare : *Ergo Christus gratis mortuus est ;* id est, sine causa : pari ergo ratione, si homo habet naturam per (piam potest justificari, Christus gratis, id est, sine causa mortuus est.

Ibid. c. — *Prbb.* 2”. Resurgere a peccato, non est tantum cessare ab actu peccandi , ut volunt sectarii, sed est hominem reparari ad ea quæ peccando amisit, consequenter liberari a malis quæ per peccatum incurrit: atqui homo non potest sine gralia liberari a malis et detrimentis quæ per peccatum incurrit : ergo *Prob. min.* Incurrit homo triplex detrimentum peccando. scilicet maculam, corruptionem naturalis bom ei reatum pœnæ Maculam incurrit in quantum privatur decore gratiæ, ct hoc non potest reparari nisi per ipsam gratiam. Bonum rationis corrumpitur in quantum natura hominis deordinatur, voluntate ejus Deo non subjecta; hoc enim ordine sublato, consequens est ut tota natura hominis peccantis inordinata maneat : iste autem ordo reparari non potent nisi Deo vohmta'cm hominis, ad -e trahente , sicut dictum est. Tandem reatus pœnæ est per quem homo peccando mortaliter meretur damnationem æt<-rnam:istc autemre.-lus remitti non potest nisi a Deo, in quem est offensa commissa, et qui est hominum judex. Ergo.

Observandum esse aliquam imperfectam resurrectionem et vivifie itionem ad quam licet non requiratur gratia habitualis, requiritur tamen actualis, eam scilicet qua peccator priusquam remissionem et gratiam sanctificantem recipiat, dolet de peccatis propter Deum, ipsum diligere incipit et ad ejus reconciliationem aspirat ; et de illa resurrectione imperfecta potest intelligi illud cap. 3 Ephes. *Surge gui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Unde jure damnata est hæc 64 propositio Bail : « Illa distinctio duplicis » vivificationis, alterius qua vivificatur pec- » cator , dum ei poenitentia et vitæ novæ » propositum et inchoatio per Dei gratiam » inspiratur; alterius qua vivificatur, qui » vere justificatur et palmes vivus inChristo » efficitur, commentitia est et Scripturis » minime congruens. »

ARTICULUS IX.

Utrum homini justificato necessaria sit gralia actualis ad singulos pietatis aetus?

Quantum ad actus moraliter bonos, dixi a. 5, 5 5 hujus dissertat, hominem peccatorem posse ali<|iios facere cum solo concursu generali, (pii tamen aliquo sensu, scilicet, respectu hujus hominis cui præ alio datur, sit gratuitus et specialis. Idema *fortiori* dicendum est de homine justo.

Articulo 3 et 6 ejusdem præsentis dissert. dixi hominem peccatorem non posse sine gratia servare omnia legis naturalis præcepta , vitare omnia peccata et vincere omnes lentationes contra camûem legem. Et in fine articuli 3, addidi homini etiam justo esse nccessanam gratiam specialem, ad dii' servanda omnia præcepta moralia et vitanda omnia peccata contra legem naturalem : quia , nt rn'îorinMnr hic Auctor,

— πio α. 9. 0. — licet gratia sanctificans sanet naturam quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio et infectio quantum ad carnem, per quam servit legi peccati; remanet etiam quxdain ignorantiæ obscuritas in intellectu.Exquibus exurgit specialis difficultas ad diu standum in bono, pro qua vincenda requiritur specialis gratia. Conformiterad hæc, proportione servata, resolvenda est præsens difficultas de actibus supernaturalibus pietatis et salutis : unde

ibid. — *Dico,* homini justificato, præter gratiam habitualem et virtutes infusas ei annexas, necessaria est ad singulos pietatis actus generalis motio Dei ut auctoris supernaturalis, eaque sufficit ad aliquos, quæ tamen debet dici aliquo sensu specialis et gratuita : ut autem diu homo justificatus in illis perseveret, requiritur gratia specialis superaddita.

»id. et a. 1. —*Prob. prima pars* ex principio generali Auctoris. Quantacumque natura aliqua corporea vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur a Deo ut secundum movens motum a primo : sicut ergo potentix naturales, scilicet voluntas et intellectus, etiam ut informatæ virtutibus acquisitis quæ dant posse facere actus moraliter bonos, ut de facto faciant, indigent applicari el moveri per motionem generalem Dei ut auctoris naturalis; ita eædem potentix ut informatæ gratia et virtutibus infusis quæ dant posse facere bonos actus supernaturales, ut de facto faciant,indigent motione generali Dei ut auctoris supernaturalis.

Prob. secunda pars. Sic se habent gratia sanctificans et virtutes infusæ ei annexæ ad supernaturales actiones, sicut natura ct naturales potentix ad actiones naturales : atqui natura etiam corrupta potest aliquod opus bonum morale facere cum solo concursu generali ordinis naturæ absque speciali gratia superaddita, utdictum est art. 5 superiori : ergugratiaelvirtutesinfusxcum solo generali auxilio supernatural! possunt aliquod bonum opus supernaturale facere.

Tertia pars patet ex dictis a. 1 et 5, J · hujus disseri. Quia quamvis concursus generalis ordinissupernaturalis ad aliquod bonum supernaturale sil debitus natura informat® gratia et virtutibus infusis, sicut I concursus generalis ordinis naturalisai] aliquod bonum naturale est debitus nature secundum se, quia nempe Deus secundum leges communes providentix movet unumquodque secundum suum modum et suam dispositionem : attamen cum natura etiam ut elevata per gratiam et virtutes supernaturales feratur in bonum variabiliter ct ab illo sit defectibilis (non enim ut suppono est firmata in bono), hinc fit quod quamvis illi sic elevatx debeatur generalis môlio qua aliquando eliciat actus sibi proportionatos, non tamen ut semper et indefectibiliter eliciat, quod ergo illi individuo detur hic et nunc, et non alteri, est ex speciali gratia. Unde, ut ibidem observavimus, hæc motio generalis considerata respectu naturæ ut elevatx, non est specialis nec gratuita: non gratuita , quia debetur aliquo modo naturæ sic dispositx; non specialis, quia datur secundum leges communes providentix supernaturalis, quæ naturam defectibilem movet quandoque ad bonum suæ dispositioni proportionatum, quandoque permittit delieere. At considerata respective ad hunc hominem justum, cui præ altero datur, est specialis et gratuita; quia quamvis natura elevata secundum se exigat quandoque moveri in bonum supernaturale, ut dictum est, id tamen non exigit iste homo potius quam alter : quod ergo iste moveatur in bonum a quo alter deficit, et a quo ipse deficere poterat, est ex speciali et gratuito auxilio. Confer quæ dixi locis citatis.

ibici. — *Prob. quarta pars.* 1" Quia propter infectionem quantum ad carnem, et ignorantiam quantum ad intellectum, quæ remanent in homine justificato, utdictum est, difficillimum est illi inter continuos conflictus et tentationes atque in tanta obscuritate, diu perseverare in bono supernatural!, nisi speciali gratia viribus jam habit is superaddita, roboretur et adjuvetur.

5. cont. Gcnt. c. 155. ct2. 2. q. 137, a. 4. — 2° Quia cum liberum arbitrium de se sit vertibile, et hoc ei non tollatur per habitualem gratiam praesentis vitæ, non silliest potestati liberi arbitrii etiam per gratiam reparati, ut se immobiliter in bono statuat, licet sit in potestate ejus quod hoc eligat : plerumque enim cadit in nostra potestate electio, sed non exeeutio : ergo ad hoc requiritur specialis gratia superaddita.

Et ita eruitur ex concilio Arausio. II, eau. 10- 'n quo sic delinitur : « Adjuto- » riutnOei in renatis ac sanctis semper est » est implorandum, ut ad bonum finem » pervenire, vel in bono possint opere per- » duraro. » Ubi pro utraque perseverantia finali et diuturna rcifuiritur specialis gratia. Similiter Trid. sess. 6, can. 2, de perseverantia indefinite loquens, statuit sic : « Si quis dixerit justificatum, vel sine spe- » ciali Dei auxilio in accepta justitia per- » severare posse, vel cum eo non posse : » anathema sit. »

Conclusio sic explicata et probata, praesertim quoad secundam et tertiam pariem, conciliat sententias apparenter contrarias, *til jam notavimus scene dicto art.* 5. Habemus enim ex una parte gratiam specialem esse necessariam ad singulos pietatis actus, quod praetendit una sententia. Ex alia parte habemus non esse necessariam gratiam specialem superadditam , sed sufficere motionem generalem ordinis supernaturalis, quæ sit tamen respectu persons specialis et gratuita; quod negare non potest altera sententia : *sicque solvuntur objectiones quæ fiunt ex utraque parte.*

Dices contra quartam partem. Ad diu observanda præcepta supematuralia ct vincendas contra illa tentationes, quovis tempore sufficit minima charitas : ergo non requiritur gratia specialis superaddita, ut justus diu perseveret in bono.

Jl. D. ant. Sufficit minima charitas in actu primo et per modum habitus, quo quis utitur cum vult, *C.* sufficit in actu secundo ctut semper velit, *N.* Cum enim homo,non obstante charitate, sit, ut dictum est, vertibilis ct defectibilis, continuisque impugnetur hostibus et tentationibus , ut semper actu velit perseverare et diu perseveret in bono, indiget speciali gratia actuali.

Subsumes. Atqui hæc gratia et molio specialis atque protectio qua velit actu perseverare et de facto perseveret, est debita justo secundum ordinarium Providentiæ cursum : ergo non debet dici specialis, sed genialis. *Prob. ant.* Justus est Dei amicus : atqùi Deus debet amicis hanc amicabilem motionem el protectionem : ergo.

/I. R ant. z/d *prob. D. min.* Deus debet amicis hanc amicabilem motionem ct protectionem, quandiu non desunt ejus gratiæ et amicitiæ, *C.* si desint, *N.* Deus autem non debet etiam amicis ut nunquam desint ejus gratiæ; quia justi in hac viti sunt vertibiles et defectibiles, et Deus unicuique providet secundum suum modum : unde debet eis auxilium prsservans a propria defectibilitate, sed quibus datur misericorditer datur.

ARTICULUS X.

Utrum homo ingratia constitutus indigeat speciali auxilio gratiæ ad finaliter perseverandum?

Non agimus hic de perseverantia sumpta pro virtute seu habitu inclinante ad eligendum et proponendum perserverare, neque de ipso proposito perseverandi, sed de ipso actuali exercitio perseverantiæ in bono usque ad finem vite.

Perseverantia sic sumpta, potest accipi dupliciter : 1° pro diuturna continuatione in gratia et bonis operibus usque ad finem vite, ut plerumque contingit in adultis; 2° pro conjunctione gratiæ cum morte sine diuturna continuatione, ut contingit in pueris post baptismum morientibus; au' etiam in adultis paulo post adeptam, sive per baptismum sive per aliud sacramentum, justificationem decedentibus.

Ç. 109.a. 10. 0. — *Dico.* Ad perseverantiam finalem sive diuturnam sive brevissimam, requiritur speciale auxilium.

Prima pars de perseveranda finali diuturna *patet ex quarta parte conclusionis artic. præccd.* Restat ergo difficultas dc secunda parte. Et quantum ad adultos, currit secunda ratio dicte conclusionis procedentis, desumpta ex vertibilitate liberi arbitrii : sed generaliter de omnibus ct parvulis et adultis.

Probatur secunda pars, 1° ex canon" laudato concilii Arausic. qui distinguit peseverantiam sumptam pro assecutione fini- et sumptam pro diuturna continuatione i bono, et ad utramque requirit auxilium speciale quod est semper implorandum a sanctis. Similiter Trid. cit. ad perseveran tiam simpliciter cl indefinite, requirit auxilium speciale.

2° Auctoritate S. Angusti.?, qui toto libro dc Dono Persev. hanc veritatem ad versus Scmi-Pelagianos propugnat,

2° Juxta eumdem S. Aug. ibid. cap. 2, omnes justi dum in Oratione Dominica deunt, *Adveniat regnum tuum,* petunt pe:

severaptiam talem, sive diuturnam sive brevissimam, quæ conjungat gratiam cum morte, ?d quam scilicet conjunctionem sequatur assecutio regni. « Cur autem, in- » quit imd.S.doct. perseverantia ista pos- » cilur a Deo, si non datur a Deo? Nonne » ista irrisoria petitio est, cum id ab eo pe- » titur quod scitur ipsum non dare, sed » ipso non donante esse in hominis potes- n tate? » Ergo.

4° Qui etiam brevissimo tempore perseverat usque ad finem vitae, habet vere et proprie donum perseveranti® : atqui donum perseverantiae secundum definitiones conciliorum et Patrum, est ex speciali gratia : ergo. *Min. pah l* ex conciliis cit. item cx eodem concil. Trid. sess, 6, can. 16, ct ex S. Aug. de Dono Persev. c. 2, a quibus perseverantia vocatur *magnum Dii donum ;* et cap. 17 : « Videte, inquit, quan- » tum sit a veritate alienum, negare do- » num Dei esse perseverantiam usque in fi- » nem hujus vitae, cum vitae huic, quando » voluerit, ipse det finem, quem si dat ante ⟨» imminentem lapsum, faciet hominem per- » severare usque in finem. Sed mirabilior ·* et fidelibus evidcnlior largitas bomlatis » Dei est, quod etiam parvulis.... datur » hæc gratia. » Major est etiam expressa ejusdem S. Aug. sententia ibid cap. 1 : « Hanc certe, inquit, de qua nunc agimus, u perseveratiam qua in Christo persevera- » tur usque in finem, nullo modo habuisse ·· dicendus est qui non perseveraverit us- ▮ que in finem ; potiusque hanc habuit » unius anni fidelis, et quantum infra co- « gitari potest, si donec moriatur fideliter » vixit, quam multorum annorum, si exi- » guum temporis ante mortem a fidei sta- » bilitate defecit. » Ergo juxta S. Aug. ille habet donum perseveranti®, qui usque ad fidem perseverat per unum annum, *rei quantum infra cogitari potest*, id est vel etiam per unum diem aut unam horam; eaque est notio perseverantis finalis, per quam nihil aliud inlelligimus quam conjunctionem gratiæ cum morte ex efficaci intentione gloriæ, sive continuatio in bono diu vel parum duraverit.

5° Conjunctio gratiæ cum morte est proprius effectus specialis providenti®, nempe praedestinationis; solis enim pi®-destinalis convenit et nulli alteri : ergo habetur per speciale auxilium.

Petes in quo consistat istud speciale auxilium ?

Suppono donum perseverant·® includere non solum auxilium suiIicicik quo homo potest perseverare, sed etiam efficax quo de facto perseverat. « De illa perii severantia loquimur, inquit S. Aug. de » Dono Persev. cap. 6, qua perseveratur » usque in finem : quæ si data est, perse- » veratum est usque in finem ; si autem » non est perseveratum usque in finem, » non est data. » Et lib. de Correpi. et Grat. cap. 12 : « Datur sanctis donum quo » nonnisi perseverantes sint. » Ibidem : « Subventum est igitur infirmitati volun- » tatis human®, ul divina gratia indecli- » Habiliter et insuperabililer ageretur, et › ideo quamvis infirma, non tamen deli- » ceret, neque adversitate aliqua vincere- » tur. » Hoc supposito

B. ad petitionem, hoc auxilium non consistere in aliquo indivisibili, neque eodem modo omnibus dari, sed plura includere et intrinseca et cxlrinseca. Cum enim donum perseveranti® finalis formaiiter consistat in conjunctione gratiæ cum fine vitæ ex efficaci glori® intentione imperata, illam Deus singulari providentia variis modis procurat : quibusdam accelerando mortem , ne cadant; aliis prorogando vitam, ut resipiscant; aliis subtrahendo pericula et tentationes, aut eas temperando; quæ omnia pertinent ad auxilia cxlrinseca saliis in periculis et tenlationibus constitutis vires augendo , ut vincant et insuperabililer atque indeclinabililer stent in bono usque ad finem ; et liæc pertinent ad auxilia intrinseca.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Perseverantia finalis est conjunctio grati® cum morte : atqui homo justus potest cum auxiliis communibus gratiæ annexis se aliquandiu conservare in bono, saltem si isto brevi intervallo nulla aut levis tentatio occuirat; et interim potest mors contingere cx causis naturalibus, hæc enim non est Dei donum, sed poena peccati : ergo sine gratia speciali potest homo justus perseverare fmalitcr.

B. D. maj. Perseverantia finalis est conjiinctio gratiæ cum morte, casualis et per acciden-contingens, A. est conjunctio per se volita ex efficaci gloiiæ intentione, *C*

Nemo enim dicet salutem ct prædestinationem hominis esse casualem et fortuitam : admittenda est ergo aliqua causa per sc hujus conjunctionis, quæ non est alia quam intentio Dei efficax conferendi predestinate glo ïam, et inde manans auxilium efficax ad conjungendam gratiam cum morte : unde cum dicitur in minori, quod interim mors accidat cx cau-is naturalibus et non sit donum Dei, *distinguo*. Mors considerata secundum rationem communem qua convenit hominibus et brutis, est ex causis naturalibus, nec est donum Dei, C. considerata ul conditio requisita ad habendum statum immobilem in gratia, *N*. Sub ista enim ratione providetur a Deo per singularem curam, juxta quod dicitur Sap. 4: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum.*

Inst. 1°. Justus habet virtutem perseveranti® infusam, sicut alias virtutes infusas gratiæ annexas : ergo cum illa perseverare potest.

B. D. conseq. Ergo cum illa perseverare potest potentia antecedente, *C.* potentia consequente , *N.* Alioquin ct omnes justi perseverarent, et qui non perseverarent non haberent virtutem perseveranti», et quisquis non ageret non haberet virtutem agendi : quæ omnia sunt falsa. Ilie autem non est quæstio an ad posse perseverare requiratur auxilium speciale , sed an ad perseverandum actu, *ul nolavimus e.r S. Augustino.*

Inst. 2° *et subsumes.* Atqui habenti virtutem perseveranti® debetur secundum communem providentiam auxilium ad perseverandum actu. Ergo.

Prob. subsumplum. Unicuique form® debetur auxilium ad ejus operationem. Ergo.

R. N. subsumptum. Ad prob. D.ant. Unicuique form® debetur auxilium ad ejus operationem secundum conditionem subjecti , in quo est, *C.* pra ter conditionem subjecti, *N.* Est autem virtus perseveranti® in subjecto vertibili et defeclibili : undo quod non permittatur deficere, est ex speciali auxilio.

Inst 5». Habenti gratiam debetur gioria : ergo *i fort or»,* debetur auxilium pro continuatione gra ia· mm gloria.

P, v ronsry. <)ni.i quamvis homini habenti gratiam debeatur gloria quandiu manet in gratia, non tamen ei debetur ut invariabiliter conservetur in gratia usque ad mortem, quia est nature vertibilis et defectibilis.

Obj. 2°. *Deus semel justificatum non deserit, nisi prius ab eo deseratur,* ut definit Trid. sess. 6, cap. 11 : atqui si necesse foret auxilium speciale justo ad perseverandum, quod Deus pluribus justis denegat, desereret illum priusquam ab eo desereretur : ergo.

R. 1° juxta illos qui illam desertionem intelligunt per subtractionem gratiæ habitualis, Deum illam non subtrahere priusquam homo ipsum offendat moraliter, sicque non descrere justum priusquam ab co deseratur.

R. 2° juxta alios qui illam desertionem intelligunt per subtractionem gratiæ actualis,etiam Deum non deserere justum priusquam ab eo deseratur; quia non subtrahit auxilium efficax gratiæ, nisi homo gratiis sufficientibus, quæ dant posse, prius sua culpa desit, juxta illud Trident, sess. 6, cap. 15, ubi agit de dono perseveranti® : « Deus nisi ipsi illius graliæ defuerint, si» eut cœpit opus bonum, ita perficiet opo» rans velle et perficere. » *Sed si quæras* quare non dat omnibus justis gratiam efficacem qua non desint sufficienti? *R.* ex dictis, quia homo quantumvis justus est vertibilis et defectibilis, ct Deus unumquemque movet secundum modum suum. *Si ulterius quæras* quare dat isti et denegat illi? *R.* cum S. August, de Dono Per-ever. cap. 9, *inscrutabilia esse ejus judicia.*

Petes 1° utrum angelis et primo homini in statu innocenti® necessarium fuerit auxilium speciale ad perseverandum ?

5. Cont. Gent. c. 155. et 2. 2. q. 157. n. 4.— *R. affirmative.* Idqne probat principium D. Th. scilicet omne defectibilc et variabile reducendum esse ad aliquid invariabilc et nul» feclibile, a quo habeat ut non deliciat, sed permaneat in bono j liberum autem arbitrium in statu innocen li® erat variabile et defectibilc ; ergo ut non deficeret sed permaneret in bono, ad aliquid invariabile et indefeclibile debebat reduci, nempe ad voluntatem Dei auxi· liantem. Igitur non eral quidem in Vianto et angelis infirmitas sananda, sed erat instabilitas regenda et firmanda : nulla

erat agendi difficultas, sed erat magna cadendi facilitas, ut eventus probavit. Verum de hac gravi difficultate plusquam satis dixi dissert. 2 præambula hujus tract, a 4; require ibi.

Petes 2° utrum donum perseveranti® finalis sit idem ac donum confirmationis in gratia ?

B. negative; quia donum confirmationis in gratia dat non posse peccare sive mortaliter sive vcnialiter, secundum modum quo datur : at donum perseveranti® finalis, remanente potentia peccandi, dat tantum non peccare mortaliter usque ad mortem : unde est commune omnibus præsdetinatis, non donum confirmationis in gratia.

DISSERTATIO IV.

DE ESSENTIA GRATIÆ.

D. Th. Q. 110.

Quæstio est præcipue de gratia habituali et sanctificante, quæ per antonomasiam appellatur gratia, perquam scilicet constituimur filii Dei et hærcdcs regni, et ad quam reducitur gratia actualis sicut dispositio ad formam et motus ad terminum, ut jam dictum est, quæque ideo non constituit speciem distinctam a gratia habituali.

Γ*
$·

ARTICULUS I.

gratia sit donum animas intrinsecum?

Negant Lulherani et Calvinists, qui vetant hominem etiamsi peccatorem et in peccatis perseverantem, esse Deo gratum ct amicum denominatione extrinseca, nempe per imputationem justitiæ Christi, cujus intuitu Deus ipsum diligit, ejus peccata dissimulat, cumque habet filium et hæredem ; modo tamen per fidem internam veluti per conditionem firmiter credat et confidat Deum sibi propter merita Christi peccata, etiamsi usque ad finem vitæ continuata, condonaturum. Quam pestifera, quam horrenda sit hæc doctrina, nemo non videt, utpote patenlissimam omnibus flagiliis viam aperiens. Contra quos

Hic q. Ito. a. 1. 0. — *Dico.* Gratia habitualis gratum faciens est Dei donum animae intrinsecum. Est de lidc., decisa in concil. Trid. sess. 6, can. 11, his verbis : ▪ Si quis dixerit homines justificari vel » sola imputatione justitiæ Cbrlstl, vel sola » remissione peccatorum, exclusa gratia et » charitate quæ in cordibus eorum per Spiii ritum sanctum diffundatur, atque illis » inhxreat; aut etiam gratiam qua justifi» camur esse tantum favorem Dei : ana» thema sit. »

Hanc veritatem passim clamat S. Scriptura, et ut ex innumeris pauca seligam, Ezech. 36 : *Eflundam super vos aquam mundam.* Postea : *Dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri.* 2 Pet. 1 : *Maxima et pretiosa promissa nobis donavit, ut per hæc efficiamini consortes divinæ naturæ.* Rom. 5 : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* 1 Timolh. 4 : *Noli negligere gratiam quæ est in te.*2 Timolh. 1 : *Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, qiue est in te.* Quid expressius ?

Insuper 1 Joan. 3 : *Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet.* 2 Cor. 1 : *Signavit nos et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Joan. 4 : *Qui biberit ex hac aqua , fiet in eo fons aquee salientis in vitam ælernam.* Porro semen insitum, pignus commissum, sigillum impressum, fons aquæ e corde scaturiens, importat aliquid animæ intrinsecum. Hinc S. Aug. lib. 1 de Peccat. Merit, cap. 9 : « Deus, *inquit,* dat sui Spiritus occultissimam fi» delibus gratiam, quam latenter infundit » et parvulis.

ibid. — *Prob. rafionc.* Gratia est qua Deo grati sumus et ab ipso diligimur; non enim hic per gratiam qnodvis beneficium gratis datum intelligimus, sed id quo homo est Deo gratus et acceptus atque al) ipso dilectus, seu est ipsa divina dilectio ex parte Dei et terminus illius ex parte hominis : atqui hujusmodi gratia non dicit solum amorem Dei extrinsecum, sed importat aliquid in anima intrinsecam: ergo. *Prob. min.* Amor humanus et divinus iu hoc conveniunt, quod respiciant bonum; sed in hoc differunt, quod amor humanus, cum sit sterilis et affectivus tantum, non efficiat bonum quod diligit, sed supponit: at vero amor Dei cum sit potentissimus et efficacissimus, neque solum affectivus, sed effectivus (est enim causa totius bonitatis creaturæ, quæ a se bonum habere non po-

test),bonum non supponit,sed efficit. Ergo fieri non potest ut Deus hominem diligat et gratum habeat, quin ipsum bonum efficiat secundum modum quo ipsum diligit ; ita ut si diligat ipsum iu ordine naturali, faciat ipsum bonum naturaliter, conferendo ipsi bona naturalia, esse, vivere, etc. si in ordine supernaturali, faciat ipsum bonum supernaturalitêr, conferendo ipsi bonum supernaturale, quo Iit ipsi gratus ct amicus in ordine ad finem supernaluralem.

Dices contra hanc rationem ductoris. Jsai. 40 dicitur : *Ex quo honorabilis factus es ct gloriosus in oculis meis, ego dilexi te :* ergo dilectio Dei non facit, sed supponit bonitatem in homine.

Incap.4S.Xiai.—*R. N.conscq.* Quia το *ex quo* ibi non significat causam aut prioritatem, sed concomitanliam tantum et effectum dilectionis Dei ; ita ut sensus sit : Ex quo feci et reputavi te honorabilem, etc.

Inst. Deus diligit praedestinatos : atqui tamen non semper ponit in eis aliquid supernaturale, scilicet dum sunt in peccato : ergo.

R. neque Deum diligere amore efficaci praedestinatum, quando est in peccato.

Repones. Esto amor Dei sit efficax, inde sequitur tantum quod causet in homine aliquod auxilium supernaturale, non necessario gratiam habitualem. Ergo.

R. N. sequelam. Hic est enim quæstio de amore Dei non qualicumque, sed perfecto , quo vult homini beatitudinem supernaturalem tanquam filio et hæredi ; ex quo amore debet causari talis gratia per quam participet naturam divinam, cui debetur beatitudo ulhæreditas.

Pro cujus et aliarum difficultatum elucidatione, *observandum est* triplicem distingui in Deo dilectionem : primam mere naturalem, qua diligit omnes creaturas in ordine naturali, juxta illud Sap. **II** : *Diligis omnia quæ sunt, ct nihil odisti eorum quæ fecisti,* ct per eam communicat homini bona naturalia, esse, vivere, intelligere, etc. alteram supernaluralem, sed imperfectam, qua hominem diligit imperfecte et inchoative in ordine ad aeternam beatitudinem, et per eam ei communicat virtutes quasdam, fidem, spem et auxilia transeuntia, quæ possunt compati cum peccato et odio Dei ; tertiam tandem perfecte supernaluralem , qua simpliciter et perfecte diligit hominem in ordine ad aeternam beatitudinem, et per eam ipsi communicat gratiam habitualem, qua fit simpliciter Deo gratus et amicus, particeps divinæ naturæ et hæres regni cœleslis.

De hac materia iterum redibit sermo contra hæreticos, dum de justificatione.

ARTICULUS IΓ.

Utrum gratia sit qualitas animæ?

Posito quod gratia sit aliquid creatum animæ intrinsecum, quaerimus modo quid sit, ctadquodprædicamentum entis creati pertineat?

Hic. q. 110. a. 2. 0.—Quantum ad gratiam actualem, qua Deus adjuvat hominem movendo ipsum ad aliquid vel cognoscendum, vel volendum, vel agendum, resolvit Auctor non esse qualitatem, sed motum quemdam animæ ; quia actus moventis in moto est motus.

Observandum tamen quod ille actus, si consideretur in facto esse tanquam terminus productus a potentia vitali, Deo operante , possit dici qualitas incompleta habens se per modum passionis transeuntis. Dixit autem Auctor absolute non esse qualitatem, quia hunc actum Dei moventis consideravit in fieri, et quia non est quid fixum et permanens, prout iutelligitur qualitas , quando loquimur de illa secundum quod distinguitur a passione.

Ferum inde colliges, juxtaS. Th. gratiam actualem qua Deus movet ad agendum, esse aliquid a Deo distinctum ei ab ipso causatum : dicit namque esse effectum gratuitum divinæ voluntatis, et motum seu motionem animæ «piam Deus tribuit potentiis ut exeant in actum.

Colliges, item esse etiam aliquid distinctum ab operatione hominis; quia datur ad hoc ut homo eliciat suas operationes , estque earum principium effectiv um. Insuper gratia est a solo Deo, operatio autem esta Deo et homine.

His occasionaliler dictis, ut redeamus ad gratiam habitualem, de qua, ut dixi, præcipue est hic quæstio,

Dico. Gratia sanctificans est quædam animæ qualitas seu donum habituale permanens in anima.

Prob. 1° ex S. Scripturis a præcedenti laudatis,in quibus gratia dicitur semen,pignus, sigillum , fons; hæc enim significant

donum permanens ; et Joan. 14: *Ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.*

Prob. 2® ex concilio Trid. etiam citato , definiente gratiam cordi inhærere ; et cap. 16: «Justitia, *inquit,* nostra dicitur, quia » peream nobis inhaerentem justificamur.» Hanc doctrinam quam Trid. hic definit tanquam de fide, concil. Viennense jam elegerat ut probabiliorem, Clement. *de Fide* , his verbis : « Qpinionem secundam, » quæ dicit tam parvulis quam adultis coii^ » ferri in baptismo gratiam informantem » et virtutes, tanquam probabiliorem..... » duximus degendam. »

ibid.—*Prob. ratione Auctoris.Non* est conveniens quod Deus minus provideat his quos diligit ab bonum supernaturale habendum, quam creaturis quos diligit ad bonum naturale habendum : atqui creaturis naturalibus sic providet ut non solum moveat eas ad actus naturales, sed etiam largiatur eis formas et virtutes quasdam , quæ sunt principia tam radicalia quam proxima actuum , ut secundum se ipsas inclinentur ad hujusmodi motus ; et sic motus quibus a Deo moventur sint creaturis connaturales et faciles, secundum illud Sap. 8 : *Disponit omnia suaviter :* ergo inulto magis illis quos movet ad consequendum bonum supernalurale aeternum, infundit aliquas formas seu qualitates supernaturales, secundum quas suaviter et prompte ab ipso moveantur ad aeternum consequendum. Istae autem formae supernaturalessuntgratia etvirtutes infusae, gratia ut principium radicale operationum supernaturalium, virtutes ut principium immediatum.

Petes utrum sit de fide gratiam sanctificantem esse rigorose et philosophice qualitatem seu habitum?

Jl. negative. Ita tamen esse est certo tenendum.

Prima pars patet. Quia concilia tam Trid. quam Viennense consulto abstinuerunt a vocibus *qualitatis* et *habitus* , ne quæstionem de nomine inter theologo' controversam definirent. Unde videtur quod ille fidei satisfaceret, qui teneret gratiam sanctificantem esse donum habituale internum, distinctum ab actu, animæ permanenttr inhaerens, sive sit proprie et philosophice qualitas seu habitus, sive quid* quid aliud.

Secunda pars etiam patet. Quia habitus proprie est qualitas permanens, difficile mobilis, disponens subjectum ut bene vel male se habeat in suo esse vel operarii atqui gratia sanctificans est permanens, ut *patet ex dictis*, est difficile mobilis quantum est ex se ct suis principiis, nempe innixa influxu divino, et ex se importans inclinationem contrariam peccato quod est ejus destructivum, licet per accidens ratione status ct subjecti possit facile moveri; et tandem hominem de se indifferentem ad bonum et malum, disponit ut bene se habeat circa divina. Ergo.

Neque obstat Auctorem q. 27 de verit. a. 2, ad 7, dicere gratiam non esse proprie habitum ; inteUigit enim habitum immediate operativnm, prout communius usurpatur a philosophis , qui in prima specie qualitatis reponebant tantum habitus proxime operatives : gratia autem proxime ordinatur ad tribuendum esse supernaturale, et mediate, per virtutes scilicet infusas, ad operandum supcrnaturaliler. Hanc esse mentem S. Thomæ patet ex ratione quam subjungit : « Quia, inquit, non immediate » ordinatur ad actum , sed ad quoddam » esse spirituale quod in anima facit. » Insuper dicit ibidem gratiam esse in prima specie qualitatis.

ARTICULUS III.

Utrum gratia sanctificans eit formalist physicaparticipatio naturæ divina:?

Gratiam esse aliquam naturæ divinæ participationem, nullus negat, propter expressa S. Scripturae et Patrum testimonia. Sed quæ et quomodo sit intelligenda dubitatur. Quidam dicunt esse tantum moralem, consistentem in rectitudine voluntatis ct imitatione sanctitatis et justiliæ Dei in suis operibus, eo sensu quo qui imitantur fidem Abrahæ dicuntur ejus filii, qui imitantur malitiam diaboli dicuntur ejus filii, quamvisphysicenon sint ex iis nati. Alii et communius dicunt esse participationem physicam : at non sic intelligenda est ista participatio physica, quasi per gratiam natura divina quoad essentiam communicetur homini, sicut in humanis natura parentis communicatur filio ; hoc enim modo solum communicatur natura divina intra Deum divi*

nis personis, acd intelligenda est accidentaliter per similitudinis participationem, seu per donum aliquod ab ipsa natura divina distinctum, eam analogice et imperfecte imitans ac exprimens. Quo sensu

Hic q. 110. a. 5. ct 4. et q. 112.a. 1. — *Dico.* Gratia est formalis et physica participatio divin® naturæ.

Prob. 1° ex illo celebri et expresso testimonio principis Apostolorum, Epist. 2, c. 1 : *Per ipsum* (Christum) *maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per hæc efficiaminidivinæconsortesnaturæ.* Item S. Scriptura passim testatur justos per gratiam exDeo generari, nasci, renasci el filios Dei fieri. Jacob. 1 : *Voluntarie genuit nos verbo veritatis, ut sirnus initium aliquod creaturæ ejus.* Joan 1 : *Ded teis potestatem filios Dei fieri,qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* Joan. 5 : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* 1 Joan. c. 5 : *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, ct peccare non potest quoniam ex Deo natus est.* El cap. 5 : *Qui natus est ex Deo non peccat : sed gratia Dei conservat eum.* Et plura alia similia. Atqui per generationem et nativitatem natura communicatur, isque solus filius dicendus est qui patris naturam refert : ergo.

Si dicas, hæc omnia posse intclligi de participatione morali.

Contra. Verba quibus Deus dona sua commendat, non sunt exaggerative neque hy 'eibolb a, quasi plus exprimant quam reipsa sint, sed potius sunt infra magnitu- (l m m donorum ; non enim Deus est ut homines, qui parva dona magnificis verbis e' o"ere solent, sed ejus dona ac promissa verborum expressionem superant, juxta illud Apost. 1 Cor. 2: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascndil quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum.* Atqui si gratia non sit propria ‹ t i hysica participatio divin® naturæ, sed moralis tantum, verba qu® illam participationem exprimunt, quod scilicet simus consort divin® natur®, nan ex Deo et filii Dei, erunt exaggeraliva el hyperbolica, nec proprio sensu vera, sed improprio et diminuto; qui enim rem moraliter tantum participat, illam improprie et diminute participat: ergo. Adde, juxta regulam S. Augustini,S. Scripturam proprio etobvio sensu intelligendam esse, ubi nullum occurrit inconveniens : atqui nullum est inconveniens quod gratia sit physica et propria participatio divin® natur® : ergo.

Prob. 2°. Per naturam divinam intelligimus id quod in Deo concipitur ut radix divinarum perfectionum ct principium radicale divinarum operationum,scilicet seipsum intuitive videndi, seipsum amore beatifico diligendi, omnia extra se propter se faciendi : atqui gratia sanctificans hanc fontalem et primitivam Dei perfectionem physice imitatur et exprimit : ergo. *Prob. min.* Homo justus vi grati® sanctificantis radicaliter disponitur et propendet in Deum intuitive videndum, in ipsum amore beato diligendum et ad omnia propter ipsum facienda. Insuper est radix virtutum infusarum qu® sum divinorum attributorum imagines et participationes. Ergo.

Confirmatur 1°. Sic gratia participat naturam divinam, sicut alia dona participant divina attributa : atqui alia dona participant proprie et physice divina attributa : siccharitas proprie participat divinum amorem; lumen gloriæ, divinum lumen ; gloria sanctorum, ipsam Dei gloriam et beatitudinem, Joan 17: *Ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis.* Ergo.

Confirmaturi. Ellectus et finis grati®, quatenus est participatio divin® natur®, sunt reales et physici : ergo et ipsa participatio ; causa enim cujus ellectus et finis sunt reales et physici, est realis et physica. *Prob. ant.* Ellectus grati® sanciilieanlis, ut est participatio divin® naturæ, sunt virtutes stipernaturales, qu® ad illam sequuntur ut proprietates; finis est visio beatifica : atqui h® virtutes et ista vuio sunt reales et physic® : ergo.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Natura divina, cum sit actm purus, ens a se, ens infinitum, plenitudo essendi, etc. non est communicabilis, neque participabitis a creatura;alioquin creatura deberet dici actus purus, ens a se, en» infinitum, etc.

It. D. ant. Natura divina non estcominunicabilis per essentiam creaiune. ‹'∎ accidenlaliler per donum creatum quod na·

turain divinam analogice imitetur et exprimat, V *Solutio patet ex prænotamine.*

Utrum autem gratia participet ipsam rationem actus puri et infiniti, dissentiunt theologi. *Quidam negant* et dicunt sufficere si participet naturam divinam secundum quod est radix operationum divinarum, quibus nempe seipsum diligit, seipsum intuetur, seipsum beat et omnia propter seipsum operatur. *Alii dicunt* gratiam participare etiam rationem actus puri et infiniti, non adæquate, sed inadæquate, quia participat id quod est Deo proprium ut est actus purus et infinitus, nempe ut sit suo modo radix operationum quæ Deo conveniunt ex hoc quod sit actus purus et infinitus. Sed videtur dissensio quoad vocem potius quam quoad rem ; utrique enim conveniunt quod gratia in hoc solum participet naturam divinam, quod sit radix operationum quæ tendunt in Deum modo excedente naturam creaturæ et Deo proprio secundum quod est ens a se et infinitum : dissentiunt autem an oh id debeat dici participare rationem entis a se, actus puri et infiniti.

Obj. 2°. Res inanimate dicuntur generari a Deo. Job. 58 : *Quis est pluviæ pater, aut quis genuit stillas roris?* Atqui tamen illæ non participant naturam Dei : ergo ex prolatis S. Scripturæ testimoniis, quibus dicimur nasci seu generari a Deo, non probatur efficaciter quod gratia sit participatio propria naturæ divinæ.

B. S. Scripturam phrasi poetica, quæ frequens est in libro Job , ibi ponere patrem pro auctore, et sumere generationem lato et improprio sensu pro creatione seu quacumque productione.

Inst. 1°. S. Scriptura eos qui bene vivunt et faciunt Dei voluntatem, vocat filios Dei. Matth. 5 : *Benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filii Patris vestri.* Et Luc. 6 : *Diligite inimicos vestros, et eritis filii /litissimi.* Et Matth. 12, Christus vocat fratres suos, qui faciunt Patris sui voluntatem : atqui his significatur solum morale consortium cum Deo, nosque effici ejus filios moraliter seu imitatione morum : ergo ex testimoniis in probatione allatis quibus dicimur per gratiam lilii Dei, non evincitur participatio propria et physica naturæ divinæ, sed moralis tantum.

R. equidem nos etiam morali quodam modo elïlci filios Dei per imitationem marum : at illa filiatio non excludit alteram qua etiam sumus per gratiam filii Dei, naturam divinam physice participando, sed supponit. Deus enim primo infundit gratiam qua divinam naturam physice participamus ct ipsi grati atque ejus filii efficimur; deinde homo sic Deo gratus et ejus filius per proprios actus gratia informatos, fit etiam sensu morali filius Dei paternos mores imitando : sicut filius alicujus insignis viri, si mores patris sequatur, dicitur adhuc effici ejus filius ; et hoc innuunt verba Christi, *ut sitis filii Patris vestri; sapponunt* enim jam aliunde esse Patrem quam ex dilectione inimicorum.

Obj. 3°. Per gratiam efficimur duntaxat filii Dei adoptivi : atqui adoptio in humanis non communicat naturam, sed tantum jus adhæreditatem: crgo similiter in divinis,

B. N. conseq. Disparitas est, i' quod in humanis adoptio supponat in adoptato eamdem specie naturam quæ est in adoptante ; secus in adoptione divina. 2' Quia amor quo adoptans fertur in adoptatum, est sterilis et effectivus tantum, non effectivus et efficax physice: unde nihil physicum in eo producere potest, sed tantum aliquid morale et civile, scilicet jus ad hæreditatem: amor autem Dei quo adoptat per gratiam hominem, est effectivus et efficax, e ineo efficit bonum quod diligat, scilicet participationem suæ naturæ.

Inferes. Ergo justus non solum est filius Dei adoptivus, sed naturalis. *Prob. illatio.* Communicatio physica naturæ facit filium naturalem. Ergo.

B. N. illationem. Ad prob. D. ant. Communicatio physica naturæ facit filium naturalem, si communicetur essentialiter, ita ut natura illius cui communicatur sit eodem modo ac in generante, *C.* si communicetur accidentaliler seu per donum accidentale et diverso modo ab eo qui est in generante, *N.* Sic est autem in nostro casu, ut patet ex dictis.

CONSECTARIA.

Ex dictis colliges, 1° gratiam habitualem esse entitative supernaturalem. Pro cujus intelligentia,

Observandum est, quod supernaturalitas simpliciter dicta sit elevatio super totaro naturam creatam et creabilem. Sicut enim, v. g. natura angelica dicitur supernatura·

lis secundum quid, quia elevatur super aliquam naturam creatam, scilicet corpoream, ita supernaturalitas absoluta, qualis est divina, est elevatio super omnem naturam creatam ct creabilem.

Duplex distinguitur supernaturalitas : una ex parte causæ efficientis seu quoad modum, et est entitas naturalis supernaturali modo producta, ut resurrectio mortuorum, illuminatio caeci nati. Altera est supernaturalitas ex parte causæ formalis et entitative; et de ista quaestio est.

Observandum insuper, Deum non excedere naturam creatam et creabilem precise in esse, vivere et intelligere, quia ista sunt dispersa in creaturis, sed in modo ea habendi sine admixtione potcntialitalis et imperfectionis. Excedit autem omnem naturam creatam et creabilem in ratione actus puri, entisa se, infiniti, etc.sed juxta quosdam theologos, istæ perfectiones non sunt parlicipabilcs a creaturis, ut dixi supra. Tandem excedit omnem naturam creatam ct creabilem in ratione principii radicalis divinarum operationum, quæhabent ipsum Deum pro objecto specilicativo et connatural! atque ultimo fine : hoc autem, ut dictum est, participatur per gratiam a creatura rationali, quatenus per illam gratiam elevatur homo ad connaturaliter amandum Deum, ipsum videndum,coque beate fruendum, finito tamen modo, cum hæc Deo competant infinito modo; participare enim est partem capere et partem relinquere.

Igitur supernaturalitas gratiæ consistit in ista participatione principii radicalis divinarum operationum; seu, ut alii dicunt, in habitudine ad Deum ut objectum connaturale specilicativum istarum operationum , quod ferine idem est : consequenter gratia est entitative supcrnaturalis.

Colliges 2°, gratiam esse nobiliorem omni alio ente creato; quia bonum creetum co nobilius est et excellentius quo perfectius participat bonum divinum : atqui gratia perfectius participat bonum divinum quam quodlibet ens creatum ; per eam enim homo fit consors divinæ naturæ , ut dictum est. Et hinc Auctor · — infra q. 115. a. 9 ad 2. — */tonum,* inquit, *gratiæ unius , majus est guam bonum natures totius.*

Confirmatur. Illud est melius quod plus ▮ Deo diligitur : atqui Deus plus diligit justum quam omnes creaturas ordinis naturalis, sicut pater plus diligit filium quam domum, agros, pecudes : unde dicit Apostolus ipsum omnia fecisse propter electos.

Nec refert substantiam esse nobiliorem accidente. Id quidem verum est quoad modum essendi ; quia substantia est ens per se, accidens ens in alio : at non quoad speciem ct essentiam : possunt enim accidentia superioris ordinis esse nobiliora quoad speciem quam substanti® inferioris ordinis : sic intellectus est nobilior Iapide.

ARTICULUS IV.

Utrum gratia distinguatur a chardate?

Durandus tenet distingui nomine tantum, Scotus formaliter, quidam virtualiter ratione diversorum officiorum, Thorni'tæ cum Auctore et pluribus extraneis, realiter. Cum quibus

Hic a. 5. o. et q. 27. de verit. a. 2. 0. — *Dico.* Gratia probabilius distinguitur a charitate.

Prob. 1° *ex S. Scripturis, conciliis ct Patribus,* qui diversis nominibus gratiam et charitatem appellant ,et de illis ut de duabus rebus loquuntur. 2 Cor. 15 : *Gratia Domini nostri Jesu Christi et charitas Dei.* Rom. 5: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis:* per Spiritum autem intelligitur gratia per quam Spiritus habitat in nobis. iTiin 1 : *Superabundant gratia Domini cum fide ct dilectione.* Concil. Viennense Clement, *de sanctissima Trinitate,* dicit baptizatis infundipruriam *et virtutes.* Moguntinum anno 1549, c.7: « Gratia, *inquit*, cum venia peccatorum » accipitur, et per Spiritum sanctum cum » fide charitas. · Trid. sess. 6, cap. 7 : « Renovatio interioris hominis fit per \o- » hinlariam susceptionem gratiæ et dono- »» rum. » Can. 11, definit hominem non justificari *exclusa gratia et charitate;* ct hoc sensu mentem concilii intellexit ejus Catechismus parte 2 de Baptismo, ubi cum cap, 58 dixit hominis animam in baptismo divina gratia repleri, earnque descripsit , cap. 59 immediate subjungit : « Huic additur nobilissimus omnium vii » tutum comitatus, quæ in animam cum »» gratia infunduntur. ·· S. Aug. de Dono Persev. cap. 16 : *Gratia proecenil charitatem;* et in Psal. 105, v. 13, definit gr>

tiam, quod sit *nitor animæ sanctum concilians amorem.* Porro nulla ratio afferri potest cur S. Scriptura, concilia et Patres, loquemes in re dogmatica , semper unam et eamdem rem intelligant sub diversis nominibus gratiæ et cliaritatis seu virtutum; ad minus inutilis esset repetitio, incongnia et vitiosa battologia , praesertim id tam frequenter repetendo : inde igitur eruitur si non certitudo, saltem magna probabilitas nostræ sententiae.

Ibid. — *Prob.* 2°. Charitas supponit gratiam : ergo realiter distinguitur ab illa. *Prob. ant.* Virtus supponit naturam sibi proportionalem; virtus enim est perfectio potentiae congruens naturæ ; seu, ul dicitur communiter ex Philosopho, *est dispositio perfecti ad optimum;* id est, dispositio naturæ jam constitutae ad operandum in ordine ad finem ipsi naturæ convenientem. Ergo sicut virtus humana supponit naturam humanam quam disponit in ordine ad finem naturalem consequendum, ita virtus supernaturalis supponit naturam elevatam ad esse supernaturale quam disponit congruenter in ordine ad finem supernaturalem consequendum. *Subsumo.* Atqui charitas est vultis supernaturalis, et esse supernaturale communicatui per gratiam, ul dictum est ; ergo charitas supponit gratiam.

Dices eamdem formam posse præstare huncutnimque effectum,scilicet elevationem ad esse supernaturale et dispositionem ad operandum ; quia licet virtus debeat esse distincta a natura , quando natura est substantia quæ non est per seo| eraliva, secus tamen si ipsa natura sit accidentalis , ut et gratia; tunc enim nihil obest quin eadem forma tribuat esse ct reddat operativum : sicut idem calor tribuit ligno esse calidum et çalefactivum.

Sed contra 1°. Elevatio naturæ est in essentia animæ, virtus operativa in potentia animæ ; non potest autem eadem forma subjectari in duobus subjectis realiter distinctis ex philosophia. 2° Si una et eadem forma propter sui eminentiam posset tribuere elevationem in anima et operationem in potentia, poterit pariter una et eadem forma præstare effectus omnium virtutum infusarum et donorum; sicque perperam dishngueremus septem dona, tres ▾ irtutes theologicas, etc. Non enim est ratio cur una forma propter sui eminenliant possit tribuere elevationem et operationem, et non possit tribuere plnpeseffectus virtutum in potentiis, s» Esto id fieri posset de potentia Dei absoluta, connaturalius tamen est ut id fiat per diversas formas ; quia cum in quolibet ordine esse præsupponatur ad operari, ita principium essendi debet præsupponi ad principium operandi : unde ul idem sil principium essendi et operandi , requiritur maxima eminentia quæ non est connaluralis nec secundum cursum ordinarium.

Ad exemplum caloris in ligno, disparitas est, quod non sit virtus respectu ligni, sed requiritur tantum ad illud alterandum et ad diffundendum similem virtutem extra se : virtus autem non disponit subjectum precise ad agendum extra illud , sed ad agendum confonniler ad suam naturam ; est enim , ut dictum est, dispositio perfecti ad optimum : ergo debet supponere naturam in tali subjecto, qua fiat sibi conveniens operari per talem virtutem. i\on est autem conveniens naturæ secundum se et non elcvatæ operari per virtutem supernaluralcm, quia non est sibiproportionatas, ed excedens.

('o 'firmatur conclusio multipliciter. 1° Gratia est effectus ct terminus dilectionis Dei, ut diximus superius ; charitas est <pia diligimus Deum , seu dilectores Dei efficimur: atqui Deus prius non diligit quam ipsum di igainus, nam *prior diltxd nos, 1* Joan. 4.

2° Gratia e-t participatio divins naturæ, charitas partici atio divinæ vohiiiluis ; atqui istæ participationes sunt naturaliter distincts : ergo. *Prob. min.* J uin quia natura et voluntas in Deo virtualiler distinguuntur ; quæ autem virtualiterin Deo distinguuntur, participata in creaturis realiter distinguuntur; tum quia plus differt natura a voluntate quam voluntas ab intellectu : sed participatio voluntatis differta participatione intellectus: ergo.

3° Omnis inclinatio sequitur ad formam: sed charitas est inclinatio ordinis supernaturalis : ergo supponit formam supernaturalem ad quam sequitur.

4° Deus non minus providet natura in ordine supernatural! quam in oruinc naturali : atqui in ordine naturali reni ita constituit, ut primo det formam essentia-

lem seu naturam cui competat talis finis , deinde potentias in ea radicatas ad operandum pro assecutione finis · ergo similiter in ordine supernatural!.

Dices Ex doctrina hucirquc tradita sequitur quod virtutes infusæ non magis possint esse sine gratia quam proprietates sine essentia a qua dimanant, v. g. quam potentiæ naturales sine anima rationali : atqui *falsum esse consequens patet* in fide et spe, quæ remanent in peccatore sine gratia : ergo.

R. D. min. Fides ct spes remanent in peccatore secundum nudam eniitaiem et ut in subjecto præternaturali, *C.* secundum rationem virtutis perfect® et format®, et ut in subjecto connatural!, *N.* Sunt autem proprietates gratiæ secundum rationem virtutis perfectae et format®, et ut existunt in subjecto connaturali; secus sumptæ secundum substantiam el ut existunt in subjecto præternaturali, qualis est peccator. Sic, v. g. calor in igne in quo est secundum perfectum esse, est proprietas ignis : at calor in aquaubi habet esse imperfectum et in qua est ut insubjecto præternaturali et violento, non est proprietas aquæ.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1° *cum Honorato Tournely.* Non sunt realiter habitus distinguendi, quorum iidem sunt effectus : atqui cliaritatis et gratiæ iidem sunt elfcctus · ergo. *Prob. min.* Sex sunt effectus gratiæ sanctificantis. Primus, gratia sanctificans nos filios Dçi efficit : at id de charitale affirmat S. Joannes, 1 Epist. 4 : *Omnis qui diligit, ex Deo natus est.* Secundus, gratia nos Deo gratos el acceptos reddit : id efficit charitas, Joan. 4 : *Qui diligit me, diligetur a Patre meo.* Tertius, gratia vitam spiritualem nobis confert : at de charitale dicitur 1 Joan. 5 : *Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres ; qui non diligit manet, in morte.* Quartus, gratia nos Deo conjungit: at id quoque præslat charitas, 1 Joan. 4 : *Qui manet in charitatc, in Deo manet, d Deus in eo.* Quintus, gratia est radix omnium bonorum operum : at Apost. 1 Cor. 15, omnium fere virtutum actus charitali tribuit *Charitas patiens est, benigna est,* eic SeUUS denique, gratia est semen vitæ ætcrnæ. ac salutis nosti a· causa : at de charitale id ipsum dicitor Jacob. 1 : *Coronam vitee repromisit Deus diligentibus se.* Ergo. Potuisset addere objiciens quæ communiter opponuntur, scilicet illud 1 Joan. 5: *ridete qualem eharitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur el simus ;* et illud Christi, Luc 7t *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum;* esse enim filius Dei et peccata dimitti, sunt effectus gratiæ.

R. 1° *generaliter ad hac omnia,* eosdem effectus tribui gratiæ et charitati, non quod sint unus habitus , sed quia sunt inter se connexæ et ex natura sua inseparabiles : unde fit ut quæ graliæ formaliler conveniunt, tribuantur charitati ut præcipuæ ejus proprietati; et vicissim ea quæ charitati propria sunt, tribuantur gratiæ ut ejus radici. At vero quam imbelle sit istud argumentum, inde patet, quod non solum charitati, sed etiam fidei eosdem effectas tribuat S. Scriptura, nempe quod justificet, quod peccata remittat, quod Deo uniat, quod nos Deo gratos reddat, etc. et tamen nullus catholicus hinc infert gratiam sive charitatem et fidem non distingui realiter. Dicendum itaque quod, cum gratia, fides et charitas simul concurrant ad justificationem, quælibel suo modo, ideo justificatio singulis tribuitur, sed cuilibet suo modo absque alterius exclusione.

R. 2° *etiam generaliter,* charitati m saepe sumi in S. Scripturis et Patribus non pro solo habitu cliaritatis nos inclinante ad diligendum Deum, sed pro vinculo amicitiæ quæ est inter nos el Deum, quo scilicet et diligimus Deum et diligimur a Deo, quo sensu charitas includit gratiam, omnesque effectus gratiæ tribuuntur charilafi et vicissim.

R. 5° *ad singula. Ad primum.* Omnis qui diligit, cx Deo natus esi, id est, quia esi ex Deo natus, diligit, at non ideo natus est ex Deo, quia diligit. — Ç. 27. do verit. cit. — *Ad secundum.* Revera qui diligit Deum, diligitur a Deo, non tarner ejus dilectio est causa cur Deus ipsum diligat, sed potius e converso; ipse enim prior dilexit nos, ut dictum est; et quia nos dilexit, dedit nobis gratiam et charitatem qua diligeremus ipsum. *Ad tertium,* sensus est, quod ex dilectione fraterna tanquam ex signo habeamus certitudinem moralem quod smms in gratia; quia dilec-

tio proximi ct condonatio injuriarum est effectus et fructus indubitatus gratiæ. Ita Tirinus post SS. Basil, et Leon, zfd *quartum.* Charitas nos jungit Deo ut amico dilecto formaliter, gratia autem nos jungit Deo ut antico diligenti; prior autem diligit nos quam ipsum diligamus. Vel qui manet in charitate, in Deo manet et Deus in dio ; quia qui manet in charitate, habet gratiam per quam primo Deus est in nobis, z/d *quintum,* non est sensus quod charitas sit radix omnium bonorum operum et omnium virtutum, sed quod actus omnium virtutum efficiat, non eliciendo, sed imperando , cisque ea ratione perfectionem et meritum tribuat, *Ad sextum. Vila* alterna promittitur et corona et merces actibus charitatis, gratiæ autem promittitur ut hæreditas. Vel vita aeterna promittitur charitati ut principio proximo actus meritorii, gratiæ ut principio radicali. z/d *primum additum.* Non agitur ibi de charitate qua nos diligimus Deum, sed qua Deus nos diligit,seu de dono et effectu divinæ dilectionis qui est gratia, quem S. Scriptura vocat charitatcm Dei, eo sensu quo voluntas Dei dicitur id quod vult Deus; ut cum dicimus : *fiat voluntas tua.* Unde *cx hoc textu potius confirmatur conclusio quam infringatur. Ad. secundum additum}* sensus est, quod remissio peccatorum tribuatur charitati, ut dispositioni comitanti gratiam, quæ est formaliter remissio peccati : unde illi qui plus diligit, plura peccata remittuntur, quia majorem gratiam habet.

Obj. 2° *cum eodem.* Causa formalis qua justificamur, est gratia sanctificans : hinc enim justificans etiam appellatur : atqui charitas est causa formalis qua justificamur: ergo. *Prob. min.* Concil. Trid. sess. 6, cap. 7, ait nos effici fonnaliter justos per justitiam qua donamur a Deo; et paulo post ait id fieri in nobis, dum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui justificantur. Ergo.

B. N. min. Ad prob. Concilium non dicit nos effici formalitcr justos per infusionem charitatis, sed per justitiam qua donamur a Deo; quod fit, inquit, dum infunditur charitas, quia cum charitate simul infunditur gratia, neque solum gratia,sed etiam fides et spes, ut subjungit ibidem concilium. Hæc enim omnia et gratiam et virtutes complectitur justitia qua donamur I et justificamur, ita ut omnia concurrant in t ratione unius formæ complota* justificationis, quodlibet suo modo ; gratia dignificando et rectificando animam, virtutes ordinando potentias in operationes et finem. Id aperte significat concilium ibid, initio capitis, dum dicit justificationem esse *sanctificationem et renovationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ et donorum;* ct postea subjungit quod *in ipsa justificatione cum remissione peccatorum* (quæ fit fonnaliter per gratiam) *hate omnia simul infusa accipit homo... fidem, spem ct charilatem. Vnite* neminem movere debet quod in verbis objectis non exprimat gratiam ; illam enim expresserat initio capitis, ut distinctama virtutibus, et in verbis sequentibus illam innuit per remissionem peccatorum, quæ, ut dixi, est effectus formalis gratiæ. Insuper can.11 ejusdem sessionis hanc distinctionem exprimit, dum dicit homines no: justificari *exclusa gratia ct charitate. Si* forte dicas concilium in hoc ultimo loco prosequi in singulari numero sic : *Qua in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur atque illis inhaereat;* quod signum est ipsum loqui dc gratia et cbaritate tanquam de una et eadem re : *B.* concilium locutum fuisse in numero singulari, non quia gratia et charitas sunt unus habitus, sed quia sunt unum in rationecausæ formalis justificationis; loquitur enim de illis quatenus constituunt unam causam completam justificationis.

Obj. 5°. Si gratia et charitas realitcr distinguerentur, possent saltem de potentia Dei absoluta separari, sicut proprietates naturales possunt dc potentia Dei absoluta separari ab essentia, ut calor ab igne : atqui *falsum consequens;* ergo. *Prob. min.* Si gratia esset in aliquo sine charitate, ille esset Deo gratus et amicus, quia eum esse talem efficeret gratia; et non esset, quia non diligeret Deum. Item iste salvaretur, cum per gratiam esset filius Dei adoptivus ct consequenter hæres regni ; et non salvaretur , quia non haberet charitatem, sise qua nemo salvatur. Similiter si esset in eo charitas sine gratia, esset gratus Deo, quia ipsum diligeret ; et non esset gratus, quia careret gratia per quam fit gratus. Item posset salvari, quia nullum haberet peccatum , quod est incompOssibile cum chari-

talc; clnon posset, quiacarensgratia, non esset filius et hæres, et ideo non haberet jus ad regnum. Ergo.

Λ. *dato ant. N. min. Ad primum inconveniens, /t.* quod iste foret formalitcr Deo gratus et a Deo dilectus per gratiam, ex qua natus est sequi habitus charitatis qua fieret etiam Dei dilector, si non impediretur ; et ideo non obstaret quin Deus ipsum diligeret, præsertim cum in occasione posset etiam diligere Deum ex motione Spiritus sancti. *Ad secundum, R.* quod iste salvaretur, non jure meriti, sed jure hæreditalis: quod autem nemo salvetur sine charitate, id verum est secundum cursum ordinarium, non extraordinarium. *Ad tertium.* Multi negant possibilitatem hypothesis; quia, inquiunt, impossibile est dari proprietatem præsertim vitalem in aliquo subjecto sine essentia a qua dimanat ; sic non potest esse intellectus aut voluntas sine anima rationali : charitas autem est potentia vitalis ordinis supernatural, unde non potest existere sine gratia quæ est radix vitæ supernaturalis. Sed data possibilitate hypothesis, *R.* quod iste homo foret gratus Deo dispositive, non formalitcr, et quod salvaretur non jure hæreditatis, sed jure meriti; non quidem omnino de condigno, propter defectum dignitatis personalis, sed aliquo modo inferiori : vel, ut alii volunt, pertineret ad Dei providentiam de aliquo alio fine ei providere.

Obj. 4°. Si gratia distinguatur a charitate, ut essentia a proprietate, sequitur quod gratia non possit augeri, quia essentia rei non suscipit magis et minus : *falsum consequens* .· ergo.

R. N. sequelam. Ad prob. D. Essentia rei secundum perfectionem specificam considerata non suscipit magis et minus essentialiter, *C.* Si enim ei aliquid essentiale addas aut subtrahas, jam non erit eadem essentia ; sicut si numero ternario demas aut addas unitatem, desinit esse ternarius. Essentia rei individualis non suscipit magis et minus accidentaliter, *N.* In his enim rebusquæ suscipiunt magis et minus, quai» est gratia, dum augentur aut minuuntur, earum essentia individualis pariter augetur aut .nimiitur : patet in ipsis virtutibus, v. g. charitate, quæ dum augetur, eius essentia individualis augetur.

Petes quomodo virtutes dimanent a gratia?

R. quosdam opinari quod dimanent tantum moraliter, quatenus simul infunduntur cum gratia, si non præextitennt. Alii existimant dimanare non tantum moraliter, sed physice, seu saltem modo quodam ad fluxum physicum accedente, quatenus scilicet gratia ita est radix illarum , ut juxta dignitatem status et capacitatem subjecti illas exigat; idquevidelurconformius modo loquendi S. Thomæ, qui dicit virtutes a gratia fluere, derivari, oriri, etc. Et alioquin accidens commune quod naturaliter comitatur subjectum, posset dici pariter dimanare ct fluere asub-tantia rei; quod tamen non solet dici nisi de proprietatibus.

ARTICULUS V.

Utrum gratia sit in essentia animæ tanquam in subjecto, an in aliqua potentia?

Q. 110. a. 4. 0. —*Dico.* Gratia est in essentia animæ tanquam in subjecto, et non in aliqua potentia. *Sequitur ex articulo praeedenti.*

ibid. — *Prob.* Omnis perfectio potentiæ rationalis est virtus, potentia enim est ad operandum, et virtus est habitus opérations, *ut patet ex didis* in q. 55 et 56 : atqui gratia non est virtus sed prius virtute, ut probatum est art. præcedenti : ergo debet ei assignari subjectum prius potentiis animæ, quod non potest esse aliud quam essentia animæ, utscilicet sicut homo participat per intellectum cognitionem divinam mediante virtute fidei, et per voluntatem participat amorem divinum mediante virtute charitatis, ita etiam per naturam animæ participat secundum quamdam similitudinem naturam divinam per quamdam regenerationem et recreationem.

ib. in nrg. s. c. — *Confirmatur* 1°. Per gratiam regeneramur in filios Dei : atqui generatio prius terminatur ad essentiam quam ad potentias : ergo.

Confirmatur. 2°. Inconveniens foret quod essentia animæ mimis perficeretur (Ionis supernaturalibus quam ejus potentiæ : ergo debet in ea reponi aliquod donum supernatural? ipsam elevans ad ordinem supernaturalem, ut totus homo sit supernal uraliter perfectus et quoad esse et quoad operari : atqui nullum aliud potest

assignari quam gratia habitualis : ergo.

Obj. 1°. Gratia et gloria sunt in eodem subjecto : atqui gloria non est in essentia animæ, sed in ejuç potentiis, est enim ipsa beatitudo formalis, scilicet % isio clara Dei: ergo. *Prob. maj.* Gloria nihil est aliud quam gratia consummata. Ergo.

fi. hoc argumento probari, si quid probet, gratiam esse actum et non habitum, siquidem gloria sumpta pro beatitudine formali, sit actus, scilicet visio Dei. Igitur *N. maj. Ad prob. D. ant.* Gloria sumpta pro beatitudine formali, quæ est Dei visio, est gratia consummata, ÏV. *ant.* Alias , ut dixi, gratia consummata foret actus. Gloria sumpta pro radice hujus beatitudinis formalis, est gratia consummata, *C.* Et hæc gratia quidem consummatur per beatitudinem formalem, sicut quælibet res consummatur per assecutionem finis : at non est ipsa beatitudo formalis.

Obj. 2°. Opposita sunt in eodem subjecto · atqui peccatum quod opponitur gratiæ, est in voluntate ▫ ergo.

fi. D. min. Peccatum quoad actum et habitum vitiosum est in voluntate, *C.* peccatum quoad reatum, offensam ct maculam, quæ est ipsa privatio gratiæ, N. Sic enim est in essentia animæ.

Obj. 3°. Gratia est principium et forma meriti; atqui meritum est actus potentiæ ▫ ergo.

Ibid. ad. 2. — *fi. D. ant.* Gratia est principium radica'e meriti, *C.* principium proximum, *N.* Dicitur autem forma meriti, quatenus reddit personam Deo gratam, et consequenter ejus actum gratum ; unde debet residere in essentia personæ.

DISSERTATIO V.

DE DIVISIONE GRATIÆ.

D. Th. Q. 111.

ARTICULUS I.

Paria divisiones gratia·.

Gratia ut sic theologice sumpta, prout de ea hic agimus, est *Donum supernatural, gratis a Deo concessum creatura rationali, intuitu meritorum Christi, in ordine ud salutem æternam.*

Dicitur *donum* , quod tenet locum generis. Dicitur *supcrnaturale*, ut distinguatur a donis naturalibus, quæ non nisi lato sensu gratia; dicuntur : non tamen inde excluditur certa dispositi" rerum naturalium ex singulari providentia in ordine ad salutem; hæc namque est supernaluralis ex parte finis et principii. Dicitur *gratis concessum,* id est, nullo modo debitum, alioquin non foret gratia, ut di. cit Apostolus. Dicitur *creatura rationali a Deo concessum , intuitu meritorum Christi, in ordine ad salutem.* Per primas particulas designatur subjectum seu causa materialis gratiæ; per sequentes, causa efficiens; per subséquentes, causa meritoria; per ultimas, causa finalis.

Gratia sic descripta dividitur 1° in externam et internam. Externa est quæ hominem intrinsece non afficit, sed extrinsece tantum, ut sunt lex divina, prædicatio Evangelii, miracula, exempla Christi et sanctorum, occasiones bene agendi providentia supernatural! præparatæ, occasio· nes peccandi eadem providentia remoti; uno verbo, omnis effectus providenliæ supernaturalis ad salutem nostram ordinatus. Hanc gratiam eleganter ex parte describit S. Aug. lib. 50 Romiliarum, Horn. 23, inducens Deum sic loquentem ; *fiegebam It mihi, servabam te mihi : ut adulterium non committeres suasor defuit, ut suasor deesset ego feci; locus et tempus defuit, ut deesset ego feci. Agnosce ergo gratiam.* — Hic q. 110. — Ad hanespeciem potest reduci amor quo nos Deus ab æterno dilexit in ordine ad bcatitudinem; et dicitur gratia increata, ex qua in tempore effluunt omnes gratiæ creatæ : dc qua gratia increata abunde dixi tract, de Deo dissert de volutate Dei et de prædestinalione; nunc autem agitur de gratia creata. Gratia interna est quæ hominem intrinsece afficit, sive hærendo ut gratia habitualis et virtutes infusa·; sive interius movendo, ut sunt gratiæ actuales intellectus et voluntati-'.

Hic q. 111. a. 1.0.—2° Gratia interna dividitur in gratiam gratis datam, et gratiam gratum facientem : non quod gratia gratum faciens non sit etiam gratis data, sed quia cum primum membrum carcat proprio nomine, illi ut ignobiliori tribuitur nomen generis, sicut brutum dicitur animal Gratia gratis data est qoæ per se

primo ordinatur ad salutem aliorum, et definitu»·, nonum T'Doi gratis collatum ad procurandam aliorum salutem, juxta illud 1 Cor. 12 ' *Datur unicuique manifestatin spiritus ad utilitatem,* scilicet aliorum. Gratia gratum faciens est quæ per se primo ordinatur ad salutem recipientis, et definiri potest, donum gratuitum quo homo justus ct acceptus Deo constituitur. Dixi de utraque *per seprimo ;* quia et gratia gratis data potest secundario conducere ad salutem recipientis, si bene, id est, ex cliaritale Dei et proximi ea utatur; et gratia gratum faciens potest etiam secundario conducere ad salutem aliorum per exempla virtutum : sed neuter iste finis est primarius,

Gratiæ gratis datæ enumerantur novem species ab Apostolo loco cit., I Cor. scilicet sermo sapientiæ, sermo scicntiæ, fides, gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetiæ donum, discretio spirituum, genera linguarum, interpretatio sermonum.

Ib. *a4* o. — Hanc gratiæ gratis datæ divisionem esse bonam et sufficientem probat Auctor hoc eleganti discursu. Gratia gratis data ordinatur ad ædificationem corporis Ecclesiæ et aliorum salutem , non quidem interius movendo, hoc enim solius Dei est proprium, sed exterius docendo et persuadendo : atqui ad hoc tria requiruntur . primum, quqd homo sit sortitus plenitudinem cognitionis divinorum, ut ex hoc alios possit instruere; secundum, ut possit confirmare et probare quæ dicit, alias non esset efficax ejus doctrina; tertium, ut ea quæ concipit possit auditoribus convenienter proferre.

Quantum ad primum tria sunt necessaria, sicut etiam patet in magisterio humano; oportet enim quod ille qui debet alium instruere in aliqua scientia, 1» ut principia illius scicntiæ sint ei certissima, et quantum ad hoc ponitur fides. 2° Oportet quod doctor recte sc habeat circa principales conclusiones scicntiæ, et sic ponitur sermo sapientiæ, cujus est ex altioribus principiis concludere. 5° Oportet ut abundet exemplis ct cognitione effectuum naturalium, quia invisibilia Dei perca quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; ctquantum ad hoc ponitur sermo scicntiæ, quæ est cognitio rerum humanarum.

Quantum ad secundum , confirmatio et probatio rerum fidei per argumenta fieri non potest, quia excedunt rationem ; undo adhiberi debent quæ sunt divinæ virtuti propria, ct hoc dupliciter : uno modo faciendo quæ sola Dei virtus efficere potesi in operibusmiraculosis, sive particularibus ad salutem corporum, et ad hoc ponitur gratia sanitatum; sive generalibus operando supra totius naturæ ordinem ad divinæ potestatis manifestationem, sicut quod sostet aut tenebrescat, etc. et ad hoe ponitur operatio virtutum : secundo modo ea cognoscendo ct revelando quæ solus Deus cognoscere potest ; et hæc, sunt vel futura contingentia, et ad hoc ponitur prophetia; vel occulta cordium, ct ad hoc ponitur discretio spirituum.

Quantum ad tertium, scilicet facultatem convenienter proponendi conceptus suos de rebus fidei, duo requiruntur : primum, ut .pii docet calleat linguam illorum quos instruit; et ad hoc ponitur donum linguarum ; secundum, ut sensum verbi Dei, qui quandoque est occultus, explicet; et ad hoc ponitur interpretatio sermonum. Ergo.

Dices 1°. Fides est virtus theologica , sapientia ctscientia numerantur inter dona Spiritus sancti ; atqui hxc pertinent ad gratiam gratum facientem ergo. 2° Operatio virtutum seu miraculorum continet sub sc gratiam sanitatum : ergo non debent distingui. 5° Character sacerdotalis, jurisdictio in foro interno, assistentia Spiritus sancti data Ecclesiæ et SS. pontifici, sunt gratiæ gratis datæ,et tamen non continentur in prædicta divisione . ergo non est adæquata.

B. ad primum, fidem hic non sumi pro virtute theologica qua siinplicitercredimus ea quæ Deus revelat, sed pro speciali intelligenliaet eminenti certitudine quæ mentem interius firmat circa principia fidei, cl quæ exterius in verbis se manifestans, ipsis conciliat auctoritatem ut sint efficacia ad alios instruendos ct confirmandos in fide. Sapientia et scientia sunt dona Spiritus sancti ; ct pertinent ad gratiam gratum facientem,quatenus reddunt hominem aptum ut ad propriam utilitatem molatur a Spiritu sancto circa veritates fidei : at sermo sapientiæ et scicntiæ important habilitatem ad explicanda mysteria fidei prout expedit ad aliorum utilitatem,quæ facultas non est in omnibusjustis, nec spectat habente uti-

litatem, et ideo pertinet ad gratiam gratis datam.

Ad secundum. Quamvisgratia sanitatum et operatio virtutum, seu miraculorum, sint inter se affines, differunt tamen; turn quia sæpe separantur; tum quia in gratia sanitatum relucet præcipue Dei benignitas erga miseriam hominis, in operatione autem virtutum relucet magis omnipotentia Dei toti naturæ imperans; tum quia gratia sanitatum allicit ad fidem per modum beneficii, operatio virtutum per modum prodigii ; et his de causis Apostolus posuit ut gratias distinctas.

Ad tertium. Character sacramentalis, jurisdictio in foro interno et specialis assistentia Spiritus sancti Ecclesiæ concessa, non perlinent ad gratias gratis datas, sed ad minislraiionem et operationem, quas Apostolus ibidem distinguit a gratiis gratis datis : *Divisiones gratiarum sunt,* inquit, *idem autem spiritus ; divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; ct divisiones operationum sunt, idem vero Deus.*— In c. 12. 1. Cor. lect. 1.— Hæc autem distinguuntur, quatenus gratia gratis data solum importât actum manifestatis um fidei : ministratio vero seu ministerium dicitauctoritatcm exercendi aliquem actum in ordine ad alios, ut apostolatus, episcopatus, presbyteratus etquæcumquc prxlalio. Operatio autem est exeeutio ministerii.

Si petas quæ gratia sit excellentior, an gratis data, an gratum faciens?

Hic a. 5. 0. — //. gratiam gratum facientem esse excellentiorem ; tum quia Apost. cap. 12 cit. 1 Cor. post enumeratas gratias gratis datas, dicit: *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro,*et, *ut patet cx sequentibus,* loquitur de charitate,quæ pertinet ad gratiam gratum facientem ; tum quia gratia gratum faciens immediate conjungit Deo hominem cui inest : gratia vero gratis data deservit tantum ut alii disponantur ad conjunctionem cum Deo.

3° Gratia gratum faciens dividitur in habitualem et actualem. Habitualis duplex : una formaliter sanctificans, et estgratiahabitualis residens in essentia animæ, ut dictum est; altera est sanctificans complete, ct sunt virtutes infusæ. Gratia actuali* est quæ concurrit efficientur ad justificationem, quatenus per eam Deus movet ad vitam pie I instituendam et ad opera salutaria cfRcienda, (jiiibus vel disponimur ad gratiam habitualem, vel eam conservamus. vel ejus augmentum meremur. De gratia actuali quædam scitu necessaria dixi a. 1 dissert. 3 : relege.

ibid. α. 2. 0. — 4° Gratia actualis dividitur in operantem ct cooperantem. Hæc divisio fundaturinS. Scriptura,conciliis et Patribus. S. Scriptura duo tribuit gratiæ : primum , quod operatur aliquid in nobis praeveniendo operationem nostram. Act.16: *Aperuit cor Lydia: purpuraria intendere lus quædicebantur a* P<n4o;etPhi!ipp.2: *Operatur velle:* secundum, quod nobiscum jam operantibiiscooperetur, 1 Cor.15: *Non egoy sedgrat ia Dei mecum;el* Mare. 16: *Prædicaverunt ubique Domino coopérante.*

Concil. Arausic. II, can. 9 : « Quoties *n* bona agimus, Deus in nobis atque nobis- » cum operatur. » Quibus verbis utraque gratia operans et coopérons significatur. Et can. 20 : « Multa Deus facit in homine bona » quæ non facit homo : » en gratia operans, prout explicabitur infra. « Nulla vero facit » homo bona, quæ non Deus praestat ut fa- » cit homo : » en gratia coopérons.

S. Aug. lib. de Grat. et Lib. Arbit. c. 17, a quo theologi hanc divisionem sumpserunt : « Cooperando Deus, *inquit*, in no- » bis perficit quod operando incœpit; quia » ipse ut velimus operatur incipiens, qui » volentibus cooperatur perficiens.....Ut ⁾(ergo velimus, sine nobis operatur; cum » autem volumus, et sic volumus ut facia- » mus, nobiscum cooperatur, « S. Greg. » lib. 16 Mord. c. 10 : Superna pietas prius » agit in nobis aliquid sine nobis, utsub- ») sequente nostro libero arbitrio, bonum » quod appetimus agat nobiscum. »

ibid.— Sic autem Auctor hanc divisionem intelligit ct explicat : Operatio alicujus effectus non attribuitur mobili, sed moventi : in illo ergo effectn in quo mens nostra est mota et non movens, solus autem Deus movens, operatio Deo tribuitur, et secundum hoc dicitur gratia operans : in illo autem effectu in quo mens nostra et movet et movetur, operatio non solum tribuilur Deo, sed etiam animæ, ei secundum hoc dicitur gratia coopérons.

Deinde docet quod respectu pnmi actus voluntatis quo incipit bonum velle,sive sit

primus simpliciter, sive in aliquo particulari negotio, de quo non cogitabat, aut cum prius malum volebat, voluntas nostra sit mota et non se movens; consequenter respectu primi illius actus dicatur gratia operans, respectu autem aliorum actuum a voluntate operatorum ex illo primo actu, voluntas sit movens et mota : et ideo respectu illorum dicitur gratia cooperaris. Et quia ille primus actus est principium ad alios, vocat illum interiorem, actum autem ab illo causatum vocat exteriorem, quasi extra illum priorem.

Difficultas superest quomodo voluntas se habeat ad illum actum primum seu interiorem, qui est effectus gratiæ operantis.

Et 1° certum est quod non se habeat passive, est enim vitalis volitio boni, consequenter actus elicitus a voluntate. Hoc supposito,

Quidam existimant quod voluntas non se habeat libere ad illum effectum gratiæ operantis, ideoque quod ista prima volitio finis sit actus indeliberatus,quo voluntas posita in actu se moveat deliberate ad alios actus, et etiam, cum sit reflexiva supra seipsam, ad hunc primum suum actum admittendum vel rejiciendum, respectu quorum actuum sequentium dicitur gratia cooperans.Unde illud dictum concilii et Patrum : *Deus sine nobis operatur ut velimus,* intelligunt sine nobis libere operantibus.

Alii putant hanc primam volitionem boni supernaturalis, quæ est effectus gratiæoperantis, esse liberam; quia, inquiunt, ad hoc quod voluntas libere agat, non est necesse quod ex præcedenti actu se moveat, sed sufficit quod objectum proponatur sub indifferentia judicii ; tunc enim intervenit virtualis deliberatio : confer quæ dixi dissert. 5 de Act. hum. a. 5, et tract, de Angel. dissert. 4, a. 6, et dissert 5, a. 4. Idque aliunde videtur conforme Auctori,qui hic a. 2 0, loquens de gratia quæ dividitur in operantem et cooperantem, dicit esse auxilium quo *Dcus nos movet ad bene vo-lendum et agendum* bene velle autem est libere velle, quia volitio necessaria neque bona est n°que mala,cum non sit moralis. Et infra q. 115, a. 5 0, dicit quod in eo qui Labet usum liberi arbitrii, non sit motio a Deo ad justitiam absque motu liberi arbitrii. Juxta hanc sententiam, illud dictum.;*sine nobis,* intelligitur sine nobis nos moventibus, et illud Gregorii,trf *s''bte-quente nostro libero arbitri'),* cic. in ‹ |-ligitur delibero arbilrio se im vi-ute. Luaque sententia potest sustineri.

Quæhucusquedixi depræsen'i divisione gratiæ in operantem et coo[µ·rantem,spectant gratiam actualem. Observat autem S. Th. — ibid. — hanc divisionem etiam pertinere ad gratiam habitualem ratione diversorum officiorum. Ut enim exercet rationem causæ formalis sanando et justificando , dicitur gratia operans ; ut autem est principium radicale actus meritorii in genere causæ efficientis, mediantibus scilicet verlutibus infusis, dicitur graliacooperans.

Ibid. α. 5. 0. — 5° Dividitur gratia in prævenicntem et subsequentem,juxta illud Psalm. 58 : *Misericordia ejus praeveniet me;* et Psal. 21 : *Misericordia ejus subsequatur me.* Unde orat Ecclesia : *Tua nos gratia et proveniat et sequatur.*

Hanc divisionem exponit hic Auctorper ordinem ad effectus priores ct posteriores. Sunt enim quinque effectus gratiæ in nobis, qu· rum primus est ut anima sanetur ; secundus, ut bonum velit; tertius, ut bonum quod vult efficaciter operetur ; quartus, ut in bono perseveret; quintus,ut ad gloriam perveniat: igitur gratia secundum quod causât in nobis primum effectum, vocatur praeveniens respectu secundi effectus ; et prout causât secundum, vocatur subsequens respectu primi; et sic de cæteris.

Q. 27. de verit. a. 5. ad 6. — A1Î0 modo potest intelligi gratia praeveniens etsubsequens respective ad hominem quem movet: ita ut dicatur gratia praeveniens, quæ facit ut homo bene velit; subsequens, quæ facit ut homo exequatur bonum quod volebat. *Nolentem provenit ut velit,* inquit S. Aug. Enchirid. c. 52, *volentem subsequitur ne frustra velit.*

Nota tamen omnem gratiam esse hoc sensu praevenientem , quod Deus in omni bona volitione et omni bono opere prius prioritate causa!itatis operetur quaip nostra voluntas. Quidquid enim boni volumus, ipse facit ut velimus, et quidquid boni facimus, ipse facit ut faciamus, ut perpetuo docet S. Aug. Unde nunquam potest dici gratia subsequens, quasi sequatur opera naturæ ut conatus naturales, vel in aliquo opere sit posterior libero arbitrio; id namque perlinet ad errorem Pelagii, ut

constat ex procedentibus: sed, ut dictum est, dicitur subsequtms, vel quia sequitur aliam gratiam, seu alium gratiæ effectum; vel quia datur ad cxequendum quod per gratiam provenientem est volilum.

6° Gratia dividitur a quibusdam in excitantem et adjuvantem. Excitans dicitur quæ a somno peccati ad poenitentiam nos movet; adjuvans, quæ jam excitatos et de nolentibus volentes factos adjuvat ad perficiendum quod volebamus. Sed, *ut patet*, excitans reduci potest ad operantem et provenientem ; adjuvans ad coopérantem etsubsequentem.

7° Tandem dividitur gratia in sufficientem et efficacem. Sufficiens ad aliquid dicitur dupliciter 1° simpliciter et ex omni parte, ita ut nihil aliud requiratur in quot is alio genere ; 2° secundum quid ct in certo genere, ita ut nihil ulterius requiratur in isto genere, licet aliquid aliud requiratur in alio genere, ut fusius explicabitur infra. Per gratiam sufficientem , hic non intelligimus eam quæ simpliciter et ex omni parte sufficit; sed eam quæ in suo genere, hoc est, in ratione polentiæ agendi sufficit : per gratiam autem efficacem , intclligimus eam quæ hanc potentiam applicat ad actum. Huic notioni conveniunt variæ definitiones quæ de utraque circumferuntur. Gratia sufficiens est quæ confert facultatem bene agendi; efficax, qua* probet bonum usum hujus facultatis. Item gralia sufficiens est quæ dat bonum posse si velimus; ellicax, quæ facit ut velimus. Item gratia sufficiens est gratia possibilitatis; efficax, gratia actionis. Et tandem juxta S. Aug. gratia sufficiens est auxilium *sine quo non ;* gratia efficax, auxilium *quo*. Omnes coincidunl. IIxc est celeberrima gratiæ divisio, circa quam moventur gravi>simx difficultates, quas in sequentibus articulis elucidare conabimur. Sed ante omnia propono quot et quæ sint opiniones seu systemata circa illam, ünde sit

ARTICULUS II.

Varia systemata circa gratiam sufficientem ct efficacem.

Quxnam fuerint systemata Pelagianorum et Semi-Pelagianorum circa n«*«-essitalem , naturam et proprietates utriusque gratiæ, exposuimus dissert. l proamtmla hujus tractatus. De Lutheranismo et Calvinisrno circa camdem materiam ^'\i tract de Deo, dissert. 8, a. 8, $ 4. Item de Pradestinatianismo dixi ibid, digress, histor. ad disseri. 9. Quapropter tria hic tantum systemata proponam, scilicet Jansenii, Thomistarum , et theologorum Societatis Jesu, ad quæ cælera possunt reduci.

§ I. — *Systema Jansenii.*

I. Radix unde profluit tota hæresis Jansenii, est distinctio quam linxit inter statum innocentiae et statum naturæ lapsæ, in eo sitam quod in statu naturo innocentis non essent nisi gratiæ sufficientes pendentes a voluntate Adami, in statu autem naturæ lapsæ non sint nisi gratiæ efficaces absolute dominantes hominis voluntati. Ila Jansenius in toto suo opere , prxsertim lib. de Grat, primi hominis cap. 14, et lib. 2 de Gratia Salvatoris cap. 1, 2,5 et 4.

II. Ex hoc falso principio, non agnoscit aliam causam necessitatis gratiæ efficacis pro hoc prosenti statu, quam infirmitatem naturæ vulneratæ et corrupts per peccatum. « Totum ergo fundamentum gratiæ » medicinalis Christi, inquit tom. 5,l. 8. » c. 2, funditus evertitur, dum gratiæ ne» cessitas, non ex minere voluntatis, sed » ex naturali ejus indifferentia et omnium » causarum naturali subôrdinatione sub al» tiore, suspenditur. »

III. Hæc gratia juxta Jansenium nihil est aliud quam delectatio spiritualis, seu motus indeliberalus delectationis cœlestis quæ nos movet ad bonum, sicut cupiditas est motus indeliberalus delectationis terrenæ quæ nos movet ad malum. Ita Jansenius lib. 4 de Grat. Christi cap. 1. 2, 5, el 4 ct sequentibus.

IV. Si delectatio cœlestis sit gradu aliquo superior cupiditate , gratia Iit victrix cl nos rapit necessario ad bonum : si e contra delectatio terrena sit superior, cupiditas fit pariter victrix nosque necessario rapit ad malum; sicut majus pondus in bilance necessario elevat minus. Tum quia, ut centies repetit Jansenius, secundum id quod magis delectat necesse est ut operemur ; tum quia juxta ipsum, hæc delectatio relative xictrix, sive gratiæ, she cupiditatis, diametraliter opponiluri/ differentia· agendi vel non agendi. « V «gente delectalione carnali, inquit lib. 4 de Grat. » Chr. cap 9, impossibile esi ut virtutii

ac honestatis consideratio praevaleat. « Et cap. 14 : « Effectus igitur gratiæ est, » delectando voluntatem facere ut actu ve- » lit et faciat.... et ita diametraliter repug- nat philosophie» libertati seu indifferen- tix libertatis. »

Neque tamen id obstat, inquit, quin homo sit liber et mereatur aut demereatur in electione boni vel mah; quia juxta ipsum, hæc indifferentia agendi et non agendi non est essentialis libertati; cum enim in ejus principiis libertas nihil sit aliud quam voluntas, hoc ipso quo vult est libera; ita ut sola coactio non necessitas saltem mutabilis repugnet libertati. Ita Jansenius lib.6 de Grat.Chr. acapite6 ad 58.

Dixi, *necessitas saltem mutabilis;* quia Jansenius distinguit duplicem necessitatem : unam fixam et immutabilem, quæ in nullis circumstantiis vinci potest; talis est necessitas qua Deus seipsum diligit, qua generat Filium, qua beati Deum diligunt. Ilanc necessitatem dicit repugnare , non quidem libertati essentiali, sed libertati status viatoris. Altera est necessitas mutabilis, transitoria, relativa, quæ stantibus praesentibus circumstantiis relative ad vim oppositam superiorem vinci non potest, licet absolute et in aliis circumstantiis vinci possit. Sic a terrena delectatione superante coelestem movemur ad malum necessario necessitate mutabili ct relativa, quia licet stante hac superioritate delectationis vinci non possit a gratia, potest tamen absolute vinci, si nempe delectatio cœlestis evadat superior : et hanc necessitatem contendit Jansenius non repugnare libertati hominis in hac vita, sed stare cum illa, nec impedire quin bene aut male agat, mereatur aut demereatur; ita ut tota libertas hujus status sila sit juxta Jansenium in verlibilitate de una ad alteram necessiiatem, subalternanle delectatione terrena vel cœlesti. Et in hoc potissimum situm est virus hæresis Jznsenianæ : pro quo vide quæ dixi in tract, de Act. hum. dissert. 2, a. 1, ÿ 2, a. 2, 5 et 4, sed praesertim in digressione histor. ad calcem ejusdem dissert. 2; ibi enim hæc late exposuimus cx ipso Jansenio et impugnavimus.

"V. Ex eadem radice seu posito primo principio, contendit voluntatem antecedentem in Deo salvandi omnes homines, quam vocant *primam et bonitatis*, non fuisse nisi pro statu innocenti» et non pro statu naturæ lapsæ, pro quo agnoscit tantum voluntatem consequentem, quam vocat secundam *et justitiæ. Ma* lib. 5 d<: (irat.Salvat. cap. 20. Unde infert quod vi huju^ voluntatis antecedentis Adam quidem receperit gratias sufficientes , sed quod nunc sit sterilis erga homines lapsos, nec ex illa eis obveniat ulla gratia , nequidem mors Christi pro omnibus. « Postquam, inquit » lib. cit. cap. 29, peccatajam ab hominibus « inducta considerantur, antecedens vo~ » Juntas in sola præcisione mentis, adeo- » que nuda quadam velleitate, nihil gratiæ » causante, consistere potest. » Quantum ad mortem Christi, ibid. cap. sequent, et ultimo.

VI. Attamen non negat Jansenius dari in hoc statu naturæ lapsæ parvas gratias, quæ hominem utcumque moveant ad bonum, quæ illius desideria imperfecta in eo excitent, et quibus resistit. Verum, et id diligentissime notandum est, hæ parvægratiæ juxta Jansenium et in ejus systemate, nec sunt nec esse possunt sufficientes. Quod palam evinco.

Duplici sensu gralia dicitur sufficiens : 1° quia sufficit in omni genere et modo, ita ut prater illam ad agendum actualiter nihil aliud requiratur ex parte Dei; sed eam voluntas pro nutu consentiendo vel dissentiendo reddat efficacem vel ineffica- cem : ct ita Jansenius intelligit gratiam sufficientem, nec ullam aliam agnoscit quæ debeat vocari hoc nomine. Hujusmodi autem gralia sufficiens, juxta ipsum, ut vidimus, est propria soli statui natura sanæ et integra : ergo parvæ gratiæ quas agnoscit pro hoc præsenti statu non sunt hoc et suo sensu sufficientes.

Alio sensu gratia dicitur sufficiens, quæ sufficit in suo genere, hoc est, quæ dat posse sufficiens et expeditum, sed ultra quam ad actu agendum reguiritur altera cx parle Dei.SicThomistæ inteffigunt gratiam sufficientem , sed neque hoc sensu parvæ gratiæ Jansenii sunt sufficientes ; quia , ut dixi, juxta ipsum vis gratiæ est relativa ad cupiditatem, ita ut si cupiditate sit inferior, sicut reipsa sunt istæ parvæ gratiæ, non dat verum et expeditum posse ad superandam cupiditatem superiorem, sicut pondus quatuor librarum in bilance non potest vere et expedite elevare pon-

dus dccem librarum ; sed remanet in vera impotentia vincendi hanc cupiditatem, quandiu est superior, et hac cupiditate victrici nomo necessario rapitur in malum, quia secundum id quod magis delectat necesse est ut operemur.

Unde Jansenius non agnoscit pro hoc statu aliam gratiam sufficientem quam efficacem, quæ dando agere det simul posse, quinimo det posse quia dat agere, ut fuse probavi in ipsa digressione citata ; ita ut juxta ipsum, tam impossibile sit homini absque hac gratia victrice bene agere, quam impossibile sit cæco videre in luce meridiana , surdo audire inter fragores , vel facto tibiis recte gradi:sunt ejus verba et exempla lib. 5 de Grat. Chr. cap. 50 : « Cujus medicinali gratia et adjutorio, in- * quit, nisi vires pristinæ restaurentur, » tam esse impossibile voluntati ut bene » velit et operetur, quam homini cæco ut » videat, vel surdo ut audiat, vel tibiis » fracto ut gradiatur. Quantumvis eis et » lux et species et scipiones et omnia cæ- » tera sanitatis adjumenta suppetant. »

Ulterius hæ parvæ gratiæ quas admittit Jansenius, juxta ipsum, non conferuntur a Deo nisi ad hunc effectum quem re ipsa operantur, ita ut in intentione Dei ad hoc solum dentur, ut imperfecte hominem moveant ad bonum, ut illius aliquam velleitatem seu complacentiam excitent, non ut reipsa faciat, se convertat et salvetur; alioquin deberet agnoscere in Deo pro hoc statu sinceram voluntatem salvandi omnes, ex qua hæ gratiæ salutis profluerent, quam tamen negat, ut vidimus.

Evidens est itaque parvas gratias admittit Janseni"s, non dare verum, sufficiens et expeditum posse agendi bonum, legem implendi, se convertendi, etc., ideoque non esse sufficientes sensu Thomistico. Unde lib. 5 de Gratia Salvat, cap. 5, habet gratiam Thomistice sufficientem tanquam absurditatem et monstrum ad multiplicanda peccata et facilius rigorosiusque damnandos homines excogitatum. « Ita- » que, inquit, illud a recentioribus gratiæ » sufficientis genus, quo adjuvante nullum » unquam opus factum est aut fiet un- » quam, si est verum distinctumque a gra- ft lia efficace membrum, videtur monstrum » quoddam singulare gratiæ, solummodo ▮ peccatis faciendis, majorique damnationi » accersendæ serviens, ideoque lapsis lio- » minibus citra Dei invidiam damnandis » excogitatum. »

Ex his facile detegere poteris fraudes, cavillationes, suhterfugia quæ solent adhibere Janseniani ut ct Jansenium ab errore excusent, et seipsos a censuris Ecclesia subducant. Dicunt enim 1« Jansenium agnoscere passim in homine lapso libertatem arbitrii.2° Lib. 6 de Grat. Chr. cap. 34, et lib. S, cap. 20, agnoscit indifferentiamcontrarietatis ct contradictionis. 5° Ibid, admittit sub cupiditate dominante veram potentiam ad bene agendum et sub gratia victrice veram potentiam ad peccandum.

Equidem Jansenius agnoscit in homine lapso libertatem arbitrii, nomine, non re; reponit enim libertatem arbitrii in homine lapso in solo voluntario cum perfecta advertentia rationis,seu in immunitate a coactione et a necessitate immutabili, non a necessitate mutabili, ut dictum est. Vide dissert. 2 de Act. hum. a. 5 et 4. Agnoscit indifferentiam contrarietatis et contradictionis, non quæ sit vera potentia activa ad agendum vel non agendum, ad agendum bonum vel malum, sed quxsit mera flexibilitas in bonum vel malum per delectationem gratiæ et concupiscentis altcrnalim voluntatem captivantis ct nécessitant»; Vide digress, citatam in fine dissert. 2 de Ad. hum. Agnoscit tandem sub cupiditate dominante veram potentiam bene agendi, et sub gratia victrici veram potentiam peccandi; potentiam scilicet absolutam et abstractam, non relativam ad delectationem superiorem dominantem ; vel potentiam in sensu diviso delectationis dominantis, non in sensu ejus composito; vel potentiam ligatam et vinculatam, non expeditam et liberam. Vide digress, cit.

Ex toto igitur hoc systemate sponte fluunt quinque famosæ propositiones damnatae, quæ sunt veluli succus et alixinmn totius operis Jansenii.

Primam Aliqua Dei præccpla hominibus » justis volentibus et comantibus, secun- » dum præsentes quas habent vires, sunt » impossibilia; deest quoque illis grana » qua possibilia fiant ; » quia sola gratia efficaci redderentur ipsis possibilia : deest autem certo ipsis dum illa transgrediuntur, alioquin observarent. Hanc propositionem

in terminis habet Jansenius lib. 5 de Gratia Christi cap. 15.

Secunda : « Gratiæ interiori in statu na» tnræ lapsæ nunquam resistitur;» quia in hoc. statu non sunt gratiæ nisi efficaces. Hanc etiam tradit Jansenius lib. de Grat. Adami c. 14, et lib. 2 de Grat. Chr. cap. 1, 2, 5, 4, 24, 23, 27 alibi.

Tertia : « Ad merendum et aemeren» dum in statu naturæ lapsæ, non requiri» tur in homine libertas a necessitate, sed » sufficit libertas a coactione; » quia necessitas mutabilis non est contraria libertati. Aliunde hujus propositionis doctrinam a Jansenio tradi multis momentis invicte probavi in digressione jam sæpe laudata. Vide.

Quarta : « Seini-Pelagiani admittebant * prævenientis gratiæ interioris necessita« tem ad singulos actus, etiam ad initium » fidei ; et in hoc erant hæretici, quod vel» lent eam gratiam talem esse, cui posset » humana voluntas resistere vel obtempe» rare; » quia juxta Jansenium, non dantur nunc gratiæ nisi efficaces, quibus voluntas necessario trahitur in bonum. Item hanc propositionem expresse docet lib. « de Hæres. Pelag. c. 6, et lib. 2 de Grat. Chr. c. 13.

Quinta : « Semi-Pclagianum est dicere » Christum pro omnibus omnino homini» bus mortuum esse aut sanguinem fudis3 se; » quia non est in Deo sincera voluntas salvandi omnes. Insuper hanc propositionem esse Jansenii evidenter demonstravi in tract. de Deo, dissert .1 ad dissert.

§11.— *Systema S. T/iomac ct Thomistarum.*

Schola Thomistica post suum Doctorem agnoscit 1° necessitatem duplicis gratiæ sufficientis ct efficacis pro omni statu; 2° gratiam sufficientem omnibus dari aut saltem offerri, gratiam efficacem aliquibus tantum conferri ; 5° utramque esse absolute gratuitam ; 4° gratiam efficacem esse talem per se et cx intrinsecis, hoc est, ex onmipotentissima Dei voluntate; 3° cx hac efficacia nullum inferri præjudicium libertati. Singula cum principiis S. Thomæquibus innituntur compendiose explicantur.

Necessitas duplicis gratiæ.

1° Deus est prima ct immediata causa omnium entium naturalium et supernaturalium.

2° Homo est causa secunda subordinata primæ in agendo, ex se indifferens et indetcrminataad agendum vel non agendum, et insuper ex se incapax, praesertim viribus peccato debilitatis, efficiendi ullum actum supernaluralem et meritorium ‘-alutis.

5« Actio ct potentia agendi sunt duo entia distincta , tam in ordine supernaturali quam naturali, quorum primum est nobilius ct perfectius secundo.

Ex his principiis quæ locum habent in omni statu, inferunt Thomistxnecessariam esse tam in statu innocenliæ quam in statu naturæ lapsæ duplicem gratiam in ordine ad salutem : alteram minus perfectam et minus validam, quæ dat tantum posse, elevat et reddit hominem aptum actui supernaturali; vocatur *sufficiens;* alteram perfectiorem et validiorem , quæ potentiam determinat et confert actionem ; vocatur *efficax :* ita ut nunquam contingat quod hæc potentia quam confert gratia sufficiens, agat aut obtineat suum principalem et ultimum effectum nisi ope gratiæ efficacis, alioquin Deus desineret esse causa prima et immediata actionis, et creatura quæ non obstante potentia et elevatione collâta per gratiam sufficientem est semper indifferens, sibi ipsi daret determinationem quam non habet, ficretque prima causa suæ salutis; sic tamen quod sua culpa careat gratia efficaci quam Deus præsto est illi dare, et quam offert in sufficienti, nisi mala voluntate peccando cursum gratiæ sufficientis interciperet et efficaci impedimentum apponeret. Hæc ex S. Th. in cap. 5 ad Ephes, lect. 2; 12, q. 109, a. 1 ct 2 o ; ibid. a. 9 et 10; 2 2, q. 157, a. 4; 5 cont. Gent. c. 8S et 159; 1 2, q. 115, a. 7 et 10, et alibi.

Quantum ad ordinem moralem, docent quod cum vires naturales quas homo in sua creatione accepit, non sint per peccatum destruetæ, sed imminutae tantum, possit adhuc viribus propriis aliquod bonum morale saltem facilius facere, ct ut actu faciat , opus sit tantum concursu generali. qui tamen aliquo sensu sit specialis ct gratuitus, ut explicatum est. lu S. Th. q. 24 de verit. a. 14; 1 2, q. 85, a. 1 e*. 2 o; 2 2, q. 10, a. 2 et 5.

Distributio gratiæ.

Est in Deo duplex voluntas super salutem hominum : una antecedent, condit o-

nata et inefficax, vera tamen et sincera, salvandi omnes ; altera consequens, absoluta et efficax salvandi aliquos tantum, ut in salvandis eluceat misericordia, in reprobandis justitia, cæteraque in utrisque Dei attributa, ul explicuimus in tract, de Deo, dissert. 7.

Qui vero vult finem, vult media necessaria ad illum assequendum , ct eo modo vult media quo vult finem. Cum ergo Deus velit sincere sed inefficaciter salvare omnes, debet dare omnibus auxilia sufficientia quibus possint salvari, ita ut si non salventur, non sit quia non possunt, sed quia nolunt, et voluntarie peccando ponunt obstaculum graliæ efficaci, quæ dedisset velle el agere. Ex altera parte cum velit efficaciter salvare aliquos, debet illis dare auxilia efficacia , quibus reipsa salventur. Hæc ex S. Th. super cap. 12 Hebr. Lect. 3, in 1, d. 46, q. 1, a. 1 ; ibid. d. 40, q. 4, a. 2 ; 2 2, q. 157, a. 4,1 p. q. 1U9, a. 6 et alibi.

Gratuitas seu iniiependentia gratiæ.

Utraque voluntas in Deo super salutem hominum est merus elfectus ejus infinitæ misericordiae prorsus independens ab eorum meritis ; consequenter gratiæ quæ ex »a promanant, sunt pariter mere gratuitæ. Unde A post. Rom. 11 ; Aon *ex operibus; aliot/uin gratiajam non esi gratia.*

Insuper homo nihil ex se habet quod ipsi conferat jus ad gratiam, aut Deum astringat eam illi dare. Quidquid habet ex se homo est vel peccatum, vel meritum humanum : peccatum ipsum reddit gratia indignum ; meritum humanum , cum sit inferioris ordinis ad gratiam, non est illi sufficienter proporlionaium ut sit illius nier>lUm, imo nec disposito ad illam ; dispositio enim debet esse ejusdem ordinis tum forma ad quam disponit. Ita ex S. Th. 1 2, q. 112, a. 5 et 6; q. 114, a. 3 0 ; q. 109, a. 6 et alibi.

Efficacia gratiae.

Suppositis quæ primo dixi, Deum per gratiam es-e primam et immediatam cau sam nosiræ salutis, omnium actionum nosirarum Miperiia ur.ilium el meritoriarum hominem vero non es-e nisi causam secundam pruna· -ul ordiualam , eamqiie ex ss seinmr indillerenteni et indeterminatam . sequitur necessario quod hæc gratia non fiat efficax seu non habeat efficaciam ex consensu liberi arbitrii, quandoquidem in his principiis iste consensus quovis modo consideretur, sive iu instanti quo datur, sive ul praevisus futurus in congruis circumstantiis,sitsemperelfectus et nunquam causa hujus efficaciæ, ct semper sit verum dicere arguendo a priori, ideo hominem consentire quia gratia est efficax, nunquam vero ideo gratiam esse efficacem quia homo consentit; alioquin, uljam observavi, Deus non esset causa prima et immediata hujus consensus, consequenter nec, salutis, et creatura hanc sibi prærogativam arrogaret. Igitur ex omnipotenlissima Dei voluntate et supremo ejus dominio super voluntates nostras, hæc gratia habet suam vim et infallibilem efficaciam. El hoc est quod exprimitur et intelligilur hac phrasi : *Gratia per se tfficax.* Ita S. Th. q. 6 de malo, 1 p. q. 19, a. 8 o, et ad 2 in 2, d. 23, q. 1. a. 2 1 2, q. 10. a. 4; item iis omnibus locis et ferine innumeris, in quibus docet Deum ul primum movens etprimam causam movere et applicare voluntates nostras. Vide plura tract, de Deo, dissert. 8, a. 3, præserlim tj 4.

Libertas perfecta sub gratia per se efficaci.

Tandem cnm hæc Dei omnipotentia non sit minus universais quam efficax, ct se extendat ad omnia entia et omnes differentias ac modos entium, molio quæ exilia profluit non solum confert actionis substantiam, sed etiam modum quo fieri debet conformiter ad naturam causæ secunda;; ita ut si sil causa necessaria, moveat ut necessario agat ; si sil causa libera, movet ul libere agat, et sublata duntaxat indifferentia passiva relinquit integram indilferentiam activam, hoc est, veram et completam potentiam iisdem stantibus circumstantiis non agendi, illi resistendi, oppositum faciendi, non secus ac si ipsa votuntas sola se determinaret. Quod ut clarius inle'ligas, attende motionem seu gratiam efficacem ad actum supponere utramque potentiam agendi el non agendi, neutrum conferre, sed actum duntaxat : positio autem actus non destruit potentiam ad oppositum, sicut homo stando non destruit in se po enliain sedendi : intellige tamen potentiam antecedentem et ni sensu diviso. Hæc ex S. Th. Qiiodlib. 1, a. 7, ad 2.1 Pedjierm. lect. 14,1 p. q

19, a. 8, q. 85, a. 1, ad 5 et alibi. Require quæ abundo dixi circa hanc gravissimam materiam tract, de Deo, dissert. 8, a. 4. § 2.

Varia discrimina inter systema Thomisticum et Jansenianurn.

Confer modo præsens systema cum Janseniano, facile et palam intelliges hæc tantum inter se distare tam in principiis quam in conclusionibus quantum distat ortus ab occidente, lux a tenebris, verum a falso. Id breviter oculis subjicio.

1° Jansenius negat pro hoc statu voluntatem antecedentem in Deo sinceram et activam salvandi omnes; Thomistæ illam admittunt. 2° Jansenius non agnoscit pro hoc statu aliam gratiam nisi efficacem ; Thomistæ ultra efficacem agnoscunt sufficientem. 5° Jansenius non agoscit aliam causam necessitatis gratiæ quam infirmitatem naturæ lapsæ: Thomistæ ulterius eam repetunt ex dignitate et prorogativa primæ causæ et primi motoris, præserlim in ordine salutis, ex subordinalione causarum secundarum ad primam, ex earum indifferentia et indeterminatione, atque ex improportione ad opera supernaturalia. 4° Jansenius sub gratia efficaci non agnoscit veram, expeditam et relativam potentiam ad oppositum ; Thomistæ eam agnoscunt. 5° Jansenius docet solam gratiam efficacem dare verum et completum posse ; Thomistæ docent gratiam efficacem supponere verum et completum posse per gratiam sufficientem collatum, eamque istud posse tantum applicare ad actum. 6° Jansenius reponit libertatem essentialem in sola immunitate a coactione, libertatem hujus status requisitam ad merendum et demerendum in immunitate a necessitate invariabili. non variabili; Thomistæ utramque reponunt in immunitate ab omni necessitate tam invariabili quam variabili. 7° Jansenius non agnoscit in homine lapso veram et activam potentiam agendi vel non agendi pro nutu, sed meram flexibilitatem ab una necessitate ad aliam sub gratia et cupiditate alternatim dominante : hoc figmentum nunquam somniarunt Thomistæ, sed abhorrent, veram activam et relativam potentiam ad quodlibet sub utraque profitentes. 8° Tandem quinque damnatis Jansenii propositionibus, quinque contradictorias ex S. Th. opponunt.

Contra primam, docent cum S. Th. q. 24 de verit, a. 14, ad 1, * illud quod præ» cipit Deus non esse impossibile homini ›› ad servandum; » et Quodlib 2, a. 6, « nullum teneri ad hoc quod est supra vires »› suas, nisi per modum quofitsibi possibi» le; » eteumeodemin2,d.28,a.5,inarg. s, c. ex S. Hieronymo, *ei qui Deum dicit præcipere impossibilia , anathema* dicunt.

Contra secundam, agnoscunt cum S. Th. in cap. 5 1 ad Thessal. lect. 2; in cap. 6 2 Cor. lect. 1; 1 2, q. 106, a. 2, ad 2 et alibi, gratiam interiorem cui resistitur in hoc statu naturo lapsæ.

Contra tertiam, vide quæ dixi in tract, de Actibus human, dissert. 2, a. 3.

Contra quartam, vide quæ modo dicebam de libertate sub gratia in systemat Thomistarum et locis ibi citatis.

Contra quintam, vide quæ dixi in tract, de Deo, dissert. 7, a. 7

Verum audiamus ipsum Jansenium sese a Thomistis secernentem.

1° Lib. proœm. ad 2 tom. cap. 9, multum deblaterat et invehit in scholasticos eorumque methodum, et dicit eos in explicandis Scripturis, Patribus et conciliis esse minus idoneos; « quod, inquit, in S. Thoma « et Cajetano demonstratum est. » Epist. 16 : n Audeo dicere mihi compertum esse » quod, si utraque tum Jesuitarum cum » Thomistarum schola, usque ad extremum » judicii diem disputatura sit, tantum a ve- u rilate sit aberratura in quantum utraque » ab ipsa centum leucisdistat.u Ibid. «Cum » Augustinum degusto, fastidit Thomas. »

2° Lib. 8 de Grat. Chr. cap. 2, statuit eoptem discrimina inter suam ct Thoinistarum sententiam, quorum tertium est specialiter notandum. « Prodeterminatio phy» sica, inquit, talis esse dicitur, ut in qui» buscumque circumstantiis collocetur , » semper faciat facere el operetur effectum » suum, omnemque superet resistentiam; » Christi adjutorium nullo modo ; nam de» lectalio victrix, quæ Augustino est effi« cax adjutorium, relativa est; tunc enim » est victrix quando alteram superat. Quod » si alteram ardenliorem esse contingat, in ›» solis inefficacibus desideriis hærebit ani» mus, nec efficaciter unquam volet quod « volendum est. » Verissimum sane discrimen, verissima Jansenismi tessera, in

qua fere tota cjus medulla continetur, Quintum et sextum discrimen in hoc reponit , quod gratiæ Thomisticæ necessitas ex subordinatione causarum secundarum ad primam et ex earum indifferentia repetatur; adjutorium autem Christi ex vulnere naturæ per peccatum inflicto. Septimum, quod gratia efficax secundum Thomistas sit necessaria etiam statui innocentiae; secundum vero S. Augustinum, ipsi capitaliter repugnat. Deinde loquensde Thoinistis : « Magis profecto, inquit, sunt Aristotelici quam Augustiniani : nam talis præ- » determinatio sic asserta, non solum nullo » testimonio ejus (Augustini) probari po- » test, sed potius universam doctrinam ejus *u* innumeris locis traditam, inexplicabili « confusione perturbat. » *Et* infra : « To- » tum ergo fundamentum gratiæ medicina- « lis Christi funditus evertitur, dum gratiæ » necessitas, non ex vulnere voluntatis, • sed ex naturali ejus indifferentia et om- » nium causarum naturali subordinatione » sub altiore suspenditur. » Et cap. 5, loquens de modo quo Thomiste conciliant libertatem cum gratia efficaci, quatenus nempe sub gratia determinante voluntatem ut velit et agat, simul manet potestas ut non velit et non agat, dicit nullum hujus doctrinæ vestigium reperiri in S. Augustino, et *quod nusquam talem sententiam, nec per transennam insinuat.* Eant modo doctrinæ Thomisticæ osores, eamque ut Jansenianam traducant.

Merito sane dixit P. Stenhanus Dechamps, Societatis scriptor, lib. 2 de Hæresi Janseniana, disp. 6, c. 9, apud Gonetum in Apologia, « nullos huic doctrinæ » infensiores reperiri quam qui, post natam » Calviiiismi hæresim, ex S. Dominici or- » dine csterisque ejusdem sacramenti theo- » logis majoris eruditionis et ingenii laude » floruerunt.il Etdisp. 5, c. 5, redarguens eos qui Thomistas cum Jansenianis confundunt, addit ; « At istud falsitatem omnem u superat, et ab iis cum stomacho ridetur, » quibus utraque opinio nota est atque pers- » pecta.

§ II. — *Systema theologorum Societatis.*

I. Societatis theologi, qui dicuntur Congruisla*, admittere videntur tria prima capita systematis Thomistici, scilicet duplicem gratiam, sufficientem ct eflicaccm; siifficientem omnibus saltem offerri; utramque esse omnino gra'uitam : sed cum quartum rejiciant, scilicet gratiam efficacem esse talem perse ctex intrinsecis, seu exomnipotentissuna Dei voluntate, tria priora sensq a Thomistis diverso intelligunt.

II. Itaque Ludovicus Molina, celebris Societatis scriptor, et a quo dicuntur vulgo Molinistæ, cadente sæculo decimo sexto, docuit non dari gratias nisi sufficientes ex se, eas autem fieri efficaces ex consensu voluntatis humanae, Deumque sæpe conferre iis qui non convertuntur gratias fortiores et abundantiores, quam iis qui reipsa convertuntur ; prædestinasse autem ad regnum quos per scientiam mediam praescivit ex innata libertate gratiæ omnibus oblatæconsensuros ct in ea perseveraturos.

III. Hæc doctrina mullis nova apparuit et displicuit; eam inter alios impugnarunt insignes ejusdem Societatis theologi, Bellarm. lib. 1 de Grat. et Lib. Arbit. c. 12, Henricus Henriques in duplici Censura data anno 1594 et 1597, Mariana de Regim. Societ, c. 4. Eam patres ordinis nostri coram SS. pontificibus Clemente VIH e: Paulo V, Pelagianismi aut Semi-Pelagianisini postularunt, suamque accusationem per phires annos in famosis disputationibus *de Auxiliis* prosecuti sunt, ut latius dixi in tract, de Deo, art. de scientia media § 8.

IV. Societas quæ Molinæ defensionem iis in congregationibus susceperat, re maturius inspecta , hujus auctoris systema temperavit et secundum quid deseruit, indicens lege lata omnibus suis alumnis, ut gratiæ congruæ systema a P. Suares traditum tenerent atque defenderent : ita solemn! decreto toti Societati transmisso decimo quarto Decembris 1615,sancivit Claudius Aquaviva prapositus generalis; quod decretum confirmavere septima congregatio generalis anno 1616, et nonaanno!651. « Hæc sententia (Molinæ), inquit Tanne- » rus torn. 2, disp. 6 de grad. q.2, dub. 5, » post diuturnam et diligentem hujus rei » discussionem, peculiari decreto reveren- » dissimi patris nostri Claudii Aquavivæ » Societatis nostra præpositi generalis..a- » no 1615, improbata est, cum ista ad so- il cietatem nostram rescripsit. » Subjungit decretum quod mox referam.

M. hoc igitur systemate patres Jesuits agnoscunt duplicem gratiam : unam in-

congruam; alteram congruam. Prima dicitur incongrua, quia non est satis accommodata indoli, inclinationibus, passionibus, habitibus, tempori, loco, aliisve circumstantiis in quibus versatur is qui eam recipit, ut ab illo consensum obtineat; et ideo non est nisi sufficiens. Altera dicitur congrua; quia est accommodata indoli, inclinationibus et aliis circumstantiis illius qui eam recipit, et in quibus Deus per scient tam mediam ab æterno praescivit infallibiliter ipsum consensurum ; ita ut hæc gratia congrua sit semper efficax, alias non foret congrua et Deus in sua proscientia falleretur. At hanc infallibilem efficaciam non habet ex se et intrinsecis, seu ex omnipotentissirna Dei voluntate, ut volunt Thomistæ, sed juxta aliquos sui assertores, ex sua congruitate; juxta alios, ex ipsa præscientia divina, ant ex utroque ; juxta vero rei veritatem, ex ipsa voluntate consentiente, ut in systemate Molinæ, sicut attente consideranti patet et probavi dum de scientia media, moxque paucis repetam.

VI. Juxta hoc systema, quamvis gratia congrua in esse physico nihil amplius habeat ex parte Dei quam gratia incongrua, habet tamen aliquid amplius in esse morali, quatenus Deus cx speciali benevolentia et providentia eam huic confert in iis circumstantiis in quibus certo pravidit ipsum consensurum, cum posset aliter conferre, et reipsa conferat alteri in iis circumstantiis in quibus providit eum non consensurum. Hinc fit quod hæc gratia congrua, juxta suos assertores, sit majus beneficium quam gratia incongrua, ct ab hac distinguatur, non solum quantum ad actum secundum et per consensum creaturæ , sed etiam quantum ad actum primum et cx parte Dei. Ita fert laudatum decretum generalis Claudii Aquaviva his verbis :« Sta- » luimus et mandamus ut in tradenda di- » vinæ gratiæ efficacitate..... nostri in pos- » torum omnino doceant interam gratiam » quæ effectum reipsa habet atque efficax » dicitur, et eam quam sufficientem nomi- » nant, iion tantum discrimen esse in actu » secundo, quia ex usu liberi arbitrii etiam » cooperantem gratiam habentis, effectum • sortiatur, altera non item, sed in ipso » actu primo; quod posita scientia condi- » tionalium, cx Dei proposito atque inten- » tionc efficiendi certissime in nobis boni, » de industria ipse ea media selegit, atque » eo modo et tempore confert quo videt » effectum infallibiliter habitura, aliis usu- » rus si hæc inefficacia providisset : quare » semper moraliter et in ratione beneficii » plus aliquid in efficaci quam in sufficienti » gratia et in actu primo contineri ; atque » hac ratione efficere Deum ut reipsa fa- » ciamus, non tantum quia dat gratiam qua » facere possimus. Quod idem dicendum » est de perseverantia, quæ procul dubio » donum Dei est. »

Septima congregatio generalis anno 1616, in qua Mutius Vitellescus fuit electus propositus generalis, hoc Aquaviva decretum confirmavit et explicavit transmissoriis epistolis datis septimo Junii ejusdem anni. « Cum difficultas aliqua, scribebat « congregatio, inter viros doctos super de- » creto R. P. N. piæ memoriæ anni 1615 » Decembris 14,de efficacia gratiæ nata es- » set, variis varie id interpretantibus; R. » P. prapositus generalis et qui tunc assis- » tentes erant et secretarius qui decreto il- « li prasentes interfuerant, et mentem R. » P. Claudii probe perspectam habebant; » itonique patres ad id a congregatione ge- » nerali deputati, censuerunt non inten- » disse R. P. Claudium hoc suo decreto » decernere Deum sua voluntate pradeter- » minasse seu prædefiniisse aliquod opus » nostrum bonum iiidependenter a coope- » ratione libera nostræ voluntatis; nec » etiam quod in gratia efficaci sit aliqua » entitas realis , aut aliquis modus physi- » cits in actu primo qui non sit in gratia » sufficienti; sed hoc tantum, quod fuerit » speciale beneficium Dei, dedisse uni, v. » g. Petro, ex proposito boni in eo facien- » di, gratiam eo tempore et loco quo scien- » lia conditionalium praescivit illum ea gra- » tia bene usurum ; quod beneficium non » contulit alteri, v. g. Joanni, cui dedit » gratiam eo tempore et loco quo præsci- » vit illum sua culpa ea non usurum. »

VII. Scio quidem non omnes Societatis theologos huic systemati scrupulose hærere,sed quosdam ad systema .Molinæ et Lessii redire; ipsi viderint Ego propono systema quod est aut saltem esse Jebet proprium Societati juxta suas leges, et quod revera communius in ea recipitur et defenditur; neque video sat fundatum quod dicit Jacobus Plate!, recens Societatis scrip-

tor, cap. 4 de Voluntate Dei num. *174.* Claudium Aquaviva postea dispensasse in suo decreto et liberum reliquisse suis patribus utramvis sententiam eligere; siquidem hoc Claudii decretum fuerit postea confirmatum in septima congregatione, ut vidimus, item et in nona anno 1651, sub generali Picolominio,ubi in statutis de ratione studiorum ad universas provincias directissicsancitur : « In materia de efficacia gratiæ servetur decretum P. Claudii » Aquaviva conditum 14Decembris 1615.»

VUI.Cœterum in hoc conveniunt omnes Societatis theologi, quod non repetant efficaciam infallibilem gratiæ ex ejus intrinsecis, seu ex omnipotentissima Dei voluntate bonum actum decernente et determinante ; sed puri Molinistœ eam repetunt ex consensu creatura, scilicet, ideo gratiam esse efficacem quia illi consentit voluntas ; Congruistæ, ex ejus congruitote et praescientia. Verum cum neque congruitas neque præscientia ullam vim intrinsecam conferant gratiæ,et fateantur ipsiCongruistæ nihil reale aut physicum habere quod non habeat gratia incongrua et sufficiens, palam est in eorum systemate hanc efficaciam infallibilem gratiæ etiam haberi et repetendam esse ex consensu voluntatis ut in systemate Molinæ, atque in hoc tantum ab illo discrepare, quod ipsi scilicet Congruistæ dicunt Deum cx speciali benevolentia atque intentione boni operis in nobis efficiendi, nos constituere in iis circumstantiisin quibus per scientiam mediam prævidit nos concursui indifferenti oblato ex innata libertate consensuros; quam specialem benevolentiam non requirunt nec agnoscunt puri Molinistœ, sed dicunt Deum æquali et generali voluntate gratiam omnibus offerre, quam quilibet pro innata libertate reddit efficacem vel inefficacem. Confer tract, de Deo, dissert. 8. a. 5. § 4.

Manlis seu

Circa hæc systemata *observandum est,* 1° theologos qui dicunkir Augustiniani, quantum ad statum naturæ integra consentire puris Molinislis, Thomistis vero quantum ad statum naturæ lapsæ; excepto quod necessitatem gratiæ per se efficacis repetant ex solo infirmitate natura, Thomistæ eam insuper repetant ex dependentia causæ secundæ a causa prima et cx ejus indifferentia.

I Observandum 2°, omnes theologos qui systema vel Molinæ vel Congruistarum. seu scientiam mediam non admittunt, stare pro systemate gratiæ per se efficacis quoad substantiam, dissentire autem inter se duntaxat quoad modum explicandi hanc efficaciam; quidam enim eam explicant per sympathiam, quidam per motiones morales, quidam per delectationem, quidam per actus indeliberatos, quidam per solum divinum decretum , quidam per multiplicationem auxiliorum, quidam tandem per promotionem physicam, et ita scholæ nostræ.

Observandum 3°, esse aliud singulare systema olim propugnatum ab Alphonso Lemoine, et nostris temporibus ab Honorato Tournely suscitatum de gratia sufficienti sensu Moliniano ad facilia opera, præserlim ad orationem : quasi vero oratio Christiana omnibus suis conditionibus stipata, qualis debet esse ut sit impetratoria, non sit opus difficile et prastantissimum salutis, possitque subtrahi dignationi gratiæ. Hoc ergo systema revocari debet ad Molinismum, iisdemque argumentis impugnatur, *ut patebit ex infra dicendis.*

ARTICULUS III.

Utrum detur in hoc statu natures lapsa gratia sufficiens?

Dico. Præter gratiam efficacem datur in statu naturæ lapsæ gratia sufficiens. Est contra Janseniuin, ut vidimus in ejus systemate, nec videtur salva fide posse negari.

Prob. 1°. Gratia sufficiens est quæ dat posse facere bonum salutare etiam in iis qui illud non faciunt, seu quæ dat facultatem sancti operis, sed effectu carentem culpa voluntatis creatæ : atqui datur hujusmodi gratia in statu naturæ lapsæ : ergo. *Major* est notio gratiæ sufficientis prout eam intelligimus. *Prob. minor multipliciter.* I' ex S. Script. Isai. 5 dicit Deus : *Quid est quod debui ultra facere vineæ mea;, ct non feci? An quod expcctavi ut faceret uvas, et fecit labruscas ?* Proverb. 1 : /zo-*cavi, et renuistis.* Matlh. 23 : *Quoties volui congregare filios tuos, et noluisti?* Apoc. 5 : *Ego sto ad ostium i pulso; si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum.* Act. 7, Stephaniisalloquens Judæos : *Dura cervice,* inquit, *et incircumcisis cordibus ct auribus, vos semper Spiritui sancto*

resistitis. 1 Thessal. 5 : *Nolite Spiritum extinguere.* 2 Cor. 6 : *Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* His omnibus constat plurcs grati® deesse, illi resistere, illam extinguere. › cam in vacuum recipere : talis autem gratia non est efficax, sed sufficicns : ergo.

Dum vero respondet Jansenius lib.2de Grat. Christie. 32, hæcomnia intelligine-bere de gratia externa, non interna; non recordatur se alibi agnoscere gratias internas tametsi parvas et insufficientes. Insuper proprius effectus Spiritus sancti est gratia interior : unde S. Th. in c. 3 1 ad Thessal. led. 2, dicit quod extinguere Spiritum sanctum et ipsi resistere, sit repellere bonum pietatis motum. Item si Deus vineæ suæ, hoc est, creatur® rationali contulisset auxilia exteriora tantum, nullum interius, non ei fecisset totum quod debuisset facere ut expectaret uvas.

Prob. 2° *eadem min. argumento peremptorio* deducto ex definitionibus Ecclesi®. De fide est mandata Dei esse possibilia justis, qui tamen illa non implent, ut definitum est a concil. Trid. sess. 6, cap. 11 et can. 18, et a SS. pontificibus in condemnatione prim® propositionis Jansenii : ergo datur eis gratia qua possibilia fiant ; non enim eis sunt possibilia viribus naturæ , præsertim cum inter ea sint supernaturalia; et h®c gratia non est eflicax, quia, ut suppono, ea non implent : ergo sufficiens.

Prob. 5° *eadem min.* ex SS. Aug. et Th. Augustinus lib. de Nat. et Grat. cap. 43, docet Deum non præcipere impossibilia : ergo supponit dari gratiam qua possibilia fiant, etiam in iis qui ea non servant : ergo gratiam sufficientem. Toto libro de Grat. Christi, observant bæc tria a Pelagio distincta, possibilitatem, voluntatem ct actionem, et cap. 47 dicit : « Si con-» senserit nobis Pelagius non solum possi-» bililatem in homine, etiamsi nec velit, » nec agat bene, sed ipsam quoque vo-» luntatem et actionem.... divinitus ad-» juvari... nihil de adjutorio grati® Dei » quantum arbitrur inter nos controversi® » relinquetur. » Quamvis enim Pelagius reponeret possibilitatem in natura, fatebatur tamen eam gratia adjuvari, et hoc in eo probat S. Aug. Ergo agnoscit S. doctor gratiam possibilitatis seu sufficientem distinctam a gratia voluntatis et actionis seu efficaci. Lib. de Correpi, et Grat. cap. 7, refellens excusationem eorum qui dicunt, Non perseveravimus, qui perseverantiam non habuimus, dicit : *Homo in eo quod audieras et tenueras, in eo perseverares si velles.* Et lib. de Nat. et Grat. cap. 67, refellens itidem eos qui peccatis excusationem obtendunt, dicit : « Recte » fortasse quererentur, si erroris ct libidinis » nullus hominum victor existeret : cum « vero (Deus} ubique sit præsens, qui mul-» tis modis per creaturam sibi Domino ser-vientem, aversum avocet, doceat crederr »tem, consoletur sperantem, diligentem » adhorletur, conanlem adjuvet, exaudia» » deprecanlem ; non tibi deputatur ad cui » pam, quod invitus ignoras, sed quod ne-» gligis quaerere quod ignoras; neque il-ludquod vulnerata membra non colligis, « sed quod volentem sanare contemnis. »

S. Th. 1 1, q. 106, a. 2, ad 2 : « Gratia novi Testamenti, inquit, etsi hoini-» nem adjuvet ad non peccandum, non tamen ideo confirmat in bono ul peccare » non possit; et ideo si quis post accep-tam gratiam novi Testamenti peccave-» verii, majori poena est dignus, tanquam » auxilio sibi dato non utens : nova lex » enim quantum est de se, sufficiens auxi-« lium dat ad non peccandum. » Item in cap. 5 Ephes. 2, hicq. 109, a. 1, 2, 9 et 10; textus infra referam. Omitto alios Patres, ne in re tam aperta sim prolixior.

Prob. 2° *conclusio ab absurdo.* Si non daretur homini justo gratia qua possit facere bonum quod non facit, sequeretur quod nihil boni facere posset prater illud quod reipsa facit ; si enim adsit gratia efficax, illud facit ; si absit, non potent illud facere : *atqui absurdum consequens.* · ergo. *Prob. min.* Quis enim credat justum qui difficillima virtutum opera facit, v. g. inimicos diligit, urgentissimas leniationes superat, flagella et alia supplicia sustinet pro fide, non posse observare facile mandatum supernatural? quod transgreditur ? Ergo.

His omnibus adde hanc secundam Janseni propositionem damnatam · *Interiori gratia· nunquam resistitur :* erga datur gratia interior qua non est efficax, sed sufficiens tantum.

Solvuntur objectiones.

Objiciunt 1° Janseniani plures S. Scripturarum textus, sed quihus probatur dtintaxatdari gratiam efficacem et esse iu Deo voluntatem, scilicet absolutam et consequentem cui non resistitur, quod ultro concedimus, at non excludunt gratiam sufficientem ct voluntatem Dei antecedentem, quibus resistitur. Vel probant omnem gratiam habere aliquem effectum; at modo ostendam non ideo posse dici simpliciter efficacem.

Objiciunt 2° plures textus S. Augustini quibus requirit gratiam efficacem ut homo possit velle et facere bonum.

Tt.S. Augustinum intelligendum esse de potentia consequente et conjuncta cum actu, non dc potentia antecedente et meræ possibilitatis.

Inst. 1°. S. Aug. lib. de Prædest. Sanet, c. 8, ait « eos qui non credunt, foris tan» tum audire, non intus ; » et lib. dc Grat. Chr. cap. 13 : « Qui novit quod fieri de» beat ct non facit, nondum a Deo didi« cit secundum gratiam, sed secundum » legem ; non secundum spiritum, sed se» eundum litteram. » Ergo deficiente gratia efficaci quæ dat credere et facere, non est alia interior, secundum S. Augustinum.

B. 1° ista esse solvenda a Jansenio; ipse enim admittit parvas gratias interiores in eis qui non credunt nec faciunt.

B. 2° sensum S. Augustini esse, eos qui non credunt nec faciunt, foris tantum ct secundum legem audire quantum ad effectum; quia non magis credunt aut faciunt quam si foris tantum ct secundum legem audirent et discerent : non vero quantum ad sufficientiam gratiæ, quasi nullam interiorem haberent; constat enim ex probationibus conclusionis S. Augustinum agnovisse gratias interiores in iis qui nec credunt nçc faciunt.

Inst. 2°. S. Aug. de Corrept. ct Grat. c. 10, 11, 12, in hoc statuit discrimen inter gratiam status innocentiæ ct gratiam status natura·, lapsae, quod gratia sufficiens esset propria statui innocentiæ; gratia vero efficax sit propria statui naturæ lapsæ : ergo juxta Augustinum, nulla datur gratia sufficiens tantum in statu naturæ lapsæ.

B. N. ant. Equidem docet S. Augustinus Adamo datam fuisse tantum gratiam sufficientem ad perseverandum, ct nunc dari prædestinatis efficacem; at non dicit hanc esse propriam hinc, statui, et illam propriam statui innocentiæ. In hoc autem inter utriusque status gratiam ponit discrimen, quod homo in hoc statu ad perseverandum actu indigeat non solum gratia secundum communem cursum movente et applicante, sed gratia speciali sanante ct roborante ejus infirmitatem; Adam vero, cujus natura erat sana ct robusta, indiguerit tantum gratia secundum communem cursum applicante et movente, non altera speciali præter communem cursum sanante et roborante. Vide quffi dc ista difficultate plusquam satis dixi dissert. 2 hujus tract. a. 4.

Obj. 3°. Juxta Thomistas, omnis gratia interior, etiam illa quam vocant sufficientem, habet effectum : ergo omnis gratia interior est efficax et nulla mere sufficiens.

B. D. ant. Omnis gratia habet effectum imperfectum ct minus principalem, *C.* perfectum et principalem ad quem datur, *N. Unde D. conseq.* Ergo omnis gratia est efficax secundum quid et cum addito minuente, *C.* simpliciter et absolute, *N. Explicatur.*

Equidem docent Thomistæ nullam esse gratiam actualem intrinsece receptam, etiam illam quam vocant sufficientem,qu® non habeat aliquem effectum ; idque a nullo posse negari arbitror, cum id sola ratio naturalis, seposita nunc auctoritate, evincat. Fieri namque , imo concipi non potest quod Deus interius illuminet intellectum meum , et intellectus meus non illuminetur; quod moveat voluntatem meam et mea voluntas non moveatur : sicut nec fieri nec concipi potest quod sol illuminet terram, et terra non illuminetur ; quod ignis comburat stupam, et stupa non comburatur ; quod moveam lapidem , et lapis non moveatur : actio enim causæ est effectus inchoatus, et, ut dicit Auctor, — Hic q. 110. a. 2. — actio moventis in moto est motus. Jure ergo dicunt Thomistæ omnem gratiam actualem, quæ est Dei molio, hoc ipso quo recipitur in anima , semper operari aliquem effectum.

Verum quia effectus quem producit gratia quæ remanet sufficiens, non est principalis quem intendit ct ad quem datur ;

etenim et cx voluntate Dei diam dantis et cx propria natura tendit ad ulteriorem et perfectiorem effertum , puta vel conversionem, ve! artum meritorium quem non oblinet, siquidem ad cum disponat el potenti m conferat : ideo non potest dici simpliciter et absolute efficax ; sed e contra dii endo sub restrictione quod sil efficax quantum ad aliquem et minus principalem effeclum, scilicet potentiam plus vel niinus proximam agendi, debet dici simplicité. el absolute inefficax, eo quod non obtineat principalem effectum ad quem ordinatur ct disponit el pro quo confert potentiam; quia, juxta philosophos,denominatio simplex et absoluta alicujus rei, petitur ab eo quod est in ea perfectius ct principalius.

Id aliquot exemplis illustratur, et ostenditur hunc esse communem hominum sensum et loquendi modum. Sic Trid. requirit tanquam dispositiones necessarias ad conversionem peccatoris, fidem, spem et amorem Dei inchoatum : suppono hæcsufficere ut possit se convertere, non convertitur tamen ; nemo dicit gratias quæ ipsi fidem, spem et amorem inchoatum inspiraverant esse simpliciter efficaces, quin e contra omnes dicunt equidem fuisse sufficientes, sed cum non obtinuerint principalem effectum , nempe hujus peccatoris conversionem, ad quem ordinabantur, remanere simpliciter inefficaces. Item suppono dispo-itiones necessarias ct sufficientes ut possim dare eleemosynam, esse cognitionem miseriæ proximi et meæ obligationis, simul motum charitatis seu compassionis ergo proximum ; Deus per suam gratiam inspirat milii hanc cognitionem el hunc motum ; possum itaque facere eleemosynam, non facio tamen : inutilem ergo Jeddo hanc gratiam quæ mihi posse dederat , ct quamvis sit quantum ad aliquid efficax, non dicitur tamen simpliciter efficax, sed inefficax, quia non obtinet præcipuum effectum , scilicet erogationem eleemosynae, ad quem data fuerat. Item hortor peccatorem ut se convertat, expono ipsi enormitatem suorum scelerum , periculum damnationis æternæ, benignitatem Dei quam offendit et quæ ipsum patienter sustinet : ad hæc timore concutitur, cor commovetur, vult se convertere; sed, passione indomita et consuetudine inveterata abreptus, relabitii'·, non sc convertit: quis dicat ineas adhortationes propter aliquos efferius imperfecto|- fuis-e efficrces? quis e contra non dicat me et oleum et operam perdidisse, quia non obtinui quod maxime intendebam? At vero hunc Io quendi modum tenere non possunt .fans® niani; quia juxta Jansenimn, parvæ gratiæ quas agnoscit semper habent omnem effectum quem habere possunt, nec. dant verum posse ad ulteriorem. \ ide ejus systema.

Obj. 4°. Gratia sufficiens quam sustinemus ut dogma fidei, admittenda est sensu vel Moliniano , vel Suaresiano , vel Thomistico. Si Moliniano : ergo sola gratia sufficiens Moliniana est admittenda de fide, quod est absurdum. Idem eadem ratione dicendum de Suaresiana et Thomislica. Ergo.

//. vix ullum esse dogma fidei quod hac sophistica argumentandi methodo non concutiatur. Sic, ut in subjecta materia sistamus , gratia efficax , quam omnes ut fidei dogma sustinent, admittenda est sensu vel Jansenistico, vel Moliniano, vel Thomistico : si sensu Janseniano, ergo sola gratia efficax Janseniana est admittenda de fide ; quod est absurdum. Item præsentia realis corporis Christi in eucharistia , quam omnes catholici tenent ut dogma fidei, fit sensu vel Scotistico per adductionem, vel Thomistico per reproductionem : si sensu Scotistico, ergo solum præsentia realis per adductionem est admittenda dc fide ; quod est absurdum. Et sic de pluribus aliis. In hoc ergo peccat argumentum, quod male confundat substantiam dogmatis cum variis modis quibus illud explicant theologi. Substantia dogmatis pertinet ad fidem , non vero modi quos excogitarunt theologi ad illud explicandum. Itaque dari gratiam sufficientem quæ dat posse verum et relativum ad præsentes circumstantias, est substantia dogmatis ct perlinet ad fidem; quo vero sensu seu modo sit explicanda hæc sufficientia , non pertinet ad fidem; sed permittitur theologorum disputationibus.

ARTICULUS IV.

Quo sensu sit admittenda gratia sufficiens f

Dico. Admittenda est gratia sufflcieni sensu Tliounsbco. uou alio.

Proh. Gratia sufficiens sensu Thomistico est quæ confert homini facultatem bene agendi, ultra quam ut bene agat, aut bene utatur hac facultate, requiriiurallera validior, scilicet efficax : atqui admittenda est gratia hoc sensu sufficiens : ergo. *Min. guaodprimam partem,* nempe admittendam esse gratiam quæ det posse facere bonum etiam iis qui non faciunt, *probata manet ex articulo præcedenti. Prob. secunda pars* ratione allata in expositione systematis Thomistici. Actio bona est quid distinctum a potentia bene agendi, quid nobilius et perfectius ipsa et quod precipmim est in negotio salutis : atqui Deus est prima et immediata causa salutis et omnis actus salutaris : ergo sicut per gratiam sufficientem constituitur prima et immediata causa potentiæ bene agendi, ita per gratiam efficacem a sufficienti distinctam constitui debet prima et immediata causa actus salutaris.

Confirmatur. Non potest admitti gratia sufficiens sensu Molinæ vel Congruistarum : ergo admittenda est sensu Thomistarum. *Prob. ant.* Juxta Molinam , bonus usus'gratiæ sufficientis, seu consensus quem illi præbet homo, non est a Deo tanquam a prima causa dante illum ; sed eum Deus expectat a voluntate creata, et ad summum est a Deo ut concausa per concursum simultaneum. Idem dicendum de gratia congrua ; hæc enim, fatentibus ipsis Congruistis, nihil plus habet in ratione entis physici et auxilii quam gratia Molinæ. Vide tertium systema. Ergo. Hæc pauca nunc; quæcumque enim probant necessitatem gratiæ perse efficacis, de qua infra , probant hanc conclusionem.

Ut tamen innotescat nos non recessisse a D. Th. et antiquioribus Thomistis in asserenda gratia sufficienti sensu dicto, neque nos eam tantum propugnasse a condemnatione Jansenii, ut ejus censuram subterfugeremus , ut quidam elfutiunt, quædam ex D. Th. subjiciam. Itaque praemisso testimonio cx q. 106 hujus partis, citato art. precedent!, in quo S. Doctor usurpat in terminis voceiu.su//icienti.$auxilii sensu nostro , addo sequentia. In c. 5 Epist. ad Ephes, lect. 2, ad hæc Apostoli verba : *Cujus factus sum ego minister, secundum donum gratiæ Dei quæ data st mihi, secundum operationem virlutis ejus; ait* : « Tangit Apostolus auxilium » sibi preslitumadininisterioriim execution » nem t hujusmodi autem auxilium duplex » fuit, unum quidem ips? facultas exe» « queruli, aliud ipsa operata) seu actuali» tas. Facultatem autem dat Deus infun» dendo virtutem et gratiam , per quas ef« ficilur homo potens et aptus ad oporan» dum. Sed ipsam operationem confert in » quantum in nobis interius operatur mo» vendo et instigando ad bonum.... in » quantum virtus ejus operatur in nobis » velle et perficere pro bona voluntate. »

1 2, q. 109, a. 1 o : « Non solum a » Deo est omnis molio sicut a primo mo» vente, sed eliam ab ipso est omnis for» malis perfectio sicut a primo actu. Sic » igitur actio intellectus et cujuscuinque » entis creati dependet a Deo quantum ad » duo : uno modo , in quantum ab ipso » habet perfectionem sive formain perquam »agit; alio modo, in quantum ab ipso » movetur ad agendum. »

Ibid a. 2 o ; « Sic igitur virtute gra» tuita superaddita virtuti nature indiget » homo in statu naturæ integre quantum » ad unum, scilicet, ad operandum et vo» lendum bonum supernaturale; sed in » statu naturæ corrupt®, quantum ad duo, » scilicet, ut sanetur et ulterius ut bonum » supcrnaturalis virtutis operetur quod est » meritorium. Ulterius autem in utroque » statu indiget homo auxilio divino ut ab » ipso moveatur ad bene agendum. » Sil cæcus qui in hisnon agnoscat gratiam Thoinistice sufficientem, id est, gratiam quæ dat facultatem bene agendi, ultra quam ad bene agendum de facto requiratur altera efficax. Vide insuper ibid.a. 9 et 10,22, q. 157, a. 4; item 1 2, q. 115, a. 7 et i0 et alibi. Eodem sensu gratiam sufficientem docuerunt Lemos et Alvares actores pro ordine nostro in congregat, *de Auxiliis* ut patebit in sol. obj.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. Ista gratia non est sufficiens præter quam alia requiritur : atqui præter gratiam sensu Thomistico sufficientem alia requiritur : ergo. *Patet maj.* Quia sufficiens est preterquod nihil aliud requiritur.

Quidam distinguunt maj. sic. Ista gratia non est sufficiens grammaticaliter præter quam alia requiritur, *C.* non est suffi-

ciens theologice, ΛΓ. Quia theologi intelligunt gratiam sufficientem quæ dat po«se bonum agere, licet altera requiratur adactu agendum. Hæc responsio admitti potest; attamen existimo hujusmodi gratiam posse etiam dici «officientem non solum theologice, sed etiam grammaticaliter, seu saltem secundum communem acceptionem hujus vocis *sufficiens*. Unde

B. D. maj. Ista gratia non est sufficiens ex omni parte et in omni genere, præter quam alia requiritur, *C. maj.* non est sufficiens in suo genere. *N. maj. Ad cujus sensum D.min.* Atqui præter gratiam Thomislice sufficientem requiritur altera in diverso genero, *C. min.* in eodem genere , *N. min. Unde ad prob. maj. similiter D.* Illud est sufficiens præter quod nihil aliud requiri ur in eodem genere, *C.* præter quod nihil aliud requiritur in quovis alio genere, *subdistinguo;* et hoc solum dicitur sufficiens, *N.* et insuper dicitur sufficiens id præter quod nihil aliud requiritur in suo genere, licet aliud requiratur in diverso genere, *C.*

Dicimus itaque gratiam quæ sic dat homini facultatem bene agendi, ut si non agat, non ideo sit quia non potest, sed quia non vult; dicimus, inquam, talem gratiam proprio et naturali sensu atque juxta communem loquendi modum esse et vocari sufficientem, quamvis ad actu agendum requiratur altera efficax. Equidem non est sufficiens in omni genere et ordine, cum requiratur alia alterius generis ct ordinis; sed est sufficiens in suo genere et ordine; et dicimus quod sic loqui, sit loqui in sensu proprio ct prout communiter loquimur. Enimvero quotidie dicimus ignem esse sufficientem ad comburendum, licet ultra debeat applicari subjecto combuslibili; panem esse sufficientem ad nutriendum , quamvis præterea debeat masticari, deglutiri ct concoqui; intellectum esse sufficientem ad intelligendum , licet nunquam intelligat nisi ulterius adhibeantur species, et admoveatur objecto per ulteriorem motionem; passionem Christi esse sufficientem ad nos salvandos, etiamsi nunquam nos salvet, si aliunde nobis ejus merita non applicentur, et sexcenta alia. Sic, inquam, loquimur sermone communi, sic loquitur S. Th. eadem exempla proferens hicq. 109,a. Io,et5p. q. 61,a. I,ad5.

Sicut ergo cum dicimus ignem esse sufficientem ad com' urendum, intellc-tn na l intelligendum. panem ad nu riendu ɳ. pissionem Christi ad no* «a'vandos·. iste p r i-ses non significant in sensu proprio et cn n-muni loquendi modo, ad comburendum, intelligendum, nutriendum, nos salvandos, de facto nihil aliud requiri in quovi* alio genere, præter vel ignem, vel intellectum, vel panem, vel passionem Christi; sed tantum quod quantum ad virtutem comburendi, intelligendi, nutriendi, nos salvandi, non alia requiratur virtus quam vel ignis, vel intellectus, vel panis, vel passionis Christi : ita cum dicimus graiiam esse sufficientem ad bene agenda n , ista phrasis, in sensu proprio et secundum com munem modum loquendi, non signifi at an actu agendum nihil aliud requiri in quovis alio genere, sed tantum quod sine quavis alia virtute ejusdem ordinis conferat nobis sufficientem facultatem bene agendi, si velimus. Quapropter imperite nobis objicitur quod abutamur terminis, quodque doceamus graiiam sufficientem quæ non sufficit.

Inst. Omissa quæstione de nomine et dato graiiam Thomistice sufficientem posse sano sensu dici sufficientem, quatenus dat sufficienter posse; saltem est revera insufficiens ad actu operandum seu actu observandum mandatum : atqui ad hoc debet esse sufficiens, quia Deus non præcipit nobis ut possimus observare mandata, sed ut de facto observemus: ergo. *Prob. maj.* Illa gratia est insufficiens ad observandum actu mandatum, cui ad actualem observationem deesl aliquid quod non est in nostra potestate : atqui gratia efficax quam Thomiste requirunt ad actualem observationem, deest, et non est in nostra potestate: ergo. Ita Honoratus Tournely q. *7* de grat. a. 4, conci. 5.

B. N. maj. Ad prob. D. min. Gratia efficax non est in nostra potestate ut eflectusqui illi subsit, *C.* utcausaquæillipnr-) adsit, *N.* Deus enim quantum est cx se paratus est omnibus qui habent gratiam sufficientem dare efficacem, nec eam ulli denegat nisi propter culpam qua «altem ordine et naturapræccdit subtractionem gratiæ efficacis. Et hæc est consta,.s doctrina S. Th. ct rigidiorum Thomistarum. S.Th. 5 c. Gent. c. 139 : « Deus, inquit, quan·* » tum in se est, paratus est omnibus gra-

µ tiam dare ; *vult enim omnes salvos fieri*
• *er ad agnitionem veritatis venire,* ut
» diciturl'rimot.2 ;sed illisoli gratia pri-
» vantur qui in seipsis gratiæ impedirnen-
» turn præstai.t.sicut. sole mundum illu-
» minante, in culpam imputatur ci qui ocu-
' ros claudit, si ex hoc aliquod malum se-
quatur, licet videre non possit nisi lumi-
» ne solis praeveniatur. « In 1, d. 40, q. 4,
a. 2 : « Hominem carere gratia ex duobus
» contingit; tum quia ipse non vult reci-
• perc; tum quia Deus non sibi infundit,
« vel non vult sibi infundere. Horum au-
n tem duorum talis est ordo, ut secundum
» non sit nisi cx suppositione primi. Cum
» enim Deus non velit nisi bonum, non
» vult istum carere gratia, nisi secundum
» quod bonum est; sed quod iste careat
» gratia, non est bonum simpliciter. Unde
» boc absolute consideratum non est voli-
« tum a Deo, est tamen bonum ut careat
» gratia, si eam habere non vult, vel si ad
« eam habendam negligenter se præparet,
» quia justum est, et hoc modo est volitum
« a Deo. Patet ergo quod hujus defectus
» absolute prima causa est cx parte homi-
» nisqui gratia caret ; sed ex parte Dei non
» *est* causa hujus defectus nisi ex suppo-
» sitione illius quod est causa ex parte ho-
« minis. » Nihil sane apertius, nihil ex-
pressius. Vide insuper q. 24 de verit. a.
14,ad2, in2, d. 57, q. 5, a. 2, 1 2q.112,
a. 5, ad 2 et alibi.

Astipulantur insignes et rigidi Thomis-
tæ : Lemos tom. 4, Panopl. lib. 4, p. 2,
tract.5,c. 2. « Auxilium sufficiens, inquit,
» ita sufficientiam tribuit ad operandum,
» quod defectus operationis nullo modo
» provenit cx insufficientia talis auxilii, sed
« tantum cx defectu arbitrii, quod ei resis-
» tit et impedimentum ponit. » Et cap. G:
« Deus tribuens auxilium sufficiens in co
» offert efficax; sed quia homo resistit suf-
·» ficienli, privatur efficaci quod sibi offe-
» rcbatur. » Alvares lib. 11 de Aux. disp.
115, η. 10 : « Dens, inquit, quandiu obii-
» gat præceptum, tribuit de facto auxilium
» sufficiens, paratus homini dare auxilium
» efficax, nisi eidem auxilio impedimentum
n præstaret. » El disp. S0 ad 4 : « Homo
» resistendo auxilio sufficienti, iinpcdimen-
» tum ponit ne Deus sua gratia ulterius
» progrediatur. » Et ita conformiter Trid.
»css. 6, cap. 15, ubi dicitur : « Deus nisi
homines illius gratiæ deftierint, sicut
cœpit opus bonum , ita perficiet operans
velle ct perficere. »

Corrigenda est itaque hæc falsa gratiæ sufficientis notio quam nobis affingunt ad* versarii. ut scilicet sit facultas ex se sterilis, cui Dens pro libitu subtrahit influxum necessarium adeam reducendam in actum, sicque contingat semper cam effectu frustrari; est enim, secundum nos, gratia sufficiens , semen evangclicum, principium boni operis illud virtute continens, et ad quod de facto perveniret, nisi virtutis ejus cursum homo sua defectiva libertate sisteret; sicut bonum semen terræ mandatum, fructum ferret, nisi aliquo terræ defectu impediretur. Equidem non diffitemur, imo pro certo tenemus, quod, ut homo gratiæ sufficienti non desit, ciquc consentiat, requiratur gratia efficax; sed. *guod bene adverte,* ut illi desit, ut illi resistat, ut peccet, non requiritur gratia efficax, sed sufficit defectiva ejus voluntas ; et quia illa resistentia , istud peccatum præcedit natura et ordine privationem gratiæ efficacis, ideo verum est dicere hominem privari gratia efficaci, quia peccando sufficienti resistit; non vero peccare, qüia privatur gratia effi-caci. Hanc gravissimam difficultatem totam quantam cx limpidissimis S. Thomæ principiis plane solutam atque explanatam, et Honorati Tournely hallucinationes circa illam plene dissipatas habes in tract, nostro de Deo, dissert. 8, a. 4, $5; illuc recurre ne eadem repetam.

Obj. 2°. Gratia Thomisticc sufficiens est prorsus inutilis: ergo non est admittenda. *Prob. ant.* Illa gratia est inutilis, qua nemoumpiam utitur: atqui gratia Thomisticc sufficienti nemo unquam utitur : ergo.

B. cum nostro Gondin, *D. ant.* Gratia Thomisticc sufficiens est inutilis cx se, *N.* per accidens defectu hominis, *C.* Dat enim ex se verum posse, quod utile est; quod si homo eo non utatur, hominis, non gratiæ culpa est : Deus autem sicut in natura, sic in gratia multa præstat ex se utilia, quæ nostro defectu carent effectu. Ad id quod additur, gratia Thomisticc sufficienti neminem unquam uti, Z>. Nemo utitur gratia Thomisticc sufficienti, reduplicative ut mere sufficienti, *C.* specificative ut dat facultatem boni, *iV.* Gratia sufficiens potest dupliciter considerari, quod, ut observat

laudatus Goudin,plcrique non satis advertunt : 1° ut est mere sufficiens, sub qua ratione connotai permissionem Dei ut homo ei desit illique resistat ; ct hoc sensu verum est neminem illa gratia bene uti. 2° Spectari potest quoad propriam entitatem et proprium precise enectum, qui est dare posse bonum; et hoc sensu falsum est neminem ea bene uti. Nam plcrique illa sicconsiderata bene utuntur et beneagunt, licet hoc ipsum quod bene ea utantur sit effectus gratiæ efficacis : sicut ergo virtus fructificandi in plantisnon est frustra, licet in plerisque propter defectus accidentes remaneat sine effectu, quia in aliis fructum fert ; ita a pari in nostro casu.

Obj. 5°. Gratia Thomisticc sufficiens est perniciosa. *Ergo Prob. ant. Ex* ea homo fit pejor. Ergo. *Prob.. ant.* Si ea careret non peccaret, et dum habet toties peccat. Ergo.

P. pari argumento posse probari rationem esse perniciosam, quia qui ea caret non peccat, et qui eam habet peccat. Itaque/V. *ant. Ad prob. N. ant.* Melior est enim qui potest facere bonum, quam qui non potest. *Ad prob. D.ant.* Qui habet gratiam sufficientem toties peccat, defectu pravæ voluntatis , *C.* defectu gratiæ , *N.* Quinimo per gratiam sufficientem enlitative sumptam homo ponitur in statu non peccandi, sed suo defectu sistit hujus gratiæ cursum et facit quod remaneat mere sufficiens.

Obj. 4°. Nemo nec ipsa Ecclesia petit a Deo gratiam Thomisticc sufficientem : ergo non est bona nec admittenda.

P. D. ant. >cmo petit a Deo gratiam sufficientem reduplicative ut sufficientem, *C.* hoc enim esset petere a Deo ut permitteret nos deesse gratiæ. Nemo petit a Deo gratiam sufficientem spccificalive et entitative sumptam, *N.* Petimus enim a Deo omne quod conducit ad salutem: talis est gratia sufficiens enlitative sumpta, quippe quæ dat facultatem boni operis et sine qua non fieret, cum citra miraculum non ponatur actus sine potentia agendi. Ecquid, quæso, a Deo petimus nisi gratiam sufficientem, dum petimus fidem, spem, charilatem ct alios habitus infusos? hi enim non dant agere sed posse , et ideo reducuntur ad gratiam sufficientem enlitative sumptam.

Cæterum *nola* hæc omnia argumenta posse retorqueri in gratiam sensu Congruistarum sufficientem,

ARTICULUS V.

Quid *ct quotuplex sit auxilium gratiæ sufficientis?*

Dico. Auxilium sufficiens non consistit in aliquo uno determinato indivisibili,sed in pluribus concurrentibus ad actus nostros , unoquoque in suo genere et inadæquate.

Prob. Nomine auxilii sufficientis intelligimus id omne quod Deus nobis concedit ut possimus facere opus salutare, ita ut non defectu auxilii, sed hominis se divino auxilio subtrahentis bonum omittatur aut malum fiat : atqui Deus nos multiplici modo adjuvat ad bonum, modo exterius per legem, per prædicationes, exhortationes, exempla, miracula, flagella, beneficia, etc. modo interius per mentis illustrationes, voluntatis motiones et habitus infusos virtutum : ergo. *Confirmatur.* Auxilium sufficiens est cui homo resistit : atqui S. Scriptura exhibet plura genera gratiarum quibus homo resistit, qualia sunt quæ modo recensebam : ergo.

Hinc colliges varias esse divisiones auxilii sufficientis. 1° Dividitur in externum et internum. Ad externum perlinent quæ jam dixi, lex, praedicatio, exhortatio, exempla, miracula, adversitates, beneficia, imo certa rerum creatarum dispositio per specialem providentiam directa et imperata in erdine ad salutem. Internum est quod Deus intra hominem operatur, ad ipsum promovendum in bonum et avocandum a malo. Est duplex ; unum transiens, ut sunt illustrationes mentis et motiones voluntatis; alterum permanens, ut sunt habitus infusi. Ad hoc posset aliquo sensu revocari bonum nature, scilicet bona indoles, naturalis amor virtutis, horror vitii et alia similia, quæ sunt veluti naturalia virtutum semina, non quidem quod hæc valeant per se ad actus supernaturales, sed tantum ad removendum peccatum quo reddimur indigniores auxilii supernaturalis.

2° Dividitur auxilium sufficiens in morale et physicum. Ad morale perlinent auxilia externa, quibus Deus vel ostensione boni, vel comminatione mali, ad bonum nos movet. Ad illud etiam pertinent illustrationes mentis, quæ quamvis respective ad mentem sint physicæ, respective tamen ad voluntatem sunt morales, quatenus eam

tantum movent objective propositione boni vel mali. Physicum est quo Deus ut causa efficiens hominem movet operando in voluntate et eam immutando.

5° Dividitur auxilium sufficiens in proximum ct remotum. Proximum est quo quis immediate potest bonum opus facere, ut sunt, v. g. habitus infusi respective ad suos actus; remotum est quo quis non est quidem proxime potens ad actum, sed tamen potest facere aliquid facilius, quod si faciat, perveniet ad actum : v. g. peccator non est proxime potens ad superandas graves tentationes, sed potest per gratiam orare ; quod si faciat, fiet proxime potens ad vincendas tentationes. Hanc differentiam indicat Trid. sess. 6. c. 11 ex S. Aug. dum dicit : *Deus impossibilia noti jubet, sed iubendo monet et facere quod possis* : en auxilium proxime sufficiens ; *et petere quod non possis* : ecce remote sufficiens. Hæc distinctio est apprime utilis ad solvendas plures difficul ates.

Posset insuper dividi auxilium sufficiens in collatum et oblatum, quod nempe reciperemus si per nos non staret; item in immediatum, quod confertur person® ; el mediatum, quod confertur alteri, ut auxilium collatum parentibus pro pueris qui non sunt capaces auxilii sufficientis propriæ person® coilati.

ARTICULUS VI.

DE GNATIA EFFICACI.

Unde repetenda sit ejus efficacia, et an sit per se efficax?

PRÆNOTANDA.

Gratia efficax potest sumi dupliciter : 1° vulgari sensu pro ea quæ habet insignem virtutem producendi effectum, quem tamen oh quædam impedimenta non producit; sicut dicitur communiter remedium efficax, quod tantam habet virtutem ut sanare soleat, licet quandoque non sanet propter defectum subjecti ; et gratiam hoc scnsuefficaccm aliquando usurpavit S. Th. ut in cap. 17 Joan. Leet. 2, ubi dicit orationem Christi quantum ex se esse efficacem pro vmnibus, non tamen sortiri effectum in omnibus propter impedimentum mundanorum. 2° Sumitur gra ia efficax pro ea quæ reipsa habet effectum el cui non resistitur, ita ut quanta vi polleat, si non sortiatur eliecium, non sil efficax, llocsceundo sensu sumitur hic et communiter e theologis gratia efficax; quia sumitur hic gratia efficax prout distinguitur a sufficienti : sufficiens dicitur quæ dat posse; efficax, quæ dat agere gH

Dari hoc sensu gratiam efficacem, id est, gratiam per quam aut cum qua habetur non posse, sed velle et perficere opus salutis, nullus negat; quia juxta S. Scripturam, Patres el concilia, omnia bona opera nostra magna et parva Deo tribuuntur qui operalur velle et perficere et omnia, idque probant momenta quæ mox proponemus in assertionem gratiæ per se efficacis.

Sed difficultas est, eaque gravissima et celeberrima, unde hæcgratia habeat quod sit efficax. Non dico unde habeat vim qualitercumque efficiendi, quod est esse efficax in actu primo; certum est enim quod habeat a Deo ; sed unde habeat quod certo et infallibililer obtineat consensum nostrum , quod est esse efficax in actu secundo, et eo modo quo intelligimus hic gratiam efficacem, *ut patet cx dictis.*

Juxta systemata art. 2 proposita, tres sunt sententiæ. Puri Molinislæ efficaciam graliæ repetunt ah eventu, ita ut juxta illos, non dentur nisi gratiæ ex se sufficientes , quæ fiunt efficaces ex consensu voluntatis hmnanx, seu quia voluntas humana illis consentit.

Congruistæ efficaciam infallibilem gratiæ repetunt ex directione scienti® media», et quia datur in iis circumstantiis in quibus prævisa est habere effectum ; sed quia neque circumstanti® neque præscientia quidquam virtutis conferunt graliæ, ulfatemur ipsimet Congruistæ, etiam in hac sententia, sicut in sententia Molinæ repetitur efficacia graliæ ex ipso consensu voluntatis, ita ut sit efficax quia voluntas consentit, non autem voluntas ideo consentiat quia est efficax : unde in utroque systemate gratia sufficiens et efficax non distinguuntur entitalive et per sua intrinseca, sed in systemate Congruistarum per circumstantias extriusecas; "adem enim entitative gratia quæ est efficax in uno qui consentit, est inefficax in altero qui non con-'entit.

Est juxta quosdam alia congenitas, sed a precedent! valde dispar, quæ non consistit in præscientia consunsus cx mnala

libertate futuri in his vel illis circumstantiis, sed in præparatione talis auxilii quod sua virtute consensum infallibiliter inferat, quatenus scilicet magis indurato, aut fortius tentato auxilium fortius datur ut vincat resistentiam. Sed ista sententia pertinet ad sequentem, et de ea diximus tract, de Deo, dissert. 6 de scientia media a. 6, J 9, obj. 1. Vide si lubet.

Thomistæ repetunt efficaciam gratiæ ex intrinsecis, sive ex omnipotentissima Dei voluntate et supremo dominio quod habet super voluntates hominum, sicut in cætera creata; ita ut inter gratiam et effectum sit connexio infallibilis, non solum infallibilitale præscientiæ, ut volunt Congruistæ, sed causalilalis ; neque infallibilitas operationis fundetur in præscientia nostri consensus, sed e contra præscientia nostri consensus fundetur in infallibilitate divinæ causalitatis. Vide systema Thomisticum.

Et hæc est sententia quam ab ipsis SS. Doctoribus Aug. et Thoma se hausisse, et verbo Dei, SS. pontificum et conciliorum decretis ct Patrum dictis consonam esse schola nostra commendabili studio gloriatur : verba sunt Benedicti XIII, in brevi *Demissas preces,* et pro qua ordo noster tanquam pro aris et focis contra oppositam decertavit per decem annos in famosis congregationibus *de Auxiliis* sub Clemente VIII et Paulo V; cuique subscribunt celebriores academiæ, innumeri theologi cx omni statu et ordine, ferine omnes qui non stant pro scientia media, licet differant in modo hanc efficaciam explicandi, ut dicam art. sequenti.

Desolatio qtuestionis.

Dico. Efficacia graliæ repetenda est, non ex eventu, neque ex directione scienti® mediæ, aut cohgruitate circumstantiarum, sed ex omnipotentissima Dei voluntate, atque ejus supremo dominio in voluntates nostras; steque est perse infallibiliter efficax, non infallibilitate scientis tantum, sed et causalitatis.

I lane conclusionem directe probant quaecumque dixi in tract, de Deo contra scientiam mediam ct pre decretis perse efficacibus : quapropter non omnia ex integro repetam, sed compendio tantum, et indicando loca, quibusdam tamen additis.

Probatur ex S. Scriptura.

1° Apost. 1 Cor. 4 dicit : *Quis te discernit? Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quia gloriaris quasi non acceperis?* Atqui si gratia non sit efficax ex se consensus nostri, sed ipsum expectet a nobis et per eum fiat efficax, homo habet aliquid quod non accepit el in quo possit gloriari et se discernere ab altero qui æquali gratia præventus non consentit, nempe ipsum consensum gratiæ quem non habet a gratia, sed a se : ergo. Hoc argumentum fusius deductum et varias adversariorum responsiones require de scientia media § 5.

Attamen juvat paululum adhuc audire Honoratum Tournely nova procudentem. Is cum contra suum singulare systema de gratia Molinistice sufficienti ad faciliora pietatis opera hoc argumentum ex Apostolo objecisset.

Despondet 1° « mirum esse adversarios » perpetuo istum Apostoli textum nobis » opponere quem ipsimet in sua sententia » solvendum pariter habent. Nonne in sen- » tentia Thomistarum verum istud est, » eum qui gratiæ sufficienti non resistit, » efficacem a Deo impetrare; qui vero re- » sistit, non impetrare? Ergo unus ab alio » se discernit contra effatum Apostoli ; qui » enim non resistit non habet ex gratia ef- » ficaci ut non resistat, ut antea ostendi- » mus. « Ita Tournely.

Verum totocœlo aberrat doctor Molinianus. Falsum namque est in sententia nostra, hoc, quod voluntas non resistat gratiæ sufficienti seu illi consentiat, non haberi ex gratia efficaci, *//oc ipsum,* inquit S. '1 h. in cap. 12 Heb. lect. 5, *quod aliquis non ponit obstaculum gratia, cx gratia procedit* : nec contrarium vel leviter *antea ostendit* Tournely ; sed erravit in suis adinventionibus, existimans nos docere hominem ex seipso non resistere seu consentire graliæ, quia dicimus quod cx seipso resistat, quæduo sunt valde diversa. Docemus ergo cum nostro Angelico Ductore, hominem, quod non resistat gratiæ,quod illi consentiat, habere ex gratia; quod autem illi resistat, habere ex se, steque in nostra sententia nihil habere per quod se discernat nisi in malo. Mirum est sane (id mihi vicissim liceat) et plusquam mirum, theologum qui assumit provinciam

utnusque partis jura ex æquo exponendi, prima unius partis principia, vel ignorare, vel dissimulare.

Alteram responsionem ejusdem theologi . scilicet consentientem non se discernere sine gratia vel praeveniente, vel comitante, confutatam habes ibidem de scientia media et de decretis, dissert. S, a. 5, § 4.

Iterum alteram responsionem nobis exhibet Tournely q. 9 de grat. a. 1, ox parte Molinistarum, quasi ipse non foret verus Molinista ; scilicet, « objectionem hanc ex » Apostolo præsenli quæstioni non esse » accommodatam. Nusquam enim contin- » git, inquit, ut efficaci gratiæ unus con- « sentiat et alter reluctetur; si enim afficax u supponitur, ambo consentiunt, alias ve- » ro non esset efficax... Igitur hypothesis » quæ solet adduci duorum hominum quo- » rum unus gratiæ consentit, alter vero » resistit, locum non habet, nisi ubi agi- » tur de gratia sufficiente, non vero de ef- • ficaci. » Huc usque Tournely.

Nugæ profecto nugæ in sententia Tournely, quæ est purus Molinismus. Ecquis fingit in ea sententia, in qua non dantur nisi gratiæ ex se sufficientes, non fieri comparationem duorum hominum quorum unus gratiæ sufficienti resistit, alter ei consentit? Hæc est ipsissima in hoc systemate hypothesis, in qua quaeritur unde habet quod sit efficax in eo qui consentit et remaneat mere sufficiens in eo qui resistit. Respondent Thomistæ habere quod sit efficax ex ulteriori gratia; respondetTournely cum suis, id habere ex consensu voluntatis : ergo qui consentit habet aliquid quod non accepit ct per quod ab allero se discernit, nempe suum consensum.

Equidem responsio posset videri prima fronte utcumque valere pro systemate Congruistarumfquod rejicit Tournely), in quo gratia congrua seu efficax differt in actu primo a sufficiente in ratione beneficii; sed cum non differat in ratione auxilii et virtutis, semper manet quod ex duobus gratia æquali quoad auxilium et virtutem praeventis, unus ex se consentiat, non alter, et sic ex se ab alio se discernat. Alia quæ late prosequitur saepe laudatus theologus his q. 7, 1. 4, conci. 5, ut ab hoe argumento se expediat, ipsa sua levitate dissipantur, et pro magna parte soluta habes loco citato dc scientia media.

I 2° Juxta S. Scripturam, Deus facit ut i faciamus; Ezech. 56 . *Faciam ut inprceceptis meis ambuletis.* Facit ut velimus; Philipp. 2 : *Operatur in* no' is veZ/e *tl perficere pro bona voluntate.* Far.il de no lentibus volentes, auferenda duritiam et resistentiam voluntatis et dando obedientiam seu consensum ; Ezech. 11 et 56 : ./«. *feram a vobis cor lapideum et dabo vobis cor carneum.* Unde S. Aug. de Prædest. Sanet, cap. 8 : « Hæc gratia quæ oc· » culte humanis cordibus divina largitate » tribuitur, a nullo duro corde respuitur· » ideo quippe tribuitur ul eordis duritia » primitus auferatur. » Atqui Deus non dat nobis ut velimus olfaciamus; non aufert cor lapideum, id est cor resistens ; non dat cor carneum, id est cor docile el consentiens; non aufert duritiam et resistentiam cordis per gratiam pendulam et permissam libero voluntatis arbitrio, expectantem ejus obedientiam vel resistentiam, ejus consensum vel repulsum, ut patet ex terminis; sed per gratiam vi propria effectricem bonæ volitionis et cordis docilis, obedientiset consentientis, atque victricem duritiei et resistentiae voluntatis : ergo.

5° Juxta S. Scripturam, gratia est infallibiliter efficax consensus nostri ex omnipotentissima Dei voluntate et supremo dominio quod habet super voluntates nostras : ergo non ex consensu voluntatis humanae. *Prob. ant.* Esther 15, Mardochæus orans Deum ut convertat cor regis Assueri Judæis infensi, dicit : *Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, et non est qui possit resistere tuæ voluntati, si decreveris salvare Israël.... Dominus omnium es,nec est qui resistit majestati tuæ.* Et cap. 14, regina Esther sic orat : *Domine rex deorum et universal potestatis.... transfer cor illius in odium hostis nostri;* ct cap. 15 subjungitur : *Converlilque Deus spiritum regis in mansuetudinem.* Quibus verbis infallibilitas et efficacia motionis ct gratiæ divinæ refertur evidenter ad Dei omnipotentiam et non ad consensum Assueri provisum. Unde S. Aug. 1 ad Bonif. cap. 20, expendens hæc verba, dicit : « Cor regis... « occultissima et efficacissima potestate » convertit et transtulit ab indignatione ad u lenitatem. » item Proverb. 21, cor regis in manu Dei comparatur divisionibus aqua-

mm in manti hortulani : *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; quocumque voluerit inclinabit illud.* Eccli. 35, homo in manu Dei comparatur luto in manu figuli. Isai. 10, comparatur securi, virgæ, baculo in manu hominis, iis utentis prout vult. Quibus comparationibus manifestum fit Deum vi suæ potestatis ct dominii de voluntatibus ad nutum disponere, non vero ab eis expectare quid voluerint.

Beponit Honoratus Tournely hæc frustra objici ; quia nemo negat gratiæ vim et efficaciam derivari ex omnipotentissima Dei virtute. Hic iterum verbis ludit et illudit Tournely. Ita quidem : nemo negat gratiæ vim et efficaciam quam habet, derivari ex omnipotentissima Dei virtute; sed Molinistæ et Congruistæ negant gratiam habere vim et efficaciam ex omnipotentissima Dei viriute determinandi infallibiliter voluntatem ad consensum, ut ferunt textus laudati ; quippe qui volunt eam esse efficacem per consensum ipsum ; et ita negarunt in congregatione habita coram Paulo V, vigesimo Septembris 1603.

4° Apost. Rom. 9 dicit : *Igitur non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.* Atqui in sententia adversariorum, est potius hominis volentis quam Dei miserentis : ergo. *Prob. min.* 1° Effectus poliori jure tribuitur causæ determinanti quam cxpectanli alterius determinationem ; atqui in sententia adversariorum, homo determinat consensum Dei indifferentem oblatum et Deus expectat hominis determinationem : ergo. 2° In eadem sententia Deus non majus auxilium gratiæ offert operanti quam non operanti : ergo quod ille bene velit et agat, et non iste, tribuendum est volenti et currenti, qui suo nutu commune auxilium determinat. Hinc S. Aug. in Enchirid. cap. 52, hunc Apostoli textum explicans, dicit : « Si propterea dictum est, » *non volentis, neque currentis, sed mi-* » *serentis est Dei,* quia ex utroque fit, id » est, ex voluntate hominis et misericordia » Dei. ut sic dictum accipiamus, non vo- » lentis neque currentis, sed miserentis est » Dei, tanquam diceretur, non sufficit sola » voluntas hominis, si non sil etiam mise- » ricordia Dei : non ergo sufficit sola mi- * sericordia Dei, si non sit etiam voluntas » hominis; ac per hoc si recte dictum est, » non volentis hominis, sed miserentis est « Dei, quia id voluntas hominis sola non » implet, cur non et e contrario recte di- *n* citur, non miserentis est Dei, sed volen- » tis est hominis, quia id misericordia Dei » sola non implet? porro si nullus chris- « tianus dicere audebit: Non miserentis est » Dei, sed volentis est hominis, ne Apos- » tolo apertissime contradicat; restat ut » propterea recte dictum intelligatur, non » volentis, neque currentis, sed miserentis » est Dei, ut totum Deo detur, qui homi- » nis voluntatem bonam et præparat ad- » juvandam et adjuvat præparatam. »

5° Juxta regulam traditam a Cœlestino papa in Capitulis, cap. 10, fundatam in S. Scripturis, Patribus et conciliis, communi theologorum et fidelium sensu probatam, « Operi et dignationi gratiæ in negotio sa- il lutis nihil penitus est subtrahendum. « Philipp. 2 : *Deus operatur in nobis velle ct perficere.* Joan. 5 : *Nemo habet quidquam boni, nisi illud datum illi fuerit desuper.* 1 Cor. 4 : *Quid habes quod non accepisti?* Rom. 11 : *Quis prior dedit ei?.... Quoniam ex ipso, per ipsum et in ipso sunt omnia.* S. Cyp. lib. 5 ad Quirin. cap. 4 : « In nullo gloriandum quando » nostrum nihil est. » S. Basil. Horn. 22 de Humilit. « Nihil tibi relictum, o homo, de »» quo gloriari possis, per universum enim » in gratia et dono Dei vivimus. » S. Chrysost. Serm. 2 in Epist. ad Coloss. « In ue- » gotio salutis totum est donum Dei. » Dc S. Augustino jam patet ex dictis et patebit ex dicendis. Concil. Araus. II cap. 20 s « Multa in homine bona fiunt, quæ non fa- » cit homo. Nulla vero facit homo bona, » quæ non Deus præstet, ut faciat homo. » Vide insuper c. 5, 5, 6, 7,9, 16, 22, 25. Atqui si gratia non sit virtute propria et per se efficax consensus et determinationis nostræ in bonum, sed eum a voluntate expectet, iste consensus, ista determinatio quæ est quid praecipuum in negotio salutis, ejus operationi subtrahitur, ut manifestum est : ergo.

Probatur ex S. Augustino.

Præter ea quæ jam vidimus ex S. Aug. *prob.* 1° ex terminis quibus S. doctor exprimit gratiæ efficaciam. Lib. 1 de Peccat. Meritis cap. 9, vocat gratiam efficacem, *Spiritus sancti occultissimam gratiam.*

Lib. de gratia Christi cap. 24, « internam, » occultam, mirabilem ac ineffabilem po- » testatem qua Deus operatur in cordibus » hominum non solum veras revelationes, ▪ sed etiam bonas voluntates.» Lib. 4cont. Jul. c. 8, « omnipotentissimam voluntа- » tem. » Lib. *1* contra 2 Epist. Pelag. c. 20, « occultissimam et efficacissimam vo- » luntatem ac potestatem, quæ convertit » ct transfert corda hominum ab indigna- » tione ad lenitatem. » Lib. de Corrept. et Gratia, «inclinandorum cordium om- » nipotentissimam potestatem. » De Præ- dest. Sanet, cap. 8, «gratiam quæa nullo » duro corde respuitur, quia ad tollendam » cordis duritiam primitus datur. » Atqui hæc competunt gratiæ per se et ex intrin- secis efficaci, nullatenus gratiæ permissæ libero arbitrio, et quæ ab ejus consensu aut circumstantiis loci vel temporis reddi- tur efficax. Nam 1° hæc gratia non opera- tur occultis, miris et ineffabilibus modis; causa enim cur operetur, est in hoc sys- temate obvia et aperta, scilicet consensus humanæ voluntatis. 2° Non est potentissi- ma et eflicacissima, siquidem nihil possit operari si voluntas humana resistat. 5° Non efficit ut homo sit volens et consentiens, cum e contra sit efficax quia homo vult et consentit. 4° Denique non inclinat corda quo et quando Deo placet, sed potius ho- mo flectit divinam potentiam quo et quan- do sibi placet. Ergo.

2° S. Augustinus refert ad inscrutabilia Dei judicia cur unus efficaciter velit et convertatur et non alter. Lib. de Spirit, et Lilt. cap. 54 : « Si ad illam profundita- » tem scrutandam quisquam nos coarctet » cur illi ita suadeaturut persuadeatur, illi » autem non ita? duo sola occurrunt quæ » respondere mihi placet : *O altitudo di- vitiarum!* et : *Numquid est iniquitas • apud Deum?»* De DonoPersev. cap. 9: « Ex duobus ætate jam grandibus impiis; » cur iste ita vocetur, ut vocantem sequa- » tur, ille autem aut non vocetur, aut non » ita vocetur, inscrutabilia sunt Dei judi- • cia. » Lib. 11 de Peccat. Merit, e. 5 : * Cur illum adjuvet. illum non adjuvet, ▪ illum tantum, illum autem non tantum, ▪ istum illo, illum isto modo, penes ipsum » est ; et aequitatis tam secretæ ratio, est * excellentia potestatis. » Atqui si gratia sit efficax ex consensu voluntatis humanæ, non est recurrendum ad inscrutabilia Dei judicia cur iste credat aut sequatur, alter non; responsio obvia est, quia iste con- sentit gratiæ et non alter. Ergo.

Si dicas, in systemate xal tem Congruis- tarum, esse Dei inscrutabile judicium cur iste ponatur in circumstantiis congruis in quibus prævisus est consenti re, et non alter.

Contra est quod S. Augustinus repetat discrimen inter istos duos ab *excclltn- tia potestatis divinæ*, quæ prout lubet hunc tantum vocat ut sequatur, alterum non tantum ; et cum Deus ut omnipotens possit bonam voluntatem inspirare etiam nolentibus etiam in circumstantiis contra- riis et incongruis, *patet* quod gratia quæ tanta est ob excellentiam potestatis diiinæ, non habeat suam efficaciam a temperamen- to, loco, tempore et aliis circumstantiis, consequenter quod S. Augustinus non recurrat ad inscrutabile judicium cur iste ponatur in congruis circumstantiis et non alter, sed cur isti detur gratia ex potentia divina efficax et non alteri.

5° S. Aug. de Prædest. Sanet, c. 10, di- cit: «Quando promisit Deus Abrahæ in » semine ejus fidem gentium, eam non de «nostræ voluntatis potestate, sed de sua » prædestinationepromisit; promisit enim » quod ipse facturus fuerat, non quod ho- » mines : quia etsi faciant homines bona » *quæ* pertinent ad colendum Deum, ipse » facit ut illi faciant quæ præcipit, non illi » faciunt ut ipse faciat quod promisit. Alio- » quin ut Dei promissa compleantur, non » in Dei, sed in hominum est potestate,et » quod a Domino promissum est, ab ipsis » redditur Abrahæ : non autem sic credi- » dit Abraham, sed credidit dans gloriam » Deo, quoniam quæ promisit potens est » et facere , non ait prædicere, non ait » præscire..... sed potens est facere, ac » per hoc facta, non aliena, sed sua. « At- qui si gratia non sit per se efficax consen- sus nostri ad fidem aut pietatis opus, sed ipsum expectet et ab ipso pendeat ut sit efficax, sequitur 1° quod quando Deus pro- misit fidem Abrahæ, non de sua prædesti- natione, sed de nostræ voluntatis potes- tate promisit ; 2° quod promisit non quod ipse facturus erat, sed quod homines; 5« quod ipse non faciat ut faciant |homines quæ præcipit, sed illi faciant ut ipse faciat quod promisit; 4° quod ut Dei promissa

impleantur, non in Dei, seel in hominum | sit potentate ; S0 quod potens sit prffdicere i el præM ire quæ promisit, sed non potens facere, cum hæc pendeanl a voluntate humana, sicqne quod facta aliena non sua promiserit : quæ omnia sunt directe contra S. Augustinum. Ergo.

Confirmatur. S. Aug. de Correpl. et Grat. c. 14, probat Deum facere de hominum voluntatibus quod vult, cum vult; quia *magis habet in potestate sua voluntates hominum quam ipsi suas:* atqui horno ex potestate quam habet in voluntatem suam , se determinat efficaciter, et quod capitale est, salva sua libertate : ergo *a fortiori,* Deus cx majori potestate quam habet in voluntates hominum, determinat eas efficaciter salva eorum libertate; alioquin quomodo haberet magis in potestate voluntates hominum quam ipsi suas?

4" Juxta S. Aug. difficile est conciliare libertatem cum gratia. Sic lib. de Grat. Chr. c. 47 : « Ista quæslio ubi de arbitrio » voluntatis et Dei gratia disputatur, ita » est ad discernendum difficilis, ut quando » defenditur liberum arbitrium, negari Dei » gratia videatur; quando autem asseritur » Dei gratia, liberum arbitrium putetur » auferri. » Et lib. 2. coni. litt. Petiliam c. 84 : « Si tibi proponam quæstionem, » quomodo Deus Pater attrahat ad Filium » homines quos in libero dimisit arbitrio, » fortassis eam difficile soluturus es. Quo- « modo enim attrahit sit dimitti ut (piis » quod voluerit eligat ? Et tamen utrum- », que verum est; sed intellectu hoc pene- « trarc pauci valent. » Atqui in utroque systemate Molinistarum et Congruistarum omnes facile penetrare possunt concordiam libertatis cum gratia : quis enim, etiamsi stupidissimus, non intelligat manere libertatem cum gratia quæ ab ejus nutu pendet? Imo ideo conficta sunt ista systemata, ut hæc concordia facile perciperetur : quo uno palam est quantum distent ista systemata a S. Augustini systemate.

A S. Augustino non sunt separandi fidelissimi ejus discipuli SS. Prosper et Fulgentius. S. Prosper carmine de Ingratis cap. 15 :

Ast vero omnipotens hominem cum gratia salvat.
Ipsa suum consummat opus, cui tempus agendi
Semper adest, quæ gesta velit ; non moribus illi
Fit mora, non causis anceps suspenditur ullis :
Ncc quod sola potest, curaofiiciovc ministri
Exeqmtur, farnulisvc vicem committit agendi.

S. Fulgentius lib. de Incarnat, et Grat. c. 29 : « Quomodo Deus omnia quæ vult » facit, si volens hominem salvum fieri, » cujus salus nonnisi a bona incipit voluntate, ipsum velle non in homine Deus » inchoat, sed ut ab homine nascatur ex- » pectat ? O quam pessimum nefas asseritur, » dum gratiæ Deicontumaciterrepugantur, » qui homines opere Dei se in bonum mu- » tari negant, qui homines non essent nisi » bonitate Dei operantis existèrent.» Hæc ex utroque Prospero et Fulgentio aperta sunt, nec commentariis indigent.

His omnibus adde sententiam Molinistarum et Congruistarum fundari in scientia media, quam S. Augustinus rejicit, non solum quoad abusum, sed etiainquoad substantiam. Videde scientia media a. 6, $4.

Probatur ex D. Thoma.

1° S. Thomas in cap. 5 ad Ephes. Lect. 2, ut jam vidimus, distinguit duplex auxilium gratiæ, unum quod dat posse seu facultatem bene agendi, aliud quod dat ipsam volitionem et actionem. « Facultatem » autem, inquit, dat Deus infundendo vir- » tutem et gratiam per quas efficitur homo » potens et aptus ad operandum; sed ip- » sam operationem confert in quantum ope- » ratur in nobis, interius movendo et ins- » ligando ad bonum. Et ideo hoc accipiens » Apostolus, dicit quantum ad primum : » *Dico quodfactussum minister...* Quan- » tum ad secundum dicit : *Secundum ope- » rationem quam Deus efficit,* in quan- ▮ tum virtus ejus operatur in nobis et velle » *et* perficere pro bona voluntate. » Ergo juxta S. Tliomam, gratia operatur in nobis et velle et perficere virtute divina et movendo nos ad bonum ; sicque est efficax cx se, non ex volilione au(.operatione nostra.

2° 1 2, q. 109, a. 1, quærens utrum homo sine gratia possit aliquod verum cognoscere, dicit : « Omnes motus tam corpo- « rales quam spirituales redimetur in pri- » muni movens simpliciter, quod est Deus ; » ct ideo quantiimcumque aliqua natura » corporalis vel spiritualis ponatur perfect

» ta, non potest in suum actum procedere » nisi moveatur a Deo. Non solum autem » a Deo est omnis molio sicut a primo mo- » venio, sed eliam ab ipso est omnis for- » malis perfectio sicula primo actu. Sic igi- » tur actio intellectus et cujusquam entis » creati dependet a Deo quantum ad duo: » uno modo, in quantum ab ipso habet per- » fectionem sive formam per quam agit ; » alio modo, in quantum ab ipso movetur » ad agendum. » IbiS. Thomas explicat ne- cessitatem et efficaciam gratiæ per motio- nem divinam ; motio autem divina non est efficax exmotu mobilis, sed propria virtute.

5° 5 cont. Gent. cap. S9, impugnans ut erroneam opinionem eorum qui dicebant Deum dare nobis virtutem volendi, *non* autem ipsum velle, sic ait : « Quibus qui- » dem auctoritatibus sacræScripturæ resis- » titur evidenter; dicitur enim Isaï. 26 : » *omnia opera nostra operatus cs in no-* » *bis, Domine.* Unde non solum virtutem » volendi a Deo habemus, sed etiam ope- »» rationem, Præterea hoc ipsum quod Sa- » lomon dicit : *Quocumque voluerit, in-* » *clinabit illud,* ostendit non solum di- » vinam causalitatem ad potentiam volun- » tatis extendi, sed etiam ad actum ipsius. » Item Deus non solum dat rebus virtu- » tem, sed etiam nulla res potest propria » virtute agere, nisi agat in virtute ipsius, » ut supra ostensum est. Ergo homo non • potest virtute voluntatis sibi data uti, nisi « in quantum agit in virtute Dei. Illud au- » tern in virtute cujus agens agit, est causa » non solum virtutis, sed etiam actus ; quod » in artifice apparet, in cujus virtute agit » instrumentum, etiam quod ab ipso arti- » fice propriam formam non accepit, sed » solum ab ipso applicatur ad actum : Deus » igitur est causa in nobis non solum vo- » luntatis, sed etiam volendi.» S. Th. hic .oquitur de causaliiate Dei in genere, tam in ordine supernatural! quam naturali : at- qui Deum causare immediate in nobis non solum potentiam voluntatis, sed etiam ac- tum volendi, ct hominem non posse vir- tute voluntatis sibi data uti, nisi in quan- tum agit virtute Dei} sicut instrumentum non agit nisi virtute artificis quatenus ab ipso applica;·'!', important evidenter mo- tionem gratiæ, non expectantis consensum voluntatis, sed illum virtute divina efficien- tis : ergo.

4° 1 2. q. 10, a. 4, dicit : « Si Dem » movet voluntatem ad aliquid, incompoÿ » sibile est huic poni, quod voluntas ad » illud non moveatur; non est tamen im- » possibile simpliciter. » Q. 6 de malo a unico ad 5 : « Deus movet voluntatem im· » mutabiliter propter efficaciam virtutis » moventis quæ deficere non potest, sed » propter naturam voluntatis motæ quæin- » differenter se habet ad diversa, non in· » ducitur necessitas, sed manet liberte; » sicut etiam in omnibus providentia divi· » na infallibiliter operatur, et tamenacau- » sis contingentibus proveniunt effectus » contingenter, in quantum Deus omnis » movet proportionabiliter, unumquodque » secundum suum modum. » 1 p. q. 19, a. 8 0 : « Cum voluntas divina sit effica- » cissima, non solum sequitur quod fiant » ea quæ Deus vult fieri, sed quod eo mo· » do fiant quo Deus ea fieri vult : vult au- » tem quædam Deus fieri necessario, qui· » dam contingenter. » Et ad 2 : « Et lio: » ipso quod nihil voluntati divinæ resistit, » sequitur quod non solum fiant ea qui » Deus vult fieri, sed quod fiant contin- »› genter vel necessario, quæ sic fieri vult.» Hæc sunt plana et aperta, atque diserte in terminis exprimunt efficaciam infallibilem gratiæ repetendam esse ex efficacia volun- tatis divinæ, et quod potissimum est, sal- vam manere libertatem sub illa.

Utrumque iterum eruitur ex q. 22 de verit. a 8, ubi dicit : « Omnis actio volun- » tatis in quantum est actio, non solum est » a voluntate ut immediate agente, sed » etiam a Deo ut primo agente, qui vehe- » mentitis imprimit : unde sicut voluntas » potest immutare suum actum, ita ct mul- » to amplius Deus. » Nihil urgentius; *inde enim sic formo argument*um. Deus ut pri- mum agens vehementius imprimit voluntа- ti, quam ipsa utsccundum agens sibi : atqui voluntas ut secundum agens seipsam in ge- nere causæ efficientis movet ct se determi- nat ad agendum salva libertate : ergo mul- to amplius Deus ut primum agens in ge- nere causæ efficientis ipsam movet et de- terminat salva libertate.

5° Juxta S. Th. usus gratiæ est a gra- tia : ergo est per se ct vi sua efficax. *Palet consequentia ;* quia non potest sui u-um conferre, nisi vi sua et efficacia moveat et applicet voluntatem. « Usus enim rei, in-

» quit M. Th. 1 2, q. 16, a. 1, importat » applicationem rei illius ad aliquam ope- » rationem : unde el operatio ad quam ap- ▮ plicamus rem aliquam, dicitur usus ejus ; s sicut equitare est usus equi, et percutere s est usus baculi. »

Prob. ant. 1° S. Th. *i* p. q. 25, a. 5, qnærensanpræscientiæ meritorum sit causa jrædestinationis, respondet nullam esse rausam prædeslinationis cx parte hominis, quia si quæ esset, foret maxime prævisus bonus usus gratiæ collalæ : « sicut si rex » dat alicui militi equum quem scit eo be- » ne usurum. Sed, inquit, isti videntur » distinxisse inter id quod est ex gratia ct » id quod est ex libero arbitrio, quasi non » possit esse idem ex utroque... Non est » autem distinctum quod est ex libero ar- » bitrio et ex pradestinatione (seu gratia), « sicut nec est distinctum quod est ex cau- » sa secunda et causa prima ; divina enim » providentia producit elTectus per opera- » tiones causarum secundarum, ut supra » dictum est : unde et id quod est per li- » beruin arbitrium est ex pradeslinalio- « ne, » consequenter ex gratia quæ datur per pradestinationem. 2° Idem quærit ct resolvit S. Doct. ad Rom. 9, Lcct. 5. « .Ma- » nifestum est, inquit, quod omne Dei * beneficium, quod homini confert ad sa- » lutem, est divinæ prædeslinationis elfcc- » Ius : divinum autem beneficium non so- » Ium se extendit ad infusionem gratiæ qua » homo justificatur, sed etiam ad gratiæ » usum. » Et postea , « Sic igitur ipse » usus gratiæ est a Deo. » Similiter q. 6 de vent. a. 2, ad 11,1 Cor. c. 15, Leet. 1 ; confer dissert. 9 de pradest. a. 6, conci. 3.

Ilis sisto ne tædium lectori afferam, el quia rationes sequentes sunt principia quæ constanter ubique docet S. Doct. lJoc unum breviter addo sicut deS. Augustino. Sententia opposita fundatur in scientia media, nostra sequitur ex decretis perse efficacibus : atqui S. Th. non agnoscit scientiam inediam, et docet decreta per se efficacia. Aide utrumque probatum intracl.de Deo, diss. 6 et 8.

Probatur rationibus.

f» Probatur rationibus, quæ sunt inconvenientia quæ deduxi contra scientiam median , et quæ nunc compendio sic resumo. îu l lata gratia Tier se efficaci, ct posita gratia efficaci ab eventu seu ex pracientia et circumstantiis, hoc est, gratia pendula, permissa determinationi liberi arbitrii et ejus consensum ac determinationem expeo tante, sequitur 1° quod tollatur a Deo ratio primæ causæ et primi motoris,quia voluntas se determinat, non determinata a Deo. Sequitur 2° quod tollatur ab eo ratio causæ universalis, quia est aliquid, scilicet consensus et libera determinatio voluntatis, quod ejus causalitatem subterfugit. 5° Quod decurtetur omnipotentia Dei et supremum dominium quod habet supra nostras voluntates, quia non potest in quibusviscircumstantiis voluntates nostras inclinare in bonum. 4° Quod tollatur praecipua ex parte necessitas orationis; nam in illa sententia non est necesse a Deo petere quod consentiamus gratiæ, cum id sit a nobis et non a Deo. 5° Quod non debeamus Deo gratias agere pro eo quod est caput in negotio salutis , scilicet pro determinatione ad bonum quæ est a nobis et non a Deo.6°Quod non in sola spe gratiæ inniti debeamus,sed præcipue in nostra libertate, cum sit semper nobis liberum eam reddere efficacem; et inde quod non tam anxie timere debea mus pro salute nostra, nec tanta sollicitudine illi invigilare. 7° Quod hæc sententia videatur affinis Semi-Pelagianismo, quatenus componit cum Deo, partem homini vindicet et partem Deo, et quod pejus est, homo primum tollat, promendo ex se suum consensum, Deo posterius det : in quo, juxta S. Aug. situs erat error Semi-Pelagianorum.8°Specialiter contra systema gratiæ congruæ, quod Deus in illo non sit magis auctor bonorum quam malorum operum; quia in tantum in eo systemate Deus dicitur auctor bonorum operum, in quantum ponit hominem in iis circumstantiis in quibus pravidet eum bene usurum gratia et cum eo simultanée concurrit ad opus : atqui pariter illum qui male agit ponit in iis circumstantiis in qidbusprævidet illum gratia oblata male usurum, ctcoucurrit simultanée cum illo ad malum opus : ergo. Hæc omnia fusius exposita cum respon-ionibus adversariorum , praesertim Honorati Tournely, require dissert. 6 de scientia inedia a. 6, §6.

Adde iterum specialiter contra idem systema gratiæ congruæ, quod subjace.it omnibus fere difficultatibus quæ contra gra-

tiain perse efficacem proponuntur. Nam is cui denegatur gratia congrua et datur tantum incongrua, non plus facit aut faciet quam is cui denegatur gratia per se efficax et datur tantum sufficiens Thomistica, ut non semel in tract, de Deo et in hoc præsenli observavimus : undeMarlinonus, Societatis scriptor, in suo Anti-Jansenio, disp. 26, sect 5, n. 23, concludit eam sententiam fuisse inutiliter excogitatam ad explicandas difficultates circa auxilia gratiæ; et Honoratus Tournely q. 7 de grat. a. 4, conci. 4, eam rejicit, quia vel retabitur in sententiam Molinæ, vel premitur iisdem difficultatibus ac systema Thoinisticum.

2° Confer diligenter dissert. 8 de decretis a 5, § 4, ubi prima ratio omnia ferine hucusque dictasummatimcomplelitur cum omnibus adversariorum effugiis praeclusis. Ibidem pro coronide adjecimus, adversarios alibi agnoscere nostram determinationem in bonum non esse a Deo; quod hic negant, ut tot absurditatum declinent invidiam. Hæc, inquam, omnia hic habeto pro dictis, ne eadem repetere cogamur.

Id unum tantum observandum est, quod jam ex parte observavi § 2 de scientia media, scilicet, argumentis quibus probatur in sententia Molinistarum et Congruistarum gratiam subjici voluntati, ab ea déterminai i et esse ejus pedisseqnam, duas passim a Tournely adhiberi responsiones. 1° Dicit absurdum esse ut superior dicatur inferiori subjici, quando inferior superioris mandata exequitur; 2° pariter absurdum esse ut quod ex se determinatio quædam est, inclinatio, impulsus ad aliquid, dicatur determinari, quando voluntas determinationem illius seu motionem est impulsum sequitur : gratia autem , inquit, ct ex se determinatio quædam, inclinatio, propensio ad bonum , quam cum voluntas sequitur , non determinat gratiam ab bonum, sed potius ejus determinationem sequitur, et mandata Dei superioris exequitur. Ita doctor Sorbonicus.

/f. *ad primum.* Equidem verum est absurdum esse ut superior dicatur subjici interiori , quando inferior mandata superioris exequitur, ibi sistendo ctin ordine morali : at si ut inferior exequatur mandata superioris, indigeat in ordine physico concursu superioris, ct superior illum ei offerat indifferentem et ab ipso determinabilem ad quodeumque voluerit, non ent absurdum sed plane verum dicere in hoc casu superiorem quantum ad usum sui concursui oblati subjici inferiori. Est autem hic noster casus.

Ad secundum. Detegenda estæquivocatio latens in hac voce *grulia.* Est quædam gratia physice præmovens et determinans voluntatem ad actus indeliberatos : hujusmodi gratiam non ægre admittunt adversarii, saltem aliqui;sed de ea hic non agitur, quæstio est enim de gratia nos movente ad consensum deliberatum voluntatis. Respective igitur ad illum consensum deliberatum est, secundum omnes, gralia provenions inoraLs, alliciens ct movensobjective voluntatem quoad specificationem in genere causæ finalis, non efficientis : non aliam prævenientem agnosnitl ournely cum Alolinistis; et hæc quidem etiam in eorum sententia non indiget determinari quoad speciem, sed quantum ad hoc potest dici determinatio et impulsus; indiget tamen determinari quoad exerciiium,quiaea posita voluntas est adhuc indifferens et indeterminata ut eam sequatur vel non : unde ex hac parte jam habemus in hoc systemate gratiam determinabilem a voluntate. Sed quod potissimum est, prêter hanc gratiam moralem, agnoscunt .Molinistæ necessariam esse aliam qua Deus concurrat physice ad consensum meum deliberatum. Hunc autem concursum seu gratiam dicunt a Deo offerri non determinatum ad unum; alias, inquiunt, læderetur libertas; sed indifferentem et voluntatis determinationi permissum : ergo de isto concursu seu gralia non potest dici quod sit determinatio et impulsus, sed vere dicitur quod sit versatilis , pendulus, indifferens, determinabilis a voluntate etejus pedissequus;et sic sublata æquivocatione , manent præclus® Tournely responsiones.

5° Homo in statu naturæ lapsæ, est admodum infirmus circa bonum et totus pronus in malum, extus objectis et exemplis seductus, intus passionibusabreptus.«Cum » avaritia nobis, inquit Cyprianus apudS. » Aug. l. 2 cont. Jul. c. 8, cum impudici- » lia, cum ira, cum ambitione congressio » est ; cum carnalibus vitiis, cum illecebris » sxcularibus assidua et molesta luctatio » est; obsessa mens hominis et undique » diaboli infestationibus vallata vix relis-

» tit. » Igitur sic ex omni parte incitamur ad malum, ut si gratia vi sua potentissima voluntatem non finnaret contra malum et non converteret in bonum, sed ipsam sibi relinqueret, vbxMrt ne vix unus e mille non succumberet : undeS. Aug. deCorrept. et Grat. c. 12, dicit : « Si in tanta infirmitate » vitæ hujus.... ipsis relinqueretur volun- » tassua.... inter tot et tantas tentationes » infirmitate sua voluntas ipsa succumbet, » *nec* vellent aut non ita vellent iniirmi- » tale voluntatis ut possent.Subventum est » igitur infirmitati voluntatis humanæ, ut » divina gratia indeclinabiliter et insupe- » rabiliter ageretur, et ideo quamvis infir- « ma, non tamen deficeret, neque adver- » sitate aliqua vinceretur. «

Objectiones.

Quantum ad objectiones quæ solent peti ex quadruplici capite : 1° ab auctoritate; 2° ex læsione libertatis;5°ex insufficientia auxilii quod dicitur sufficiens; 4° cx affinitate cum Calvinismo, *eas* totidem *abunde solutas habes sœpe dicta dissert.* S *de decretis a.* 4. Quapropter supervacaneum existimo illas hic denuo instaurane. Vide loco cit.

Illud tantum ad cumulum observandum est, sæpeobjici ab Honorato Tournely gratiam per se efficacem habere essentialem connexionem cum actu, et eum inde inferre lædi libertatem. Sed est iterum æquivocatio in ly *essentialem ;* non enim gratia per se efficax habet essentialem connexionem cum actu , quasi illum necessario pariat, sicut,v. *g.* essentia parit proprietates; sed sic ut habeat ex se virtutem infallibiliter obtinendi consensum : unde potest sic distingui. Habet connexionem essentialem,id est infallibilem cum actu, *C.* id est necessariam, Ar. Quia movet voluntatem non quomodocumque, sed ut libere consentiat ct cum potentia dissentiendi.

ConsectariumdesystcmatclIonoraliTounu ly.

Ex dictis habes pariter explosum systema quod pene extinctum cum Alphonso Le Moyne de novo instauravi 11lonoratusTournely, in quo systemate admittit ad faciliora pietatis opera, præsertiin ad orationem, gratiam sensu pure Molinistico sufficientem, quam voluntas suo consensu reddat efficacem ; momenta enim quæ inasserlionem gratiæ per se efficacis protulimus, probant universaliter eam requiri pro omni pietatis opere sivo facil' sive difficili : unde S. Aug. lib. 1 Retract.*c.9 : « Quia omnia » bona, et magna, et media, et minima » ex Deo sunt, sequitur ut ex Deo sitetiam » bonus usus liberæ voluntatis. » Insuper allucinatur Tournely, *ut jam notati,* dum orationem cum omnibus conditionibus requisilis ut sit impetratoria, inter faciliora salutis opera reponit.

Momenta quæ profert ex S. Scriptura Tournely pro suo systemate, eadem sunt quæ Molinistæ proferunt pro suo : unde ea alibi discussa hic omitto.

Deinde arguit 1° exS. Aug.lib.de Nat. et Grat. c. 44, ubi dicit : « Non igitur Deus » impossibilia jubet, sed jubendo admonet » *et* facere quod possis et petere quod non » possis. » Cap. vero 69 : « Eo ipso quo » firmissime creditur Deum justum et bo- » num impossibilia non potuisse præcipere, » hinc admonemur et in facilibus quid aga- » mus, et in difficilibus quid petamus. ▪

Jl. his et similibus textibus S. Augustinum nihil aliud velle quam quod pro facilibus habeamus gratiam proxime sufficientem, pro difficilibus remote sufficientem : at nusquam dixit sufficientem sive proxime sive remote; per solum consensum independenterab ulteriori gralia fieri efficacem.

Arguit 2°. S. Aug. lib. de Grat. et Lib. Arbit. distinguit in homine duplicem bonam voluntatem, unam parvam et invalidam, alteram magnam ct robustam : unde infertTournely voluntatem parvam conferri per gratiam sufficientem, magnam et robustam per gratiam efficientem. Per quam regulam dialectices valeat hæc illatio, videant oculati.

R. ergo parvam voluntatem conferri per gratiam, quæ est efficax respectu illius, et sufficiens proxime vel remote respectu volunlatis robuste.

*Arguito0*ex variis rationibus quas refert exThomassino, sed quæ militant tantum contra illos qui agnoscunt gratiam Molinislice sufficientem in statu innocentia. Unde nihil ad nos.

Arguit 4°. Gralia sufficiens sensu Thoinistico, prout ab efficaci distinguitur, cffertum aliquem imperfectum producit : quidni, inquiet, pariter ct gralia qualem defendimus?

Λ. apertam esse disparitatem ; quia nostra quæ dicitur sufficiens in ordine ad ulteriorem et præcipuum effectum, est propriavirtute efficax ad immediatum ad quem datur : at gratia sufficiens Tournely, non est propria virtute efficax imperfecti effectus, sed tantum ex consensu voluntatis ; quod fieri non potest.

Instat. Non facile intelligitur in opinione Thomistarum, quomodo illa gratia sufficiens effectum suum producat, an sine vel cum præmotione physica.

Ii. Cum præmotione physica.

Urget. Si cum illa præmotione, utquid gratia illa hæret in actu debili ct imperfecto , quandoquidem adjunctam habet physicam præmotionem tam efficacem et potentem?

Ii. Quia ista præmotio datur tantum ad Ilum actum imperfectum et non ad ulteriorem : non est autem efficax nisi ad actum ad quem datur.

Et hæc sunt singularis systematis Tournely præcipua momenta quæ indubie ipsi videntur *numero ct pondere gravissima,* sed quæ nec tyronem Thomistam movere valeant.

QUÆSTIO CURIOSA.

Quam gratiam efficacem admittit Honoratus Tournely ad difficiliora salutis opera.

1° Videtur quod non admittat ad opera pietatis difficilia gratiam efficacem ab eventu sensu Moliniano. 1» Quia illam admittit tantum ad opera facilia ; vult enim ad opera acilia gratiam sicsufficientem,utali(|uando producat effectum sine ulteriori gratia, quod est admittere gratiam efficacem per consensum voluntatis ; et hanc, inquam , admittit tantum ad opera facilia : ergo censetur aliam requirere ad opera difficiliora. 2° Quia rejicit gratiam sufficientem Molinæ in tota sua latitudine, eo quod excludat necessitatem graliæ efficacis ad opera salutis ardua et difficilia : ergo ad opera salutis ardua et difficilia requirit aliam gratiam efficacem quam Molinianam. Ita Tournely q. 7 de Grat. a. 4, conci. 2 et 3.

2" Videtur quod non admittat gratiam efficacem sensu Congruistarum. Ille enim non admittit gratiam efficacem sensu Congruistarum , qui rejicit gratiam sufficienicm eorum sensu ; unum enim ex altero sequitur ; quia si gratia sit ita sufficient ut nullo alio auxilio requisito ex parte Dei producat effectum, gratia non erit per se efficax, sed ab eventu. Si e contra gratia non sit ita sufficiens ut producat effectum sine alio auxilio requisito ex parte Dei, gratia non erit ab eventu, sed per se et virtute divina efficax : atqui Tournely rejicit gratiam sufficientem Congruistarum a. 4 cit. conci. 4; quia, inquit, vel relabitur in sententiam Molinæ , vel premitur iisdem difficultatibus quæ opponuntur contra gratiam sufficientem Thomisticam: ergo.

5° Tandem, certum est quod etiam ad opera ardua ct difficilia non admittat gratiam per se efficacem. 1° Quia eodem a. 4, conci, δ, rejicit ct multis argumentis impugnat gratiam sufficientem quæ nunquam producit suum effectum defectu gratiæ per se efficacis : ergo gratiain per se efficacem rejicit. *Patet consequentia* ex numero præcedenti. 2° Ille certo rejicit gratiam per se efficacem ad quæcumque salutis opera cliain difficiliora, qui propugnat scientiam mediam, qui impugnat decreta per se efficacia et praedestinationem gratuitam, qui contendit gratia per se efficaci everti libertatem , ct auxilium quod dicitur sufficiens, esse insufficiens; qui denique quacumque occasione data, probat, laudat, extollit momenta contra gratiam perse efficacem ; improbat, rejicit, contemnit momenta assertorum gratiæ perse efficacis: atqui is est HonoratusTournely, ut patet vel leviter inspicienti ejus operas ergo.

Remanet igitur problema, quæ sit mens Honorati Tournely circa gratiam efficacem ad difficilia pietatis opera; et mirrnn omnibus esse debet hunc doctorcm mentem suam circa hanc materiam , inter omnes theologicas celeberrimam, hic tacuisse.

ARTICULUS VII.

Expenduntur varii modi explicandi efficaciam el causalilalcm graliæ per se efficacis.

Qui admittunt gratiam per se efficacem, non uno modo ejus efficaciam et causalitalem explicant : quinque modi communius circumferuntur. Quidam eam explicant per multitudinem auxiliorum ;quidarv

per causalitatem moralem ; alii per actus indeliberatos; alii per delectationem victricem ; alii tandem per præmotionem physicam. Hos quinque modos sequentibus expendemus et verum stabiliemus.

§ 1. — *Expenduntur et rejiciuntur 1res priores modi.*

I. Explicare efficaciam et causalitatem gratiæ per se efficacis per multitudinem et coacervationem auxiliorum, non est explicare id quod quæritur, nec difficultatis nodum attingere ; nemo enim negat Deum pluribus auxiliis tam extrinsecis quam intrinsecis hominem ad se attrahere : sed quæstio est 1° unde illud ex istis multis , cui voluntas consentit,sit efficax; an propria virtute, an consensu voluntatis ? deinde si propria virtute, quomodo ista efficacia sit explicanda et in quo reponenda? quorum nihil dicit ista sententia. Si enim dicat hoc auxilium esse propria virtute efficax, id omnes graliæ perse efficacis assertores dicunt; sed quærunt quomodo el in quo reponenda est ista efficacia est virtus : an in motionibus moralibus, an in actibus indeliberatis, an in delectatione victrici, an in præmotione physica ; el hoc non explicat iste modus. Si dicat esse efficax ex consensu voluntatis, jam rejicit gratiam per se efficacem et redit ad sententiam Molinæ, teneturque admittere scientiam mediam qua Deus exploret cui auxilio voluntas sit consensura, quam tamen scientiam mediam non admittunt patroni hujusmodi.

Dicunt. Sicut infallibile est moralitcr justum inter tot peccatorum venialium tentationes aliquando peccaturum vcnialiter ; ita infallibile est moralitcr inter tot auxilia aliquod futurum efficax.

Sed contra 1°. Cuilibet particulari tentationi peccati venialis homo potest resistere potentia consequente et cum tenlatione componere dissensum : ergo similiter cum quolibet auxilio particulari poterit componere dissensum, et sic nullum erit per se efficax. 2° Ex hoc quod homo inter tot tentationes peccati venialis infallibilitcr peccaturus sit vcnialiter, non possumus certo cognoscere quod peccatum veniale determinate committet, sed in communi tantum quod aliquando peccabit : at Deus distincte cognoscit quodnam auxilium in particulari futurum sil efficax, quodnam non ; nec potest id certo cognoscere nisi quia vult hoc in singulari esse efficax, alioquin recurrendum est ad scientiam mediam. Quo pihflto , restat iterum explicandum in quo consistathæc efficacia; sicque comparatio facta nihil juvat istam sententiam.

II. Alii reponunt efficaciam et causalitatem gratiæ per se efficacis in auxiliis moralibus , non quidem fallibiliter moventibus ad sensum Molinæ vel Congruistarum, qui adhibent scientiam mediam, qua Deus exploret cui ex innata libertate simus consensuri; sed in auxiliis infallibiliter moventibus, seu quæ putant infallibiliter movere, et quibus tribuunt quidquid tribuimus auxiliis physice moventibus. Verum cum auxilium morale non moveat Tlisi objective invitando, alliciendo , suadendo , etc. et in ratione causæ finalis tantum , qualumcumque ponatur, ipsa voluntas semper remanet in potentia et indeterminata ut illi consentiat, maxime voluntas infirma,dura et indocilis ad bonum, nisi per aliquid intrinsece in ea receptum mutetur et determinetur. *Neque dicas* mutari et determinari per ipsum consensum et operationem ; tum quia debet mulari et determinari ut operetur et consentiat, ergo antecedenter ad consensum et operationem; tum quia operatio non mutat agens active, sed passum, quia operatio non exit ab aliquo nisi prout est in actu, et patitur prout est in potentia : ergo in quantum operatur agens, non mutatur a sua operatione effectis *e*, sic enim pateretur in quantum operans : ergo si mutatur, est anlecedenter ad operationem. Et hac ratione etiam probatur efficaciam et causalitatem gratiæ per se efficacis non posse explicari per sympathiam, vel per decretum divinum immediate absque aliquo intrinsece recepto in voluntate , ut quidam volunt.

Insuper Pelagius admisit auxilia moralia etiam interna, ut vidimus in dissert. 1. Neque tamen id satis fuitS. Augustino, qui ulterius requirebat subministrationem virtutis ct gratiam, *qua Deus operatur in cordibus hominum, non solum veras revelationes,quod* fit per auxilia intrinsece recepta in intellectu et moventia objective voluntatem ; *sed etiam bonas voluntates,* quod lit per gratiam involuntate receptam, qua mutatur el determinatur ad bonum.

III. Tertius modus reponit efficaciam et causalitatcm gratiæ per se efficacis in motibus indeliberatis, pia scilicet affectione, quæ si sit fortior tentatione, vincet et erit efficax : ita ex nostris Gonzales. Verum quamvis pia affectio indeliberata juvet et sit semen boni operis, attamen quantumvis fortis supponatur, ut voluntas infallibiliter eam deliberate sequatur et ei consentiat, debet per ulteriorem gratiam seu motionem cooperantem determinari, alioquin cassa manebit, non solum ex fortiori tentatione, sed vel ex instabilitate voluntatis humanæ, vel ex pluribus aliis causis, ut sæpe contingit et experientia novimus. Amplius confutabitur hæc sententia ex dicendis § sequenti.

§ II. — *Expenditur et rejicitur quartus modus per delectationem victricem.*

Non pauci reponunt efficaciam et causalitatem gratiæ in delectatione victrici, quam etiam vocant dilectionem et charitatein, inspirationem dilectionis ct charitatis; his enim nominibus promiscue utuntur, et ita expresse docuisse S. Augustinum contendunt.

At non sunt unius labii nec unius sensus. Quidam pro delectatione indeliberata pugnant,alii pro deliberata. Ex primis quidam sustinent delectationem indeliberatam nccessitantem, ut Janscnius, cujus error in tertia propositione ex quinque famosis est damnatus. Quidam defendunt delectationem indelibcratam non necessitantem : ita plerumque patres Augustiniani, quorum sententia videtur coincidere cum tertia præcedenlis §.

Ad intelligcndas istas varias opiniones, observandum est delectationem posse sumi dupliciter : 1° stricte, et est quies appetitus in bono possesso; si sit appetitus rationalis, est delectatio spiritualis ; si appetitus sensith i, est delectatio sensibilis. *Quies* non sumitur hic privative pro cessatione ab omni actu, sicut in rebus insensibilibus, quæ, dum suam perfectionem consequuntur, id non sentiunt, et ideo censentur quiescere per solam cessationem motus : at vero entia cognoscitis a, dum perfectionem suam et bonum consequuntur , id percipiunt seu agnoscunt, et cx ista cognitione causatur quidam motus animæ in bono present! complacentis et quietcantis, et iste motus est delectatio. 2e Sumitur delectatio latiori sensu pro affectu, seu inclinationi* voluntatis in bonum ut conveniens et naturæ ac rationi consentaneum. Et utroque sensu sumpta potest esse deliberata vel indeliberata.

Item gratiam per se efficacem consistere in delectatione, potest intelligi, vel in sensu formali, ut videlicet gratia efficax sit ipsa delectatio victrix ; vel in sensu causali, ut gratia efficax sit hujus delectationis causa.

Hoc ultimo sensu intellexisse S. Augustinum probant sequentia. Lib. 1 de Nuptiis et Concup. cap. £0, ait : « Condelec- » latio legi Dei secundum interiorem ho- » minem, de magna nobis venit gratia. · Lib. de Spirit, et Litt. cap. 5 : « Nos autem » dicimus humanam voluntatem sic divi- » nilus adjuvari ad faciendam justitiam, ut » accipiat Spiritum sanctum, qua fiat in » animo ejus delectatio, dilectioque illius » summi et incommutabilis boni quod est « Deus. » Lib. 1 ad Simplic. q. 2 : *Cum ergo nos ea delectant quibus pro/icimus ad Deum, inspiratur hoc ct prtcbelur gratia Dei.* Ergo juxta S. Aug. delectatio non est gratia, sed ejus effectus.

Id etiam ratio naturalis *evincit.* Ie Delectatio est actus vitalis polentiæ; gratia autem non est actus vitalis,alioquin a potentia vitali cflicejetur. 2° Delectatio spiritualis circa bonum supernaturale, quovis modo sumatur, est actus bonus : ergo est a gratia. 5° Dum animus afficitur delectatione , qua prius non afficiebatur, intrinsece mutatur : debet autem assignari causa efficiens hu us mutationis, quæ non potest esse alia quam gratia. His præmissis,

Dico 1°. Gratia non semper operatur in nobis delectationem stricte sumptam, neque ea sola ad bonum inclinamur et pertrahimur, sed variis aliis modis.

Prob. 1° ex S. Script, quæ timorem ut conducentem ad salutem nobis commendat. Eccl. 1 : *Timor Domini e.rpcllit peccatum.* Ibidem. : *Eadicc sapientiæ est timere Deum.* Proverb. 1 i *Time Deum ct recede a malo.* Ibidem IS : *Qui timet Deum, faciet bona.* Jeretn. 521 *Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant.* Matth. 10 : *Nolite timere cot*

qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere ; sed potius timete eum qui potest et animum et corpus perdere in gehennam. Psal. 118 : *Confige timore tuo carnes meas, a judiciis enim tuis timui:* ila alibi nassim. Unde Trid. sess. 6, c. 6, recenset justitiæ divinæ timorem interdispositiones quæ ad justificationem requiruntur; et can. 8, anathemate ferit cos qui dixerint « gehennae metum, per quem » ad misericordiam Dei de peccatis dolen- « do confugimus, vel a peccato abstinemus, » peccatum esse. » Denique sess. 14, c. 4, decretorie resolvit attritionem ex gehennæ metu conceptam, esse donum Dei et Spiritus sancti impulsum, non quidem inhabitantis, sed moventis, quo pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat: ubi habes aperte timorem esse effectum gratiæ et ad salutem conducere.

Prob. 2° ex S. Aug. Serm. 214 de temp, dicit : « Cum timetur poena quam (Deus) » minatur, discitur amari premium quod » pollicetur, ac sic per timorem poanæ bo- » na vita retinetur. » Lib. de Correp. et Grat. cap. 5 : « Non vis tibi tua vitia de- » monstrari, ut fiat tibi utilis dolor, quo » mediumquæras... quasi aut nihil agat ti- » mor correpti hominis, vel pudor, vel do- » lor. » Ibid. «Isti sic, illi aliter atque alii » aliter diversis et innumerabilibus modis m vocantur ut reformentur. » Etlib. Icont. duas Epist. Pelag. « Trahitur ergo miris » modis ut velit, ab illo qui novit intus in » ipsis hominum cordibus operari, non ut b homines, quod fieri non potest, nolentes » credant, sed ut volentes ex nolentibus w fiant. » Porro si miris, si diversis et innumerabilibus modis trahimur ad Deum, non ergo delectatione sola.

Magistro subscribit discipulus S. Prosper contra Collatorem cap. *7* : λ Trahit ti- * mor, inquit; *principium* enim *sapien- » liai timor Domini.* Trahit laetitia ; quo- » niam *lætatus sum in his quæ dicta sunt » mihi.* Trahit desiderium; quoniam *con- » cupiscit cl deficit anima mea in atria » Domini.* Trahunt delectationes : *quam » dulcia en\m faucibus meis eloquia tua, » super mei ct favum , ori meo!* Et quis « perspicere et enarrare possit per quos af- • fectus visitatio Dei animum ducat huma- » num ?... hæc autem o unia operatur unus » atque idem spiritus dividens singulis » prout vult. »

Confirmatur. JuxtaS. Augustinum, homo non sola delectatione inducitur ad malum : ergo nec sola delectatione trahitur in bonum. *Prob. ant.* Lib. 2 de Peccat. Merit, cap. 10, aitS. Aug. « etiam illa pec- « cata juste imputari, quæ non delectatio- » nis illecebra committuntur, sed causade- » vitandærnolcsliæalicujus, aut doloris aut » mortis, u Et lib. de Catechiz. Rud. cap. ult. « Non solum per cupiditates diabolus » tentât, sed etiam per terrores insultalio- » num ct dolorum et ipsius mortis. «

Prob. 3°. Religio Christiana docet nos sequi non delectabilia, sed recta et honesta, quantumvis dura et amara; seu, ut verbis Christi utar, non gaudium sed crucem, Deumque amare non quia delectat, sed quia dignus est. Ergo velle homines semper induci ad agendum motivo delectationis, nunquam ratione, officio, honestate ab omnibus delectationibus illecebris pura. Epicuri non Christi religionem sapit.

Prob. 4° *experient ia,* qua nobis constat justos sæpe a malo recedere et bonum facere, nulla demulcente delectatione , sed vel timore pœnæ, vel solo motivo officii et legis æternæ inducti, inter tædia, tristitias et dolores, tota repugnante natura.

Dico 2°. Delectationem latiori sensu sumptam pro affectu seu inclinatione voluntatis in bonum conveniens semper operatur gratia per se efficax ; quia proprius ejus effectus est inclinare et applicare voluntatem ad bonum, ideoque efficere ut semper proponatur voluntati quod est magis conveniens. Neque enim voluntas timet malum nid ex amore boni oppositi, et quia judicat sibi conveniens et bonum ut istud malum fugiat, ita ut amor sit actus primogenitus voluntatis.

De delectatione igitur sic sumpta ut plurimum loquitur S. Augustinus, dum dicit gratiam esse aut operari delectationem, quam etiam vocat dilectionem ct charitatem, sumendo charitatem late pro quacumque voluntate boni. Idque videntur concedere Augustiani, delectationis victricis defensores. Cum enim Laurentius Berti lib. 14, cap. 8, sibi objecisset ex S. Script, ct Trid. non solam delectationem, sed etiam timorem Domini esse principium actionum nostrarum, eo tandem devenit ut vocet delec-

talionem, *bcma voluntatis fervorem ct inspirationem Iona voluntatis.*

Dico 3°. Delectatio quovis sensu sumpta, sive stricte sive late, sive deliberata sive indeliberata, non est id in quo consistit efficacia gratiæ per se efficacis ; quia id in quo consistit efficacia gratiæ est id quo obtinet infallibiliter et indefectibiliter suum effectum : stqui delectatio Dei nondum clare visi in bac vita quovis sensu sumpta, non est quo gratia obtinet infallibiliter et indefectibiliter suum effectum ; siquidem doceant omnes theologi cum D. Th. delectationem ct dilectionem Dei nondum clare visi in hac vita non esse indefcctibilem ct inamissibilem, sed posse etiam potentia consequenti vinci ct destrui per timorem aut amorem boni creati.

Dices. Quomodo igitur intelligitur illud celebre effatum S. Aug. in Epist. ad Galat. *Quod amplius non delectat, secundum in operemur necesse est ?* Quod, inquit Jansenius lib. 4 de Grat. Chr. cap. 6, *aureis meretur scribi characteribus.*

R. certo non posse intelligi ad sensum Jansenii, quasi homini non sil liberum resistere majori delectationi ; tum quia hunc sensum damnavit Ecclesia in ipso Jansenio ; tum quia ipse S. Aug. agnoscit se non semper id egisse quod ipsum magis delectabat : « Non faciebam, inquit lib. 8 « Conf. cap. 8, quod incomparabili affectu » amplius mihi placebat; » ct lib. 83QQ. q. 70, dicit quod homo etiam cum dolore magnam venandi delectationem posset cohibere : tum denique quia juxta S. Aug. major et maxima fuit delectatio coelestis in Adamo et angelis peccantibus, quam tamen non sunt secuti.

Itaque i° *datoS.* Augustinum ibi loqui de delectatione indeliberate : *R.* ipsum intelligere necessitatem moralem sumptam pro magna difficultate aliter operandi, quia Immines solent facere id quod eos magis delectat. Neque tamen S. Aug. id dicit universaliter ctabsolute,sed inhypoihesiquod nullum occurrat aliud molivum. Nam, ut vidimus, docet timorem nos sæpe abstrahere ab eo quod magis delectat : quod idem præstare possunt .'dia motiva, officii, honestatis , utilitatis, etc. sicque palet etiam hoc sensu dato efficaciam gratiæ non consistere in sola delectatione. Sed

2° Et verius S. Aug. intelligit hæc verba de delectatione deliberata, sumpta pro affectu et inclinatione in bonum conveniens subséquente liberam voluntatis electionem; perinde ac si dixisset t Necesse estoperemur id quod magis deliberaleainamus, quod judicamus practice magis conveniens, quod magis placet Hæc autem necessitas, *ut patet,* non est absoluta, sed hypothetica ; non consequentis, sed consequents ; non antecedens, sed consequens nostram libertatem. Hoc itaque sensu verissima est S. Augustini sententia, nos necessario facere quod nos magis delectat, hoc est, quod magis ex deliberatione amamus et præ alio libere eligimus. Sed integra manet præsens quæstio, unde gratia quæ est causa hujus deliberat® delectationis et amoris, habet quod efficaciter et infallibiliter illum efficiat, corque nostrum in eo ita firmet ut nullum bonum ab eo nos abstrahat; nam, ut jam diximus, delectatio et dilectio cujuscuinque boni, etiam Dei, in hac vita est de se defectibilis et amissibilis. Nos dicimus, *ut patebit modo,* gratiam id habere ex motione divina, quæ efficit ut amor Dei nobis semper proponatur ut magis conveniens, et ad eum nos efficaciter ct libere inclinat.

Repones. S. Aug. loquitur de delectatione gratiæ prævenienlis, qua fil ul velimus : ergo non intelligit de delectatione deliberata subséquente volilionem liberam. *Prob. ant.* Lib. 1 de Spir. el Litt. c. 55 : « Quis nesciat, inquit, non esse inho» minis potestate quid sciat ; nec esse con» sequens ut quod appetendum cognitum » fuerit, appetatur, nisi tanluin delectet » quantum diligendum est? » Et lib. 1 ad Simpl. q. 2 : « Voluntas ipsa, nisi aliquid » occurrerit quod delectet atque invitet » animum, moveri nullo modo potest. Hoc » autem ut occurrat, non est in hominis » potestate. » Ergo.

R. D. ant. S. Aug. intelligit de delectatione prævenientc cl indeliberata aliquando, *C.* semper, *N.* In his ergo locis proxime objeclis fatemur quod iutelligat de delectatione indeliberata quam facit gratia, et quæ nihil aliud est quam affectus indeliberatus ad bonum ut conveniens, quo fit ul voluntas in actu posua. possit se libere movere in actum ulteriorem dclihera- tum, mediante tamen.ulteriori gratia ad id voluntatem movente. At falsum est S. Au-

gustinuin ubi agit de delectatione ncccssitante, intelligere delectationem indeliberatam. *Patet cx dictis.*

Insuper hæc instantia nihil iterum facit ad præsentem quaestionem. Ex hoc enim quod necesse sit voluntatem , ut velit et amet deliberate, praeveniri delectatione seu affectu boni convenientis indcliberato, non sequitur quod in ea delectatione seu affectu indcliberato sita sit efficacia gratiæ, quod quærimus; cum ct ipse affectus indeliberatus sit effectus gratiæ efficacis, ct non moveat efficaciter ct infallibiliter ad actum deliberatum, nisi mediante ulteriori motione seu gratia.

§ III.— *Expenditur quintus modus per promotionem physicam.*

Tandem Thomiste communiter reponunt efficaciam gratiæ in præmotione seu prædeterminationc physica. Per pramotionem seu prædeterminationcm physicam, nihil aliud intelligunt quam applicationem activam potentiæ ad actum secundum modum ejus, scilicet, ut agat libere, sisit potentia libera ; necessario, si sit necessaria. Porro, supposito quod cietur talis pramotio, nemo negare potest quin sit modus expeditissimus explicandi efficaciam gratiæ; cum enim repugnet esse applicationem activam sine passiva, sequitur esse infallibilem connexionem inter gratiam applicantem voluntatem ad actum et voluntatem agentem.

Verum negant adversarii dari talem promotionem ex multis capitibus, sed præsertim ex læsione libertatis humanæ. Hanc dari probant philosophi Thomiste omni genere argumentorum, quæ apud ipsos videre licet. Ne tamen lectorem omnino jejunum in hac celebri controversia dimittam , quædam in ejus assertionem ex philosophia proferam. Unde

Asseritur breviter promotio physica ex D. Th.

Sanctus Doct. q. 5 de pot.a.7, cujus titulus est, *Utrum Deus operetur in operatione naturæ,* dicit : « Quia nulla res » per scipsam movet et agit, nisi sit mo- ▮ vens non motum, tertio modo dicitur ▮ una res esse causa actionis alterius in » quantum movd cam ad agendum; in quo » non intelligitur collatio aut conservatio » virtutis activas, sed applicatio virtutis ad » actionem : sicut homo est causa incisio- ¶ nis cultelli ex hoc ipso quod applicat acu- » men cultelli ad incidendum movendo ip- » sum. Et quia natura inferior agens non » agit nisi mota... sequitur de necessitate » quod Deus sit causa actionis cujuslibet » rei naturalis, ut movens et applicans vir- » tutem ad agendum... Quarto modo unum » cstcausa actionis alterius sicut principale » agens est causa actionis instrumenti; et » hoc modo etiam oportet dicere quod Deus » est causa omnis actionis naturalis. » Tandem sic concludit articulum : « Sic ergo » Deus est causa actionis cujuslibet, in » quantum dat virtutem agendi, etin quantum conservat eam, et in quantum applicat actioni, et in quantum ejus virtute » omnis alia virtus agit; et cum conjunxe- ¶ rimus his, quod Deus sit sua virtus, et » quod sit intra rem quamlibet, non sicut » pars essentiæ, sed sicut tenens rem in » esse, sequitur quod ipse in quolibet operante immediate operetur, non exclusa » operatione voluntatis et natura. »

1 2, q. 109, a. 1 0 : « Sicut omnes motus corporales reducuntur in motum coelestis corporis sicut in primum movens » corporale , ita omnes motus tam corporales quam spirituales reducuntur in primum movens simpliciter, quod est Deus. » Et ideo quantumcumque natura aliqua. » corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere » nisi moveatur a Deo. »

Sic constanter et ubique S. Th. Unde hic brevitati studens ab aliis textibus referendis supersedeo. Vide quos art. procedenti laudavi in probationem gratiæ per se efficacis, pariter militant pro promotione physica.

Infundate responderes S. Thomam dixisse *movere,* non *promovere.* Quis enim, si non sit hebes, nescit *movere, applicare, causare,* esse prius natura et causalitate quam *moveri, applicari, causari?* seu, ut ipsemet dicit S. Doct 5 cont. Gent. cap. 149, *motionem moventis procedere motum mobilis ratione et causalitate ;* ita ut qui dicit *movere,* sensu naturali, obvio et rigoroso, dicat promovere : nec aliud intelligunt Thomiste per promotionem seu pradetenninalionem, quam motionem divinam applicantem potentiam ad actum.

Pariter nugatorie responderes S. Thomam dixisse quidem Deum movere etivras-

(novere voluntates humanas, sed non efficaciter : quasi vero posset esse aut intelligi physica apnlicatio et motio activa sine applicatione el motione passiva. Aliunde dicit in terminis S. Doctor q. 6 de malo a. unico ad 3 : « Deus movet voluntatem im- » mutabiliter propter efficaciam virtutis » moventis quæ deficere non potest; sed » propter naturam voluntatis motæ, quæ in- » differenter se habet ad diversa, non in- » ducitur necessitas, sed manet libertas. « Et 1 2, q. 10, a. 4, ad 5 : « Si Deus movet » voluntatem ad aliquid, incompossibile est » huic positioni quod voluntas ad illud » non moveatur; non tamen est impossi- » bile simpliciter, unde non sequitur quod » voluntas a Deo exnccessitate moveatur.» Ita pluries alibi.

At forte S. Doct. intelligit de motione morali et non physica? Equidem scioplures adversarios illuc confugere; sed tam aperte , tam directe contra mentem et litteram S. Tb. ut qui sic respondent, vel S. Thomam non legerint, vel voluntarie cæcutiant.

Nam 1° S. Doctor q. 109 cit. agit de motione communi omnibus agentibus tam corporalibus quam spiritualibus, tam liberis quam necessariis. *Quantumcumque* , inquit, *natura aliqua corporalis vel spiritualis,* etc. Certum est autem motionem moralem non competere agentibus corporalibus ct necessariis.

2° Pariter q. 5 de potent, cit. agit de motione respectu totius naturæ tam inanimata quam animata, tau necessaria quam libera. Ita fert ipse titulus articuli, *Utrum Deus operetur in operatione naturæ.* Ita ierunt hæc verba in corpore articuli : « δέ- quitur de necessitate quod Deus siteau- » sa actionis cujuslibet rei naturalis, ut movens et applicans virtutem ad agen- » dum. » Item : « El hoc modo etiam opor- » tet dicere quod Deus est causa omnis ac- tionis rei naturalis. » Item : « Sequitur » quod ipse in quolibet operante immedia- » te operetur, non exclusa operatione vo- luntatis et naturæ. » Insuper ibidem dicit Deum movere et applicare potentiam ad agendum sicut artifex movet et applicat dolabram aut cultellum ad scindendum ; et ad 7, quod id quod a Deo fit in » re naturali quo actualiter agat, est ut in- » tenlio sola habens esse quoddamincom » pictum per modum quo virtus artis eft » in instrumento artificis. » Quis, amabo, motionem moralem in his somniabit?Item ibid. arg. 12, 15 et 14, objicit sibi quod motio, quam astruit, destruat libertatem; hæc autem argumenta forent prorsus impertinenlia , si ageret de motione morali, quæ certo certius non nocet libertati. Et quod est notandum, hæc argumenta solvit eodem modo quo nos solvimus, nempe, Quod voluntas dicitur *libera, seu* habe- » re dominium sui actus, non per exclusio- » nem causæ primæ, sed quia prima non ita » agit in voluntate, ut eam de necessitate » ad unum determinet , sicut determinat » naturam. » Plura hic omitto, quæ hanc infund.itam responsionem radicitus evertunt ; (plia quæ dixi sufficiunt, el in his philosophicis brevis esse volo.

Verumtamen non omittendum est antiquos ct insigniores Societatis theologos, contra recentiores, ingenue agnovisse præmotionem physicam esse de mente S. Th

1° Libellus de *Datione studiorum* in ipso collegio Rom. anno 15'86 compositus a sex patribus Jesuilisa reverendissimo P. gcnerali ad id deputatis, sic habet regula quinta : */n theologia doctrinam S. Th. ut cavetur quarta parte constitutionum cap.* 14, *nostri sequantur exceptis paucis.* Inter autem pauca illa excepta, sic num. 6 legitur : *Causas secundas esse proprie el univoce instrumenta Dei; et cum operantur, Deum in illas primum influere aut cas movere.* Hunc libellum Tolosæ in conventu D. Th. Aquin, asservari testatur P. Antomus Massoulie, seque ipsum sæpe legisse, et hæc quæ referimus propria manu ex illo exscripsisse. Equidem alter fuit postea editus Anluerpiæ, in quo hæc desiderantur : qua mente vel causa, non inquiro. Sufficit nobis ita censuissesex illos patres priores auctores.

2° Molina ipse hanc de praevia motione sententiam esse a D. Th. traditam fatetur in Concord, q. 14, a 15, disp. 26, cui hunc titulum præfigit: *Concursus Dei generalis an sit influxus in causas, quasi prius eo motæ agant; an immediatus cum illis in earum naturales actiones et effectus.* En status quæstionis ; perinde est enim ac si diceret : Utrum concursus Dei generalis sit pravius vel simultaneus tantum. Tum initio capitis sic dicit t D. Th.

£ p.q. 103 , a. 5. docet Deum duplici ratione dici operari cum causis secundis : ▮ imprimis' quia virtutem illis tribuit ad j» operandum,easque actu conservat; dein» de quia eas ad agendum movet, ut quo» dam modo formas et virtutes earum ap» plicet ad agendum. » Ut autem hanc sententiam impugnet, ait : « Duo sunt quæ » mihi difficultatem pariunt circa doctri›nam hanc D. Th. Primum est quod non » videam quidnam sit motus ille et appli» catio in causis secundis , qua Deus illas » ad agendum moveat et applicet; quin » potius existimem ignem , sine ulla sui » mutatione, calorem in aquam sibi admoB tam inducere. » Unde concludit: «QuaB re ingenue fateor mihi valde difficilem » esse ad intelligendum, motionem ct ap» plicationem hanc quam D. Th. in causis b secundis exigit. » Deinde proponit secundum argumentum sic : « Secundum b quod mihi difficultatem parit, est, quia b juxta hanc D. Thomæ doctrinam, Deus • non concurrit immediate immediatione » suppositi ad actiones et effectus causa» rum secundarum , sed solum mediate , » mediis scilicet causis secundis. » Utriusque argumenti solutionem invenire potuisset Molina in S. Th. tum ibid. tum. q. 5 de pot. a. 7, ad 7 ; sed nihil nunc ad rem. Sufficit nobis Molinam agnovisse hanc de prævia motione sententiam, quam ipse improbat , fuisse a D. Th. traditam 1 p. q. 103, a. 5.

5° Idem agnoscit Snares in Metaph. disp. 22, sect. 2, *De modo quo Deus causis secundis concursum prxbet*, ubi dicit numero 52 : « Verum est D. Thomam » q. 5 de pot. a. 7, addere tertium, nimi› rum, virtutem instrumentaient fluentem, U quam recipit causa secunda a prima ut agat tanquam instrumentum ejus; diserte b enim hanc numerat tanquam distinctam ab applicatione et ab efficientia seu con» servatione ipsius causæ secundæ et virB tutis ejus. »» At existimat hanc sententiam tacite retractasse S. Thomam in Sumina, in ea ipsa q. Io5 primæ partis, ubi Molina, ut vidimus, el Conimbricenses ut mox videbimus, aperte assertam agnoscunt, et ubi revera eam S. Th. asserit.

4° rlie annumerandi sunt Jesuitæ Cottimbricenses in 2 lib. Physic, cap. 7, q. 15, cui hic titulus praefixus est : *Utrum Deus aliqua prævia motione causas secundas ad agendum excitet ?* De· nde initio articuli primi sic loquuntur : « Circa modum η quo Deus cum causis secundis ad earum » operationes et effectus concurrit, di«cu› tienda se offert celebris opinio D. Thoη mæ 1 p. q. 105 , et 1 2, q. 109, a. 1, et » q. 5 de pot. a. 7, ejusque sectatorum » Capreoli in 2, d. 1, q. 2, Ferrariensis 5 » cont. Gent. cap. 70 et aliorum, existi» mantium omnes causas secundas, ante» quam operentur, accipere a Deo influ» xum quemdam et motum qui sit quasi η esse intentionale virtutis divins, quo » ad promendas actiones excitentur, eo M modo quo artium instrumenta, ut dolaμ bra et securis, previam motionem a fa» bro accipiunt cum ad opus conficiendum » applicantur. Namque *esto* dolabra præa» cuta sit et ad expoliendum lignum ido» nea , haudquaquam tamen id expoliet, » nisi artificis impulsu motuque cieatur. » Hinc habemus 1‹», Jesuitas Conimbricenses agnoscere S. Thomam docuisse præmotionem physicam; 2° eam docuisse iis in locis in quibus Suares existimavit esse tacite retractatam ; 5° hanc præmotionem propugnasse primos et antiquiores S. Th. discipulos. Eant nunc qui dicunt esse inventum Bannesii.

Quantum vero ad ea quæ adversarii contra illam opponunt ex D. Th. noster doctissimus Goudin statuit quatuor regulas cx ipso Angelico Doctore desumptas.

Prima regula est : Quoties S. Th. aut alii Patres dicunt Deum non prædeterminare actiones nostras, inlelligunt de prædeterminatione nécessitante per modum naturæ, ut determinatio ignis ad coinburendum; non vero de predeterminations per modum liberi. Ita S. Doct. 1 p. q. 32, a. i, el 3 ad 1 cont. Gent. cap. 90.

Secunda regula est : Cum S. Th. dicit voluntatem se movere, se determinare, esse dominam sui actus, etc. intelligit in proprio ordine seu per modum agentis proximi, quod non excludit^ sed supponit motionem et applicationem primi moventis. lia S. Doct. 1 p. q. S3, a. 4, ad 3 et alibi.

Tertia regula est : Cum S. Th. dicit Deum movere voluntatem nihil imprimendo in illa, non excludit ipsam motionem (implicat enim aliquid movere aliud non

imprimendo ipsi motionem), sed excludit infusionem habitus seu qualitatis permanentis. Ita S. Doct. q. 5 de pot. a. 7, et q. 22 de vent. a. 8.

Quarta regula est : Cum S. Th. dicit Deum movere voluntatem ad bonum in communi, aut ad bonum supernaturale, voluntatem vero se movere ad bona particularia, intelligit de motione speciali <pia Deus sic movet ad aliquem primum actum, ut ipsa ad illum se non moveat proprie ex aliquo priori actu, ut explicui de Act. humanis dissert. 5, a. 5 : at non excludit generalem motionem quæ datur homini secundum consuetum providentiæ cursum ad omnes ejus actiones, quam exprimimus nomine præmolionis. Vide loco cit. Nam juxta S. Th. prius laudatum, *nulla creatura, quantumque perfecta, procedit in suum actum, nisi moveatur a Deo.* Hæc regula desumitur cx eodem S. Doct. 1 2, q. 109, a. 1, ubi distinguit duplicem motionem, unam generalem sine qua creatura nihil agit, et aliam specialem qua indiget ad aliquos actus, ut v. g. peccator ad contritionem et poenitentiam agendam.

Quod spectat S. Augustinum, require supra dissert. 2 hujus tract, a. 4, prob. 4.

Asseritur prccmotio physica rationibus cx S. Thoma depromptis.

Prima ratio sic proponitur. Deus est primus motor et prima causa efficiens cui omnes causæ secundæ et omnia moventia creata immediate subordinantur in agendo et movendo : atqui seclusa pra-motione physica non salvatur in Deo primatus causæ nec subordinatio causarum secundarum in agendo : ergo. *Major* est principium constans in D. Th. omnibus theologis et philosophis probatum, ita ut temerarius foret qui illud negaret : sicut enim certo Deus est primum ens, a quo omnia entia immediate participantur ; ita est prima causa efficiens, cui omnes causæ secundæ immediate subordinantur et a qua dependent in agendo.

Prob. min. Subordinatio causarum in agendo in hoc sita est quod prima moveat et applicet secundas ad agendum, et secundæ non agant nisi motæ a prima. « Si sint » multa agentia ordinata, inquit S. Th. 1 ▪ p. q. 1U3, a. 5, semper secundum agens ▪ agU. in virtute primi agentis · nam pri- » mum agens movet secundum ad agen- » dum, et secundum hoc omnia agunt in » virtute ipsius Dei. » *Jd etiam patet,* non solum ex ipsa notione -subordinationis in agendo, sed etiam inductione et apertissimis exemplis : sic in moralibus ct artificialibus, inferiores artifices in tantum sunt et dicuntur subordinate alicui primo artifici, milites duci, monachi abbati, in quantum agunt juxta applicationem et determinationem moralem receptam, artifices ab architecto, milites a duce, monachi ab abbate; ita ut si inferior artifex sine applicatione morali superioris architecti agat, miles sine jussu ducis pugnet, monachus nutu suo et non abbatis se gerat, hoc ipso evertatur subordinatio : atqui motio qua primum movens seu prima causa in genere causæ efficientis movet ct applicat secundam, est præmotio physica ; ut enim superius dicebamus et per se patet, motio moventis est natura et causalitate prior motu mobilis. Ergo.

Confirmatur, Primatus causæ in Deo ct subordinatio causarum secundarum ad illum in agendo, salvari non potest per concursum simultaneum, neque per motionem moralem, neque per hoc quod Deus causis secundis dederit virtutem agendi : ergo persolam præmotionem physicam seu concursum prævium. *Consequentia patet* a sufficienti enumeratione, nihil enim aliud est assignable per quod subordinatio causarum possit salvari. *Prob. prima pars ant.* Non per concursum simultaneum, quia concursus simultaneus non movet causam secundam, non influit in illam, non facit ut faciat, sed facit cum illa, et in solum effectum influit; alioquin non foret simultaneus sed prævius, sicque haberemus intentum : unde Deus per illum est concausa, sed non prima causa. Neque obstat quod sit perfectior ct dignior concursu causæ secundæ, id quidem facit et ostendit quod causa sit perfectior et dignior, seu prima in ratione dignitatis et perfectionis, non autem prima in causando et in genere causæ efficientis, de quo agitur.

Dices. Concursus simultaneus est etiam ad actionem creaturæ et non tantum ad ejus effectum. Ergo.

B. D. ant. Concursus simultaneus esi eliam ad actionem creaturæ ut effectus est, *C.* reduplicative ut actio est, seu ut est for-

malifer a causa sacunda, zV. Non enim per concursum simultaneum Deus movet causam secundam ad agendum, nec facit ut faciat, sed facit tantum cum illa; alioquin, ut jam dictum est, non foret simultaneus sed provins ı act subordinatiouem autem in agendo, non sufficit quod producat actionem cum causa secunda, nec quod faciat cum illa, sed requiritur quod illam moveat ct determinet ad agendam et faciat ut faciat. Confer de *scientia media* § 6, et *de decretis* a. 5, § 4.

Prob. secunda pars ant. Non per motionem moralem. Quia motio moralis potest quidem constituere subordinatiouem in ordine morali et in genere causæ finalis, at non in ordine physico et in genere causæ efficientis, de quo hic agitur; est enim Deus primus motor et prima causa in ordine physico et in genere causæ efficientis, et non solum in genere causæ moralis et finalis. Alioquin foret tantum primus motor et prima causa respectu agentium liberorum quæ sola sunt capacia motionis moralis, non agentium naturalium. Confer *de decretis* loco proxime citato.

Prob. tertia pars ant. Non per hoc quod Deus causis secundis dederit virtutem agendi : 1° quia hanc opinionem ut erroneam proscribit S.Thotn. 5 cont. Gent, cap. 88 ; 2° quia id admisit Pelagius et fuit damnatus; 5° quia reincidit in sententiam Durandi negantis immediatum Dei influxum in actiones creaturarum, quam omnes improbant; 4° tandem quia non constituit subordinationem causarum secundarum primae in causando, sed in essendo tantum, ut palet ex dictis. Confer *de decretis* loco citato.

Secunda ratio sic proponitur. Omnis causa quæ non est ex se actu agens, sed in potentia ad agendum, indiget promotione physica qua constituatur in ratione causæ actualiter agentis : atqui omnis causa creata non est ex se actu agens, sed in potentia ad agendum : ergo. *Min. est certa; quia si causa creata foret ex se et ex natura sua actu agens, semper et omnia quæ posset actu ageret; quod enim ex se est tale, semper est tale ; etsi non semper ageret omnia quæ posset, sed modo unum, postea aliud , agendo primum foret in potentia ad secundum. Sic igitur intellectus, v. g. actu semper omnia intelligibilia intelligeret; voluntas omnia appetibilia actu semper appeteret ; ignis omnia combustibilia actu semper combureret : quæ omnia, ut experientia constat, non competunt causæ creatæ. Adde quod, si causa secunda foret sua ultima agendi aclualitas, foret eliam sua ultima essendi aclualitas; quia operari sequitur ad, esse et ipsi proportionatur : sicque creatura foret actus purus et infinitus, ut arguit Auctor 1 p. q. 54, a. 1.

Prob. maj. Et 1° est expresse S. Th. 1 2, q. 9, a. 4, his verbis : « Omne quod « quandoque est agens in actu et quando- » que in potentia, indiget moveri ab ali- » quo agente. » 2° Causa quæ non est ex se actu agens sed in potentia ad agendum, ut actu agat debet intrinsece mutari et reduci de potentia ad actum; tum quia actu agere seu esse principium actuale agendi est intrinseca perfectio distincta a potentia operandi ; tum quia si hæc potentia operandi non mutaretur, semper remaneret in actu primo et nunquam ageret : atqui hæc mutatio intrinseca fieri non potest nisi per promotionem physicam : ergo. *Prob. min.* Fieri non potest neque per ipsam actualem operationem, neque per concursum simultaneum,neque permotiones morales, neque per alias causas creatas, neque tandem per ipsam causæ virtutem in actu primo : ergo per solam promotionem physicam. *Patet consequentia* a sufficienti enumeratione.

Prob. ant. per singulas partes. 1° Non per ipsam actualem operationem, quia ipsa opera!io est id ad quod ipsa causa debet mulari et determinari : ergo non per quod mutatur. Et ut tollatur æquivocatio, causa mutatur et actualur quidem formalitcr per operationem, agens enim actione agit, sed non efficienter et applicative, de quo est quæslio.

2° Non per concursum simultaneum; quia, ut jam dictum est, concursus simultaneus non influit in causam, sed in effectum causæ : ergo illam non mutat intrinsece.

3° Non per motiones morales; quia causæ naturales non sunt capaces motionum moralium ; et quantum ad causas liberas , non agunt physice in voluntatem, sed moraliter tantum el objective alliciendo t unde illam intrinsece immutare non po*-

sunt nisi interveniente aliqua motione seu causa physica hanc mutationem efficiente.

4o Non per alias causas creatas. Et quantum ad causas liberas, videtur certum; quia nulla causa creata quantumvis perlecta et superior potest physice agere in voluntatem; id est proprium soli Deo qui creavit illam, ut sæpe docet S. Thomas. Insuper si voluntas quæ est in potentia ad agendum, intrinsece mutaretur et reduceretur ad actum per causam creatam, perimeretur libertas; cum enim ista causa creata non esset sic universalis ct potens ut etiam modum actionis, scilicet ipsam libertatem attingeret, sicut dicimus fieri a Deo, omnino necessitarct, nisi forte adversariii concedant creatura quod denegant Deo. Quantum vero ad causas necessarias, neque istæ possunt constitui in ratione principii actualis per alias causas creatas; quia causa creata in actu, non communicat causæ in potentia suam actualitatcm, sed solum virtutem agendi, ut modo amplius ostendam.

5° Tandem neque per suam virtutem ; quia ista virtus est tantum activa in actu primo, seu in potentia ad agendum, ul supponitur : atqui unumquodque intrinsece mutatur et reducitur de potentia ad actum per id quod est in actu ; movere enim et ad actum reducere, est actu agere adeoque esse in actu : ergo.

Dices contra hanc ultimam partem. Causa creata non est in pura potentia passiva, sed etiam activa : ergo quamvis non sit ex se in actu formaliter, est tamen in actu virtualiter, ratione cujus potest seipsam reducere de potentia ad actum formalem.

Sed contra 1°. Quamvis causa creata dicatur potentia activa, quia in actum Reducta potest elicere actionem ct facere effectum, est tamen etiam passiva quatenus est receptiva in se ultimæ actualilatis in agendo, quam cum ex se non habeat, sibi dare non potest.

2° Aliquid esse in actu virtualiter potest intelligi duplici modo : 1° virtualiter eminenter; 2° virtualiter potentialitcr. Virtualiter eminenter, quando in actu seu forma superiori perfectius continet inferiorem : sic v. g. angelus dicitur virtualiter eminenter discurstvus ; ct hoc sensu causa creata non est virtualiter in actu. Virtualiter potentialitcr, quando habet fb tuiem, quæ mola et excitata potent agere; et sic causa creata est virtualiter in actu : v. g. intellectus antequam intelligai dicitur virtualiter intelligens, voluntas antequam appetat dicitur virtualiter appetens Porro quæ sunt in actu virtualiter eminenter, non sunt in potentia ad illum habendum, quia in actu fonnæ superioris illum perfectius continent quam si eum formaliter haberent. Quæ vero sunt in actu virtualiter potentialitcr tantum, sunt in potentia ad illum habendum, nec possunt illum habere a seipsis, sed ab aliquo alio in actu ; alioquin forent et non forent in actu : non forent in actu, ul supponitur, quia sunt in potentia ad illum ; et forent in actu, quia actu agerent se reducendo de potentia ad actum.

Depones, his rationibus evinci tantum Deum primas causas sibi immediatiores el eas duntaxat ad actus primos promovere, non vero quod ad quoslibet actus et aj quamlibet causam requiratur promotio; quia causæ superiores in actu factæ et sect alias inferiores poterunt actuare : sic in naturalibus Deus præmovet solem, sol in actu excitat suo calore plantam. In liberis voluntas a Deo promovetur ad primum actum, puta ad bonum in communi, voluntas sic in actu posita et sc et alias potentias, rationem, imaginationem, vim motricem, etc. movet cl reducit iu actum sine alia immediata Dei morione.

Sed contra 1°. Hæc responsio admittit præinodoncm physicam, si non in omni sui extensione, saltem quoad substantiam ; deque pro parte saltem, eaque principali, vicimus. Si enim Deus promoveat physica causas etiam liberas ad primos actus illæsa libertate, dato quod promoveat ad omnes, pariter manebit illæsa libertas, est enim cadcin ratio omnium ; sicquc ruit praecipuum fundamentum adversariorum contra promotionem physicam petitum ex læsione libertatis. Item si aliquas causas ct ad aliquos actus promoveat, debet promovere omnes ct ad omnes actus; qma omnes in omnibus suis actibus æqualiter subordinantur illi in agendo, ut prius dictum est.

Contra 2°. Causa creata quantumvis in actu positi, non potest neque seipsam neque alias causas ad ulteriorem aclualitatem

ggendi reducere; quia id quod causa creata in actu posita communicat, sive sibi in ordine ad ulteriorem actum seu aclualitateni, sive causis inferioribus, nihil est aliud quam participatio virtutis qua agit, non autem actualitatis in qua est; quia ultima actualitas agendi in qua est, non est sua nec ipsi propria, ex enim tantum ex se activa in actu primo, sed a solo Deo tanquam a primo et essentialiter agente imniediat^ participata : sicut ultima essendi actualitasin omni ente, id est existentia, sive a solo Deo sive mediantibus causis secundis res producatur, est immediate a Deo ut ab ente primo et per essentiam, tanquam proprius ejus effectus; ultima enim actualitas in agendo corresponde! primo et essentialiter agenti, sicut ultima actualitasin essendo, scilicet existentia, corresponde! primo et essentialiter enti, ünde S. Th. 12, q. 109, a. 10, ait : « Quantumcum- » que aliqua natura sive corporalis sive spi- » ritualis ponatur perfecta , non potest in » suum actum procedere, nisi moveatur a » Deo. »

Contrat». Vel iste prior actus, in quo supponitur causa creata, infert infallibiliter actum ulteriorem sive in sc sive in causis inferioribus, vel non. Primum dici non potest ; quia causa creata, quantumvis perfecta, est ex se fallibilis, contingens ct impedibilis. Si secundum dicatur, ergo debet dari alia motio a Deo infallibiliter movens ut in ea vel in ejus decreto cognoscat infallibiliicr actum ponendum.

Tertia ratio pro causis liberis præcedenti affinis. Causa ex se indifferens ct indeterminata ad agendum vel non agendum, ad hoc vel illud agendum, non potest determinari ad unum potius quam ad aliud, nisi per præmotionem physicam : atqui homo est indifferens ad agendum vel non agendum, ad hoc vel illud agendum : ergo. *Minor est certa,* in hac enim indifferentia sita est libertas hominis. *Prob, maj.* Causa ex sc indifferens ct indeterminata ad hoc vel illud, non potest seipsam determinare ad unum potius quam ad aliud ; quia eum supponatur indifferens, non est ratio cur in hoc potius quam in illud propendeat, nce a causa indifferenti ut tali potest magis procedere effectus determinatus quam calidum ex frigido. Neque determinari potest per concursum simultaneum ; quia ex ipsis adversariis concursus simullancns offertur indifferenter ad utrumlibet, et aliunde non influit in causam ut illam determinet, sed supponit determinatam. Neque per motiones morales ; quia, ut jam dixi, motiones morales non movent voluntatem nisi objective ct alliciendo, non intrinsece eam immutando : unde posita quacumque motione morali, voluntas est adhuc indeterminata et indifferens ad hoc vel illud : restat ergo quod per solam præmotionem physicam possit determinari.

Quarta ratio. Deus eet causa efficiens immediata et universalis cmnis entis et omnium ejus modorum : ergo est causa physica immediata actionis reduplicative ut actio est, et prout formaliter procedit et dependet a voluntate ; actio enim sub ista ratione et hæc ejus processio et dependentia a voluntate est aliquid in rerum nitura, nempe modus entis et ipsa libertas in exercitio per quam meremur vel demeremur : atqui non potest esse causa efficiens immediata actionis sub ista formalitate nisi per præmotionem physicam, per quam applicat voluntatem ad agendum et facit ut faciat ; per concursum enim simultaneum facit cum facit, non facit ut faciat; permotiones autem morales est causa moralis tantum, non efficiens et physica. Confer de decretis dissert. 8, a. 5, § 4, primam responsionem adversariorum.

Nota. Omnia fere quæ dixi contra scientiam mediam, pro decretis prædeterminantibus ct pro gratia per se efficaci, militant pro præmotionc physica ; ideo conferenda.

Quantum ad objectiones quæ petuntur ex auctoritate, ex læsione libertatis, ex insufficientia auxilii et ex affinitate cum Calvinisino, *solutas habes* dissert. cit. de decretis a. 4. Quæ vero petuntur ex læsione sanctitatis divinæ, solutæ sunt ibidem a. *S.*

Qui plura cupit, adeat Sylviura de motione primi motoris, P. Antonium Massoulie in opere *D. Thomas tui interpretes,* tom. 1, dissert. 1 el 2; sed potissimum P. Antonium Goudin in Metaphysics, disp. 2, q. 3, qui hanc materiam, meo judicio, non minus solide quam dilucide et ad captum omnium tractavit.

DISSERTATIO VL

DE CAUSA GRATIÆ.

D. Th. Q. 12.

ARTICULUS ï.

Utrtim solus Deus sit causa principalis c/pciens gratiæ ?

Quæstio est de gratia habituali, non niti indirecte de gratia actuali, quatenusscilicet cstinolus ad habitualem utad formam tt terminum.

Item quaestio est de sola causa principali efficiente ; nam de aliis causis certo constat, causa finalis gratiæ proxima est salus æterna habentis illam, ulterior Christus, ultima Deus, juxta illud 1 Cor. 5 : *Omniavestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.* Causa materialis est ipsa essentia animæ. Causa formalis nulla est, quia gratia est simplex forma, non compositum, in quo solo reperitur causa formalis. Causa instrumenlalis est humanitas Christi et Ecclesiæ sacramenta, ut docet Auctor hic a. d, ad 1 et 2, ct 5 p. q. 62, a. 5. Causa ministerialis sunt angeli et homines : angeli subministrando illustrationes, quibus perveniamus ad gratiam; homines non sohiin instruendo et orando, sed et ministrando sacramenta. Causa tandem meritoria principalis est Christus, ut docet Auctor infra q. 114, a. 6, ct definit Trid. sess. 6, cap. 7, conformitcr Apostolo dicenti Ephes. 1 : *Qui* (Deus) *benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo.* Causa autem meritoria minus principalis potest esse homo justus, qui et sibi potest mereri de condigno augmentum gratiæ, ctalteri de congruo primamgraliam. Ilis præmissis,

Hic q. 112. a. 1. o. — *Dico.* Solus Deus polest esse causaprincipalisefficiensgratiæ.

Prob. 1° *exS. Scriptura.* Job. 14 dicitur : *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?* Psal. 85 : *Gratiam et gloriam dabit Dominus.*

ibid. — *Prob.* 2° *ratione.* Nihil potest propria virtute efficienter producere aliquid quod sil nobilius, perfectius et allions ordinis quam insum sit; causa enim principali efficiens est majoris seu saltem aqualis perfectionis cum effectu : atqui gratia est quid nobilius, perfectius et allions ordinis quam quodvis agens creatum, cum sit participatiodivinæ naturæ, utsupra dictum est : ergo.

Confirmatur. Illius solum est producere gratiam per modum causæ principals, cujus est deificare, dare jus ad hærediLitem et peccata dimittere: atqui id solius Dei est proprium; ille enim solus pole-t aiios deificare qui per se ipsum est Deui, sicut id solum potest ignire quod est per se ignis; ille solus potest dare jus ad hereditatem, qui hæreditalis est dominus; ille solum peccata dimittit, quem peccata offendunt : ergo.

Dices his rationibus evinci creaturam non posse causare gratiam virtute proprii naturæ, at non virtute supernatural! permanente!* superaddita et quæ fiat ipsi propria.

Sed contra et magis roboratur conclusio. Illa virtus supernaturalis superaddita foret vel gratia, vel alia qualitas distincta a gratia. Primum dici non polest, quia gratia non est immediate operaliva, sed mediantibus tantum virtutibus stipernaturalibus; et alias sequeretur quod angelus vel homo justus posset in alio producere gratiam principaliter efficienter, quod nemo admittit. Non secundum, qim quæcumque qualitas a gratia distincta esi imperfectior gratia; cum gratia, ut dictum est, sit participatio divinæ naturæ.

Neque dicas quod, sicut gratia est participatio divinæ naturæ, ita ista qualitas possit esse participatio divinæ virtutis, puta omnipotentiae per quam Deus gratiam el omnia munia illi annexa præstat. Nam esto ita sit : ista qualitas supernaturalis esset tantum participatio imperfecta hujus virtutis seu omnipotent!®, ideoque insufficiens ad efficiendam participationem divinæ naturæ, quæ non potest conferri principaliter nisi ab habente divinitatem; sicut nihil polest ignire principaliter, id est, participationem ignis producere, nisi solui ignis. Nec refert quod justus habeat participationem divinæ naturæ; habet quidem participationem naturæ, sed non habet naturam ; et sic licet possit illa fmi in se, non potest tamen illam aliis communicare : sicut filius adoptivus non potest adoptare.

Obj. 1°. Christus pluries in S. Scriptura commendatur ut auctor el causa gratiæ : Joan. 1 : *Gratia per Jesum Christum fac·*

fn est; item : *De plenitudine ejus accepiinus.* Ergo.

Ibid. nd 1. — *R.* Christum ratione divinitatis esse causam principalem gratiæ; ratione humanitatis esse causam inslrumentalem et meritoriam.

Inst. 1°. S. Th. in 4, <1.3, q. 2, a. 2, quæstiunc. 2, dicit : « Agens principale » baptizando est ipse Deus per autoritatem, » et ipse Christus secundum quod homo.» Ergo.

R. S. Th. non dixisse quod Christus ut homo sit agens principale per auctoritatem, sed per meritum ; addit enim : *Cujus meritum operatur in baptismo.*

Inst. 2°. Christus ut homo est caput aliorum hominum : atqui capitis est influere vitam in membris ; ergo.

3. p. q. 8. a. 1. ad. — *R. D. min.* De ratione capitis est influere vitam in membris ut causa principalis, *N.* ut instrumentum præcipuum animæ, C.Sicautem Christus quatenus homo ut instrumentum conjunctum et præcipuum di\initatis influit in nobis gratiam.

Inst. 3°. Gratia capitalis Christi, per quam influit in nobis gratiam, est nobilior nostra : atqui causa principalis est quæ agit per formam nobiliorem effectu : ergo.

R. D. min. Causa principalis est quæ agit per formam nobiliorem effectu, si ista forma nobilior sit per se effectiva effectus, *C.* si non sit per se effectiva effectus, sed ut mota et elevata per virtutem superadditam, *N.* Tunc enim agit ut instrumentum et non ut causa principalis. Porro gratia non est per se effectiva alterius gratiæ in alia persona, alioquin quivis justus posset grdiam alteri conferre. Quod ergo gratia Christi cooperetur ad producendam gratiam in nobis, non habet ex se, sed ex divina virtute per eam tanquam per instrumentum operante, slcque instrumentaliter .antum concurrit ad productionem gratiæ in nobis.

Obj. 2°. Ille est causa principalis alicujus formæ, qui est causa principalis ultiinæ dispositionis ad illam : atqui homo est causa actus contritionis ultimo disponentis ad gratiam; est enim contritio actus vitalis elicitus a potentia vitali ut a causa principali · ergo.

R. 1°. *D. maj.* Ille est causa principalis alicujus formæ, qui est causa principalis ultimæ dispositionis ad illam, si forma resultet naturaliter ex tali dispositione et educatur de potentia naturali subjecti, *C, maj.* si forma non resultet r.atrraliter ex tah dispositione et non educatur «ie potentia naturali, sed obedientiali subjecti, 2V, *maj.* Quia potentia obedientialis soli Deo subjicitur : gratia autem non resultat naturaliter ex dispositione posita ab homine, nec educitur de potentia ejus naturali, sed obedientiali, ut dicam art. seq.

R. 2°. *I). min.* Homo est causa principalis actus contritionis ultimo disponentis ad gratiam , ut est actus vitalis, *C.* ut est dispositio ad gratiam,*N.* Ut sic enim solus Deus est causa principalis , quatenus per suam motionem elevat potentiam hominis ad actum supernaturalem, eaqueutitur tanquam instrumento ad hunc actum ut talem producendum. Solutio est D. Tb. hic a. 3 o, ubi dicit : « Actus liber præparans ad » gratiam dupliciter potest considerari : 1°. » secundum quod est a libero arbitrio, ct » sic nullam habet necessitatem ad gratiæ » consecutionem , quia donum gratiæ ex- » cedit omnem praeparationem virtutis hu- » inanæ. Alio modo potest considerari ut ▪ est a Deo movente, et tunc habet neces- » sitalem ad id ad quod a Deo ordinatur,» scilicet gratiam. Confer quæ dicam art. subseq. obj. 2.

AllTICULUS II.

Utrum gratia creetur vel educatur de potentia obedientiali animæ?

Creatio est productio entis ex nihilo seu ex nullo præsupposito subjecto. Eductio vero est productio formæ dependenter a subjecto. Potentia passiva est duplex : una naturalis, dicens ordinem ad agens naturale; altera obedientialis, dicens ordinem ad agens supernaturale.

Non videlurdubiumquin D;ns possit potentia absoluta creare gratiam ; quia quamvis sit accidens dependens a subjecto, sicut tamen Deus potest absolute efficere ut accidentia existant independenter a subjecto, ul patet in accidentibus eucharisticis, ita potest absolute iiidependenter asubjeclo illa producere : sed hic modus foret iniraculosus, non connaturaiis et sccun dum potentiam ordinariam, de uuo quaeritur.

Quidam ergo tenent gratiam creari, qui

dam concreari, alii ct communius educi de potentia animæ : cum quibus

Dico. Gratia non creatur nec concreatur, sed educitur de potentia obcdientiali animæ.

Est D. Th. infra q. 115, a. 9, ubi opponit justificationem creationi ut actionem distinctam, ct dicit creationem cx parte modi operandi esse majus opus justificatione, quia creatio iit cx nihilo, non justificatio, licet ex parte rei product® justificatio sit majus creatione cœli et terræ. Et q. 27 de verit. a. 5, ad 9. Item q. de virtutibus in communi a. 29, ad 5, docet habitus supernaturalcs, quorum præcipuus est gratia, educi de potentia obcdientiali subjecti.

1. p. q. 45. q. 4. o. — *Prob.* Creari est proprium rei subsistentis : atqui gratia non est res subsistens, sed accidens inhærens, ut omnes concedunt : ergo. *Prob. maj.* Creari est quoddam fieri, fieri ordinatur ad esse, imo est esse inchoatum ; unde illis solis proprie convenit fieri et creari, quibus convenit esse : atqui esse proprie convenit solis subsistentibus, sive sint simplicia ut substantiæ separat®, sive composita ut substantix materiales :ergo. *Prob. min.* Illi proprie convenit esse quod habet esse ct subsistens in suo esse : atqui accidentia non dicuntur entia , quasi ipsa sint, sed quia eis aliquid est; ut albedo ea ratione dicitur ens quia ea subjectum est album : unde secundum Philosophum 7 Metaphys. accidens magis dicitur cutis quam ens : ergo.

Quod etiam non concreetur, patet; quia forma inhærens concreari dicitur, quando producitur per actionem subjecti creativam : atqui actio producens in nobis gratiam, non creat, sed supponit ejus subjectum, scilicet animam : ergo.

Et hinc sequitur quod educatur de potentia obedientiali animæ; creatio enim et cductio contradictorie opponuntur : creatio est fieri ex nullo præsupposito subjecto; cductio e contra est fieri ex aliquo præsupposito subjecto i atqui gratia non creatur : ergo educitur.

Confirmatur. Educi est fieri dependentor a subjecto : atqui gratia in suo fieri connaturaliter dependet a subjecto : ergo. *Prob. min.* Ab eo gratia dependet in fieri, n quo dependet in esse; ulriusque enim eadem est ratio, si connaturaliter fiat : atqui inesse dependet a subjecto : ergo.

Obj. 1°. Gratia dicitur in S. Scriptura creari. Psal. 6u : *Cor mundum crea in mc, Deus.* Galal. 6 : *In Christo nova matura.* Ephes. 2 : *Creati in Christo Jesu.* Ergo.

Hic q. 110. a. 2. ad 5.—*R.* gratiam dici creari quasi moraliter, quia nullum meritum supponit : at non creatur physice, quia subjectum supponit : unde etiam rarius exprimitur in S. Scriptura per creationem, sæpius per generationem, vivificationem, reformationem, resuscitationem, et similes terminos.

Inst. Gratia non continetur in potentia animæ, est enim supernaturalis. Ergo.

R. D. ant. Gratia non continetur in potentia activa animæ, *C. passiva, subdist.* In potentia naturali seu comparate ad agens naturale, *C.* Obedientiali, seu comparate ad agens supernaturale scilicet Deum, V,

Repones. Educi de subjecto dicit aliquam causalitateinultra receptionem;atqui nulla animæ potentia potest sua causalitate concur;ore ad productionem gratiæ: ergo.

R. J). min. Nulla animæ potentia potest sua causalitate concurrere ad productionem gratiæ,sub ratione ipsi gratiæpropria seu ut est participatio divinæ naturæ,*transeat;* sub ratione formæ inhærenlis, Ar. Sic enim ad illam concurrit, sicut concurrit ad eductioncm omnium aliarum formarum accidentalium : maxime cum causalitas subjecti in cductione formæ nihil sit aliud quam dependentia istius formæ, sicut in esse, ita in fieri, a subjecto.

Obj. 2°. Gratia est donum Dei præstantissimum : ergo produci debet per actionem prxstanlissimam : atqui creatio est prxstantior cductione : ergo.

R. I). consequens. Ergo produci debet peractionem prxstanlissimam, quæ sit ejus conditioni accommodata, *C.*secus,*N.* Creatio autem non est accommodata formæ iuhxrenli, *ut probavimus,* sed sola cductio.

Obj. 5°. Illud incipit per creationem quod desinit per annihilationem : atqui gratia desinit per annihilationem ex S.Th. in 2, d. 26, q. unica, a. 2, ad *3,* ubi dicit quod, *cum gratia corrumpitur, simul etiam in nihilum redii.* Ergo.

R. S. Thomam ibi sumere annihilationem late pro ipsa corruptione formæ,qux

tofum suum esse formale amittit, ita ut nulla pars ejus in se remaneat, sed tantum in potentia subjecti. Ita Conradus apud Gonet.

Obj. 4° Eo modo in nobis producitur gralia quo producta fifit in angelis et in Adamo : atqui in his non fuit producta per eductionem : ergo. *Prob. min.* Actio eductiva est transmutativa subjecti : atqui productio in angelis ct in Adamo non fuit transmutativa subjecii ; quia debuisset subjectum in aliquo instanti præcessisse sub privatione formæ, quod non contigit, cum in ipso creationis momento fuerint donati gratia : ergo.

B. Data maj. quæ posset negari, N. min. Ad prob. N. min. Ad prob. D. Subjectum debuisset præcessisse sub privatione formæ, ut actu transmutaretur, *C.* ut actio quantum ex se esset transmutativa, Ar. Ad id enim sufficit quod sit actio distincta ab ea qua subjectum producitur et quod non habeat inviolabilem nexum cum illa : sic autem aclio crealiva Adami et angelorum fuit distincta ab actione productiva gratiæ in illis, nec habuit inviolabilem nexum cum illa; poterant enim angeli et Adam creari fine gratia.

ARTICULUS III.

Utrum ad gratiam requiratur aliqua præparatio seu dispositio ex parte hominis ?

q . 112. a. 2. o. —Quantum ad gratiam actualem, certum est quod nulla præparatio requiratur ex parte hominis, quasi praeveniens divinum auxilium ; sed potius quæciimquc praeparatio quæ in homine esse potest, est cx illo auxilio Dei moventis animam ab bonum, ut amplius explicuimus a. 7, dissert. 4.

Quæstio est itaque de dispositione ad gratiam habitualem. Satis quidem convenit inter theologos requiri dispositionem ex parte hominis ; sed quidam volunt liene dispositionem esse tantum moralem et ex institutione divina, non physicam.

Ibid.—*Dico i°*. Juxta communem providenti® cursum, requiritur cx parte hominis adulti sui compotis quædatn dispositio ad gratiam : quæ dispositio est actus et motus liberi arbitrii in Deum.

Utraque pars videtur de fide decisa in oneil Trid. ses*. G. his verbis - « Dispo- » nuntur autem f adulti) ad ipsam justi- » fiam, dum excitati divina gratia atque) adjuti, (idem cx auditu concipientes, li- » berc moventur in Deum. » Et can. 9 ⧫ « Si quis dixerit sola fide impium justificari , ita ut intelligat nihil aliud requiri quod ad justificationis gratiam conse- » quondam cooperetur, et nulla ex parte « necesse esse eum suæ voluntatis motu » praeparari atque disponi : anathema sit.»

Id etiam aperte innuit S. Scriptura. 1 Reg. 7 : *Præparate corda vestra Domino.* Zach. 1 : *Convertimini et ego convertar ad vos.* Similiter passim SS. Patres.

ibid. — *Prob. prima pars ratione.* Forma perfecta et completa dans esse fixum et permanens, juxta communem providentiæ cursum, non introducitur in subjectum nisi dispositum et praeparatum : atqui gratia habitualis est forma perfecta et completa , dans esse supernaturale fixum et permanens : ergo. *Min. constat. Maj. etiam patet* tam in naturalibus quam supernaturalibus : sic in naturalibus formæ substantiales, sive animate, sive inanimate , non introducuntur in materiam nisi dispositam; in supernaturalibus divina essentia ut forma intelligibilis non unitur intellectui beato nisi per lumen gloriæ disposito. Id etiam exigit rectus ordo ut ab uno extremo ad aliud extremum, a privatione ad formam, non fiat transitus nisi quibusdam mediis, quibus extrema conjungantur; subjectum autem dispositum est quodam modo medium inter formam et ejus privationem.

infra q. 113. a. 3. — *Prob. secunda pars.* Confertur gratia homini adultoa Deo movente ipsum : atqui Deus movet omnia secundum modum cujusquc ; homo autem est secundum naturam liberi arbitrii, ideoque proprium est illi moveri per liberum arbitrium : ergo in adulto non fit a Deo molio ad gratiam sine motu liberi arbitrii.

Confirmatur. Secundum communem providenti® cursum, forma non introducitur in subjectum nisi juxta proprium modum dispositum : atqui proprius modus quo homo sui compos se disponit ad bonum, est per actum liberi aibitrii -.ergo.

Dices. Agens infinite virtutis nullam requirit dispositionem-.atqui Deusquiestcausa grati® estagens infinite virtutis : ergo.

Hic q. 112. n. 2. ad 5. — *B. D. maj.*

Agens infinite virtutis nullam requirit dispositionem præsuppositam ex allerius causæ actione, *C.* quamipsemet causât secundum conditionem rei causandæ, *N.* Et hoc quidem non ex indigentia, «ed secundum legem communem : unde dixi in conclusione, *secundum communem providentiæ cursum* /negari enim non debet quin Deus de potentia absoluta possit conferre gratiam non disposito, ut dormienti, cum in boc nulla sit repugnantia.

Dixi etiam in conclusione, *exparte hominis adulti sui compotis.* Nam constat infantibus non conferri gratiam per baptismum mediante dispositione liberi arbitrii, cujus non sunt capaces, sicut nec amentes perpetui.

An autem requiratur in eis aliqua altera dispositio? *Quidam negant* ex S. Th. in 4, d. 17, q. 1, a, 2, quæstiunc. 1, dicente quod « In illis qui non per propriam vo- » luntatem culpam incurrunt et usum vo- » luntatis non habent, non exigitur ex parte » eorum aliqua proparalio, sicut de pueris » patet in baptismo. »

Jlii probabilius affirmant ex ipsa ratione S. Doctoris hic quæ est generalis, scilicet, quod forma secundum communem providentiæ cursum, non introducatur in •subjectum nisi dispositum. Et ad textum 5. Th. respondent quod S. Doctor ibi excludat tantum præparationem quæ sit per motum liberi arbitrii.

Sed quæ sit illa alia dispositio, non conveniunt. Quidam dicunt esse ipsam susceptionem passivam sacramenti; alii esse virtutes infusas ipsam gratiæ infusionem comitantes, quæ, licet in genere causæ efficientis gratiam sequantur, procedunt tamen ipsam ut formam in genere causæ materialis et dispositivæ : sicut in naturalibus . v. g. calor ad octo consequitur formam ignis in genere causæ efficientis, præcedit in genere causæ dispositivæ. Omitto quosdam alios improbabiles dicendi modos quorumdam antiquorum.

Dico. 2°. Actus liberi arbitrii moti a Deo disponunt ad gratiam , non solum moraliter et ex institutione divina, sed physice et ex natura sua; non tamen ad eam effective concurrunt, sert dispositive tantum.

Prob. prima pars. Inchoatio est dispositio physica et ex natura sua ad consummationem motu* in terminum : atqui actus liberi arbitrii moti a Deo est quædam inchoatio ordinis gratiæ : se habet enim ad gratiam ut motus ad terminum : ergo.

Prob. secunda pars. 1°ex concil. Trid. sess. 6, c. 7, ubi describens causas justificationis, nullam aliam efficientem agnoscit nisi Deum ut principalem, ct sacramentum ut instrumenlalem. « Hujus jusliflca- » tionis, inquit, causæ sunt.... efficiens mi- » scricors Deus.... instrumcntalis sacra- » mentum baptismi.» Agens autem capite procedenti de actu liberi arbitrii, eum refert ad causam disposilivam, quam distinguit ab efficiente.

Prob. 2 ex D. Th. q. 28 de verit. a.8, ad 2 et ad 7, ubi dicit : « Motus liberi ar- » bjtrii non est causa elficicns infusionis » gratiæ : unde contritio non est causa ef- » iicicns remissionis culpæ, sed virtus cla- » vis, vel baptismus.» Idem in 4, d. 17.q, 2, a. 5, quæst. 1.

Prob. 5° *ratione.* Tam gratia quam virtutes supernalurales sunt habitus non anobis acquisiti, sed a Deo infusi : unde communiter recipitur definitio hæc virtutis supernaturalis tradita a S. Augustino : «Bona » qualitas mentis quam Deus in nobis sine » nobis operatur. » Atqui si actus nostn efficienter concurrerent ad illas, potius dicerentur acquisite quam infusæ, nec Deus illas in nobis sine nobis efficeret : ergo.

Prob. 4°. Repugnat quod actus efficiat potentiam activam, cujus est proprius et connaturalis actus et effectus : atqui habitus supernalurales non habent rationem puri habitus respectu actuum supernaluralium, sed etiam potentiæ : ergo. *Prob. min.* ex discrimine quod est inter actus et habitus supernalurales et naturales: actus naturalis supponit facultatem sui productivam , sed indifferentem et determinabilem per habitum : unde non repugnat ipsi quod producat habitum, quia producendo habitum, non producit proprie potentiam sui productivam , sed illam tan tum determinat. At vero actus supernaturalis nullam supponit in naturali facultate potentiam sui productivam quam determinet; undecimi elicilurspecialiter per motionem Dei actualem, si produceret habitum, produceret ipsam potentiam, quod . ut dixi, repugnat, ncc in ipsa natura habet exemplum.

Si dicas id probare de habitibus supematuralibus qui sunt virtutes operative.

et ideo habent rationem potentiæ, non vero de gratia quæ non estoperativa. *Contra est* quod gratia sit radix et principium aliorum habituutr supernaturalium, ideo-(|ue radicaliter potentia operativa : unde si actus supernalurales non possint producere habitum supernaturalem operativum, *afortiori* nec gratiam.

Obj. contra primam partem conci. 1° Dispositio physica recipitur in eodem subjecto cum forma ad quam disponit : atqui actus liberi arbitrii disponentes ad gratiam non sunt in essentia animæ in qua subjectatur gratia, sed in ejus potentiis : ergo. 2° Dispositio physica est dispositio non solumpro productione rei, sed etiam pro ejus conservatione : atqui actus liberi arbitrii requiruntur tantum pro productione gratiæ, sed non pro ejus conservatione : ergo. 3° Dispositio physica est necessaria in omni recipiente formam : atqui motus liberi arbitrii non requiritur in parvulis ad gratiam : ergo. 4° Inter dispositionem physicam et formam est naturalis ct necessaria connexio : atqui inter actus hominis ct gratiam non est necessaria connexio, posset enim Deus homini disposito denegare gratiam : ergo.

B. Adprimum, D. maj. Dispositio physica recipitur in eodem subjecto *quod,* hoc est in eodem supposito cum forma, *C.* in eodem subjecto *quo, N.* Sic dispositio ad formam substantialem non recipitur immediate in materia in qua recipitur forma substantialis, sed in toto composito.

Ad secundum, N. maj. universaliter sumptam. Plura enim requiruntur ut res fiat quam ut conservetur : sic mollities in cera requiritur ut imprimatur sigillum, non ut conservetur sigillatio; calor requiritur ut fiat carbo, non ut conservetur.

Ad tertium, N. pariter maj. universaliter sumptam. Calor enim, v. g. requiritur ut mollescat cera, non lutum ; hoc remedium requiritur ut sanetur iste homo, non alter.

Ad quartum, D. maj. Inter dispositionem physicam concomitantem et formam est necessaria connexio, Λ ct sic etiam est interdispositionesconcomitantcsgratiamet ipsam gratiam : inter dispositionem physicam præviam et formam, 2V. Sed satis est ut subjectum efficiat magis aptum ad recipiendam formam : sic perluciditas est dispositio ad lucem, mollities ceræ ad sigillationem, nec tamen illa cum luce, nec ista cum sigillatione necessario connectuntur-

Obj. contra secundam partem conci. Juxta Trid. sess. 6, can. 4, homo non se habet mere passive, sed cooperatur ad suam justificationem. Et D. Th. *5* p. q. 86, a. 6, dicit quod remissio peccati sit effectus conti itionis,- et ibid. q. 85, a. 2, ad 5, quod poenitentia expellit omne peccatum. Ergo.

B. hæc omnia veriiicari quatenus homo efficit dispositiones ad gratiam justificationis; non autem quod illam gratiam efficiat seu active sibi confert.

Subsumes. Atqui dispositio concurrit effective ad formam ; agens enim non producit formam nisi per dispositiones, ut ignem per calorem : imo homo dicitur generare efficienter hominem, quamvis ponat tantum dispositiones ad formam : ergo.

B. i°. D. maj. Dispositio concurrit effective ad formam, quando causans dispositionem habet in sua virtute formam vel producendam vel uniendam, *C.* secus, .V. Non enim dispositio ut talis, sed sola virtus agentis per ipsam effective attingit formam : certum est autem quod gratia non contineatur in virtute hominis, sed solius Dei. *Si dicas* hominem non quidem continere gratiam in virtute suæ naturæ, sed in virtute motionis divinæ ; *B.* quod motio divina terminetur ad actum dispositivum.puta contritionis, nec nisi eo mediante ulterius tendat Ostendimus autem actum supernaturalem non posse efficere habitum supernaturalem, quia efficeret potentiam sui connaturaliter productivam.

B. 2° *D.aliter eamdem maj.* Dispositio activa concurrit effective ad formam, *C.* dispositio passiva, *N.* Sic mollities m cera respectu formæ sigilli, plantatio et irrigatio respectu incrementi plautarum, non concurrunt effective ad formam, quia sunt dispositiones passivx tantum : hujusmodi autem sunt actus hominis respective ad gratiam : contritio cor emollit et disponit ad sigillationein gratiæ ; homo plantat ct rigat : Deus autem incrementum dat 1 Cor. 5.

QuærilS.Doct.a. 3 hujus quæst. utrum sc préparant! et facienti quod in se est, necessario detur gratia : sed 'nane difficultatem resolvimus supra dissert. 5, a. 7; require.

Quærit art. 4, utrum gratia sit major in uno quam in alio.

Respondet affirmative. Id passim indicant S. Scripturæet definivit concil. Trid. sess. 6, cap. Ù. */latio est;* quia commune est omni subjecto ut plus vol minus formam recipiat secundum quod est plus vel minus dispositum ad illam. Proxima ergo ratio hujus inæqualitatis gratiæ est inæqualitas dispositionum ex parte hominis : prima et remota est voluntas Dei quæ non solum gratiæ sed etiam dispositionis ad illam est auctor,tribuens diversis,prout vult, sicut inaequalem gratiam, ita etinæqualem dispositionem ad illam, ut ex diversis gradibus pulchritudo et perfectio Ecclesiæ consurgat ; sicut etiam diversos gradus rerum instituit, ut esset universum perfectum.

ARTICULUS IV.

Utrum aliquis possit esse certus se esse in gratia?

Certitudo est dupiex : una simpliciter dicta ct absokrta, cui non potest subesse falsum et excludit omnem formidinem de opposito ; qualis est certitudo quæ habetur per revelationem, aut per discursum theologicum, aut per evidentiam rei. Ad hanc reduci potest certitudo quæ petitur ex tot et tantis testimoniis, ut quamvis physice loquendo possit ei subesse falsum, non tamen moraliter loquendo; unde excludit omnem formidinem de opposito : talis est certitudo, v. g. quam habeo de existentia Romæ. Altera est certitudo secundum quid seu moralis et conjecturalis, quæ nititur momentis, signis et conjecturis gravibus quidem, at non ita firmis quin possit etiam moraliter loquendo cis subesse falsum : et hæc, *ut patet,* major est vel minor pro ratione momentorum quibus nititur.

Lutheran! et Calvinistæ tria circa præsentem materiam asserunt : primum, hominem certa ct indubitata fide posse scire se esse in gratia; secundum, unumquemque id de seipso teneri credere , alioquin nec est justus nec fidelis; tertium, hac sola fide homines justificari.· Duo ultima anathemate confixit Trid. sess. 6, can. 15 et 14. Primum quamvis in canonibus sub anathemate non damnet, attamen cap. 9 sat manifeste improbat, ut videbimus modo.

Q. 112. «. 5. o. — Certum suppono hominem ex speciali privilegio et revelatione posse habere omnimodam certitudinem se c«««e in /ratia tV habuit B. Virgo cui Luc. 1 dictum est ab angelo quod esset gratia plena; item paralyticus ct mulier peccatrix, quibus Christus, Matth. 9 el Luc. *7,* dixit peccata eorum esse remissa, Quæstio est igitur de certitudine habita per viam ordinariam.

Præter hæreticos, ex catholicis Catharinas contendit hominem posse esse certum se habere gratiam certitudine absoluta, non fidei immediate, sed mediante discursu theologico; Vega certitudine morali, quæ omnem excludat formidinem, qualis est certitudo de existentia urbis Romæ. Contra quos cum communi sententia,

ibid. — *Dico.* Nemo, seclusa speciali revelatione, potest esse certus se esse in gratia certitudine absoluta, cui non possit subesse falsum, aut saltem quæ excludat omnem formidinem ; sed solum certitudine secundum quid, morali et conjecturali.

Prob. prima pars exS. Script. Eccles. 9 dicitur : *Sunt justi atque sapientes, el opera eorum in manu Dei, et tamen nescit homo utrum odio vel amore sil dignus.* Neque dicas impium posse scire se esse odio dignum; hic enim, *ut patet ex terminis,* non est sermo de impiis, sed de justis et sapientibus : unde sensus est, neminem etiam eorum qui habentur justi et sapientes, scire an sit dignus amore et non potius odio. Eccli. 5 : *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Philip. 2 : *Cum metu ct tremore vestram salutem operamini. 1 Cor.* **4** : *Sed neque mcipsumjudico; nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum : qui autem me judicat, Dominus est, Jtaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum.*

Si dicas, Apostolo priusquam hæc diceret fuisse revelatam suam justitiam : /»'. SS. Ilieron. Chrysost. Aug. Greg. Bernard. Estium, a Lapide et alios apud Sylvium hic id negare. Sed *hoc dato,* dicendum est Apostolum hæc dixisse non in propria persona, sed ut agentem personam commit nem hominum; sicut cum dixit Rom.7 : *Lex spiritualis es\, ego carnalis sum venundatus sub peccato; quod enim operor non intelligo;* vel locutum fuisse attento modo communi cognoscendi propriam justitiam, seclusa speciali revelatione.

Prob tx Patribus. S. Aug. lib. de Per-

feet. Just. c. 4.% ait : « Quantalibet jusli-
» lia sit præditus homo, cogitare debet ne
» aliquid in il'c quod ipse non videt, in-
» veniatur esse culpandum. «Similiter SS. Patres mox citati. Innocent. IU, cap. *Accepimus,*^ Decret, tit. 34, juramentum quo archiepiscopus Bisuntinus volebat se purgare a criminibus de quibus accusabatur tanquam dimissis per poenitentiam, reprobat ut indiscretum, temerarium el ineptum, *cum /i. Job dicat Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea.*

Prob. ex concil. Trid. sess. 6, cap. 9 dicente : « Sicut nemo pius de Dei miseri
» cordia, de Christi merito, deque sacra-
« mentorum virtute el efficacia dubitare
« debet : sic quilibet dum seipsum suam-
« que infirmitatem el indispositionem res-
» picit, de sua gratia formidare ct timere
» potest; cum nullus scire valeat certitu-
« dine fidei, cui non potest subesse falsum,
» se gratiam esse consecutum. »

Prob. ratione. Nihil est unde homo potest certo scire certitudine absoluta excludente omnem formidinem, se esse in gratia. Ergo. *Prob. ant.* Quamvis per fidem constet sincere diligenti Deum ct vere pœnitenli dari gratiam; neqne tamen per fidem seu revelationem, neqne per aliquod aliud testimonium etiam moraliter infallibile, neque per evidentiam certo constare potest certitudine absoluta homini se sincere diligere Deum super omnia ct esse vere poenitentiam: non per fidem seu revelationem,nullibi enim hoc factum particulare revelatur; non per aliquod aliud testimonium moralitersaltem .nfallibile, nullum enim assignari potest ; non denique per evidentiam, judicium enim humanum hac de re est fallax et cor hominis inscrutabile, semperque ipsi causa subest timendi nelateant peccata occulta; *delicta enim quis intelligit?* ne dolor de peccatis sit insufficiens, ne disitsibi aliqua dispositio ad susceptionem sacramenti, ne dilectio quam putat esse charitatis sit humana, ne quod videtur aperari proptcrDcum sit fœtus amoris proprii, etsicdecæteris quæ videntur in nobis bona. Unde S. Greg. lib. 5 Moral, c. fi : «Sancti viri cum mala supe-
» rant,sua etiam bene gesta formidant, ne
» cum bona agere appetunt, de actionis
• i· ··» 'i:·<· Γ.II ir.'ur: no pestifera labes pu
» liedinis, sub boni specie lateat colons. «

Secunda pars, sci icet hominem po«ve «cire certa certitudine seamdum quid, morali et conjecturai! cx signis et indiciis se esse in gratia, *a nemine negatur.* Colligitor ex S. Scriptura, quæ hæc signa pa—im indicat. Tria refert hic Auctor : primum est delectatio in rebus divinis audiendis, legendis, meditandis, juxta illud Joan. 8 : *Qui ex Deo est, verba Dei audit* .'«eciindume*' contemptus rerum mundanarum, nam diminutio cupiditatis est signum charitatis; tertium, quod homo non sit «ibi consciuullitis peccati mortalis, sed paratus potius mori quam Deum offendere : adde promptam voluntatem exequendi quæ sunt placita Deo, et humilitatem; *Humilibus enim Deus dat gratiam,* Jacob. 4.

Suadet etiam suavis divinæ providenti e dispositio, ut quemadmodum non oportuit ut homo omnimodam suæ justitiæ certitudinem haberet, ne in superbiam etpræsumptionem efferretur; ita congruebat ut moralemet conjecturalem certitudinem haberet, ne perpetua animi turbatione cruciaretur sed inter timorem el spem suam salutem operaretur.

Solvuntur objectiones.

Obj. 4° *contra primam partem conclusionis.i* Cor. 2.dicitur.Vos *non spiritum hujus mundi accipimus, sed spirilum qui cx Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt.* 4 Joan. 4 : *In hoc cognovimus quoniam in ipso manemus ct ipse in nobis, quoniam de spirit usuodedit nobis.* Ergo.

ibid, nd 4. — *It,* 1° hos textus posse intelligi de notitia privilegiata per revelationem : unde Apostolus subdit : *Vobis autem revelavit Deus per Spiritum sanctum.*

ibid. — /i. 2° posse etiam intelligi de notitia per fidem habita promissionum et donorum Dei quantum ex parte illius, licet non cognoscamus certo nos habere conditiones quibus ea dona el promissa mereamur. Dupliciter ergo possunt spectari dona Dei : 1°ex parte Dei promittentis; 2· ex parte hominis ea sub certis conditionibus promerentis el recipientis. Primo modo spectata habent omnimodam certitudinem; est enim fidelis Deus in suis promissis : at secundo modo spectate non possunt habere certitudinem nisi conjecturalem; quiahomo nor potest esse omnino certus se habere

conditiones requisitas ut sit promissorum Dei particeps. Hac distinctione plurcs alios similes S. Scriptura textus et SS. Patrum excipies.

Inst. 1°. Rom. 8 · *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod simus filii Dei.* Ergo.

Ii. eadem ferme solutione. Quamvis enim non sit fallax testimonium Spiritus sancti, id tamen est fallax, quod putetur esse Spiritus sancti testimonium, cum non sit.

Inst. 2°. Joan. 15 : *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* Et Epist. 1 Joan. 5 -.*Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Ergo.

B. iterum eadem solutione, scilicet sinceram ex charitate dilectionem esse judicium certum gratiæ : at nobis non potest esse absolute certum quod diligamus proximum vera charitate et non cupiditate aut humano affectu.

Inst. 5°. Joan. 14 : *Kos cognoscetis eum* (scilicet Spiritum sanctum), *quia apud vos manebit et in vobis erit.* Deinde : *In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis.*

B. posteriora verba a SS. Augustino et Cyrillo intelligidedie futurisæuli, in quo viventes beata vita certissime cognoscemus Deum esse in nobis. Si vero hæc et priora referantur ad prxsentem vitam, sensus est quod apostoli post resurrectionem Christi et adventum Spiritus sancti perfectius cognituri erant per fidem Spiritum sanctum et Christum, eum scilicet esse in Patre per unitatem ejusdem substantiæ, nos, id est, naturam nostram in ipso, et ipsum in nobis, id est, in Ecclesia tanquam ejus caput.

Plura alia objiciunt hærctici tum ex S. Scriptura cum exSS. Patribus, quæ longum esset referre : videri possunt apud Sylvium, Bcllarminum et alios controversistas. Interim illa intcllige ad sensum praecedentium solutionum, vel de certitudine ex parte Dei promittentis, non ex parte hominis recipientis; vel de certitudine ex speciali revelatione ; vel de certitudine morali sumpta pro bona fiducia, quæ animi anxietatem et turbationem excludit.

Obj. 2° *a ratione.* Gratia est in anima : atqui homo certo cognoscit quæ sunt in teipso : unde Apost. 1 Cor. 2 : *Quis hominum seti quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* Ergo.

/?. D. min. Homo certo scit omnia qnæ sunt in seipso, zV. aliqua itum, *C.* Nec plus probat textus Apostoli; sunt enim pmra in nobis etiam naturalia, de quibus certam omnino scientiam habere non possumus, ut quæ et qualis potentia sit intellectus, quomodo se convertat ad phantasmata, quales sunt species intelligibiles, quomodo fiat intellectio; de his enim probabiliter tantum discurrimus, at certam omnino scientiam non habemus.

Inst. 1°. Signum habitus est quod quis prompte et delectabiliter operetur : atqui homo gratia et charitate praditus prompte et delectabiliter operatur actus charitatis : ergo.

Q. 6. dc verit. a. 5. ad 5. etq. 10. a. 10. ad 1. ct 2. — *B. D. min.* Atqui homo gratia et charitate praditus prompte et delectabiliter operetur actus charitatis, el ille solus sic operatur, *N.* et non ille solus sic operatur. *C.* Potest enim quis non ex charitate infusa, sed ex habitu acquisito prompte et delectabiliter similes actus operari : unde id non est signum omnino certum gratiæ ct charitatis. «Actus virtutum gratuitarum, » inquit Auctor primo loco citato, maximam » similitudinem habent cum actibus virtu- » tum acquisitarum, ut non possit de facili » per hujusmodi actus certitudo de gratia » haberi, nisi forte ex revelatione certilice- » tur aliquis ex speciali privilegio. »

Inst. 2°. Qui habet scientiam aut fidcii^ certo novit se eam habere : ergo simililet qui habet gratiam.

Hic a. 5. ad 2. — *B. iV. conseq.* Disparitas est, quod fides divina aut scientia sit ex natura sua habitus certus residens in intellectu , qui est potentia cognosciliva et perfecte rcflexiva supra seipsam ; forma autem informans subjectum, tribuit illi suum effectum formalem. Unde fides divina, aut scientia informans intellectum, tribuit illi infallibilem certitudinem dc suo objecto ct secundario per reflexionem certitudinem infallibilem de seipsa quod non potest dici de charitate existent*·, involuntate; tum <piia charitas non includit in sui ratione certitudinem sicut fides aut scientia; tum quia voluntas non est secundum se potentia cognosciliva nec rcflexiva. Et hinc sequitur quod, cum spes semper sequatur fi·

dem, nec des:ruatur nisi per actum desperationis, el homo possit esse certus se nunquam in actum desperationis incidisse, possit etiam esse certus de sua spe.

Inferes. Ex nostra sententia sequitur quod semper debeamus esse anxii et dubii, et quod non possimus licite suscipere sacramenta vivorum quæsupponunt gratiam.

II. N. utramque. sequelam. Ut enim tollatur dubitatio et anxietas, et licite accedamus ad sacramenta vivorum, sufficit quod bonam et probabiliorem habeamus fiduciam nos esse in gratia, ex dolore de peccatis præleritis, ex firmo proposito cavendi futura, ex testimonio bonæ conscienliæ, ex studio bonorum operum promptaque voluntate obediendi in omnibus divinis mandatis, aliisque signis quæ partim retulimus in secunda parte conclusionis.

DISSERTATIO VII.

DE JUSTIFICATIONE PECCATORIS.

D. Th. Q. 113.

Hucusque egimus cum Auctore de necessitate, essentia, divisione et causa gratiæ : restat agendum de ejus effectibus, quorum duo sunt præcipui, scilicet justificatio impii el meritum justi. De primo in hac dissert.; de secundo in sequenti dicemus.

Hic q. 115. **a1.** — Justificatio dicitur a justitia : passive sumpta importat motum ad justitiam, sicut calefactio motum ad calorem. Justitia autem cum de sui ratione importet quamdam rectitudinem ordinis, dupliciter accipi potest : uno modo secundum quod importat ordinem rectum in ipso actu hominis respective ad alium; el secundum hocjustitia est virtus quædam particularis, de qua hic non agitur. Alio modo dicitur justitia prout importat rectitudinem quamdam ordinis in ipsa interiori dispositione hominis, prout scilicet supremum hominis subditur Deo, ct inferiores vires subduntur supremæ scilicet rationi. Hæc autem justitia in homine potest fieri dupliciter : uno quidem modo per modum simplicis generationis, quæ est ex privatione ad formam; et hoc modo justificatio potest competere ei qui non est in peccato, ut competit Adamo el angeli·. Alio modo potest fieri hujusmodi justitia in homine secundum rationem motus, qui est de contrario j in contrarium; et secundum hoc justificatio importat transmutationem quamdam de statu injustitiae ad staturo justitiae prædictæ ; el hoc modo loquimur nie de justificatione impii, de qua tria prædpue quær» possunt : primum, an in justificatione peccatum proprie deleatur? secundum, ansine graliæ infusione possit remitti? tertium , qui actus ex parte peccatoris requirantur ad justificationem?

ARTICULUS Γ.

Ulrum in iuslificatione impii peccata sic remittantur, ut rere deleantur et auferantur, et non solum tegantur?

Justificare , est justum facere ea justitia quam modo explicuimus. Potest dupliciter accipi : primo improprie pro eo quod est declarare, pronuntiare , reputare aliquem justum, sive interim sit revera justus sive non, usu scilicet forensi, dum judex ex favore vel ignorantia declarat aliquem justum, etiamsi sit reus. Secundo modo sumitur proprie pro eo quod est revera efficere justum, rectum, sanctum , bene interius ct exterius ordinatum erga Deum , scipsum ct proximum.

Hærctici nostri temporis sumunt justificationem sensu improprio, contendunt-que in justificatione peccatoris peccata non vere deleri nec auferri, sed ex 'ntegro re manere in homine, et ea tantum tegi et non imputari ; ita ut justificatio ex parte Dei in eo tantum consistat quod peccata non imputet, sed meritis et gratia Christi quasi contegat; ex parte autem hominis, ul firmissime credat peccata quæ commisit et committet, sibi propter Christi merita esse condonata, nec ullatenus ad pœnam damnationis esse imputanda. *Contra quos*

Dico. In justificatione peccatoris non solum teguntur seu non imputantur peccata, sed vere remittuntur, delentur et auferuntur.

Prob. 1° formalissimis terminis S.S ripturæ. Psal. 50 : *Dele iniquitatem meam.* El : *Omnes iniquitate* meas dele.* Isaï. 43 : *Ego sum ipse quZ deleo iniquitates tuas propter me.* Oseæ 14 : *Omnem aufer iniquitatem.* Micheæ *7-.Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem* ? Joan. 1 : *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Prob. 2° aliis terminis S. Scripturæ.Ilo-

mo per peccatum interius maculatur et inquinatur, ut diximus de peccatis et omnes conveniunt : atqui juxtaS. Scripturam, homo in sua justificatione a peccatis mundatur, lavatur, purgatur et sanctificatur. Psal. 50 : *Lavabis me, ct super nivem dealbabor.* Ezech. 36 : *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. 1* Joan. 1 : *Sanguis Christi Filii ejus emundat nos ab omni peccato.* 1 Cor. 6 : *Iniqui regnum Dei non possidebunt. Nolite errare ; neque fornicarii.... neque adulteri, neque molles, neque fures, etc. regnum Dei possidebunt ; et hæc quidem fuistis ; sed abluti estis, sed sanctificali estis, sed justificati estis.* Si autem peccata solum teguntur, falso dicitur homo ab iis mundari, lavari, purgari, etc. Quis enim dicat hominem sordibus inquinatum, esse mundum et ablutum, quia sordes pallio tegit?

Prob. 5° ex S. Aug. S. doct. lib. 1 ad Bonif. contra duas Epist. Pelagii c. 12, Pelagianisdicenlibuscatholicosdocerebaptismum non auferre crimina, sed radere et eorum radices remanere , respondet : « Di« cimus baptisma omnium dare indulgen» tiam peccatorum et auferre crimina, non » radere, nec ut omnium peccatorum ra» dices in mala carne teneantur, quasi ra» sorum in capite capillorum, unde cres» eant iterum resecanda peccata. » Et lib. 5, c. 5, Pelagianis caliimniantibus catholicos asserere baptisma non vere homines novos facere, id est, non plenam dare remissionem peccatorum , sed cx parte filios Dei fieri, ex parte autem filios sæculi, id tst diaboli, remanere, reponit :« Men« tiuntur, insidiantur, tergiversantur, non » hoc dicimus. » Et infra: « Baptismus igi» tur abluit peccata omnia , prorsus omu nium factorum, dictorum, etc. » Et Cone. 2 in Psal. 31, exponens illa verba , *Beati quorum remissa sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* quibus maxime confidunt haeretici, ait : a Nec intclli» galis peccata cooperta esse, quasi ibi » sint et vivant.... Deus ergo tegat vul« liera, non tu : nam si tu tegere volueris » erubescens, medicus non curabit : me» dicus tegat et curet, emplastro enim te» git; sub tegmine medici sanatur vulnus, • sufc tegmine vulnerati celatur vulnus. » Sic igitur juxta S. Aug. Deus tegit vulnerabit legendo sanet, sicut medicus qui emplastro tegit vulnus et sanat. Quod plane decretorium est contra haereticos. Alios Patres vide, si lubet, apud Bellarm. I. 2 de Justif. cap. 8.

Prob. 4° ex cone. Trid. sess. 5 , can. 5, ubi dicitur : « Si quis per Jesu Christi gra» tiam, quæ in baptismate confertur, rea» tum peccati originalis remitti negat, aut » etiam asserit non tolli totum id quod vc» ram ct propriam peccati rationem habet, » sed illud dicit tantum radi aut non im» putari : anathema sit; in renatis enim » nihil odit Deus. » Et sess. 6, cap. 7, dicit justificationem esse renovationem interioris hominis, et eum ex injusto fieri justum.

Prob. 3° *ab absurdis.* Si in justificatione impii peccata remaneant et solum tegantur, non vero deleantur et destruantur, sequitur 1° quod homo erit simul justus et injustus .justus, quia justificatus; injustus, quia remanet in peccato quod est essentialiter injustitia. 2° Sequitur quod Deus diligat peccatores ut amicos suos et in ordine ad ælernam beatitudinem, contra illudSap. *H-.Odiosunt Dcoimpius et impietas ejus.* 5° Quod Christus non sit agnus tollens peccata mundi, quod filios suos non liberet a servitute peccati, neque illos faciat sanctos. 4° Quod Joan. 3, falsum dixerit Apostolis: *Jam vos mundi estis ;* quomodo enim mundi, si sordibus peccatorum adhuc inquinentur? 5° Quod æstimatio Dei non sit recta, æstimans et reputans justum qui est in peccato, et non æstimans pœna dignum eum in (pio remanet quod est pœna dignum, scilicet peccatum : sicut judex forensis cx favore aut ignorantia erronee et non recte pronuntiat aut æstimat justum, qui revera injustus est et reus.

Objiciunt 1° hærclici illud Psal. 51 : *Beati quorum lecta sunt peccata, beatus cui non imputavit peccatum.*

Huic argumento, quod est prxeipuum hæreticorum, *jam responsum est* cx S. Aug. Deum peccata tegere ea sanando, sicut medicus tegendo vulnus emplastro illud sanat ; et quia illa sanat non imputai. Insuper cumomniasintnuda et aperta oculis Dei, nihil Deo legitur, nisi quod non est.

Objiciunt 2°. Apost. justificationem explicat per hoc quod induamus Jesum Christum ; Rom. 15 : *Induimini Dominum Je-*

mm Christum. Similiter Galat. Set Eph. 4. Atqui indumentum non tollit, sed legit corporis deformilitem : ergo.

/?. Apost. ibid, explicare quod induere Christum non sit ejus merita exterius apprehendere ad non imputationem peccatorum tantum, sed interius mutari a statu peccati ad statum innocenti®, deponendo veterem hominem et omnem peccati affectum, et inchoando vitam novam et immaculatam. *abjiciamus,* inquit Rom. 15, *opera tenebrarum et induamur arma lucis ; sicut in die honeste ambulemus, non in comessalionibus,etc. Sed induimini Dominum Jesum Christum.* Et Eph. 4 : *Deponite veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris, renovamini spiritu mentis vestræ et induite novum hominem.*

Reponunt equidem sanctificationem importare interiorem cordis reformationem et puritatem; at justificationem quam a sanctificatione distinguunt, importare tantum non imputationem peccati ex meritis Christi : sicut judex forensis dicitur justificare reum, quando illum propter alienum meritum aut cx indulgentia pronuntiat a crimine liberum, et deinceps pro innocente habendum.

Λ. 1° fictitiam esse distinctionem inter justificationem et sanctificationem; nam usu S. Scriptura non separatur justitia a sanctitate, etjuslificari est sanctificari. Sic 1 Cor. 6 : *.-ibiu t i est is, sa net ificati est is, justificati estis.* Ephes. 4: *Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia ct sanctitate.* Insuper justitia, prout hic sumitur, est interior rectitudo lotius hominis, quatenus ratio Deo et rationi inferiores vires subjiciuntur, in quo sila est ipsa sanctitas. Unde 2° falsum est aliud quod dicunt, justitiam importare solum non imputationem peccati, cum juxta 5.Scripturam ille solum justus est qui secundum rectitudinem cordis facit quod justum : *Filioli,* inquit Jo®. Epist. 1, c. 3, *nemo cos sedwxrt; qui facit justitiam, justus est,* 5° Rem falsum est et aequitati ac veritati ntvinæ valde injuriosum quod Deus, ad instar judicis forensis, pronuntiet et æslimct justum nisi «pii revera justus est.

Objiciunt 5°. Juxta S. Scripturam, nemo est sine peccato : ergo si ad justificationem requiratur destructio peccati, nemo justificatur.

B. D. ant. Nemo est sine peccato veniali, *transeat;* sine peccato mortali, *N.* Et hoc sufficit ut homo justificetur.

Quæ opponunt hæreuci de fide justificante, solventur infra.

ABTICULUS II.

Utrum ad remissionem peccati, qum est justificatio impii, requiratur ℵl.Uq infusio?

Res est hic nobis cum hsreticis et catholicis. Lutherani et Calviniste, qui non agnoscunt veram ct propriam remissionem peccatorum in justificatione peccatoris per eorum deletionem, sed impropriam tantum per eorum non imputationem, consequenter dicunt eam non haberi per formam intrinsece justificantem, sed vel per justitiam qua Deus justus est, vel per justitiam Christi cxlrinsece imputatam.

Theologi catholici omnes hanc doctrinam ut erroneam rejiciunt, sed inter se disputant an, saltem de potentia Dei absoluta, non posset haberi remissio peccatorum et justificatio impii per solum favorem Dei extrinsecum, vel per actus charitatis et contritionis sine infusione gratiæ habilualis.

§ I. — *Utrum defacto justificatio fiat per imputationem extrinsccam justitia: Dei aut Christi sine infusione gratia: habitualis?*

Q. 115. a. 2.0. — *Dico.* Remissio peccatorum, quæ est justificatio peccatoris, non fit per imputationem extrinsccam justitiæ qua Deus justus est, aut justitiæ Christi, sed per veram et intrinsecam justitiam seu gratiæ habitualis infusionem.

Est de fide decisa in conc. Trid. sess. 6, can. 10, his verbis : « Si quis dixerit ho- » mines sine Christi justitia per quam no- » bis meruit justificari, aut per eam ipsam » formaliter justos esse; anathema sit. » Can. 11 : « Si quis dixerit homines justifi- » cari vel sola imputatione justitiæ Christi, » vel sola peccatorum remissione, exclusa » gratia et eharitate quæ in cordibiir vorum » per Spiritum sanctum diffunainn, atque » illisinhærexl;aut etiam gratum quæ jus- » tificamur esse tantum favorem Dei: ana- » thema sit. » Et cap. 7 : « Unica formalis » causa (justificationis impii) est justitia » Dei, non qua ipse justus est, sed qua uoi

• justos facit, qria videlicet ab eo donati
• renovamur spiritu mentis nostrae, et non
» solum reputamur, sed vere justi noninа-
»· mur et sumus, justitiam in nobis reci-
» pientes. »

Prob. 1° ex S Scripturis art. præced. prob. 2 laudatis, quibus peccator dicitur lavari, purgari, renovari, sanctificari ; nemo enim potest esse lotus, jurgatus, renovatus, sanctificatus, nisi per aliquid intrinsecum quo denominetur et sit talis.

2° S. Scriptura frequenter dicit nos habere in nobis gratiam, charitatem et justitiam qua justi sumus. Joan, *i* : *De plenitudine ejus omnes nos accepimus ct gratiam pro gratia.* Roin. *i* : *Per quem accepimus gratiam.* Ephes. 4 : *Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* Rom. 5: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.*

5° Apost. ibid, comparat justitiam etobedientiam Christi cum peccato et inobedientia Adæ : atqui peccatum Adæ rcaliter et intrinsece contrahimus, et non solum per imputationem extrinsecam : ergo justitia quæ illi opponitur et perquam expellitur, est nobis intrinseca et non solum extrinsece imputata. *Confirmatur.* Christus nobis reddidit quod in Adam perdidimus; sed in Adam perdidimus justitiam ipsi intrinsecam, et quam in posteros transfudisset si in bono perseverasset : ergo vera et intrinseca justitia per Christum nobis redditur.

4° S. Aug. lib. de Spirit, et Lilt. cap.52, ad verba prius citata Apostoli Rom. 3, dicit : « Charitas diffunditur in cordibus nos-
» tris,non qua nos ipse diligit, sed qua nos
» facit dilectores suos; sicut justitia Dei
» (ita dicta est) qua justi ejus munere elli-
» cimur. » Et cap. 9, in hæc verba Apostoli : *Justitia Dei manifestata est,* ait : « Non dicit Apostolus justitia hominis, sed
» justitia Dei, non qua Deus justus est, sed
▪ qua induit hominem, cum justificat im-
» pium. »

5° Justificatio peccatoris est effectus dilectionis Dei : atqui dilectio Dei non est affectiva tantum, sed effectiva, efficiens objectum dilectum intrinsece gratum et justum, *ut probavimus supra* dissert. 4, a. 1.

6°Causaforinalis distinguitur ab efficiente : atqui justitia Christi est causa efficiens nostræ justitiæ i ergo non est ejus cans< formalis. *Confirmatur.* Nostra justitia modo crescit, modo minuitur ; atqui justitia Det et Christi est semper aequalis : ergo.

Objiciunt 1° hæretici quosdam textusS. Scripturæ, quibus innui videtur justificationem nostram fieri formaliter per justitiam Christi. Rom. *S* ·. *Per unius obedilionem justi constituuntur mulli.* Et iterum: *Per uniusjuslitiam, in omneshomines m justificationem vitæ. 1* Cor. 1, Christus dicitur factusjustitia ct sanctificatio nostra.

/I. hæc et similia non intelligenda esse in sensu formali, sed causali, quatenus Christus est causa efficiens et meritoria justificationis nostræ ; quo sensu ibid, dicitur *sapientia nostra;* Joan. 11, *resurrectio ct vita;* et Deuteron. 3 dicitur *vita hominum et longitudo dierum.*

Inst. Apost. 1 Cor. 10, reprehendit cos qui propriam justitiam volunt statuere : *Ignorantes,* inquit, *justitiam Dei, et suamvolentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.* Ergo.

Ii. Apost. reprehendere Judæos et Pharisæos qui praesumebant se posse viribib naturæ legem implere, et sic justificari absque gratia Dei, ut interpretaturS. Aug. lib de Grat. et Lib. Arb. cap. 12.

Urgent. Juxta S. Scripturam, nemo est justus coram Deo. Psalm. 142: *Non justi fcabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Et Job 9 ·: *Non justificabitur homo compositus Deo.* Ilæc autem essent falsa, si homo haberet justitiam intrinsecam. Ergo.

7?. *ad primum,* sensum esse, vel quod nemosit ita justus ut non inveniatur in aliquibus levibus deliquisse; vel quod nullus sit justus coram Deo cx seipso et propria virtute sine Dei munere. *Ad secundum, potest similiter responderi* vel dicendum quod justitia hominiscomparala infinitxDei justitiæ sit quasi non esset propter infinitam distantiam et inaequalitatem, sicut stellæ quamvis luceant videntur tamen non lucere apparente sole : unde Job 25 additur: *Ecce luna etiam non splendet, ct stcllce non sunt munda in conspectu ejus; quanto magis homo putredo, et fiiius hominis vermis !*

Objiciunt 2°. Justum dicitur quod adæ· (piatin· regulæ seu kgi : atqui non est in nobis talis justitia quæ adæquetur legi, cum in mullis saltem levibus peccemus : ergo.

R D. min. Non est in nobis talis justitia quæ actu adæquetur legi, *C.* ex qua secundum se non sit neta sequi adæquatio, *N.* Quod *ergo* actu non adæquetur non est ratione sui, sed ratione viæ in qua est in statu imperfecto defectu luminis gloriæ et visionis bealificæ,ex quo non sequitur quod non sit justitia, sed tantum quod non sit perfecta justitia.

§ II. — *Utrum de potentia Dei absoluta justificatio impii possitftcriper solum favorem Dei extrinsecum, vel per solos actus citaritalis ct contritionis sine infusione gratiæ habitualis ?*

Quia istæ quæstiones de potentia Dei absoluta sunt magis subtiles quam utiles, hanc et sequentem breviter expediam.

Dico. 1°. Justificatio impii non potest absolute fieri per solum favorem Dei extrinsecumsine mutatione intrinseca peccatoris. Est contra Scotum.

Hic a. 2. 0. — *Prob. i°.* Justificatio ut minimum importat remissionem et condonationem offensae : atqui Deus non potest absolute remittere et condonare offensam sine intrinseca mutatione peccatoris : ergo. *Prob. min.* Impossibile est quod Deus remittat offensam peccatori, nisi fiat ei pacatus : atqui non potest fieri ipsi pacatus sine intrinseca mutatione istius peccatoris : ergo. *Prob. min.* Deum pacari nobis, est nos diligere spccialidilectione; nihil enim aliud assignari potest in quo consistat pax nostra cum Deo. *Et ratio patet,* quia quod Deus ex offenso fiat nobis pacatus, est ex ejus speciali benevolentia: atqui Deus non potest diligere peccatorem nisi per hanc dilectionem effectum aliquem in eo imprimat et donum supernatural infundat quo intrinsece mutetur : ergo. *Prob. min.* cx principio Auctoris supraq. 110, a. 1, quod amor Dei non sit solum affectivus, sed etiam effectivus, non supponens, sed eflicienssua dilectione bonum et gratum quem diligit, cum sit omnis bonitatis causa et auctor. Ergo.

Confirmatur. In hoc quod Deus incipit amare peccatorem quem antea odio habebat, intervenit aliqua mutatio : atqui hæc mutatio non-polest se tenere cx parte Dei, qui est immutabilis : ergo se tenet ex parte objecti amati, quod ex injusto et odioso fit justum ct gratum.

despondent ucum posse pacari peccatori non per dHectionenpositivam qua vult ipsum habere amicum, sed per negativam qua tantum vult non esseamplius illi offensus, sicut fieri potest inter homines : extali autem dilectione non sequitur mutatio peccatoris, sed tantum quod auferatur ab ip-o malum culpæ et amplius illi non imputetur.

Sed contra. Etsi ita fieri possit inter homines, non tamen apud Deum. 1° Quia homo potest condonare alteri offensam per sui mutationem, non Deus : unde mutatio quæ hic intervenit, se tenet cx parte hominis, ut dictum est. — 3. q. 85. a. 2. O. —2° Quia homo offendens alterum hominem non privatur aliquo intrinseco quod acceperat ab offenso, sine cujus recuperatione non censetur animus offensi plene pacatus; sed homo offendens Deum privatur aliquo intrinseco, scilicet dono gratiæ, sine cujus recuperatione Deus non censetur omnino pacatus,ut dicam amplius modo.

Prob. 2°. Justificatio completa et perfecta importat non solum condonationem oflensæ, sed etiam deletionem peccati habitualis: atqui peccatum habituale non potest deleri sine mutatione intrinseca peccatoris : ergo.Pro&. *min.* Peccatum habituale essentialiter consistit in privatione gratiæ sanctificantis ut causata ex actuali peccato precedente, sicut probavimus in tract, de Peccat, dissert. 6 : atqui privatio non potest absolute tolli nisi per formam oppositam, sicut cæcitas non potest tolli uisi per visum, et tenebræ nisi per lucem : ergo.

Dices minorem hanc esse veram de privatione physica, quæ est carentia formæ quam subjectum ex natura rei debet habere; non vero de privatione morali, quæ est carentia formæ quam subjectum debet habere non ex natura rei, sed ex ordinatione divina, qualis est privatio gratiæ; hæc enim potest tolli non solum per introductionem formæ opposite, sed ex hoc precise quod mutetur ordinatio Dei, et statuat hanc formam non amplius deberi huic subjecto, quod faceret si tolleret ordinationem hominis ad finem supernaturalem.

Sed contra 1°. Quamv is Deus possit tollere ordinationem hominis ad finem supernaturalem, indeque facere quod illi nunc non debeaturgratia; non potest tamen nunc absolute facere quod tunc quando peccavit, non esset ordinatus ad finem supernaturalem ct illi non deberetur gratia, ad præte?

ritum enim non datur potentia; ut autem carentia gratiæ remaneat in ratione privationis moralis, sufficit ut tunc homo,quando peccavit,esset ordinatus ad fmem supernaturalem et illi deberetur gratia, sicut ut maneat privatio moralis conformilatis ad legem positivam in illo qui illam transgressus est, sufficit quod pro tunc teneretur illam observare, licit non teneatur nunc, vel quia cessavit lex, vel quia in ea est dispensatus. 2°Tandiu carentia gratiæ quam quis habere debebat dum peccavit, remanet in ratione privationis moralis quandiu remanet voluntaria; voluntarium enim est fundamentum moralitatis : atqui ista privatio gratiæ non potest desinere esse voluntaria nisi per mutationem intrinsecam peccatoris retractantis priorem volitionem,exquaista privatio habet quod sit voluntaria : ergo.

Confermaiurpræcedens ralio,seuprob. 2° *prima ejus min.* evertendo fundamentum adversariorum. Peccatum habituale non importat solum reatum pœnæ seu condignitatem ad pœnam, ut volunt adversarii, sed etiam aversionem a Deo, conversionem ad creaturam, abjectionem gratiæ ct amicitiæ Dei et per hæc olfensam Deo irrogatam , ex quibus sequitur diflormitas et macula : atqui absolute est impossibile quod hæc deleantur per solam condonationem Dei extrinsecam absque mutatione intrinseca peccatoris; impossibile namque est quod fiat ex averso a Deo conversus ad Deum, ex converso ad creaturas ab eis aversus, ex despiciente gratiam et amicitiam Dei, illam requirens et recuperans, nisi mutetur, *ut per se patet :* ergo.

Reque dicas hæc quidem importari in actu peccati, sed simul cum illo transire, et remanere tantum in peccatore obligationem ad pœnam, et ex parte Dei olfensam et alienationem a peccatore.

Contra est enim quod, rpiam vis hæcvelutiquod exercitium compctanl actui eteum ipso sic transeant, attamen per modum status et habitus transeunt ad personam, et in ea manent donec retractentur: sicutenim corpus ex eo quod per motum recessit ab alio corpore, etiam cessante motu actuali, remanet in statu elongationis, donec per contrarium motum approximetur ; sic anima ex eo quod suo actu, qui est ejus motus , a Deo recesserit, ad creaturam accesifcritc» Dei gratiam ac amicitiam abjecerit, cessante eo actu, remanet in statu aversionis a Deo, conversionis ad creaturam, et inimicitiae ac offensae Eei, donec peractus contrarios mutetur.ct, ut dicitur 1 Joan. 3: *Transferatur demorte ad vitam.*

Dices. Obligatio voti potest solvi sino mutatione voventis per extrinsecam Dei remissionem : ergo et peccati reatus.

II. N. conseq. Disparitas est, quod obligatio voti pendeat a voluntate acceptantis, sicque per eum solum solvi potest: at ratio peccati consistit in aversione voluntaria a Deo, quæ tandiu manet quandiu non retractatur.

Ex dictis in probationibus bene perpensis facile solves alia argumenta.

Dico 2°. In hypothesi quod Deus moveat peccatorem ac actus charitatis et contritionis per auxilium actuale non infundendo gratiam habitualem, posset absolute peccator per illos actus justificari inchoate ct imperfecte, non tamen complete et perfecte

Prob. prima pars. Peccatum importat aversionem hominis a Deo et aversionem Dei ab homine, unde in tantum tolliturin quantum homo Deo ct Deus homini iterum unitur et reconciliatur : atqui per actus charitatis et contritionis sine gratia habituali homo redit ad Deum super omnia dilectum, et ei unitur, quia amor unit amantem amato; et vicissimDeus illi unitur, quia diligentes se diligit, et hæc dilectio hominis est effectus divinæ dilectionis t ergo.

Prob. secunda pars. Non habetur justificatio perfecta et consummata, nisi recuperetur præcipuus effectus divinædilectionis qui per peccatum fuit interruptus : atqui iste effectus præcipuus divinæ dilectionis est gratia sanctificans, qua homo fit formaliter justus, consors divinæ naturæ, filius Dei et hæres regni coelestis : ergo. *Min. constat. Prob. maj.* Peccatum non censetur perfecte et complete remitti, nisi animus offensi sil perfecte et omnino pacatus : atqui Deus non censetur omnino pacatus, quandiu non reddi; praecipuum effectum suæ dilectionis, quem per peccatum amisimus : sicut si princeps civi ob offensam dignitate privato et veniam petenti dimitteret olfensam,sed non restituerel dignitatem, non censeretur plene et omnino pacatus, nec culpa plene et omnino dimissa : ergo.

Si dicas, ex hac ratione sequi quod pec

catum originale per baptismum non perfecte dimittatur, cum per cum non tollatur defectus concupiscenti® et mortis quem tollebat justitia originalis.

//. injustitia originali præcipuum effectum divinæ dilectionis fuisse gratiam sanctificantem qua homo reddebatur formaliter justus, consors divinæ naturæ, filius et lucres; non verocæteræ doles ad illam consequentes, ut subjectio corporis ad animam et partis inferioris ad superiorem, sine quibus homo potest placere Deo, esse ejus filius et hæres.

Obj. contra primam partem hujus secunda; conci. S. Th. hic a. 2 0, dicit quod *non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ.* 2° Remissio peccati est effectus formalis gratiæ habitualis, actus dilectioniset contritionissiint dispositiones ad gratiam : dispositio autem ad formam non dat effectum formalem formae. 5° Privatio non potest tolli nisi per formam oppositam: atqui peccatum consistit in privatione gratiæ : ergo.

ll. ad primum, S, Th. loqui de remissione peccati perfecta ctconsummata, non de inchoata et imperfecta; vel loquitur de infusione gratiæ actualis, non habitualis. *Ad secundum.* Dispositio ad formam non potest quidem producere effectum formalem formæ perfectum et completum, potest tamen dare inchoatum ct imperfectum, cum dispositio sil inchoatio formæ. *Ad tertium.* Privatio gratiæ non habet rationem peccati nisi quatenus est voluntaria, peractum autem contritionis desinit esse voluntaria ; unde ex hoc aliqualiter deficit a ratione peccati. *Confer objectionem sequentem.*

Obj. contra secundam partem ejusdem conci. 1° Ex modo dictis, privatio gratiæ non habet rationem peccati, nisi quatenus est voluntaria : atqui per actum contritionis desinit esse voluntaria : ergo. 2° Juxta S. Scripturam, remissio peccati tribuitur dilectioni; Luc. 7 : *demittuntur ei peccata multa; quoniam dilexit multum.* 5« Homo toto corde diligens Deum est justus : ergo non remanet in statu peccati.

B. ad primum, D. min. Privatio gratiæ per actum contritionis desinit esse voluntaria quoad prasentem dispositionem, *C.* quoad procedentem dispositionem, *N.* Sufficit autem, ut ista privatio fuerit anterius voluntaria, ut retineat rationem maculae ct peccati, donec restituatur praecipuum quod peccando amissum est : sicut in exemplo posito, privatio dignitatis in cive pœnitente cui condonata est offensa, semper est ignominiosa et habet rationem maculæ ob præteritam offensam, a qua non censetur plene purgatus donec dignitas α restituatur.

Ad secundum. Remissio peccati tribuitur dilectioni non præcise ratione sui, sed ratione gratiæ quam semper comitatur; loquitur enim S. Scriptura, non in hypothesi conclusionis, quod Deus per auxilium actuale moveat ad actum dilectionis non infundendo gratiam, sed secundum præsentem statum in quo charitas semper juncta est gratiæ.

Ad tertium. Qui diligit Deum ex toto corde, est justus justitia implente præsens officium, non a delente perfecte praeteritum peccatum; ad hoc enim non sufficit quod homo convertatur ad Deum, sed requiritur quod Deus convertatur ad hominem et ipsi reddat præcipuum effectum suæ dilectionis, qui est gratia sanctificans.

5i *instes* actum charitatis non esse minoris cfficaciæ ad recuperandam gratiam quam actum peccati ad illam destruendam; item actum esse perfectiorem habitu.

B. ad primum, N. assumptum ; quia actus peccati efficienter destruit habitum charitatis et gratiæ ; actus autem charitatis non producit efficienter habitum charitatis, sed solus Deus, ut in procedentibus diximus. *Ad secundum,* quiquid sit de aliis habitibus, habitus gratiæ est perfectior et nobilior quolibet actu supernatural!.

Ex dictis in hac secunda parte conclusionis colliges, unicam causam formalem perfect® et consummat® justificationis in hoc statu elevationis ad finem supernaturalem, esse gratiam habitualem, ut etiam definivit concilium Trid. sess. 6, cap. 7, can. 10 et il ; vide præced. J.

Dixi, *in hoc statu elevationis ad finem supernaturalem;* quia in statu naturæ puro, videtur quod homo sine iha posset perfecte justificari secundum modum illius status. *Batio est;* quia horno justificatur perfecte et complete, quando recuperat totum aut saltem præcipuum quod per peccatum amiserat : atqui homo in statu naturo pu r® peccando non amitteret gratiam sanctificantem, quia in illo statu non daretur,

•cd amitteret tantum rectitudinem naturaiis ordinis, qua esset acceptus ad beatitudinem natura em ; per actus autem contritionis et dilectionis ordinis naturalis ex auxilio Dei elicitos recuperaret illam rectitudinem, et acceptaretur ut antea ad beatitudinem naturalem:ergo sine gratia, sed per solos actus contritionis et dilectionis ordinis naturalis perfecte justificaretur.

Quæ objici possunt sive ex D. Th. sive a ratione, intelligenda sunt secundum præsentem statum elevationis, vel de gratia largius sumpta pro aliquo dono gratuito, quod in hac hypothesi naturæ puræ non foret idem quod nunc donum gratiæ sanctificantis.

ARTICULUS III.

Utrum de potentia Dei absoluta peccatum et gratia possint esse simul in eodem subjecto?

Dico. Peccatum et gratia non possunt etiam de potentia Dei absoluta esse simul in eodem subjecto.

Conclusio intelligenda est tam de peccato acluali quam habituali : est communior inter theologos contra Scotistas et Suarem quoad ulramque partem, et contra Loream quoad peccatum actuale.

Prob. Gratia sanctificans ex sua essentia et ratione est justitia, sanciitas et rectitudo, cujus primarius et formalis effectus est efficere eum cui datur, justum, sanctum et rectum : peccatum e contra ex essentiali sua ratione est iniquitas, immunditia, recessus a rectitudine ct subjectione legis divinæ : atqui stare non potest, etiam de potentia Dei absoluta, justitia cum injustitia, sanctitas cum iniquitate et immunditia, rectitudo cum recessu a rectitudine : ergo.

Item effectus formalis et primarius gratiæ est constituere hominem consortem divinæ naturæ, filium Dei adoptivum, hæredem regni, gratum Deo ct amicum : e contra effectus formalis peccati est destruere in homine participationem divinæ naturæ, privare illum divina filiatione etjuread regnum, reddere ipsum Deo exosum et inimicum- constituere ipsum filium diaboli, et dignum ælerna damnatione, qui effectus utpote privative oppositi sunt absolute incompossibiles : atqui ea quorum effectus formale· witf i(icompo3!iibikS | non poçsuqt absolute esse simul; quia effectus formati» ipsa forma communicata : ergo.

Idque aperte innuitS. -Scriptura,!Joan. 5, ubi dicitur : *Qui natus est ex Deo,pec' catum non facit, quoniam semen ipsius* (id est gratia sanctificans) tn *eo manet; et non potest facere peccatum, quoniam ex Deo natus est.* Quibus verbis repetii incompossibilitatem gratiæ cum peccato, non ex ordinatione divina, sed ex ipsa natura gratiæ, quia est participatio divinae naturæ, seu quia illam habens est ex Deo natus et filius ejus.

B. Suares effectus assignatos non esse effectus primarios gratiæ, sed secundarios tantum : effectus autem secundarii possunt de potentia Dei absoluta separari a forma, ut risibilitas^ v. g. a rationalitate.

Sed contra N. assumptum, quod gratis fingitur a Suare. Nam ut dixi, gratia est ex ratione sua essentiali justitia, sanctitas, rectitudo, participatio divinæ naturæ : ergo effectus ejus formalis et primarius est efficere justum, rectum, sanctum, participem divinæ naturæ, consequenter præstare omnia alia quæ diximus.

Bespondet P. Henno, hæc esse quidem vera de gratia formaliter et reduplicative sumpta in ratione gratiæ, seu prout substat ordinationi Dei statuentis per illam qualitatem reddere hominem sibi gratum, charum, hæredem regni coelestis; sed non de gratia materialiter sumpta in ratione qualitatis supernaturalis.

Sed contra. Iterum repeto, gratia sanctificans etiam ut qualitas supernaturalis est ex ratione sua essentiali et independenter ab ordinatione divina, participatio divinæ naturæ, justitia, sanctitas, rectitudo ; aut dicat erudit, theologus quid sit aliud? Ergo effectus ejus formalis qua talis, est constituere ex natura sua et independenter ab ordinatione Dei hominem participem divinæ naturæ, justum, sanctum, rectum, etc.

Obj. 1». Gratia et peccatum saltem actuale non opponuntur privative : ergo possunt de potentia Dei absoluta esse simul. *Prob. ant.* Gratia est habitus, peccatum est actus : atqui actus et habitus non opponuntur privative : ergo. *Confirmatur.* Actus stare potest cum habitu contrario, ut actus intemperanti® cum habitu temperanti®.

B, ,N. ant. /fd prob, D, win. Actus et

habitus non opponuntur privative sub ratione actus et habitus, *C.* sub diversis aliis rationibus quas essentialiter involvunt, *N.* Actus autem peccati ct gratia habitualis involvunt essentialiter et impræscindibiliter rationes privative oppositas, scilicet sanctitatem et iniquitatem, justitiam ct injustitiam, rectitudinem et recessum a rectitudine, participationem et non participationem divinæ naturæ, esse Deo amicum et non amicum , gratum et non gratum , mortem spiritualem animæ et vitam spiritualem, etc. *Unde patet responsio ad confirm.* Adde quod si argumentum valeret, probaret gratiam et peccatum posse naturaliter esse simul, quia actus potest naturaliter esse cum habitu contrario, quod tamen nemo admittit. Attende ergo has rationes seu effectus peccati non sequi peccatum, quia est actus vel habitus, sed quia est culpa mortalis, et ut talem opponi privative gratiæ.

Hinc etiam praeoccupantur varice instantiae; quamvis enim gratia sit m essentia animæ et peccatum in voluntate ; item *dato* quod peccatum non consistat in privatione gratiæ, sed in privatione rectitudinis ; hoc ipso quo mortale est, sequitur quod sit in toto homine injustitia , iniquitas, depulsio participationis divinæ , extinctio juris ad gloriam, recessus a Deo ut sanctificante et vivificante per gratiam et a rectitudine legis divinæ et mors animæ, sicque quod gratiam his omnibus oppositam expellat.

Obj. 2°. Peccatum non expellit gratiam physice, sed demeritorie tantum, quatenus qui peccat est indignus gratia : potest autem Deus gratiam dare indigno.

A. *D. maj.* Peccatum non expellit gratiam physice, id est, per formam positivam physice agentem in gratiam. *C.* non expellit physice, id est, ex natura sua, sed tantum per modum demeriti, *N.* Iniquitas enim, injustitia, abjectio amicitis Dei, recessus a Deo, mors animæ, etc. physice, hoc est, ex natura sua expellunt justitiam, sanctitatem, amicitiam Dei, accessum ad Deum, vitam animæ, etc.

Inst. Deus non necessitatur auferre gratiam a peccator»·. Ergo.

R. D. ant. Deus non necessitatur absolute , *C.* ex suppositione quod permittat hominem labi in peccatum mortale, *N.* Non enim Deus potest pugnantia velle.

Repones. Solus Deus est causa gratia 2 ergo ille solus et non peccatum illam destruit.

R. quod peccatum, ut jam dixi, non destruat gratiam agendo physice in illam, sed subtrahendo ei subjectum ct introducendo formam seu dispositiones incompossibiles cum gratia : sic licet Deus sit solus causa animæ rationalis, potest tamen homo ponere dispositiones incompossibiles cum ejus unione ad corpus.

Obj. 3®. Peccatum prius intelligitur esse in anima quam Deus subtrahat gratiam, definiente Trid. sess. 6, cap. 11, Deum sua gratia non deserere semel justificatos, nisi prius ab eis deseratur : ergo peccatum potest esse cum gratia.

R. 1® hoc argumento nimis probari, scilicet, secundum cursum ordinarium, gratiam et peccatum esse simul, quod non admittunt objicientes.

R. 2®. *D. ant.* Peccatum prius prioritale naturæ et causalilatis intelligitur esse in anima quam Deus subtrahat gratiam, *C.* prius priorilate temporis, *N.* Sunt enim simul peccatum et privatio gratiæ. Sicut ergo licet sol prius intelligatur illuminare aërem quam abscedant tenebræ, quia lumen solis est causa recessus tenebrarum, nec tamen simul existant lux solis et tenebræ ; ita quamvis peccatum prius intelligatur esse in anima quam recedat gratia, quia est causa recessus gratiæ, non tamen datur instans in quo simul existant.

ARTICULUS IV.

De actibus adjustificationem peccatoris adulti requisitis.

Peccatores adultos propriis actibus ad justificationem debere disponi probat hic S. Th. a. 5, ct nos probavimus diss. præced. a. 5. Qui sint autem illi actus, hic inquirimus cum eodem S. Doct. Cone. Trid. sess. 6, cap. 6, sex assignat, scilicet actum fidei, timoris, spei, dilectionis Dei, pœnitentiæ seu contritionis, tandem propositum suscipiendi sacramenta instituta ad remissionem peccatorum, inchoandi novam vitam et mandata divina servandi, quod propositum includitur in ipsa contritione. De liis igitur acturi, primum et praecipue dicemus de fide requisita ad justificationem contra haereticos, deinde breviter de cæteri*.

§ 1.— *Quæ fides requiratur ad justificationem.*

Lutherani et Calvinistæ distinguunt triplicem fidem· Primam vocant historicam, melius dixissent dogmaticam, qua credimus omnia quæ in sacris Litteris continentur. Nos eam dicimus Christianam et catholicam. Secundam vocant fidem miraculorum, perquam fiunt seu impetrantur miracula, qua scilicet credimus nihil esse quod a Deo fieri non possit. Tertiam vocant promissorum, qua credimus Deum promisisse remissionem peccatorum. Hanc autem tertiam subdividunt in generalem et particularem : generalem vocant qua credimus Deum omnibus credentibus in communi promisisse remissionem peccatorum et salutem ; specialem vocant qua unusquisque credit vel certo confidit peccata sibi esse remissa propter merita Christi. Hanc enim fidem male confundunt cum fiducia quæ ad spem et voluntatem pertinet, non ad intellectum ; est enim fiducia ex S. Th. spes roborata.

Hanc ergo fidem seu fiduciam particularem requiri ad justificationem et eam solam justificare contendunt : quamvis quidam, ut pestilentissimi hujus erroris invidiam declinent, requirant dilectionem, contritionem, bona opera, non ut conducentia ad justificationem, sed ut signa ct proprietates fidei seu fidüciæ justificantis. Quærimus ergo in hoc § quæ fides requiritur ad justificationem; in sequenti, an sola sufficiat.

Suppono tanquam certum et ab omnibus admissum, aliquem motum fidei requiri in adultis ad justificationem : id aperte S. Scriptura testatur. Hebr. 10 *t Sinefide impossibile est placere Deo.* Marci ultimo : *Qui crediderit, salvus erit ; qui non crediderit , condemnabitur;* et alibi sæpe. Etita declarat Trid. sess. 6,cit. *Jtatioest;* quia, ut ostendimus superius , requiritur ad justificationem adulti motus animi se convertentis ad Deum, juxta illud Ilebr. 11 : *Accedentem ad Deum oportet credere.* Sed quæ sit illa fides?

Dico. Fides requisita ad justificationem non est fiducia qua credimus seu confidimus peccata esse nobis piopter Christum remissa,sed qua credimus omnibus veritatibus nobis a Deo revelatis propter ejus auctoritatem et veracitatcm.

Ita definit conc. Trid. sess. 6, can. 12, his verbis : « Si quis dixerit fidem justifi. » cantem nihil esse aliud quam fiduciam » divinæ misericordiae peccata remittentis » propter Christum ; vel eam fiduciam so- » lain esse qua justificamur : anathema sil,»

Prob. 1° apertissimis S. Scripluræ testimoniis. Mare, ultimo : *Prædicate evangelium omni creaturæ; qui crediderit* (scilicet Evangelio et veritatibus in eo contentis) *salvus erit.* Rom. 10 : *Hoc est verbum quod prædicamus, quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum; et credideris in corde tuo quod Deus suscitavit illum, salvus eris.* Ergo Christus et ejus resurrectio, non sola misericordia Dei peccata remittentis, sunt objectum fidei salvantis. Hebr. 10 in fine, cum dixisset Apost. Jtu- *tus ex fide* tivi^statim initio cap. sequentis, explicans quæ sit illa fides qua justus vivit, dicit : *Est autem fides sperandarum substantia rerum,argumentum non apparentium.* Hæc autem definitio nullatenus competere potest fiduciæ qua credimus peccata esse nobis dimissa, sed solum illi fidei qua, ut ibid, addit Apost. *Intclligimus aptata esse sœcula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.* Item ibid, dicit Apost. *Sine fide impossibile est placere Deo; credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, et inquirentibus se remunerator sit.* Ergo fides sine qua est impossibile placere Deo, non est fiducia remissionis peccatorum,sed qua credimus Deum exislere, ct esse inquirentium se remuneratorem. Joan. 11, cum Dominus dixisset Marthæ s *Ego sum resurrectio ct vita, qui credit in me non morietur in alernum,* respondet illa : *Utique, Domine,ego credidi quia tu esChril· tus Filius Deivivi, qui in hunc mundum venisti.* Ergo fides requisita ad vitam ælcrnam est credere divinitatem Verbi incarnati. Joannes cap. ult. sui Evang. sic concludit: *H(vc scripta sunt ut credat is quia Jésus est Filius Dei vivi, et ut credentes vitam habeatis in nomine ipsius : ergo* idem quod prius Omitto alia bene multa S. Scripluræ testimonia, sib longior sim.

Prob. 2° ex traditione. Ecclesia ut ab initio ita nunc, cum fidem requirit a baptizandis, non aliam requirit quam illam qua credimus fidei articulis in symbolis contentis, non vero illam qua credimus seu confidimus peccata nobisesse dimissa. Quii

enim unquam apostolorum, aut episcoporum, aut exterorum ministrorum accedentem ad se causa justificationis ita docuit : Crede peccata libi dimitti, etstalim dimittentur? Absurdi sane et piarum aurium offensiva foret nujusmodi doctrina.

Despondet Calvinus super cap. 5 Epist. ad Galat. « In Symbolo habetur, Credo » sanctam Ecclesiam, quod non est aliud » quam, Credo nullum esse amplius peccatum, nullam mortem in Ecclesia. »

Sed contra. Credimus Ecclesiam esse sanciam, quia habet Sponsum sanctum, dogmata sancta, leges sancias, multos filios saucios, el extra illam nullus est sanctus ; sed scimus ex S. Scriptura Ecclesiam esse aream in qua sunt paleæ cum tritico, rete in quo sunt boni et mali pisces.

Ilesp. Melanchton in Apolog. Confess. « Non est omissa remissio pccatorum in » Symbolo fidei ; atque illa est quam fides » justificans proprie intuetur. »

Sed contra. Sensus hujus articuli non est, ut fingunt hæretici, *Credo peccata mihi esse remissa;* nam hujus articuli fidem Ecclesia exigit a catechumenis, et tamen non credit peccata cis esse dimissa, sed tantum dimittenda per baptismum. Sensus ergo catholicus et germanus hujus articuli est: *Credo esse in Ecclesia potestatem remittendi peccata per baptismum ct alia sacramenta rite suscepta.* Unde Symbolum Constantinopol. hunc articulum sicexprimiU *Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.*

Quantum ad SS. Patres, vide Bellarminum lib. 1 de Justificatione, cap. 9.

Prob. 5°rationibus. Fides innititur sola auctoritate Dei revelantis, qui nec fallere nec falli potest : atqui nullibi revelatum est mihi aut alteri particulari peccata esse remissa : ergo id certa fidccrederc non possum.

Dicunt promissionem particularem contineri in generali : unde qui dixit Joan. 5 : *Qui credit in Filium,,justificabitur,* significavit omnes qui credent, id est, hunc ct illum justificari.

Sed contra. 1° S. Scriptura dicit: *Qui credit in Filium,* non autem qui credit remissa sibi esse sua peccata. 2° Nemo certa fide scit se eredere in Filium ut oportet; nullibi enim id revelatum est.

5u Fides justificans præcedere debet justificationem; est enim causa illius : a.qui fides illa hærelicorum non præcedit sed sequitur justificationem, alioquin esset falsa; nam falsa fides est qua credo dimissa mihi esse peccata, si nondum sunt vere dimissa. *Si dicas* hac tide non credi peccata esse dimissa, sed hic et nunc dimitti, semper manet quod illa fides sit posterior ista remissione; quia ista remissio præsens est objectum hujus fidei : actus autem non facit nec speciiicat suum objectum, sed illud supponit ct ab ipso specificatur.

4° Illa fides est justificans quam Christus et apostoli prædicaverunt : atqui Christus et Apostoli nunquam prædicaverunt hanc fidem specialem, seu quod quisque deberet credere peccata sibi esse dimissa ; sed prædicaverunt fidem mysteriorum quæ annuntiabant, et poenitentiam : ergo.

Objiciunt hæretici illud Pauli Act. 15: *Notumigitur sit vobis, viri fratres,quia per hunc Christum vobis remissio peccatorum annuntiatur.... in hoc omnis qui credit justificatur ;* id est, omnis qui credit remissioni peccatorum sibi annuntiatæ. hoc ipso justificatur.

P. falsam esse hanc glossam. Hæc enim verba, *In hoc omnis qui credit justificatur,* non referuntur ad remissionem peccatorum tanquam ad objectum, sed ad Christum ct ejus resurrectionem quam ibiprædicabat Apostolus ; ita ut sensus sit : Per Christum annuntiatur vobis remissio peccatorum, et omnis qui credit in illum justificabitur : unde justificatio est effectus hujus fidei, non objectum ; quo eodem sensu dixit idem Apostolus Rom. 10 : *Si credideris quod Deus suscitavit Christum a mortuis, salvus eris.*

Inst. Matth. 9 dicitur : *Fidens Jesus fidem illorum, dixit paralytico : Confide, fili, remittuntur tibipeccata tua.* El ibid. *Confide, filia, fides tua te salvam fecit;* quorum verborum sensus videtur : Confide peccata tibi remitti, et remittuntur.

II. utrumque locum magis nocere quam prodesse haereticis. Etenim antequam paralyticus et mulier obtinerem remissionem peccatorum, jam habebant fidem, et tamen nondum credebant peccata sibi esse dimissa : ergo remissio peccatorum in uno particulari non est objectum fidei. Insuper fiducia non hic exigitur a Christo tanquam ratio vel conditio remissionis peccati; non

enim dicit, Confide ct remit tentui· ; vel conditionaliter. Si confidas remittentur, sed absolute, *Confide, remittuntur :* ita ut remissio sit causa fiduciæ, non fiducia causa remissionis; q asi diceret: Esto bono animo, quia remissa sunt tibi peccata tua; et mulieri : Confide, seu noli timere quod tetigeris vestem meam, quia fides tua qua credis in me te salvum fecit : quo eodem sensu dixit apostolis trepidantibus : *Nolite timere, ego sum.* Plura § seq.

§ II.— *Utrum sola fides sujficial adjustificationem ?*

Sic olim dogmatizarunt Simon Magus apud Iren. lib. 1, c. 20 , et postea Eunomius apud S. Aug. de llæresibus, llæresi 5'4, ct lib. de Fide et Operibus c. 14, ex male intellectis Pauli apostoli verbis, ad quos refellendos, ut notant ii Patres, Petrus, Joannes, Jacobus et Judas suas scripserunt Epistolas. Hunc errorem suscitarunt Lutheran! et Calviniste, cum hoc tamen discrimine, quod illi veteres haeretici fidem, quam dicebant sufficere ad salutem, intelligcrent eam fidem qua credimus omnes articulos fidei; novi autem hæretici intelligunt fidem illam specialem qua unusquisque credit aut confidit peccata sibi esse remissa. *Contra utrosque*

Dico. Neque illa fides specialis recentium haereticorum quæ vana est et nulla , neque fides vera et Christiana sola sufficit ad justificationem.

Ita definitum est in Trid.sess.6, can. 9, his verbis : « Si quis dixerit sola fide im-» pium justificari, ita ut inlelligal nihil » aliud requiri quod ad justificationis gra-» tiam consequendam cooperetur, et nulla u ex parte necesse esse eum suæ voluntatis » motu praeparari atque disponi : anathema » sit. » Et can. 19 : « Si quis dixerit nihil » præceptum esæ in evangelio præter fi-» dem,cætera esscinditferenlia,nequepræ-» cepta neque prohibita, oed libera, etc. » anathema sit. »

Prob. 1° ex SS. Apostolis qui, ut notavimus, ex professo scripserunt contra hunc errorem. S· Jacobus cap. 2 : *Quid proderit, fratre., mei, si /idem quis dicat sc habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum ?... Fides si non habet opera, mortua est in semetipsa.* Quod postquam mullis probavit, concludit caput sic : *Fidetis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum: sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est,* Hæcsunt peremptoria, nec indigent glossa.

S. Petrus 2 Epist. cap. 1, postquam hortatus est ad varia bona opera, concludit: *Quapropter, fratres, satagite ul per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis :* fides ergo non sufficit, si desint opera.

S. Judas hortatur fideles ut fidei superædificent bona opera ad misericordiam Dei et vitam æternam consequendam. *Fos autem, charissimi,* inquit, *supercedificanies vosmelipsos sanctissima: vestra fidei in Spiritu sancto orantes, vosmelipsos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam.*

S. Joannes Epist. 1 cap. 5 : *Filioli,* inquit, *nemo vos seducat : qui facil justitiam, justus est.* Ergo ad justificationem non sufficit credere, sed oportet facere; ct hoc toto capite docet.

Hæc tam sunt aperta contra praesentem errorem, ut hæretici negaverint has Epistolas esse canonicas, quas tamen pro canonicis agnoscit Ecclesia in pluribus conciliis , ultimo in Trident.

Sed et aperte S. Paulus, cui male confidunt novatores, hunc errorem debellat 1 Cor. 5 : *Si,* inquit, *habuero omnem fidem, Haut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Galat. 5 : *In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, nequepræputium, sed fides quæper charitatem operatur.* Rom. 2 : *Non auditores legis justificati sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.*

Tandem Christus in Evangclio ubique commendat bona opera ut necessaria ad justificationem ct salutem. Matth. 3 : *Sic luceat lux vestra coram hominibus , ut* ridcanl *opera vestra bona, ct glorificent Patrem vestrum qui incælisest.* Et infra *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisæorum ,* non *intrabit is in regnum calorum.* Et cap. 7. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur.* Cap. 19, interroganti, Quid boni faciam ut habeam vitam æternam ? non ait, Crede tan-

tum ; sed : *Si vis ad vitam ingredi, serta mandata.* Et denique cap. 28, non soluin monet apostuios ut fidem prædicent et baptizent, sed etiam vult ut *doceant servare omnia quæ ipse mandavit.* Id etiam evincitur iis omnibus locis quibus Christus annuntiatur non solum ut redemptor, sed et ut legislator, Matth. 3,6,7 et alibi; statuens premia legum observatoribus, Matth. 19, Luc. 10, Apoc. 5 ; decernens pœnas carum transgressoribus, Matth. 3, 7, 23 et alibi.

Tot et tam aperta testimonia dupliciter eludere conantur hæretici. Quidam respondent solam fidem sine operibus sufficere quidem ad justificationem, sed non ad salutem.

Sed contra 1°. In multis ex allegatis testimoniis, Epist. 1 Joan. c. 3,1 Cor. 5, Galat. 3, Rom. 2, bona opera requiruntur non solum ut homo sit salvus, sed etiam ut sit justus, seu ut non sil injustus. 2° Salus omni justo passim in S. Scripturis promissa est, certoque constat nullum justum a Deo damnandum, juxta illud Genes. 18 : *Numquid perdes justum cum impio? Absit a te ut hanc rem facias.* Ergo si sola fides justificat, sola salvat; et si non sola salvat, non sola justificat.

Respondent alii et communius, fidem quam dicunt sufficere ad justificationem , non esse fidem solam, sed fidem junctam bonis operibus; non quidem quod hæc bona opera cooperentur ad justificationem, sed quia comitantur fidem justificantem velut ejus signa, vel ut proprietates et fructus ex ea sequentes : unde dicunt praefatis S. Scripturo, testimoniis damnari eos qui olim dicebant solam fidem mortuam et bonis operibus vacuam sufficere ad salutem; at non eos qui id tribuunt quidem soli fidei, sed fidei vivæ, active et bonis operibus stipatæ.

Sed contra 1°. Hæc responsio fucata et ad emolliendum horrorem immanis hujus erroris excogitata, aperte pugnat cum principiis haereticorum ; nam isti docent 1° hominem dum per fidem justificatur, nor. vere fieri justum, sed reputari tantum, nec ulla ejus opera esse bf_\a, sed omnia esse peccata mortalia, quamvis ei non imputentur propter Christum : qua fronte ergo dicunt non solam fidem, sed fidem junctam bonis operibus justificare, cum secundum illos nulla sint bona opera? 2° Docent hominem semel per fidem justificatum, nullo flagitio a justitia excidere posse : ita Calvinus lib. 3 Institut, cap. 2, 11, et Lutherus in Serm. super hæc verba, *Sic Deus dilexit,* etc. excipiens tantum incredulitatem; sicquc semel justificatus per fidem, quamvis fiat fur, homicida, adulter, sodoinita, remanet justus : ergo fides justificat sine bonis operibus, imo cum malis et pessimis, quod est antiqua hæresis in S. Scripturis damnata. Unde Lutherusincap. 2 ad Galat. expresse dicit : *Fides sine et ante charitatem justificat;* et tom. 1 disput. au opera justificent, proposit. 3, ait : *Fides, nisi sit sine ullis etiam minoribus operibus, non justificat, imo non est fides.* Et ideo rigidiores Lutherani ingenue fatentur bona opera nullatenus requiri ad fidem justificantem.

Contra 2°. S. Scriptura non minus tribuit munus justificandi et salvandi bonis operibus quam fidei, *ut patet ex locis citatis et aliis pluribus :* ergo si fides cooperetur justificationi, ita et opera.

Arguunt præcipue hæretici ex Apostolo, qui, ul ipsis videtur, totus estul asserat ad justificationem sufficere fidem sine operibus. Rom. 5 ait : *Arbitramur hominem justificari per fidem sine operibus legis.* Ibid. 4 : *Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.* Galat. 2 : *Scientes quod non justificatur homo ex operibus legis.* Philipp. 5 : *Ut inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ est ex fide.*

R. 1°. *Esto* Apostolus doceret fidem sine ullis operibus sufficere ad justificationem, id nullatenus prodesset hæreticis; quia Apostolus intelligit fidem Christianam et catholicam, qua credimus divinitatem Verbi incarnati,ejus resurrectionem et alia mysteria in S. Scripturis contenta, non vero illam fidem ridiculam seu fiduciam qua hæretici credunt peccata sibi esse dimissa.

R. 2" Apostolum solum excludere opera quæ vel ante fidem vel post habitam fidem, sed sine fidei gratia fiunt, id est, opera quæ ex solis viribus naturæ et liberi arbitrii procedunt, qualia erant quædam honesta justitiæ naturalis opera apud gentiles , et opera Judaeorum qui carnaliter legem Mosaïeam observabant, unde pluries

exprimit Apostolus *operalegis;* non vero excludit opera fidem consequentia et gratia fidei facta. Unde Aug. lib. de Grat, ct Libero Arb. c. 7 : « Homines, inquit, non » intelligente» quod ait ipse Apost. Paulus, *Arbitrantur hominem justificari* » *per fidem sine operibus legis,* putavenmt eum dicere sufficere homini fidem, » etiamsi male vivat ct bona opera non ha» beat : quod absit ut sentiret *Eas clec» tionis.* »

Inst. Abraham et Galatae jam renati erant ct operabantur cx fide eo tempore de quo loquitur Apostolus, et taincn excludit eorum opera. Ergo.

7». *Data maj. D. min.* Excludit eorum opera quæ fiebant ex gratia fidei, *N.* quæ facta fuerant ante fidem, vel quæ post fidem habitam non fiebant ex gratia fidei, *C.* Nihil obstat enim quod qui habet fidem, aliquando non operetur ex fide, ut dum peccat aut facit opus morale bonum sine relatione ad Deum.

Deponunt. Apostolus ibid. Rom. 4 dicit : *Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum : ei vero qui non operatur, credenti autem in cum qui justifcat, reputatur fides ejus ad justitiam secundum propositum gratiæ Dei : sicut David dicit bealitudinem hominis, cui Deus accepto fert justitiam sine operibus.* Ergo ut sit gratuita justificatio, nulla in ea habenda est ratio operum, sive ante fidem, sive post fidem factorum, alioquin justificatio redderetur ex debito.

B. N. conseq. Sensus enim horum verborum Apostoli hic est : *Ei qui operatur,* etc. id est, si opera nostra sine fidei gratia ct cx solis viribus naturalibus facta, qualia faciunt ethnici, obtinerent justificationem, non esset gratuita, sed merces debita talibus operibus; nam omni operanti ex propriis debetur merces. *Ei vero qui non operatur,* etc. id est, illius qui justificatur, non ex operibus propriis secundum naturæ vires, sed cx fide in Christum, justificatio est gratuita, tum quia ipsa fides est gratia, tum quia fides cx sc non meretur tantum donum, licet ad illud disponat.

Urgent. Apostolus excludit merita , ul ne quis glorictur; sed si homo per fidei opera justificetur, posset de illis gloriari : erco.

A. 1» inde sequi quod neque per fidem posset justificari, quia ctiain de ipso actu fidei posset gloriari. Unde *Jl.* 2° *D. min.* Posset gloriari in Deo, *C.* in seipso, A. ipsa enim fides , ut modo dicebam , est gratuitum Dei donum, consequenter ct opera cx illa promanantia : Apostolus autem non intendit excludere gloriationem in Deo, sed in seipso : unde dicit *:Qui gloriatur, in Domino gloricrtur.*

Plura alia objiciunt hæretici tum cxS. Scripturis, cum ex Patribus , quæ omnia discutere longioris foret otii; hæc habes soluta apud Bellarm. lib. Ide Justificat.a cap. 20 ad 25.

Interim accipe sequentes generales solutiones. Prima est. Justificatio fidei tribuitur tanquam ejus initio ct radici, non tamen excludendo alia opera ad eam disponentia : ita Trid. sess. 6, cap. 8. *Secunda.* Intelligenda est fides viva, quæ per charitatcm operatur, ut loquitur Apostolus ad Galat. 5. *Tertia.* Per fidem aliquando intelliguntur ea quæ in Evangclio seu doctrina cvangclica continentur, faciendo ea quæ secundum hanc doctrinam sunt facienda. *Quarta.* Quando excluduntur opera, intelligenda sunt opera ante fidem , vel sine fidei gratia facta, non vero opera quæ ex ipsa fidei gratia fiunt,ut explicui supra ; vel opera legis Mosaïcæ, vel opera externa , quando deest potentia illa exequendi.

§ III. — *De aliis actibus ad justificationem adulti requisitis.*

Diximus initio hujus articuli ex cone. Trid. prater fidem quinque alios actus requiri cx parte peccatoris ad sui justificationem, scilicet actum timoris, spei, dilectionis Dei, contritionis, et propositum suscipiendi sacramentum et servandi mandata divina. Hi autem actus sic deducuntur:

Fides illustrans mentem peccatoris, exhibet ei, hinc divinam justitiam ipsi pœnas præparantem, illinc divinam misericordiam veniam offerentem ; unde exurgit in ejus voluntate timor divinæ justitiæ , deinde spes seu fiducia veni® obtinenti®.

Post spem sequitur inchoata dilectio Dei ut totius justitiæ fontis ; ex hoc enim quod Deus misericors peccatori poenam timenti offerat veniam, non solum spes excitatur, sed etiam tant® bonitatis amor,

saltem inchoatus, de cujus necessitate ad justificationem ium sacramento celebris est controversia suo loco dirimenda.

Ex fide, timore, spe et inchoata dilectione nascitur peccati detestatio : quia hoc ipso quo peccato»· novit paratas esse peccatis suis pœnas, et cx hoc quod Deum ea sibi condonare paratum diligere incipiat, movetur odio in peccatum ut sibi nocivum et divinæ bonitatis offensivum. Hoc autem odium contritio dicitur, perfecta quidem, si peccatum displiceat principaliter ut offensivum Dei, imperfecta si principaliter displiceat ut nocivum peccatori. Hæc autem contritio habet necessario adjunctum propositum inchoandi novam vitam el servandi divina mandata; non enim est in aliquo sincerus dolor de peccatis, nisi velit deinceps illa vitare.

Quœritur utrum necesse sit ut isti omnes actus requisiti ad justificationem sint formales, an sufficiat quod sint virtuales et impliciti, contenti scilicet in aliquo cminentiori ?

/I. actus fidei ct dilectionis necessario debere esse formales; quia neque in intellectu neque in voluntate dantur præstantiores ct eminentiores, in quibus isti virlualiter contineri possint.

Quantum ad actum spei, quando proceditur in conversione paulalim de imperfecto ad perfectum, requiritur ut sit formalis; sed si homo subito moveatur a Deo de peccato ad justitiam ex sola consideratione Dei ct peccati ut est ipsi Deo injuriosum, non attendendo ad illud peccatum ut sibi malum, nec ad bona a Deo promissa,· videtur quod sufficiat spes virtualis contenta in cminentiori actu charitatis.

Quantum ad actum pœnitentiæ seu contritionis, videtur quod debeat esse formalis; quia homo dolore debet de peccato, non solum ut est contrarium bonitati divinæ, sed etiam utest læsivum juris divini : exigit enim recta ratio, ut qui laisit jus alteriiR,, ?.e hac injustitia atque injuria doleat, ct eam quantum potest resarciat : atqui dolor de peccato ut est læsivum juris divini, proprie perlinet ad poenitentiam non adeharitalem, quæ habetsolum odisse peccatum in est oppositum bonitati divinæ. ul fusius explicatur in tract, de Pœnit. ergo. Per accidens tamen ; si homo ignorans invincibiliter se esse in peccato, aut de peccatis nihil cogitans, eliceret actum | perfectæ charitatis, justificaretur sine auu formalis pœnitentiæ, sed cum virtuali tantum in actu charitatis implicite contento. Propositum autem, ut dixi, semper includitur in actu pœnitentiæ; «mde pœnitens qui totus attentus detestationi peccatorum, cx ferventissima Dei dilectione, non attenderet ad propositum expiicitum, justificaretur.

§ IV.— *Λ quo principio effective procedant actus contritionis et cliaritatis, qui ultimo disponunt ad gratiam habitualem.*

Mirum fortasse videbitur theologos in explicanda hac difficultate ita desudare et torqueri, cum ipsi fateantur esse magis subtilem quam utilem. Nos itaque qui utilitatem magis quam subtilitatem sectamur, varias hac de re sententias breviter exponemus et judicio lectoris permittemus.

Itaque inter dissentientes hac in parte theologos, quidam dicunt has ulteriores ad gratiam habitualem dispositiones esse effective ab auxilio actuali transeunter communicato : ita ex Thomistis Joannes a S. Thoma, Sylvius, Contenson cum pluribus extraneis. Quidam dicunt esse effective ab ipsa gratia habituali : ita Gonct. Serra et alii. Utrique sententiæ favere videtur S. Th. et hinc augetur difficultas. Tertia sententia, quæ utramque,conciliare nititur, dicit hos actus ultimo disponentes ad justificationem esse effective a virtute infusa cliaritatis et pœnitentiæ, non permanentor per modum habitus, sed transeunter per modum actualis auxilii et motionis communicata : ita novissime sapientissimus noster Goudin.

Fundamenta primae sententiae.

1° Cone. Trid. sess. 6, cap. 5, et can. 3 ct 4, dispositionem ad justificationem refert in Dei motionem et gratiam excitantem, adjuvantem et prævenientem, tanquam causam efficientem : ergo non procedit a gratiæ habitualis infusione tanquam a causa efficiente. Item eonc. ibid. cap. 7, dicit unicuique dari justitiam et gratiam habitualem secundum cujusqucdispositionem et cooperationem : atqui si talis dispositio procederet a gratia habituali, potius esset dicendum dispositionem esse juxta proportionem gratiæhabitualis: ergo.

2°S. Th. 1 p. q. 62, a. 2, ad 3, dicit :

« Tertio conversio est per quam aliquis « *præparat se ad gratiam habendam, et v ad hanc non* exigitur *aliqua habitualis » gratia,sed operatio Dei ad se animam* « convertentis. › Hic q. 109, a. 6 : « Alio » modo potest inlelligi præparatio volun- » talis humanæ ad consequendum ipsum » gratiæ habitualis donum. Ad hoc autem » quod præparet se homo ad susceptionem » hujus doni, non oportet præsupponere » aliquod aliud donum habituale in anima, « quia sic procederetur in infinitum ; sed » oportet præsupponi auxilium gratuitum » Dei interius animam moventis, sive ins- » picantis bonum propositum. » Ibid. q. » 112, a. 2 : Quæcumque præparatio in ho- » mine esse potest, est cx auxilio Dei mo- * veniis animam ad bonum. » Et 3 p. q. 89. a. 1, ad 2 : « Actus primus pœnitentis » sc habet ut ultima dispositio ad gratiam » consequendam ; alii vero sequentes ac- ›» tus pœnitenliæ procedunt jam ex gratia » ct virtutibus. » Sentit ergo primum, qui est ultima dispositio, non esse a gratia ha- bituali, sed ab auxilio actuali.

3° Gratia habitualis necessario supponit dispositiones elfectas et productas, cum non recipiatur nisi in subjecto disposito : ergo eas non efficit.

4° Ininlelligibile est quod aliquis actus ab aliqua forma efficiatur, et tamen ad ejus receptionem subjectum disponat ; si enim ab illa efficiatur, jam existentem et in sub- jecto receptam supponit; nulla enim causa efficiens agit nisi existât, et esse accidentis, qualis est gratia habitualis, est subjecto inesse : ergo iste actus ab illa effectus non potest disponere subjectum ad ejus recep- tionem.

Hæc omnia ct alia unica distinctione excipiunt patroni secundæ sententiæ. Di- cunt enim gratiam habitualem posse con- siderari dupliciter : 1° in fieri et ut dima- nat a Deo, habens esse fluens et imperfecto modo ; 2° in facto esse ut recepta in ani- ma, habens in ea esse permanens et com- pletum. Primo modo spectata habet, in- quiunt, rationem auxilii moventis ct est causa efficiens dispositionem. Secundo modo spectata, est forma permanens, quæ stlppouit dis|>ositiones facias et non facit. De gratia ergo habituali primo modo spec- tata explicant omnia quæ proferunt d .ten- sores hujus [irimæ sententiæ.

At contra hanc distinctionem acriter in- surgit Contensonus. Dicit 1° eam inferre incredibilem confusionem in doctrina D. Th. cum enim infinitis in locis S. Duel, dicat praeparationem ad gratiam habitua- lem esse ex auxilio Dei moventis si per auxi- lium Dei moventis gratiam habitualem intel- lexerit, gratiam actualem cum habituali mil- lies confudit,quas tamen studiose distingue- re solet.2° Dicit nedum gratiam in facto esse, sed etiam in fieri spectatam, exigere sub- jectum dispositum; gratia enim, inquit, non fit in aëre aut in concavo lunæ, vel suspen- sa manet ad ostium animæ, sed fit in sub- jecto et subjecto disposito per proprios ac- tus ab auxilio divino inseminatos.

Fundamenta secundæ sententiæ.

1° Divus Th. hic q. 112, a. 2, ad 1, di- cit dispositionem ultimam esse meritoriam, non gratiæ quæ jam habetur, sed gloriæ : non foret autem meritoria, si a gratia non procederet, sine qua actus etiam ex auxilio actuali procedens, non esset meritorius, ut dicemus infra. Item hic q. 113. a. 6.7 et 8, dispositionem tribuit infusioni gra- tiæ seu gratiæ infusae tanquam principio effectivo. « Dispositio subjecti, inquit a. » 8, ad 2 praecedit susceptionem formæ or- » dîne naturæ; sequitur tamen actionem » agentis per quam etiam ipsum subjectum » disponitur; et ideo motus liberi arbitrii » naturæ ordine praecedit consecutionem » gratiæ, sequitur autem graliæ infusio* » nem. »›

2° De ratione actus vitalis est ut proce- dat at principio proximo vitæ ut conjuncto principio radicali, ut palet in omnibus ac- tibus vitalibus tam corporeis quam spiri- tualibus , qui procedunt a potentia con- juncta animæ: atqui actus charitatis et coii triiionis sunt vitales vita supernatural!; justus enim ex fide per dilectionem ope- rante vivit : ergo procedunt ab habitibus charitatis et poenitentiae ut conjunctis gra- tiæ habituali.

3° Principium in philosophia receptum est, quod causæ sint sibi invicem causæ, idenque se invicem praecedant et sequan- tur in diverso genere causa., inteliigendo nempe de causis materiali et formali; item de efficiente et finali ad invicem compara- tis, non vero de causa efficiente comparata ad materialem et formalem : nam causa cfli-

ciens in executione est prior simpliciter et omnibus modis causa materiali et formali; materialem «nim transmutat ut recipiat formam et formam introducit in materiam. Dicunt ergo actus charitatis et contritionis effectos a gratia in fieri spectata, eamdem gratiam præcedere in genere causæ materialis et dispositivæ, non ut causam efficientem , sed ut formam allicientem permanenter animam, et hanc vicissim præcedere istas dispositiones in genere causæ formalis illas informantis et dignificantis : ita , inquiunt, contingit in naturalibus. Sic calor ad octo ab igne productus disponit subjectum ad formam ignis , et in eo genere illam præcedit, quam tamen sequitur in ratione formæ a qua produit ut propria passio. « Calor, inquit S. Th. 3 p. q. » 7, a. 13, ad 2, qui fuit dispositio ad for» mam ignis, est effectus profluens a forma » ignis jam præexistentis. » Et q. 9, a. 3, ad 2 : « Per calorem disponitur materia ad « suscipiendam formam ignis , qua tamen υ adveniente calor non cessat, sed rema« net quasi quidam effectus talis formæ. » Hem organisatio corporis est dispositio ad receptionem animæ, attamen corpus non habet esse ultimo organisatum nisi ab anima, ut docet S. Th. 1 p. q. 76, a. 4, ad 1. Proferunt insuper exemplum venti intrantis per fenestram in cameram. Impulsus venti seu aeris, quia efficienter aperit fenestram, est prior omnibus modi apertione fenestræ,et iotroitu venti seu aeris; at introitus venti seu aëris ct ipsa apertio fenestræ se mutuo præcedunt et subsequuntur in genere causæ materialis et formalis; nam aër non introiret nisi aperiretur fenestra, neque fenestra aperiretur nisi aër introiret : porro si sic in naturalibus, quidni in supernaturalibus? Itaque, inquiunt, gratia habitualis ut est in infundi et ut habet rationem auxilii moventis, sub qua ratione effective causât, radicaliter scilicet, actus contritionis et charitatis, simpliciter et omnibus modis illos præcedit elnullo modo est ipsis posterior. Secundum vero aliam formalitatem nuam habet, nempe ut est forma afficiens subjectum et constituens illud justum et Deo gratum , est prior et posterior illis actibus in diverso genere causæ; cos enim præcedit in genere causæ formalis, et subsequitur in genere causæ iliaUmlü et dispositive.

Omnia ferme argumenta quæ contra hanc sententiam opponuntur solvunt ejus defensores,ut dixi, per distinctionem hanc *(jratice in fieri ,ct in facto esse.*

Tertia sententia exponitur,

Hæc sententia tria observat ct supponit. Observat 1° ultimam dispositionem ad gratiam esse liberum actum hominis eam acceptantem , seu consensum quo peccatum detestatur et Deum præ omnibus diligit; ex D. Th. in hac q. 115, a. 7, ad 1.

Observat 2' supernaturales habitus id habere præ habitibus naturalibus, ut sint non solum habitus qui dant facile posse, sed virtutes seu polentiæ quæ dant simpliciter posse : unde sicut repugnat ut agens intelligat sine potentia intellectiva, sic repugnat hominem elicere actum supematuralem sine virtute supernatural! aliquo modo sibi communicata.

Observat 3° ex D. Th. 2 2, q. 173, a. 2, ad 3, virtutem supernaturalem duobus modis participari posse : 1° per modum passionis transeuntis ; 2° per modum formæ permanentis. Posteriori modo induit rationem habitus seu habitualis doni ; prio-ri modo habet rationem motionis transeuntis, seu auxilii actualis : reipsa tamen utrobique res eadem est, differens solum secundum modum essendi ex parte subjecti : ut lux permanenter inhærens soli et transeunter impressa aeri, eadem lex est. Juxta S. Th. 2 2, q. 171, a. 2, id videre est in raptu Pauli, cui datum fuit lumen gloriæ per modum transeuntis impressionis et non per modum habitus seu formæ permanentis sicut in beatis : reipsa enim fuit idem lumen gloriæ,solo differens modo; cum enim essentialiter sit vetus activa respectu visionis, repugnat hunc actum sine illo effici, uti quemvis effectum sine virtute ejus effectiva.

Ex his iterum observat quod, cum dicitur homo carens habitu edicere per actuale auxilium actum supernaturalem , nomine auxilii actualis non intelligalur pura motio applicative, ut est illa qua Deus hominem charitatis habitu prædituik movet ad ejus actum,sed debeat inlelligi motio quæ simul conferat ipsam virtutem agendi ; atque adeo includat virtutem supernaturalem, cujus actus est, non quidem per mndum

habitus et fonnæ permanentis, sed impi es sionis transeuntis.

His ita suppositis ct observatis, statuit actum conversionis ultimo disponentem ad gratiam habitualem effective procedere a virtute ïhfusa charitatis et pœnitentiæ, non temen communicata per modum habitus, sed per modum auxilii seu motionis, sicque disponere ad gratiam et ad ipsas virtutes infusas per modum habitus consequendas.

/talio prima: partis petitur cx observatione 2 et 5, quia, ut dictum est, actus supernaturalis non potest procedere nisi ex propria sua virtute supernatural! vel per modum formæ permanentis , vel per modum motionis transeuntis communicata : atqui contritio seu dilectio Dei super omnia est proprius actus charitatis ; ergo hi actus in homine se disponente ad gratiam non possunt procedere nisi a virtute infusa pœnitentiæ et charitatis. Neque dici potest hujusmodi actus posse procedere ab aliquo alio auxilio actuali eminenter continente virtutem charitatis; quia non videtur possibilis motio recepta in homine , quæ sit eminentior charitate : ct quamvis esset possibilis, non daretur homini ante c,haritatem, alioquin esset melioris conditionis ct altius elevatus quam per ipsam charitatem.

Jlatio secundæ partis esf,-qma terminus motus non potest esse principium ejus effectivum , *ut patet ex terminis ;* nam terminus motus est ipso posterior, et principium est ipso prius : atqui charitas et poenitentia sub ratione habitus sunt terminus motus proparalionis ad gratiam : ergo sub ratione habitus non sunt principium ejus effectivum. *Prob. min.* Eadem est ratio habitus charitatis et gratiæ, uterque enim simul infunditur : atqui habitus gratiæ est terminus motus proparalionis et justificationis, cx S. Tb» hic q. 115, a. 1 0 : ergo.

Hanc suam sententiam mediam a S. Th. traditam exisemat laudatus P. Goudin, dum S. Doct. in iiuc q. 115 , a. 8, ad 2, dicit *quod motus liberi arbitrii pracedil consecutionem gratiæ , sequitur autem gratiæ infusionem.* Nam juxta ipsam,per *infusionem gratiæ* S. Doct. intelligit Dei motionem seu auxilium per modum motionis datum , quia ibi dicit quod *dispo sitio subjecti sequatur actionem agentis, per quam ipsum subjectum disponitur,* quod videtur importare motionem actualem; at vero per *consecutionem gratia,* intelligit gratiam per modum habitus receptam, id est permanentor. d enim consequi dicimur, quod permanentor habemus ct non per modum transeuntis. Et hoc etiam requirit adulti conditio , ut scihcet donum gratiæ permanenter non habeat nisi libere acceptando , quæ tamen acceptatio non est nisi per auxilium divinæ gratiæ : unde gratia per modum auxilii provenit illum actum quem sequitur gratia per modum habitus , licet hæc omnia sint in eodem instanti reali.

Hinc infert commendatissimus auctor quod ista ultima dispositio possit aliquo sensu dici quasi materialiter procedere ab habitu supcrnaturali, exactius tamen dicatur procedere ab auxilio actuali, et disponere ad habitum tum gratiæ tum virtutum infusarum consequendum. Quia reipsa utrobique eadem est gratia , diversa tantum quoad statum. Quatenus Deus per eam movet liberum arbitrium ad actum ultimo praeparatorium , habet sub eo respectu rationem auxilii actualis et præintelligitur actui ; quatenus vero per ipsum actum acceptatur, jam intelligitur dai i per modum habitus permanentis et subsequi actum praeparatorium: unde hic actus dici potest procedere a virtute supcrnaturali, quæ in eodem instanti reali habet rationem habitus; quia tamen, ut prointelligitur actui, non habet rationem habitus, sed auxilii actualis, exactius dicitur hic actus procedere non a supcrnaturali habitu, sed ab actuali auxilio : et per hoc videtur aliquid concedere utrique procedenti opinioni.

Quia vero suam sententiam quasi mediam inter utramque reputat, et per eam esse satisfactum momentis utriusque, unicum argumentum sequens sibi objicit.

Dices. Hic actus præparalorius est meritorius : ergo procedit ab habitu gratiæ, quæ est radix meriti. *Confirmatur.* Si actus ille gratiæ habitum procedere' ipsum mereri posset; est enim actus charitatis gloria dignus, proindequeet ipsa gratia, si eam procederet : unde S. Th. hic a. 2, ad 1, *ob* id solum dicit hunc actum gratiam non mereri, quia jam ipsa habetur.

Despondet actum non esse meritorium

nisi a gratia procedat saltem ut a forma dante meritum; sed non requiritur ut a gratia procedat tanquam a principio effectivo. Itaque hic actus meritorius est, quia effective procedit a gratia actuali et in eodem instanti informatur ab habituali; in eodem enim instanti quo Deus movet hominem ad se convertendum, simul ei gratiæ habitum infundit, quo et personam et actum sibi gratum efficit, atque ita meritorium, non quidem gratiæ a qua habet rationem meriti, sed gloriæ quæ nondum habetur. *Per quod etiam patet ad confirmationem :* cum enim habitus gratiæ sit principium meriti illius actus, gratiam non meretur, quia principium meriti non cadit sub merito.

Hæc et alia qu® omisimus, laudatus Goudin ad conciliationem utriusque prioris sententiæ. An ita sit? judicet lector, et quam voluerit sententiam ex his tribus eligat ; non enim magni refert. Quod si subtilitatibus delectetur, adeat pro prima opinione Joannem a S. Th. et Gontenson; pro secunda Serra et Gonet.

ARTICULUS V.

Quædam quœstiunculœ ad complementum quœstionis D. Thomœ breviter resolvuntur,

Ç>. 115, a, 7. — *Petes* 1° utrum justificatio impii fiat in instanti?

P. 1°. Justificatio impii sumpta pro infusione gratiæ ct remissione peccatorum, fit in instanti; quia quod forma successive producatur, provenit cx hoc quod vel subjectum non sit in ultima dispositione, vel quia agens cum sit finitæ virtutis, indiget tempore ut vincat resistentiam subjecti et formam introducat : atqui hic supponimus ultimam dispositionem, cum sit sermo de justificatione impii prout dicit simpliciter infusionem gratiæ; ct aliunde cum Deus nullam requirat dispositionem nisi quam ipse facit, potest cam efficere in instanti quo producit ipsam gratiam, sicut fecit in Paulo; ct cum sit infinitae virtutis, non indiget tempore ut vincat resistentiam subjecti.

ç. 8. de verit. a. 9. — *Confirmatur.* Quando inter extrema mutationis vel motus non est medium per quod perveniatur an uno extremo ad aliud, transitus de uno au aliud fit in instanti : atqui inter extrema | justificationis quaesunt gratia et gratiæ privatio, non datur medium : ergo.

//. 2°. Si vero justificatio sumatur non solum pro infusione gratiæ, sed etiam pro dispositionibus quibus peccator praeparatur, licet possit fieri in instanti, ut in Paulo et Magdalena, ordinarie tamen fit successive; quia istæ dispositiones quas requirit Trid. sess. 6, cap. 5 et 6, ordinarie præcedunt tempore ipsam gratiæ infusionem.

Petes 2° utrum justificatio sit maximum opus Dei?

Etic a. 9. — *B.* Si justificatio spectetur exparte modi agendi, creatio est majus opus quam justificatio; quia excellentissimus modus operandi est facere aliquid ex nihilo.

ibid. —Si justificatio spectetur ex parte rei products, est majus opus creatione, non tamen glorificatione; quia bonum ad quod terminatur creatio, est bonum naturae mutabilis; bonum ad quod terminatur justificatio, est bonum æternmn in spe ; bonum autem ad quod terminatur glorificatio, est bonum aeternum in re.

ibid. — Si tandem justificatio spectetur juxta proportionem illius qui justificatur, est majus opus glorificatione; quia donum gratiæ plus excedit dignitatem impii qui erat dignus pœna, quam donum gloriæ dignitatem justi qui erat dignus gloria.

ibid. o. 10. — *Petes* 5° utrum justificatio impii sit opus miraculosum?

P\. Justificatio impii, prout fit communiter, potest dici mirabilis; quia quæ a sola virtute divina fieri possunt, habent causam occultam , et hac ratione sunt mira. Non tamen potest dici miraculosa, quia ad miraculum proprie dictum non sufficit quod a solo Deo fieri possit, sed debet esse prætercommuncm divinæ providenti® cursum, ut resurrectio mortui, illuminatio cæci nati : justificatio autem prout fit communiter, est secundum communem providenti® supernaturalis cursum; est enim communis et consuetus cursus justificationis ut, Deo movente interius animam, homo convertatur ad Deum, primo quidem conversione imperfecta, ut postmodum ad perfectam perveniat. Quando autem Deus prater hunc communem cursum subito movet ad perfectam justificationem, ut Paulum et Magdalenam, tunc justificatio potest dici miraculosa.

DISSERTATIO Vili.

«Æ MERITO JUSTI.

D. Th. Q. 114.

Alt er divinæ gratiæ effectus est meritum; cum enim operari sequatur ad esse, cx hoc quod gratia hominem justum et sanctum constituat, sequitur quod per eam radicaliter opera justa et sancta, proindeque meritoria, fiant. Igitur de merito acturi, sit

ARTICULUS I.

Quid et quotuplex sit meritum., quasconditiones requirat?

Meritum latius sumptum significat dignitatem rei ob quam exigit aliquid, et sic convenit etiam inanimatis : sic dicitur quod elegans pictura mereatur videri, quod ager fertilis mereatur coli. Meritum proprie sumptum convenit actibus tantum, estque proprietas actus humani moraliter boni dicens proportionem ad praemium; loquimur enim hic de merito in bonam partem, non in malam, quod distinctionis causa dicitur demeritum.

Duplex distinguitur meritum : unum *de condigno* , alterum *de congruo*. Meritum *de condigno* est opus cujus valor æquat valorem præmii ct cui redditur præmium ex justitia. .Meritum *de congruo* est opus cujus valor non æquat valorem præmii et cui non debetur præmium ex justitia, sed ex congruilate tantum et decentia, amicitia sen libcralitate præmiantis.

Meritum de condigno est proprie et simpliciter meritum ; meritum decongruo, improprie tantum ctsecundum quid,quia non habet squalitatem ad id quod ejus intuitu datur. Exemplum poni solet in milite generoso cui proprium stipendium datur de condigno; de congruo autem, beneficium nobilitatis a'Lt aliquod donativum a rege.

Meritum de condigno est duplex : unum de rigore justitiæ, aliud de condignitale tantum. Primum sic importat valorem squalem ad præmium, ut excludat omnem gratiam faciam perspnæ merenti a prsmiante, et tale fuit meritum Christi. Alterum importat quidem valorem æqualcm ad præmium, sed supposita aliqua gratia facta persons merenti a prsmiante ; ct de hoc merito apud Deum hr. praecipuo agitur.

Conditiones requisite ad meritum.

Sex conditiones, requirisolent ad meritum : prima, ut opussitliberum; secunda, ut sit bonum; tertia, ut fiat in obsequium præmiantis; quarta, ut operans sit viator; quinta, ut sit in statu gratiæ; sexta, ut ejus opus sit a Deo ordinatum in præmium.

Quatuor primer coudihones expenduntur.

Q. 6. dc malo a. unico.—Prima conditio , scilicet, ut opus sit liberum , est de fide, ex damnatione terliæ propositions Jansenii et longe ante tradita a D. Th. loco citato, ut late vidimus in tract, de Act. hum. *flatio esi ;* quia in tantum aliquis meretur, seu est præmio et laude dignus,in quantum est auctor sui operis el aliquid ponit de suo in obsequium præmiantis;est enim inter merentem et praemiantem quasi contractus, ut merens exhibeat suum obsequium et præmians tribuat mercedem : atqui homo non est auctor nisi operis liberi, in necessariis enim potius agitur quam agat, neque suum reputari debet nisi id cujus habet dominium, solius autem actus liberi habet dominium : ergo. Adde quod meritum sit proprietas actus humani, non est autem actus humanus sine libertate indifferenliæ, ut suo loco diximus. De libertate Christi in adimplendo præcepto Patris, diximus de Incarnatione.

Secunda conditio, ut sit opus bonum, *patet ;* quia opus malum est pœna non præmio dignum; opus autem indifferens non datur in individuo , et si daretur, neque præmio neque pœna foret dignum. Et cum hic agamus de merito boni supcrnaturalis, non sufficit qualiscumquc bonitas moralis, sed debet esse ordinis supcrnaturalis, quia media debent esse proportionate fini, meritum autem se habet ad præmium ut medium ad finem.

Hic q. 21. a. 5. o. et 2. 2.q. 104. a. 3. —Tertia conditio est, ut opus fiat in obsequium præcnîantis; quia alioquin non esset ratio cur ab eo expectaretur retributio, nec ullo jure posset ab eo exigi. Adde quod si opera nostra non referantur ad Deum, non sint ordinis supcrnaturalis,cujusmodi debent esse ut sint meritoria boni supernaturalis.

1. p. q. 62. a. 9. ad 3. — Quarte conditio est status viatori·;. Hanc aperte innuit S, Scriptura. Eccles, 11 ; /q *quocumque*

loco ceciderit lignum, ibi manebit. Joan. | *fl* : *Kenit nox,* id est mors, *quando nemo potent operari,* nempe meritorie. Unde Galat. 6 : *Dum tempus habemus, operemur bonum.* 2 Cor. 5 : *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit in corpore, sire bonum sive malum.* Hebr. 9 : *Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem judicium.* Eccles. 9: *Mortui nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem ;* super quæ verba S. Hieronymus dicit ; « Mortui nihil valent ad » id adjicere quod semel secum tulere de » vita. » S. August, in Enchirid. c. 110 ; « Hic omne meritum comparatur, quo pos- » sit post hanc vitam relevari quispiam vel » gravari : nemo a se speret quod hic ne- » glexerit, cum obierit, apud Deum pro- » mereri. » Et alibi.

Ratio solet afferri, quod meritum sit motus et via ad præmium tanquam ad terminum : ergo adepto præmio cessat mentum, sicut via assecuto termino finitur, pugna desinit parta victoria.

Veram hæc ratio probat quidem beatos non posse mereri bealitudincm essentialem quam habent, at non probat non posse mereri vel ejus augmentum, vel aliquid aliud accidentale quod non habent; item nihil probat de animabus in purgatorio detentis, quæ nondum sunt assecutæ terminum. Unde videtur quod non sit alia ratio hujus conditionis quam voluntas divina , quæ nobis innotescit ex S. Scripturis, Patribus, ct communi sensu Ecclesiæ. Idque convenienter naturæ hominis, cui connaturale est ut in statu conjunctionis suam perfectionem acquirat,et in quo plnres habet occasiones merendi ct pugnandi pro præmio vitæ æternæ.

Quinta conditio expenditur.

Hic q. 114. a. 2. o. — Quinta conditio est status gratiæ. Colligitur cxS. Scriptura , quæ passim docet opera hominis esse mortua, nisi vivat per charitalcm. 1 Cor. 15 : *Si charitatem non habuero, nihil tum.... nihil mihi prodest,* etc. Charitas autem non est sine gratia sanctificante. Item colligitur cx Trid. sess. 6, cap. 8, ubi dicitur : *Nihil eorum quæ procedunt iustifi rationem, sive fides sive opera, nu - rtri ipsam justificationis gratiam* rergo multo minus gloriam, quæ est gratia consummata.

Huc etiam faciunt sequentes propositiones Baianæ darnnatæ a SS. pontificibus. 12' : « Pelagii sententia est, opus bonum » citra gratiam adoptionis factum, non est » regni coelestis meritorium.» 15* j « Oρo- υ ra bona a filiis adoptionis facta non ac- » cipiunt rationem meriti ex eo quod fiunt » per Spiritum adoptionis inhabitantem » corda fidelium, sed tantum ex eo quod » sint conformia legi. » 15* : « Ratio rne- » riti non consistit in eo quod qui bene » operatur habeat gratiain et inhabitantem » Spiritum sanctum, sed in eo solum quod » obedit legibus. » Item 17* et 18* »

/talio est 1«. In lanium homo est capax merendi apud Deum, in quantum est consors vitæ et naturæ divinæ ; cum enim operatio sequatur esse, non potest opera Deo digna facere, nisi vivat vita Dei et ad ejus naturæconsortium elevetur; sicquecx conditione servi transferatur ad conditionem filii et amici : atqui persolam gratiam sanctificantem fit consors vitæ et naturæ divinæ, ut alibi probatum est ; ergo.

2° Impossibile est quod persona Deo exosa et inimica, qualis est peccator, faciat opera illi grata; cum Deus prius respiciat olTcrentem quam ejus munera ; *Respexit ad Abel,* inquit S. Scriptura, Genes. 4, *et ad munera ejus.*

5° Licet meritum fundetur in opere, est tamen præcipue in persona operante; est enim jus personæ ad præmium propter opus : atqui homo in statu peccati, cum sit inimicus et injuriosus Deo, non est capax juris ad nova beneficia ab eo obtinenda, cum e contra mereatur privari iis quæ habet, juxta illud Ezcch. 18 : *Si justus fecerit iniquitatem, omnes justitiæ ejus quas fecerat, non recordabuntur.* Ergo.

Dices. 1° Vita æterna promittitur servantibus mandata, Matth. 19. Ergo ad illam merendam non requiritur status gratiæ. 2° Opus malum meretur pœnam sme habitu maliliæ : ergo bonum opua meretur præmium absque habitu gratiæ. 5° Homo in statu peccati potest per pœnitentiam sibi injunctam satisfacere : ergo et ineren. 4° Homo potest mereri apud alium hominem, etiamsi sit ejus inimicus : ergo similiter apud Deum. 3° Nihil repugnat opera naturæ bona moraliter ordinari ad pre-

mium; imo videtur decere divinam bonitatem et largitatem ut homini secundum naturalem virtutem bene operanti, bona supematuralia rependat. 6° Tandem posita hac conditione ad meritum, frustra peccator bonis operibus incumbit, frustra orat, jejunat, eleemosynam facit, etc., fallaciterque S. Scriptura iis operibus promittit remissionem peccatorum, ut Daniel 4 : *Peccata tua eleemosynis redime.*

P. ad primum, vitam æternam promitti servantibus divina mandata, non solum quoad substantiam, sed etiam quoad modum qui non habetur sine gratia, vel suppositis aliis conditionibus requisitis : vel promittit vitam æternam servantibus mandata, sicut promittit remissionem peccatorum, suppositis scilicet aliis conditionibus requisitis.

yfd *secundum, N. conseq.* Quia plus requiritur ad bene cl meritorie operandum quam ad male agendum. Aliunde peccatum mortale cx se habet condignitatem damnationis æternæ, bonum autem opus non habet sine gratia condignitatem vitæ æternæ, *ut patet cx dictis.*

Ad tertium. Dato ant. de quo disputatur in tract, de Pœnit. *N. conseq.* Disparitas est, quod satisfactio attendatur penes æqualitatem pœnæ ad culpam, meritum autem penes condignitatem tam operis quam operantis ad præmium.

Ad quartum, D. ant. Homo potest mereri apud alium hominem, etiamsi sit ejus inimicus, si merces attendatur precise ut debita operi ct ratione operis, *C.* Quia tale meritum fundatur in solo opere independenter a conditione operantis, quale meritum potest esse apud homines, sed non apud Deum. Si non solum attendatur merces ut debita operi et ratione operis, sed quod opus sit gratum et accepiurn apud alium, *N.* Tale autem est meritum hominis apud Deum; et hoc sensu dicit S. Th. hic a. 2, ad 3, quod « etiam homo ab alio me» reri non potest quem offendit, nisi prius » ei satisfaciens re ncilietur. »

Ad quintum, N. ant. si agatur cie merito condigno; repugnat enim rerum naturæ ea quæ sunt ordinis inferioris ordinari ut merita condigna ad bonasupernaturalia.Si autem agatur de merito congruo, repugnat ordini divin® providenti® qui une est, secundum quem omnia fiunt in numero, pondere et mensura, providens media finibus proporlionala, nec dans glo. riain nisi iis quos prius dignos fecit per gratiam. An vero, possit absolute mutari talis ordo, nihil refert ad propositum.

Ad sextum , N. sequelam. Quamvis enim bona opera ante justificationem non sint stricte meritoria, si tamen fiant per voluntatem inchoatam se convertendi ad Deum, gratia anxiliante excitatam, sunt præparatoria ad gratiam et illius irnpetratoria. Et hoc sensu S. Scriptura ea commendat, iisque peccatorum remissionem promittit. Quantum vero ad alia opera cx objecto bona quæ facit peccator, non ex affectu ad peccatum, sed tamen relinendo illum, quamvis sint minus utilia, non sunt tamen omnino inutilia; prosunt enim ut vitentur nova peccata et minora impedimenta opponantur gratiæ.

Explicatur sexta conditio.

Hic a. 1. ad 3. ct a. 2. o. — Sexta condilio est ordinatio seu promissio et pactum Dei ordinantis bonum opus ad præmium seu mercedem : non quod bonum opus valorem seu condignitatem suam intrinsecam habeat ab illa promissione; sed quia ultra dignitatem quam totam habet ex gratia, necessaria sit promissio de mcrcede reddenda ad hoc ut qui ex gratia est bene operatus habeat jus ad mercedem, et Deus obligetur illi reddere. Ita communiter contra Vasqucm et quosdam alios.

Prob.i°S. Scriptura. ftlatth.20, paterfamilias, per quem significatur Deus, conventionem fecit cum operariis dc denario diurno. Jacob. *1* dicitur : *Qui suffert tentationem, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se.* Similiter Apost. Ilcbr. 6 et 9. Idem significant aliæ S. Scripluræ, quæ dicunt vitam æternam reddendam esse tanquara coronam justiliæ et a justo judice, Matth. 19, 2Timolh. 4.

Prob. 2°. ex conciliis et Patribus. Trid. sess. 6, c. 16, dicit: r Bene operantibus » usque in finem, et in Deo sperantibus, » proponenda est vita æterna, et tanquam » gratia filiis Dei per Christum Jcsum nu» scricorditer promissa , et tanquam mer» ccs cx ipsius Dei promissione bonis ipso» rum operibus ct meritis fideliter redden» da. v Concil. Moguntinum anno 1519,

mp. 8, dicit bona opera esse digna vita Sterna : « tum quia Deus bene operantibus « et in ipso sperantibus mercedem rniscri- • corditer promisit; turn etiam quia ejus- » modi justificatorum opera gratia; Dei cf- » fectus sunt. * S Aug. Senn. 16 de verbis Apost. *p* Deus debitor factus est, non ali- » quid a nobis accipiendo, sed quod ei pla- « cuit promittendo. » Et in Psal. 83: « θε- ὸ bitorem Dominus ipse se fecit, non acci- »piendo sed promittendo: non ci dicitur, «Redde quod accepisti, sed, Redde quod « promisisti.» S. Th. citatus supra: « Mo- β ritum hominis apud Deum esse non po- « test nisi secundum præsuppositionem di- » vinæ ordinationis. »

Prob. 3° *ratione.* Meritum importat in merente jus ad bonum præmiantis, et in præmiante obligationem ad illud reddendum: atqui quantumvis sit bonum opus hominis, non potest seclusa Dei promissione parere in homine jus ad bonum Dei, neque in Deo obligationem ad illud reddendum : ergo. *Prob. min.* Ex bonis operibus jam aliunde debitis Deo, homo non acquirit jus erga Deum, nec Deus obligatur reddere illi aliquod præmium, nisi illud promiserit ; atqui omnia quæcumque bona hominis sunt débita Deo pluribus aliis titulis, puta creationis, supremi dominii, ultimi finis, etc. Ergo.

Confirmatur 1°. Servus quantumvis laboret, non meretur mercedem a domino, nisi dominus illi promittat; quia omnia ejus opera sunt domini : atqui sumus servi Dei, et omnia opera nostra illius sunt : ergo.

Confirmatur 2°. Bona opera beatorum et animarum in purgatorio non sunt meritoria, quia Deus illa non ordinat nec acceptat ad præmium. Ergo. *Neque dicas* id oriri non ex defectu ordinationis, sed ex defectu status viæ ; ideo enim oritur ex defectu status viæ, quia Deus extra statum viæ bona opera non ordinat, nec acceptat ad præmium : posset enim si vellet ; quia, ul diximus, status viæ non ex natura rei, sed cx voluntate Dei requiritur ad rationem meriti.

Dices 1°. Juxta D. Th. supra q. 21, a. 4, ad 3, actus bonus vel malus est meritorius vel demeritorins. 2° Opus esse meritorium, est illud esse condignum ad mercedem : atqui opus bonum ex se habet quod ut condignum ad mercedem, et non ex ordinatione seu promissione divina: ergo, 3° Inter homines non requiritur promissio seu pactio dc mercede, sed. sufficit quod dominus jubeat operarium laborare; aut etiam, si non jubeat, quod approbet ejus laborem. 4° Pactum istud deberet innotescere operantibus et esse ab eis acceptatum, ut opera eorum forent meritoria ; multi autem illud ignorant. Ergo.

/?. ad primum, bonum opus esse quidem meritorium, si tamen conditiones aliunde requisite ad completam rationem meriti adsunt, quarum una est quod ordinetur a Deo ad præmium; alioquin sequeretur quod bonum opus in peccatore vel in beato esset meritorium, quod non admittit S. Thomas.

liepones. Malum opus est meritorium pœnæ independenter ab ordinaiione judicis : ergo similiter bonum opus, etc.

B. dato ant. N. conseq. Disparitas est 1°, quod offendens ipsa sua offensione lædat jus alterius, cx quo sine pactione nascitur obligatio illud resarciendi ; ex hoc autem quod quis bonum opus faciat, nihil accrescit Deo, et istud bonum est aliunde ipsi debitum. 2° Quia ad meritum requiritur quod in merente sit jus exigendi mercedem, et in altero obligatio reddendi ; Deus autem non obligatur nisi sibi ipsi el hoc ratione suæ promissionis : at ad meritum pœnæ non requiritur quod unus sit debitor ad pœnain inferendam, et quod alter habeat jus illam exigendi. — 2. 2. q. 15. a. 4. ad 2. — *Omisi ant.* quia in dæmonibus mala opera non merentur pœnam defectu divinx ordinationis.

Ad secundum, N. maj. Ultra enim condignitatem operis requiritur quod Deus illi promiserit mercedem, *ut probatum est.*

Ad tertium, N. conseq. quia operarii obsequia non sunt, ut suppono, aliunde debita domino : unde hoc ipso quo dominus præcipit aut approbat ejus laborem, censetur implicite pacisci de mercede : secus si pr.eciperet servo, cujus opera sunt domini. Nos autem sumus servi Dei, et omnia nostra sunt ipsi pluribus titulis debita : unde si præciperet nobis bene operari sine promissione mercedis, non teneretur nobis illam retribuere.

Ad quartum. Hoc pactum multis innotescit explicite, omnibus implicite, quatenus omnes fideles docti et indocti cre-

dunt Dcum esse rcmuneralorein alicujus boni supernaturalis, juxta illud llebr. 11 : *Accedentem ad Deum oportet credere quia est, et inquirentibus se remunerator sit.*

Quidam subtiliorem hic movent quæslionem, an ista promissio mercedis habeat esse extrinseca et distincta ab ipsa collatione gratiæ, an sufficiat quod sit intrinsece imbibita in ipsa collatione gratiæ ut est principium meriti. Vide si lubet pro ct contra Gonet. et Contenson; hanc enim subtilem speculationem, quia nobis prorsus inutilis videtur, omittimus.

Posset addi septima conditio requisita ad meritum, scilicet influxus charitatis, de qua infra dicemus.

Quæri solet hic an Deus meritis premia retribuat ex fidelitate tantum aut gratiludine, an cx justitia commutativa vel dislributiva ?

Resolutionem hujus quæslionis habes in tract, nostro de Deo, dissert. S, a. 6, Ji 2. Et ideo breviter nunc,

Ji. Deum premia meritis retribuere, non ex fidelitate tantum aut ex gratitudine, sed cx justitia, non commutativa, sed distributiva; servat tamen modum justitiæ commutativæ.

Prob. prima pars ex illo 2 Timoth. 4 : *Peposilacst mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex.* Super quem locum S. Th. Icct. 5, «licit : « Corona justiliæ dicitur quod Deus ›· cx sua justitia reddit.» Item ex illo Hebr. 6 : *Non est injustus Deus, ut oblivisca-tur operis vestri.* Unde S. Aug. de Nat. et Grat. c. 2 : « Non est injustus Deus, ut » justos fraudet mercede justiliæ. » Vide insuper concil. Trid. sess. C, c. 1G.

llatio est ; quia licet promissio simplex inducat tantum obligationem fidelitatis, promissio tamen sub onere operis prestandia promissario,inducit obligationem justiliæ : atqui Deus nobis promittit mercedem sub onere operis praestandi, si nempe ejus mandata servemus ; ergo. Mine D. Th. hic a. i o : « Sicut reddere justum » pretium pro re accepta ab aliquo, est ac- » tus justiliæ; ita etiam recompensare mer- » cedem operis vel laboris , est actus jus- ▮ titiæ. » Et 1 2, q. 21, a. 5 : « Meritum » et demeritum dicuntur in ordine ad re- • iribulioncmquæfilsccundumjusliliain.»

Quantum ad gratiluuinem , evidens est eam non habere locum in Deo , cum nihil recipiat ab homine quod non sit suum, ipsique repugnet respicere hominem m benefactorem et superiorem, quod proprium est gratitudinis.

Prob. secunda pars. Obligatio justiliæ commutativæ nascitur in uno ex communicatione quam alter illi facit dando desuo et non de re alterius : atqui homo nihil potest dare Deo quod non sil ipsius Dei et sub ejus dominio, etiam ipsa libera actio seu communicatio: unde Apost. Rom. 11: *Quis prior dedit illi, et retribuetur ei?* *Prob. tertia pars.* Justitia dislributiva est qua superior dat inferioribus, unicuique secundum suam dignitatem et meritum, quod maxime convenit Deo.

Prob. quarta pars. Quia licet retributio præmii in Deo deficiat a ratione justiliæ commutativæ in hoc quod homo nihil det Deo quod non sil ipsius Dei, Deus tamen servat æqualitatem meriti ad mercedem, in quantum tantum dat pro tanto, quod est modus justitiæ commutativæ. Hæc el alia cum objectionibus fusius deducta require loco citato in tract, de Deo.

ARTICULUS II.

Utrumhomopossit aliquid mereri a Deo?

Lutherani et Calvinists, qui volunt hominem lapsum non justificari intrinsece, sed tantum denominative extrinsece per imputationem justitiæ Christi, et inde orn. nia ejus opera esse mala , negant consequenter ipsum posse aliquod bonum opus facere quod sit meritorium apud Deum, saltem vitæ æternæ. Falsum eorum principium diss. præcedenti impugnavi, nunc alium errorem inde secutum impugnaturus,

q . 114. a. 5. 0.—*Dico.* Homo justificatus potest vere el proprie a Deo merer] aliquid , etiam ipsam vitam æternam. Est de fide decisa iu variis conciliis Araus. II, can. 18 , Lateran. sub Innocent. HI, cap. F«rmiier,Trident.ses3.ô,cap.l6etcan.52.

Prob. 1° *ex S. Scriptura* Per meritum nihil aliud intelligimus quam bonum opus comparatum ad mercedem : atqui S. Scriptura passim nobis proponit vitam æternam ul mercedem bonis justorum operibus reddendam : ergo. *Prob. min.* Eccl. S:M *verearis usque ad mortem justificari,*

quoniam merces Dei manet in æternum. Biatlh. 5: *Gaudete et exultale, quia merces vestra copiosa est in cælis.* Ibid. *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum calorum.* C. 19, Petro quærentiquæmerces erit derelinquenti terrena pro Christo : respondet Christus : *Centuplum accipiet ct vitam æternam possidebit.* Cap. 20, id explicat exemplo patrisfamilias,qui in mercedem exigui laboris reddit operariis denarium diurnum. 2 Cor. 4 : *Id quod in præsenti est momentaneum ct levetribulationis nostræ..... æternæ gloriæ pondusoperatur.* Ilebr. 15 : *Beneficentia: et communionis nolite oblivisci , talibus enim hostiis promeretur Deus.* Rom. 2 : *Bcddet unicuique secundum opera sua , iis qui secundum patientiam boni operis gloriam quærunt, vitam æternam.* Matti). 25 : *Possidete regnum , esurivi enim et dedistis mihi manducare.* 2 Timolh.4 : *Beposita est mihi coronajustitiæ, quam reddet mihi Dominus,justus judex.* Hebr. 6 : *Non enim est injustus Deus,ut obliviscatur operis vestri.* Ergo juxta S. Scripturam, bonis justorum operibus promittitur non qualecumque praemium, ut dicunt sectarii , sed ipsa vita æterna; non ex sola liberalitate et misericordia, ut dicunt alii, sed ex justitia, ideoque ut merito proprie dicto.

Quod autem ulterius reponit Calvinus lib. 5 Instit. c. 18, vitam æternam promitti quidem bonis operibus in S. Scripturis , ca tamen non esse meritoria, quia non sunt Deo digna , nec alicujus pretii apud ipsum, omnino falsum est et aperte contrarium S. Scripture asserenti opera justorum esse pretiosa apud Deum, iisque sanctos effici dignos vita æterna. Psalm. 114 : *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Coloss. 1 : *Ut ambuletis digne Deo , in omni opere bono fructificantes.* 2Thessal. : *Passiones sustinentes, ut digni habeamini regno Dei.* Sap. 8 : *Deus lentavit eos, et invenit eos dignos se.*

A pluribus tum S. Scriptura, tum Patrum testimoniis referendis supersedeo, quia cui hæc non sufficiunt, plura non sufficient.

Prob. 2° *ratione.* Deus confert homini per gratiam virtutem bene operandi , et ejus operibus ex gratia factis promittit certum premium, imo et ipsam gloriam , ut modo dictum est; omnesque aliæ conditiones requisitæ ad meritum possunt concurrere , nulla enim repugnat : ergo potest homo mereri etiam ipsam gloriam.

Prob. 5° *ratione congrua.* In omni republica bene ordinata, necessarium est ut subditi spe promit promoveantur ad bonum et metu pœnæ arceantur a malo : atqui Deustam in ordine supernatur aliquam naturali est supremus et sapientissimus hominum gubernator : ergo necessarium fuit ut hominibus proponeretpræmia, quæ bene agendo mererentur,sicut præordinavit supplicia quibus mala opera puniuntur.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1°. S. Th. hic a. 1 0, dicit inter Deum et homines non esse justum simpliciter propter defectum æqualitatis, sed secundum quid, et addit : « In quibus autem » est secundum quid justum et non simii pliciter, in his etiam non simpliciter est » ratio meriti, sed secundum quid. ·· Ergo.

B. S. Thomam per justum et meritum simpliciter, non intelligere justum et meritum verum ct proprium, sed perfectum et secundum totum rigorem justitiæ, ita ut neutrum supponat aliquid gratis receptum in merente abeo apud quem meretur : hominis autem ad Deum sic est justum et meritum, ut supponat aliquid gratis acceptum a Deo; et ideo infert S. Doctor : « Unde » hominis ad Deum non potest esse justitia t» secundum absolutam aequalitatem, «

Obj. 2°. Qui reddit quod debet, non meretur mercedem : atqui bene operando facimus et reddimus Deo quod debemus I unde Luc. 17 dicitur : *Cum feceritis omnia quæpræcepta sunt vobis, dicite .'Servi inutiles sumus : quod debuimus facere, fecimus.* Ergo.

Hio a. 1. ad 1.— *B. N. maj.* Qui enim facit quod debet, in quantum facit propria, libera ac prompta voluntaP, meretur laudem apud homines propter modum operandi . et posset aliquod aliud premium mereri, si procederet conventio <ie illo retribuendo hisqui prompte et alacriter redderent quod debent.

Quantum ad verba S. Scriptura, per hæc non evacuatur meritum boni operis, sed solum removetur vana gloria, ne

scilicet Lona opera et eorum meritum nobis tribuamus, aut putemus per ea Deum nobis obligari, cum tamen ipse nihil nobis debeat, sed sibi ips> secundum gratuitam suam ordinationem; et ideo ut notat S. Chrysost. in hunc locum. Dominus non dixit, *Scrviinutiles estis,sed,Dicite quia servi inutiles sumus.*

Inst. 1°. Etiam actio nostra ut libera et prompta est a Deo et illi debemus : ergo nec per illam mereri possumus.

A. *D. conseq.* Per illam mereri non possumus merito de toto rigore justitiæ, *C.* merito vero ct proprio, supposita tamen ordinatione divina, *N.* Quamvis ergo ad meritum de toto rigore justitiæ requiratur quod excludat omnem gratiam factam persons merenti, ad meritum tamen verum ct proprium sufficit, cum ordinatione divina, proportio operis ad præmium, etiam si supponatur gralia facta merenti.

Inst. 2°. Qui apud aliquem meretur aliquid, constituit eum sibi debitorem; debitum est enim ut aliquis merenti mercedem rependat : atqui Deus nulli est debitor : ergo.

Ibid, ad 5. — *R.* quod cum actio nostra non habeat rationem meriti nisi ex præsuppositione ordinationis divinæ, non sequitur quod Deus efficiatur debitor nobis, sed sibi ipsi, in quantum debitum est ut sua ordinatio impleatur.

Inst. 5°. Ut actio sit meritoria apud aliquem, debet esse in ejus commodum et utilitatem, ut dictum est : atqui nihil possumus operari in commodum Dei *;Si enim juste egeris, quid ei donabis?* Job. 55.

Ibid, ad 2.— *R. D. min.* Non possumus operari i.i commodum Dei velut intrinsecum, quasi ex operibus nostris aliquid accrescat Deo, *c.* in commodum velut extrinsecum, ad ejus scilicet gloriam exterius manifestandum, A. Et hoc sufficit ad rationem meriti.

Solvuntur objectiones lucreticorum.

Objiciunt i» hærelici. Omnia justorum opera coram Deo sunt peccata, aut certe variis peccatis admixta: ergo non merentur præmium, sed potius poenam. *Prob. ant.* Isaï.46 dicitur : *Quasi pannus menstruata omnes justitia! nostra'.* Psal. 129 : Ai *iniquitates observaveris, Domine, quis tusiinebit?* Psal. 142 · *Non justifictibitur in conspectu luo omnisvivens.* Ergo.

R. N. maj. S. Scriptura enim multa sanctorum opera bona agnoscit ct laudat, z/d *probationem* , locus Isaïæ non est ad propositum; ibi enim sermo est non de operibus justorum, sed de sacrificiis ct aliis observantiis legalibus JudæoruHi, qui se justos existimabant eo quod hæc exteriora servarent, dum poliora violabant. Ad alia loca citata ct similia, sensus est, quod nullus sit tam justus, qui identidem in aliquibus venialiter non delinquat, et hoc sensu indiget misericordia Dei condonante; sed hæc levia meritum aliorum bonorum operum non evacuant, siquidem cum illis stet charitas quæ est plenitudo legis.

Instant cx Patribus. S. Ilieron. in dialogo cont. Pelag. dicit : « Tunc justi su» mus, quando nos peccatores fatemur, et » justitia nostra non ex proprio merito, » sed ex Dei misericordia consistit. S. Aug. lib 9 Confess, cap. 15 : « Væ etiam lauda›» bili hominum vitæ, si remota misericor» dia judices eam. » Ergo.

R. hos et alios Patres passim asserere merita justorum, ut omnibus in eorum operum lectione versatis noluin est; neque id negat Calvinus, sed invehit in eos qui sic docuerunt. Et lib. 5 Instit. cap. 15, dicit illum ex SS. Patribus qui primus nomen meriti tribuit bonis operibus, pessime consuluisse sinceritati fidei. Itaque his loquendi modis in objectione non intendunt SS. Patres expungere merita sanctorum, sed volunt tantum merita nostra non esse ex nobis, sed nobis dari per gratiam Dei, qua perpetuo egemus ut permaneamus justi, caque variis admisceri maculis quæcontinuo venia misericordiae indigent, et ideo semper est in hac vita imploranda.

Urgent. S. Greg. lib. 9 Moral, cap. 1 dicit : « Omne virtutis nostræ meritum es« se vilium conspicitur, si ab ælerno arbi» trio districte judicetur. »

R. S. Gregoi iuin per *meritum virtutis nostra',* intelligere meritum quod ut suum sibi vindicat homo, non ut Dei donum. Patet ex titulo capitis, qui sic legitur: *Quod qui vitæ perfectione se erigit, nec inilium se habere ostendit ;* ei ex bis verbis verba objecta præcedentibus :Qui *accepta bona sibi arrogat, suis contra Deum donis pugnat.* Plura alia testimonia turn S. Scripturo, tum SS. Patrum qua

objiciunt bærelici, vide si lubet apud Sylviuin q. 18 iiujus partis a. 1,

Objiciunt 2°. Juxta S. Scripturam, omnia sunt nobis donata in Christo : ergo ejus merita sufficiunt et nostra superfluunt; imo injuriam meritis Christi facimus, cum humana merita astruimus.

Λ. omnia nobis donata in Christo, non ut nihil agamus, sed ut quod agimus ex ejus meritis vim merendi habeat; est enim ipse nobis principium bene operandi et merendi : unde Joan. 14 dicit : *Ego sam vilis, vos palmites; qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum,*- ct : *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet cum Pater meus.* Tantum abest autem ut merita nostra quidquam gloriæ Christi detrahant, quin potius eam magis attollunt, cum sit maxima Christi gloria quod non solum potuerit pro se mereri, sed etiam quod suis meritis nobis obtinuerit vim merendi.

Obj. 5°. Vita aeterna datur ex misericordia Dei et gratia. Rom. 6 : *Gratia Dei vita œtema.* Et idem Apost. Rom. 11, Ephes. 2, Tit. 5, affirmat nos salvos fieri cx gratia et non ex operibus. Ergo.

Jl. vitam aeternam dici gratiam Dei, non quod non sil merces bonorum operum, sed quia ipsa bona opera sunt gratis ct misericorditer nobis data, atque iia vera gratia. Ila S. Aug. de Correp. et Grat. c. 15 : « Sine ulla dubitatione confitendum » est, ideo gratiam vitam æternam vocari, » quia his meritis redditur quæ gralia con- « tulit hominibus. » Dicitur etiam vita ælerna gratia, quia gratuito promissa est ut merces bonorum operum. *Promissum est cx misericordia ,* inquit Bernard, in tract, de Grat. et Lib. Arbil. *sed cx justitia solvendum.*

Instant. Si vita ælerna sit revera merces bonorum operum, cur Apostolus Rom. 6, sicut dicit *stipendium peccati mors,* non dixit similiter, stipendium bonorum operum vita ælerna?

Ji. cum S. Aug. Epist. 1.03, ita potuisse loqui Apostolum, sed abstinuisse, ne de humano merito extolleremur, ac insuper quia opera tona non sunt ex se meritoria vitæ ætern e seclusa Dei gratia et promissione, sicut peccatum csl de se meritorium pœnæ æternæ : unde concludit S. Doct. « Quapropter, o homo, si accepturus es » vitam æternam, justitiæ quidem stipen- » dium csl, sed tibi gralia est, cui gratia » est et ipsa justitia- *

Ad Apostolum dicentem nos non salvos fieri ex operibus, sed ex gralia, *respondet* idem S. Aug. de Grat. el Lib. Arbit. cap. 9, inlelligendum esse de operibus ex nobis factis, non per gratiam nobis datis ; merces enim reddita meritis recte dicitur gratia, nempe gralia pro gralia, juxta illud Joan. 1 : *Accepimus gratiam pro gratia.*

Objiciunt 4°. Vita æterna est hæreditas: atqui filiis hoc ipso quo sunt filii, debetur hæreditas, et non propter merita: ergo.

Jl. vitam æternam esse simul hæreditalem et mercedem. Nec repugnat ut hæredilas filiis præsertim adoptivis proponatur ut merces; tum quia est ipsis magis honorificum illam habere ex meritis quam solo titulo hæreditalis; tum quia magis per hoc conformantur filio naturali, qui cum esset hæres omnium, voluit tamen per merita pervenire ad gloriam corporis et nominis exaltationem.

Obj. 5° illud Isaï. 53 : *Kenite, emite absque argento et absque ulla commutatione vinum et lac.*

B. per vinum et lac non inlelligi vilain æternam ut mercedem operum, sed gratiam ex qua sunt opera, ul exponit S. Hieronymus.

Objiciunt tandem nomen ipsum meriti non haberi inS.Scriptura, saltem in originali textu Hebræo et Græco.

B. nomen ipsum meriti in originali textu exprimi quantum potuit, juxta lingua Græcæ et Hebraïcæ proprietatem ; quia, ut advertunt interpretes, Græci ct Hebraei non habent peculiarem vocem quæ correspon- de! Latinorum *merito,* sed ad istud exprimendum utuntur periphrasi : Græci dicunt opus praemio dignum, Ilebræi justitiam : reddere autem alicui secundum justitiam, vel reddere secundum opera, idem est ac apud Latinos reddere secundum merita. Verum, etsi nomen meriti non exprimeretur, sufficeret quod res per illud significata exprimeretur : passim autem S. Scrip* turæ utuntur phrasibus quæ meritum apert· significant, *ut patet exprobationibus.*

-

ARTICULUS III.

Utrum opera justorum quafiunt cx gratia, .suit meritoria de condigno vitæ ccternoe?

S. Thomas considerat hic opera justorum duobus modis : 1° secundum substantiam et prout sunt a libero arbitrio ; 2° prout sunt a grati. Spiritus sancti, seu a gratia inhabitante et movente : et dicit quod bona opera justorum primo modo spectata non mereantur de condigno vitam æternam, sed de congruo; secundo autein modospcctata mereantur de condigno ; et de hoc secundo hic est quæstio. Sed circa primum se offert difficultas, quomodo S. Th. dicit quod opera justorum secundum substantiam et ut sunt a libero arbitrio, mereantur de congruo gloriam, cum ipse supra q. 109, a. 1 et 6, expresse doceat hominem non posse per solas naturæ vires se præparare ad gratiam, a fortiori nec illam de congruo mereri ; si tamen posset per solas naturæ vires mereri gloriam de congruo, quidni et gratiam?

Hunc nodum solvit Sylvius, dicendo S. Th. per opera justorum secundum substantiam et ut sunt a libero arbitrio, non intelligere opera ex solis viribus naturalibus, sed ex libero arbitrio moto a gratia actuali; quia loquitur S. Doct. generaliter de operibus justorum, et ea considerat secundum substantiam ; pleraque autem justorum opera etiam secundum substantiam non possunt esse per solas vires naturales sine auxilio gratiæ, cum sint supernaturalcs non solum quoad modum, sed etiam quoad substantiam , ut sunt actus fidei, spei et præceptorum hujusmodi supernaturalium : opera autem justorum facta cx auxilio gratiæ, etsi sine influxu gratiæ habitualis et charitatis, possunt Ce congruo mereri gloriam.

Aliter hunc locum interpretatur Joannes a S. Thoma ; observat imprimis meritum de congruo posse sumi dupliciter : uno modo congruitate fundata in opere habente aliquod jus, non proprium et adæquationis, sed convenientiæ; alio modo congruitate fundata in Dei magnificentia. Et dicit quod congruitas primo modo non interveniat in opere moraliter bono secundum substantiam et ut est a libero arbitrio considerato , quia est inferioris ordinis ad supernaturalia et nullam habet proportionem valoris cui gradus gloriæ correspondeat. Quantum ad congrullatem secundo modo, observat S. Thomam non dixisse hæc opera mereri de congruo, sed esse ibi congruitatem quamdam ;quu scilicet non estcongruitas valoris aiicujus in opere, sed est congruitas solius proportionis in hoc silæ, quod, quia homo operatur secundum suam virtutem naturalem , etsi nullius valoris supcrnaturalis, Deus etiam secundumsuam magnificentiam operatur ; quod est proportio operantium, non operum. Ita subtiliter laudatus theologus. Quam voluerit interpretationem sequatur lector.

Hac itaque difficultate expedita, ut redeamus ad quæst. propositam, observo ejus resolutionem pendere ex diversa acceptione meriti de condigno.

Scotus cum quibusdam aliis intelligit meritum de condigno , cui debetur premium ex justitia : et cum operibus justorum, quantumvis bonis et ex gratia factis, non debeatur merces nisi ex ordinatione ct acceptatione Dei, qui posset illa non ordinare nec acceptare ad premium, dicit opera justi non esse proprie et intrinsece meritoria de condigno, sed tantum extrinsece ex ordinatione et acceptatione divina. Hoc sensu intelligendo meritum prout ponit debitum in praemiante, videtur vera sententia Scoti.

At non videtur hæc vera intelligent meriti de condigno, nec sic nos intelligimus. Condignitas, ut vox ipsa sonat, dicit æquam dignitatem inter duo : unde meritum condignum dicit æquam dignitatem operis ad premium; sicque meritum de condigno est inter quod et premium est aequalitas valoris,seu quod est tanti valoris in ratione meriti quanti est premium in ratione præmii. Et hoc sensu intelligimus cum Auctore bona opera justorum esse meritoria de condigno gloriæ, quia nempe valor operis ex gratia squat excellentiam gloriæ, quamvis ut sit debita a Deo ex justitia, fateamur requiri ejus ordinationem ct acceptationem.

Sensus itaque nostræ quaestionis est utrum in operibus justorum ex gratia factis sit condignitas ad gloriam, per quod tollitur æquivocatio et forte conciliantur sententiæ oppositae. Hoc ergo sensu,

Q. 114. a. 3. o. — *Dico* Opera justorum

ex gratia inhabitantect movente facta, sunt proprie ct intrinsece meritoria de condigno vitæ æternæ.

Prob. 1° cx Script, sacris articulo praecedenti laudatis, quibus justi per opera bona dicuntur digni Deo et vita ætcma. Sap. 8 . « *Deus tentavil illos, et invenit dignos se.* Coloss. 1 : *Ut ambuletis digne Deo.* 2 Thess. 1 : *Sic omnes tribulationes sustinetis,ut digni habeamini regno Dei.* ibid. —*Prob.* 2°. Meritum de condigno est cujus valor æquat excellentiam praemii : atqui valor operum ut sunt a Spiritu sancto et ex gratia inhabitante et movente, æquat excellentiam vitæ æternæ : ergo. *Prob. min.* 1° Sunt ordinis supernaturalis et divini, sicut ipsa gloria. 2° Condignitas eorum attenditur tum secundum virtutem Spiritus sancti qui Joan. 4 dicitur *fons aquæ salientis invitam æternam,* id est, principium operationum ad illam conducentium ; tum secundum dignitatem gratiæ, qua homo fit consors naturæ divinæ, proindeque potest operari digne Deo. Ergo.

Confirmatur. Eph. 1, gratia dicitur pignus hæreditatis nostræ : pignus autem valet tantum quantum valet res aut plus, ut dicit Auctor in hunc locum lect. 5. Ergo. Ib. in arg. s. c. — *Prob.* 5°. Id quod redditur secundum justum judicium est merces condigna; si enim non esset condigna, sed superaret dignitatem meriti, non redderet ex justo judicio, sed ex benevolentia seu liberalitate : atqui vita æterna redditur a Deo secundum justum judicium, juxta illud 2 Timoth. 4 : *Inreliquo reposita est mihi coronajustitiæ,quam reddet mihi Dominus in illa die, justusjudex.*

Neque dicas cum Durando, Apostolum non dixisse coronam reddi justo judicio, sed reddi a Domino qui est justus judex, non quidem in praemiando bonos, sed in puniendo malos; hæc enim interpretatio est insolita et violenta, siquidem hæc verba, *quam reddet justus judex,* formaliter accepta, ut accipienda sunt, ctista, *coronam justitiæ,* aperte significant Deum in hoc opere agere u· iustum judicem. Insuper utquid Apostolus appellasset justum judicem, ub agitur de præmiis et non de poenis, si sil tantum justus judex in pœnis, et non in præmiis reddendis?

Obj. 1° illud Rom. S : *Non sunt condigna· passiones hujus temporis ad futuram gloriam. 2Cor.* 4 : *Momentaneum et leve tribulationis nostræ veternum gloriæpondus operatur.* Matlh.23·. *Quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam.* Ergo opera nostra sunt inferioris valoris ad gloriam coelestem ·, ideoque nec illa digna.

Ibid, ad 1. — *R.* hæc et similia intelligenda esse de operibus sanctorum consideratis secundum substantiam rei operatæ, ita ut quæ vel patimur, vel dimittimus, vel facimus propter Deum, sint res modici valoris respectu bonorum coelestium : at non de operibus sanctorum prout sunt a Spiritu sancto et a gratia; sic enim sunt digna Deo, ut probatum est

Inst. Gloria excedit opera sanctorum etiam ut sunt a gratia; illa enim est æterna, ista sunt temporanea; illa est gratia consummata, ista inchoata. Ergo.

ibid, nd 3. — *R. D. ant.* Gloria excedit opera sanctorum ut sunt a gratia, excessu perfectionis actualis, *C.* excessu virtutis, *N. Explicatur.* Gratia præsens est ad instar seminis : semen autem licet non sil æquale arbori quantum ad molem, est tamen æquale in virtute; est enim in eo virtus ad totam arborem. Ita similiter, licet gratia gloriæ sit perfectior actu quam gratia et opera viæ, est enim gratia consummala; hæc tamen ejus perfectio continetur in virtute gratiæ viæ, sicut perfectio arboris continetur in virtute seminis, quatenus per gratiam viæ virtus Spiritus sancti qui habitat in nobis, est sufficiens causa gloriæ. ad quam continuo tendit, sicut virtus generantis in semine tendit ad arborem ut ad terminum sibi commensuratum. Sicut ergo motus ab hac virtute seminis prodeuntes sunt commensuratl et suo modo condigni ut per eos arbor perfecta producatur, sic motus bonorum operum ab illa virtute Spiritus sancti sunt commensurati, atque ita condigni ut per eos perveniatur ad gloriam.

Repones ex communi effato apud theologos reteplo. Deus remunerat justos ultra condignum , juxta illud Luc. G : *Mensuram bonam, et confertam, et coagitatam, et supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Ergo opera vi® non merentur vitam æternam de condigno.

R. N. conseq. Quod Deus remuneret ultra condignum . non sic est intelligeu-

dum quasi opera justorum non mereantur de condigno vitam æternam, sed quod ultra glori® gradum quem de condigno merentur, Deus ex sua liberalitate aliquid amplius adjiciat, quod non negamus. Quid sit autem illud ? Quamvis non sil facile explicare, verisimile est tamen quod sit quædam perfectio visionis seu fruitionis beatific® major quam mereantur opera.

Obj. 2°. Meritum de condigno est cui debetur premium ex justitia, ita ut non possit ei denegari sine injustitia : atqui Deus habenti merita gratiæ posset seclusa promissione denegare premium sine injustitia, quia est supremus Dominus qui etiam posset sic merentem annihilare : ergo.

B. N. maj. ad sensum conclusionis. Quia meritum de condigno, prout nos hic sumimus, id est, condignitas meriti, non attenditur penes debitum, sed penes æqualitalcm valoris operis ad premium; quod autem tali operi condigno Deus debeat premium, id convenit cx conventione premium illi retribuendi. Ex qua conventione resultat in Deo obligatio justitiæ nonrigorosæ , sed latioris, quia supponit gratiam factam merenti a præmiante ; bona opera enrm sunt ex ejus gratia et nonnisi ex liberalitate et gratia illa acceptata ad premium, quamvis cx se ad illud habeant condignitatem.

Inst. Condignitas meriti importat valorem ejus ordinatum ad premium : atqui non ordinatur ad premium ex se et intrinsece , sed ex intrinseca Dei dispositione et acceptatione : ergo.

B. D. maj. Condignitas meriti importat valorem ejus ordinatum ad premium ordinatione externa pacti cl conventionis, *N. maj.* ordinatione intrinsecæ commensuralionis rei quæ est meritum ad rem quæ est premium, *C. maj. Ad cujus sensum dist. min. N. conscq.* Itaque, ut iterum repetam , quamvis ad merendum apud Deum præsupponi debeat aliqua ordinatio pacti et acceptationis, non inde tamen petitur condignitas meriti ad premium, sed cx commensuratione intrinseca seu ex squalitate valoris operis ad excellentiam praemii, qnx repentur iu operibus ex gratia lanclificantc factis, ut probatum est.

ARTICULUS IV.

Utrum ad meritum vita· atténue requiratur influxus saltem virlualis charttatis?

Suppono cx dictis, habitum gratiæ esse principium tantum remotum meriti, quatenus dat esse deiforme ct elevat ad oriiinem supernaluralem, idoneum tamen qui per virtutes a se derivatas tanquam per principia proxima possit bene operari ct mereri. Quæstio hic vertitur utrum possit per omnes virtutes a se derivatas tam acquisitas quam infusas mereri vitam æternam sine aliquo influxu charitatis. Dico vitamæternam quæ est premium essentiale, quia nemo negat actibus virtutum sine influxu charitatis in justo, correspondes aliquod premium accidentale, ut docet S. Th. 1 p. q. 93, a. 4.

Quidam itaque tenent, omnes actus elicitos a virtutibus etiam acquisitis, esse in justo meritorios de condigno vitæ æternæ absque influxu etiam virtuali charitatis:ita Vasques. Alii id concedunt de virtutibus infusis, negant de acquisitis : ita Snares et quidam Thomiste. Alii tenent nullum actum virtutis sive acquisitæ sive infusæ esse meritorium vitæ æternæ sine influxu saltem virtual! charitatis. Ita communius theologi, cum quibus

Dico. Nullus actus virtutis sive acquisite sive infusæ in justo est meritorius de condigno vitæ æternæ, nisi fiat ex influxu saltem virtuali charitatis.

Videtur expressa sententia Auctoris; dicit enim hic a. 4 0 : « Meritum vitæ æter» næ primo pertinet ad charitatem, ad alias » autem virtutes secundario; secundum » quod carum actus a charitatc imperan» tur. » Et ad 5 : « Fidei actus non est me» ritorius, nisi fides per dilectionem ope» relur, ut dicitur ad Gal. 3. Similiter » etiam actus palientiæ et fortitudinis non » est meritorius, nisi aliquis hæc ex cha» ritate operetur, secundum illud 1 Cor. « 15 : *Si tradidero corpus meum ita ut* » *ardeam, charitatem autem non ha*» *buero, nihil mihi prodest.* » Idem docet q. G de malo a. 3, ad 7, 1 p. q 93, a. 4 et alibi. Rationem autem affert in 2, dist. 40, q. 1, a. 5, ad 6 : « Non sufficit, *in*" *quit,* habitualis ordinatio actus in Deum, « quia ex hoc quod est in habitu, nullus

• meretur, sed ex hoc quod actu operatur.»

Prob. 1° *cx S. Scriptura.* Galat. 5 dicitur : *In Christo Dsu neque circumcisio neque prwpulium aliquid valet, sed fides quæ per dilectionem operatur.*

ItemS. Scriptura sic promittit præmium bonis operibus, ul etiam addat hanc conditionem, si fiant in gloriam Dei, vel in nomine Christi, vel propter Christum, Matth. 18 : *Qui recipit unum ex his pusillis in nomine meo, me suscipit.* 19 : *Omnis qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam æternam possidebit.* Mare. 9 : *Quisquis potum dederit vobis calicem aquee in nomine meo, quia Christi estis, non perdet mercedem suam.* Quæ omnia important relationem aliquam in Deum ut ultimum finem, consequenter in objectum charitatis : unde A post, sollicitus est hoc inotivuin inculcare, ne fraudemur præmio, iCor. 10 : *Sive manducatis, sive bibilis, sire quidquid aliud facitis, omnia in Dei gloriam facile.* Similiter Coloss. 5.

Prob. 2° *ratione triplici. Prima.* Ut actus sit meritorius vitæ æternæ, debet in obsequium et bonum Dei præmiantis referri, ut patet ex conditionibus meriti : atqui actus aliarum virtutum non referuntur in obsequium et bonum Dei nisi per charitatem, quæ sola Deum ut in se bonum respicit; fides enim respicit ipsum ut verum, spes ut nobis bonum, virtutes morales sive acquisitæ sive infusæ bonum honestum et morale : ergo.

Secunda ratio. Præmium essentiale in patria respondet perfectioni essentiali viæ: atqui perfectio viæ essentialiter consistit in charitate : ergo meritum præmii essentialis iu sola charitate fundatur, consequenter nulli alteri virtuti competere potest ni-i ex motione et imperio charitatis. *Prob. min.* Coloss. 3 dicitur : *Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Rom. 15 : *Plenitudo legis charitas.* 1 Joan. 3, dicitur vita virtutum : *Qui non diligit, manet in morte.* 1 Cor. 13, dicitur forma dans esse spirituale homini et ejus operibus, sine qua nihil possunt, et ipse nihil est : *Si charitatem non habuero, nihil mihipredest, nihil sum.*

TIincS.Th.22,q.lS4,a.lO,ait:«Unum-» quodque dicitur esso perfectum, in quan-h luin attingit proprium finem qui est ulti-» ma rei perfectio ; charitas autem e^l quæ » nos unit Deo, qui est ultimus finis bu-h inanx mentis, quia 71/i *manet in chari-» late, in Deo manet et Deus in* eo, ut di-» citur 1 Joan. 4 ; et ideo secundum clia-» ritatem specialiter attenditur perfectio » vitæ christianæ. » Et ad 2 : « \ ita Chris-» tiana specialiter incharilate consistit, per >) quam anima Deo conjungitur : unde di-» citur Joan. 5 : *Qui non diligit, manet)> in morte.* Et ideo secundum charitatem ¶ attenditur simpliciter perfectio vitæ chris-» tianæ, secundum alias virtutes secundum ¶ quid. » Ergo.

Tertia ratio. Per id meremur assequi ultimum finem qui est Deus, per quod tendimus in ipsum; tendendo enim in finem, pervenimus ad ipsum : atqui persolam charilatcm tendimus in Deum ut ultimum finem; objectum enim specificalivum charitatis est Deus ut in se bonus et ultimus finis noster,quod a nulla alia virtute attingitur: unde S. Th. hic a. 4, ad 1 : « Charitas in » quantum habet ultimum finem pro objec-» to , movet alias virtutes ad operandum ; » semper enim habitus ad quem perlinet M linis,imperat habitibus ad quos pertinent » ea quæ sunta l finem. » Ergo.

Solvuntur objectiones.

Obj. 1» plura loca S. Script. Malt. 10 et 12, Luc. 10, 1 Cor. 15, etconc. Trid. sess. 6, cap. 10,16, clean. 52, quibus vita æterna promittitur absolute cuilibet bono operi justorum. Ergo.

/i. in his et similibus locis subintelligi conditionem quam S. Scriptura alibi saepe requirit, scilicet, ut opera fiant propter Deum, in nomine Dei, ingloriam ejus, etc. *ut palet ex probationibus conci.* Aeque id tacuit Trid. cum ibi loquatur de operibus *coopérante [idc* factis, tide scilicet formata, quæ per dilectionem operatur; item *de operibus in Deofactis,* id est, propter Deum et in ejus nomine factis.

Obj. 2°. D.Tb. q. 2demaloa.5,ad 7, dicit : « Habentibus charitatem omnis actus » est meritorius vel demerilorius. » Idem dicit in 2, dist. 40, q. 1, a. 5 0 : atqui si ad meritum requiratur influxus charitatis, poterii dari actus qui neque sit meritorius neque demerilorius, scilicet actus moralitcrbonusciii deerit influxus Hiaritalis ergo

B.N.min. IeQuiaiste actus bonus sine influxu charitatis foret meritorius alicujus præmii accidentalis. 2° Quia omnes actus virtutum in homine justo sunt ex influxu viduali charitatis * quatenus non solum in instanti justificationis, ut quibusdam placet, sed sæpe elicit et elicere tenetur sub peccato actum charitatis, virtute cujus omnia referuntur in Deum, ut docet S. Doctor q. 2 de virtutibus a. 11, ad 2, his verbis : « Cum aliquis seipsum ordinat in » Deum , in omnibus quæ propter ipsum » facit, manet virtute intentio ultimi linis, » qui Deus est : nude in omnibus mereri » potest, sicharitatem habeat. «Verum est ergo quod omnia bona opera justorum sint meritoria, at non sine influxu virtual! charitatis.

Inst. Ex hac responsione sequitur quod in homine justo non possit dari actus otiosus, cum juxta illam nullus careat debito fine, sed omnes referantur in finem charitatis.

Λ. *N. sequelam.* Non enim attenditur actus otiosus ex fine ultimo, sed ex proximo qui non sit bonus ; hoc ipso enim quod non habet finem proximum bonum, non est referibilis in Deum ut finem ultimum, et sic remanet venialiter malus.

Dices. Ut opus sit satisfactorium, non requiritur influxus charitatis : ergo neque ut sit meritorium.

/?. Omisso ant. de quo alibi, *N. conseq.* Disparitas est, quod condignitas satisfactionis attendatur secundum squalitatem pœnæcum culpa; condignitas autem meriti attenditur secundum adæquationem valons operis com excellentia præmii, qui valor æqualis non habetur sine inffuxu charitatis.

Obj. 5°. Actus saltem virtutum infusarum habent omnes conditiones requisitas ad meritum sine influxu charitatis. Ergo.

B. N. ant. Nam sine influxu charitatis deestordinatio in bonum et obsequium Dei.

Inst. Isti actus, cum sint a gratia sanctificante, et ideo a Deo ut auctore supernaturali ad ipsum ut ultimum finem supernaturalem referuntur·, nam ultimus finis semper proportu,natur primo agenti. Ergo.

B. D. ant. Referuntur ad Deum ut finem ultimum supernaturalem, imperfecte et implicite tantum, C. perfecte et explicite, prout requiritur ad meritum, V. Hi itaque actus virtutum infusarum, secluso influxu charitatis, in tantum dicuntur referri ad finem ultimum supernaturalem in quantum referuntur ad suum finem particularem, ut actus fidei ad Deum ut verum, spei ad Deum ut nobis bonum; qui fines particulares, cum sint supernaturalea, continentur sub universali fine ultimo supernaturali,sicut omnia perlinentia ad unum genus, in finem illius quomodocumque tendunt. Hæc autem relatio est valde generalis et imperfecta, convenit enim actibus fidei etiam informis, et est potius exigentia et capacitas proxima ut referatur quam actualis relatio; neque sufficit ut opus dicatur fieri propter Deum et in ejus bonum ac obsequium, nec consequenter ut sit meritorium saltem præmii essentialis.

Inst. Juxta S. Th. ut actus bonus sit meritorius, sufficit ut referatur in finem alicujus virtutis, et hac ratione in finem charitatis. Ergo. *Prob. ant.* S. Doct. in 2, dist. 40, q. 1, a. 5 0, dicit : « In illo qui graiiam » habet, oportet actum vel meritorium vel » demeritorimn esse ; quia sicut malus erit » demeritorius, sic eliam bonus erit meri» torius ; quia cum charitas imperet omni» bus virtutibus sicut voluntas omnibus » potentiis, oportet quod quidquid ordi» natur in finem alicujus virtutis, ordine» tur in finem charitatis ; et cum omnis ac» tus bonus ordinetur in finem alicujus vir» tutis, in finem charitatis ordinatus ma» nebit, et ita meritorius erit; et siccome» dere et bibere, servato modo temperan» tiæ ; et ludere ad recreationem, servato » modo eutrapeliæ, quæ medium tenet in » ludis, ut dicitur 4 Ethic, meritorium erit » in eo qui habet cliaritatem, qua Deum ulti» mum finem vitæ suæ constituit. » Ergo.

B. S. Thomain nullatenus velle sufficere habitum charitatis absque ullo influxu ut actus sit meritorius; sed tantum non requiri actualem, et sufficere virtualem, qui est in omni justo ex iteratis sæpe actibus charitatis ad quos tenetur et sine quibus desinit esse justus. Mens S. Doctoris patel non solum ex verbis citatis, ubi pro ratione sui asserti ponit quod duritas imperet omnibus virtutibus, sicut xoluntas omnibus potentiis; non est autem, imperium neque charitatis neque voluntatis absque ali* quo inlluxu ; sed et maxime ex resp. ad 6, ubi clare se explicat his verbis : « Non suflcit omnino habitualis ordinatio actus in Deum, quia ex hoc quod est in habitu nullus meretur, sed ex liocquodaclu operatur : nec tamen oportet quod intentio actuali* ordinans in finem ultimum sit semper conjuncta cuilibet actioni quæ dirigitur in aliquem finem proximum, sed sufficit quod aliquando actualiler omnes illi fines in finem ultimum referantur, sicut fit quando aliquis cogitat se totum ad Dei dilectionem dirigere ; tunc enim « quidquid ad se ipsum ordinat, in Deum » ordinatum erit. »

Obj. 4°. Si nullus aclus virtutum sit meritorius sine charitate : ergo charitas sola meretur, sicque superfluunt aliæ virtutes.

B. N. sequelam. Charitas enim in merendo se habet ad alias virtutes sicut causa universalis ad particulares : unde sicut causa universalis non impedit causalitatem causarum particularium, sed complet : ita licet omnes virtutes habeant efficaciam merendi a charitate, singulæ tamen merentur sub ejus influxu.

Pro corollario observandum quod, cum meritum admittat latitudinem, sit majus vel minus meritum, secundum quod charitas plus vel minus, proximius vel remotius influit in opus.

ARTICULUS V.

De his quæ cadunt sub merito.

Præter vitam æternam quæ, *ut patet ex (liciis,* est objeofum essentiale meriti, de pluribus quærit S. Th. in sex articulis sequentibus, utrum cadant sub merito : 1° utrum homo possit sibi mereri primam gratiam ; 2° utrum possit illam alteri mereri; 5° utrum possil sibi mereri reparationem post lapsum ; 4° utrum possit sibi mereri augmentum gratiæ, 3° utrum perseverantiam finalem, G° utrum bona temporalia. Quæ omnia se [uentibns $$ breviter resolvemus.

Sed ani? unnia, u» tollatur æquivocalio et quædam opiniones cou'rariæ circa meritum de congiuo concilientur, observandum, nos distinguere ex Auctore hic a. 6 0, duplex meritum de congruo : unum proprium ct strictum, alterum latum et improprium. MeriUun de congruo proprium et strictum reponimus in jure amicabili ad præmium, per quod distinguitur a merito de condigno, quod importat debitum jus-

tiliae; meritum de congruo late et improprie sumptum reponimus in exigentia formæ per modum dispositionis aut impetrationis. Quidam autem confundunt utrumque hoc meritum de congruo : unde oritur discordia inter nos et ipsos, dum ipsi dicunt quædam cadere sub merito de congruo, quod nos negamus; sed, *ut patet,* est controversia de nomine tantum et ex diversa intelligenlia meriti de congruo.

§ I. — *Utrum hotrto possit sibi mereri primam gratiam?*

Q. 414. u. 3. 0.—*Dico.* Nemo potest sibi mereri primam gratiam habitualem, neque de condigno, neque de congruo proprio, sed improprio tantum.

Dixi, *primam gratiam habitualem;* quia de actuali nullus catholicus dubitat. Ita quippe definitum est contra Pelagianos, quam definitionem innovat Trid. sess. 6, c. 3 ; *ctpatet ex his quæ supra diximus,* nullum ex viribus naturæ nequidem posse se disponere ad illam primam gratiam actualem.

Prob. prima pars , quæ etiam videtur de fide, 1° ex S. Scriptura, Rom. 2 : *Justificati gratis per gratiam ;* et ex concil. Trid. sess. 6,cap. 8, ubi exponens præfata Apostoli verba, dicit : « Gratis justificari « ideo dicimur, quia nihil eorum quæ jus» tificationem præcedunt, sive fides, sive » opera, ipsam justificationis gratiam pro» meretur. »

Ibid. — *Prob.* 2° *ratione.* Donum gratiæ considerari potest dupliciter : uno modo secundum rationem gratuiti doni, et sic manifestum est quod omne meritum repugnat gratiæ ; quia, ut ad Rom. 11 Apostolus dicit, *Si autem gratia, jam non ex operibus.* Alio modo potest considerari secundum naturam ipsius rei quæ donatur, et sic etiam non potest cadere sub merito non habentis gratiam; tum quia excedit proportionem naturæ; tum etiam quia ante gratiam in statu peccati homo habet impedimentum promerendi gratiam, scilicet ipsum peccatum.Postquam -lutem aliquis jam habet gratiam, non potest gratia jam habita sub merito cadere, quia merces est terminus operis, gratia vero est principium cujuslibet boni operis in nobis. Et hinc

Confirmatur. Quia principium meriti non potest cadere sub merito : atqui prima gratia est principium meriti : ergo.

Dices. Actus contritionis ultimo disponens ad gratiam, illam præcedit, el cum aliunde sit actus charitatis, quæ principaliter est meritoria, nihil videtur illi deesse ut mereatur illam gratiam.

7?. actum contritionis ultimo disponentem ad gratiam, sive ab habitu gratiæ aut charitatis procedat, sive ab auxilio actuali, non habere rationem meriti, nisi quatenus informatur gratia; prout autem præcedit gratiam , nondum intelligilur informatus gratia, sed est actus hominis nondum Deo grati et in peccato adhuc existentis, ideoque incapax meriti. Vide art. penultimum præced. dissert. § 4.

Inst. Deus promittit gratiam justificationis iis qui toto corde convertuntur ad ipsum, juxta illud : *Convertimini ad me, et ego convert*«r/atqui bonum promissum sub conditione operis est ejus præmium, sicque respectu illius opus est meritorium : ergo.

B. D. min. Bonum promissum sub conditione operis est ejus præmium , et opus respectu illius est meritorium , si operans sit in statu merendi, *C.* secus, *N.* Tunc enim opus non potest habere nisi rationem dispositionis aut impetrationis, cui bonum promissum erit reddendum ad summum ex fidelitate, non ex justitia. Porro homo ante gratiam justificantem cum sit in statu peccati, non est in statu merendi.

Subsumes. Atqui se convertenti ad Deum gratia datur ex justitia, juxta illud 1 Joan. 1 : *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est Deus et justus ut illa remittat.* Ergo.

B. S. Joannem sumere justitiam latiori sensu pro executione promissionum , quo sensu dicitur Psal. 30 : *Ut justificeris in sermonibus tuis,* id est, ut videaris fidelis in promissis. Vel intclligit justitiam respective ad Christum , qui vere meruit nobis remissionem peccatorum : unde subdit : *Si quis peccaverit, advocatum habemus Christum, et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.*

Insistes. Deu» non dat gratiam nisi dignis : atqui non dicitur aliquis dignus aliquo beneficio, nisi qui ipsum meruit de condigno : ergo.

ibid, ad 2. — *B.* equidem Deum non dare gratiam nisi dignis, non ita tamen ut prius digni fuerint, aed quia ipse per gratiam eos facit dignos, qv.i solus potest facere mundum de immundo conceptum «eniinc.

&' petas, utrum saltem homo perbona opera subsequentia nen ponit mereri gratiam prius sibi datam intuitu istorum honorum operum subsequendum, sicut videmus, v. g. quod miles arma prius sibi data a rege intuitu meritorum subsequendum, illa mercatur per bonum usum illorum?

ibîd. ad 5. — *B. negative.* Disparitas est, quod gratia ipsa tribuat bonum sui usum, sicque ideo principium adæqualum meriti : unde cadere non potest sub merito. At arma non dant, sed expectant ab industria ct animo militis bonum sui usum et ejus meritum, unde cum non sint principium adæqualum meriti, possunt cadere sub merito.

Prob. secunda pars conclusionis. Meritum de congruo proprie sumptum consistit, ut diximus, in jure amicabili ad præmium, unde ad illud requiritur non solum congruitas operis, sed etiam operantis, ut scilicet sit gratus præmianli, non illi infensus, nec ejus beneficiis indignus, qualis est tamen homo in statu peccati ante justificationem. Ergo.

Et iste modus loquendi videtur conformior S. Scriptura, dicenti impium gratis justificari, ct concilio Trid. generaliter statuenti opera justificationem procedentia, illam non mereri; hinc enim videtur excludi meritum proprium dc congruo : nam quod proprie meremur de congruo, non dicitur proprie gratuitum et dari absque merito. Est etiam conformior Auctori, qui absolute statuit hominem non posse sibi mereri primam gratiam, non distinguens inter meritum condignum et congruum : quod fecisset si putasset hominem posse sibi mereri primam gratiam de congruo , sicut distinguit artic. sequenti ubi quærit an justus possit mereri alteram primam gratiam.

Tertia pars constat; quia opera bona procedentia justificationem et orationes peccatoris humiliati et pœnitentis exigunt gratiam per modum dispositionis ct impetrationis, in quo reponimus meritum de congruo late sumptum. Et de hoc merito inlelligendus est S. Aug. dum Tract. 44 in Joan, dicit quod confessio publicani meruit justificationem; et Epist. 13: «quod » ipsa peccatorum remissio non sine aliquo

• merito est, si fides hanc impetrat, nec » enim nullum est meritum fidei. » Non enim S. Aug. hic et alibi tribuit illud meritum personæ, -sed operi, ut innuat esse quidem aliquam congruitalcm ex parte operis, quod est mentum de congruo late, sed deesse congruitalcm cx parte personæ ob statum peccati, quæ tamen congruitas requiritur ad meritum de congruo proprie.

§ Ii. — *Utrum justus possit alteri mereri primam gratiam?*

Ibid. û. 6. o. — *Dico.* Nullus prætcr Christum potest alteri mereri primam gratiam dc condigno, bene tamen dc congnio.

ibid. — *Prob. prima pars.* Opus nostrum habet rationem meriti de condigno cx vi motionis divinæ gratiæ, et sic homo justus ea tantum proprie ct de condigno meretur, ad quæ se extendit molio divinæ gratiæ : atqui gratia puro homini collata est particularis ipsumque movet ad propriam perfectionem ct salutem, non vero ut alios sanctificet; id namque proprium est gratiæ capitis et universalis qualis fuit in Christo, quæ secundum præsentem providentiam nulli particulari justo conceditur : ergo.

Prob. secunda pars. Quia cum homo in gratia constitutus, Deo gratus et amicus, impicat ejus voluntatem, congruum est secundum amicitis proportionem ut Deus impicat voluntatem hominis in salvatione alterius, modo tamen non adsit impedimentum nimiæ obstinationis aut aliud exparte illius cujus aliquis sanctus justificationem desiderat.

§ III. — *Utrum homo justus possit sibi mc· reri reparationem post lapsum!*

Ibid. a. *7.* o. — *Dico.* Nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum , neque merito condigni neque merito congrui proprie.

ibid. ιηα. ». o. — *trob. pruna pars.* t° Ezech. is dicitur: ‹$i *aveii~il se justus ajustitia sua et fecerit iniquitatem, omnesjustitia· ejus quas fecerat non recordabuntur.* Ergo nihil valebunt ei præccdentia merita ad hoc quod resurgat, alioquin valde utilis et maena haberetur recordatio.

Ibid. o. — 2° Meritum de condigno dependet ex motione divinæ gratiæ, ideoque non se extendit ultra illam › atqui ista motio interrumpitur per precatum , sicque non se extendit ad beneficia peccato posteriora : ergo. *Confirmatu** 1«. Omnia merita quæ justus sibi comparavit, su«pen duntur ct impediuntur per peccatum sequens : ergo boc peccatum vi istorum meritorum non potest tolli, nec per consequens homo lapsus reparari. *Confirmatur* 2°. Homo justus non potuit mereri ut præmium conferretur indigno : atqui homo lapsusestindignus: ergo. *Confirmatur &>.* Si justus mereretur de condigno reparationem post lapsum, illam infallibiliter oblineret; sicque omnes justi essent prædestinati, utpote final iter ad gratiam restituendi. Ergo.

Prob. secunda pars. Meritum de congnio proprie sumptum importat jus amicabile ad præmium, ita ut non sit tantum congruitas et aptitudo ex parte operis, sed etiam operantis : atqui justus non habet jus amicabile ad reparationem post lapsum, quia per peccatum perditur Dei amicitia, fît indignus ad divina beneficia, ideoque suspenditur omne meritum præcedens sive condigni, sive congrui.

Dices i°. Justus utiliter orare potest ut si cadat resurgat, juxta illud Psal. 70 : *Cum defecerit virtus mea, nederelinquas mc, Domine.* Ergo confert ejus oratio ut resurgat, sicque de congnio saltem mereri potest. 2° Homo potest alteri mereri de congruo reparationem post lapsum : ergo *a fortiori* sibi; magis enim prosunt homini opera sua quam alteri. 5° Homo justus potest mereri sibi vitam æternam; sed ad vitam non pervenitur nisi pergratia»: ergo.

ibid ad. 1. — *P. ad primum, D. conseq.* Ergo confert ejus oratio per modum meriti de congruo proprie, quod in jure amicabili fundatur, *N.* per modum impetrationis, quæ in sola Dei liberalitate et misericordia fundatur, quod est meritum de congruo late, *C.*

ibid, nd 2. — *Ad secundum, N. conseq.* Disparitas est, quod dum justus meretur pro altero, non est impedimentum ex parte merentis, quale est futurum si peccando mortificet sua opera.

Ibid, ad 5. — *Ad tertium.* Equidem jus. tus per actum charitatis meretur absolute vitam æternam, sed per peccatum sequens ponitur impedimentum præcedenti merite ut non sortiatur suum effectum.

Cætera quæ opponit possunt contra secundam partem, intelligenda sunt de merito congrui improprie et late sumpto pro congruilate et apliiudine ex parte operis, non ex parte operantis, qui peccando amisit jus amicabilead reparationem et se reddidit indignum divinis beneficiis.

§ IV. — *Utrum homo justus possit sibi mereri augmentum gratiæ vel charilatisf*

Q. 1***14.*** *a.* S. o. —*Dico.* Homo potest sibi mereri de condigno augmentum gratiæ vel charilatis, juxta illud S. Aug. Tract. 5 in Epist. Joan. *Charitasmeretur augeri, ut aucta mereatur perfici.* Ita /lefmivitsub anathemate concil. Trid. sess. 6, can. 52, et constat ex S. Scriptura quæ toties nos hortatur ad illud augmentum per bona opera consequendum, ut Ephes. ***4*** ct alibi.

ibid. — *Datio est;* quia illud sub merito condigni cadit ad quod molio Dei se extendit: motio autem alicujus moventis non solum se extendit ad ultimum terminum motus, sed ad totum progressum in inotu : atqui terminus motus gratiæ est vita æterna, progressus vero in hoc motu est secundum augmentum gratiæ vel charitatis, secundum illud Proverb. 4 : *Justorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem,* qui est dies gloriæ. Ergo.

Dices. Id quod cadit sub merito, meretur homo per quemlibet actum a gratia vel charilate procedentem , sicut per quemlibet talem actum meretur vitam æternam. Si igitur augmentum gratiæ et charilatis cadat sub merito, videtur quod per quemlibet actum charitate informatum, homo mereatur augmentum gratiæ; et cum id quod homo meretur infallibiliter consequatur, sequitur quod per actus etiam remissos mereatur augmentum gratiæ ct charitatis, quod videtur inconveniens. Ergo.

Ibid, ad 5. — A. quod , quamvis quomodo liat augmentum gratiæ non sit ita compertum, Auctor tamen hic absolute resolvit quod quolibet actu meritorio homo mereatur ‘‘ugmentum gratiæ, sicut et gratiæ consummationem quæ est vita æterna : eed sicut vita æterna non slatim redditur &ed suo tempore, ita nec gratia statim augetur sed suo tempore , cum scilicet aliquis fuerit sufficienter dispositus ad gratiæ augmentum.

[§ V. — *Utrum homo postit sibi mereri do».*
I *num perseverantia finalist*

Per perseverantiam finalem hic intolligimus permanendam in gratia usque ad mortem seu conjunctionem status grati® cum morte : unde donum perseveranliæ finalis est illud speciale et maguum donum quo lit ut homo in statu gratiæ permaneat usque ad mortem, ct de illo quæritur utrum cadat sub merito.

ibid. a. 9. 0.— *Dico.* Nemo potest mereri de condigno perseveranliæ donum. Ita omnes catholici cum Auctore.

Colligitur ex S. Scriptura, Philipp. 2 dicente : *Deus est qui operatur in nobii velle et perficere pro bona voluntate.* Non dicit pro meritis, sed pro bona voluntate : ita ut sicut initium, ita finalis perseverantia sit a solo Deo. Item colligitur ex Trid. sess. 6, cap. 15, ubi de dono perseveranti® dicit : « Quod quidem aliunde » haberi non potest, nisi ab eo qui potens » est cum qui stat statuere ut perseveran» ter stet, et eum qui cadit restituere. » Quod autem meretur homo, etsi principaliter sit a Deo, non dicitur tamen esse a solo Deo, sed ab homine per sua merita.

ibid. 0. — *Prob.* 1° ex principio Auctoris ab omnibus recepto. Principium meriti non cadit sub merito operis ab ipso principio procedentis; nihil enim potest esse sui ipsius meritum et premium, causa et effectus : atqui si perseveranliæ donum caderet sub merito, principium meriti caderet sub merito operis ab ipso principio procedentis ·. ergo. *Prob. min.* Donum perseveranliæ consistit in divina motione conservativa gratiæ primum datæ : atqui molio divina ut conservativa gratiæ est principium meriti, seu se tenet ex parte principii ·. ergo. *Prob. min.* Molio divina nt conservativa gratiæ est eadem entitative ac prima productio gratiæ; conservatio enim rei est continuata ejusdem rei productio, consequenter actio conservativa rei non distinguitur entitative a prima ejus productione, dicente Auctore 1 p. q. 114, a. 1, ad 4 : « Conservatio rerum a Deo » non est per aliquam novam actionem, « sed per continuationem actionis quoft dat « esse... sicut etiam conservatio luminis m ” acie est per continuatum influxum a » sole. u Atqui prima productio gratiæ est principium meriti, seu se tenet ex pari·

principii. Itaque sicut nemo potest mereri suam conservationem, quia conservatio non est aclio distincta a creatione, quæ non cadit sub merito; ita nemo potest mereri perseverantiam in bono, quia nihil est aliud quam gratiæ conservatio, quæ non distinguitur a prima ejus productione, quæ non cadit sub merito, *ut probatum est supra.*

ib. in arg. ■. c.—*Prob.* 2°. Omne quod quis meretur de condigno, illud a Deo obtinet infallibiliter, nisi impediatur per peccatum. Si ergo perseverantia caderet sub merito, cum vix ullus justus sit qui non habeat opera meritoria, vix ullus esset qui non haberet donum perseveranliæ, contra illud : *Multi vocati, pauci electi.* Neque dici potest multos justos ideo non perseverare, quia per peccatum amittunt meritum, quo sibi donum perseveranliæ meruerant; hoc ipsum enim quod est peccare, opponitur perseveranliæ ; ita ut si aliquis perseverantiam mereretur, Deus non permitteret illum cadere in peccatum.

Neque etiam dicas,'inde probari justum non posse mereri donum perseveranliæ per communia opera meritoria, ai non probari quod non possit illud mereri per quædam excellentia merita, vel multorum meritorum cumulum ; tum quia si per quodlibet opus meritorium homo mereretur vitam æternam cl augmentum gratis, non esset ratio cur similiter non mereretur perseverantiam, si illa caderet sub merito; tum quia constat plures eximie sanctos inultis et excellentibus meritis donatos eam obtinuisse.

Prob. 3°. Ad meritum de condigno requiritur promissio Dei seu pactum reddendi mercedem pro opere : atqui Deus nullibi promisit perseverantiam bene operantibus, quin e contra clamat S. Scriptura etiam justos debere eum metu et tremore operari suam salutem. et eum qui stat debere esse sollicitum ne cadat : ergo.

Obj. 1°. Qui potest mereri majus potest et minus : atqui justus potest mereri de condigno vitam æternam et in ea perseverantiam; item et augmentum gratiæ,quæ sunt quid majus ipsa perseverantia vitæ : ergo.

ib. ad 2. ct 3.— *Ii. D. maj.* Qui potest mereri majus potest et minus, cæteris paribus. C. cæteris imparibus, ΛΓ. Disparitas | autem hic est, quod tam vita æterna et in ea permanentia quam augmentum gratia comparentur ad motum meritorium liberi arbitrii, proinde ad gratiam quæ est hujus motus meritorii principium ut terminus; non autem donum perseveranliæ, quod, ut dictum est, non distinguitur ab illa prima gratia quæ est principium meriti, ideoque respectu illius non habet rationem termini.

Inst. Qui potest mereri finem, potest mereri media necessaria ad illum : atqui perseverantia est medium necessarium ad vitam æternam : ergo.

Λ. 1° *N. maj. universaliter sumptam.* Merita namque sunt inedia necessaria ad vitam æternam promerendam, et tamen merita non meremur : sullicit ergo quod media ad finem consequendum necessaria possimus habere, etsi non semper possimus ea mereri ; vel quia non sunt proposita tanquam merces, vel quia aliud obstat.

Λ. 2°. *N. min.* Perseverantia enim est quidem necessaria ad consecutionem vitæ ælernæ, non vero ad illam merendam : homo ergo justus per bona opera, indepen-dcnier a perseverantia, meretur absolute vitam æternam. non tamen meretur absolute ejus consecutionem, sed si *in gratia decesserit,* ut dicit Trid. sess. 6, cap. 16, et can. 32.

Pepones. Justus per bonum opus præsens potest mereri auxilium efficax ad bonum opus sequens, et sic usque ad finem : ergo potest mereri donum perseverantis. Idem argumentum fieri potest de augmento gratiæ, quod justus potest mereri.

P. Omisso ant. N. conseq. Etsi enim justus per bonum opus præsens mercatur auxilium efficax ad opus sequens, illud tamen non obtinebit infallibiliter nisi in quantum perseverabit in gratia; quod autem perseveret in gratia, mereri non potest, quia istud donum se tenet ex parte principii meriti, ut dictum est. Eadem est responsio ad argumentum de augmento gratiæ.

Omisi ant. Non enim omnibus probatur auxilium efficax cadere sub merito; nullibi enim habetur quod sit propositum ut præir.ium meriti : et illud est de quo dicit S. Aug. quod cui datur, ex misericordia ilatur; cui non datur, ex justitia non datur.

Obj. 2°. Illud quod homo obtiuet petendo potest cadere sub merito habentis gratiam : atqui perseverantiam petendo homines obtinent alioquin frustra peteretur a Deo : ergo.

ibîd. ad 1. — *R. N. maj. universaliter sumptam.* Non enim omnia quæ petendo obtinemus, meremur : sic Deus audit peccatorum veniam petentes quam non merentur ut dicit S. Aug. Tract. 44 in Joan. Igitur perseverantiæ donum aliquis petendo impetrat vel sibi vel alteri, quamvis sub merito non cadat : sunt verba Auctoris. Et hinc præoccupatur instantia, scilicet ; Justus potest alteri mereri perseverantiam : ergo et sibi. *Negat* enim *ant. Auctor; et dato* quod hoc posset, non forei meritum nisi de congruo, et foret adhuc disparilas quod perseverantia alterius non se teneret ex parle principii meriti in illo cui meretur, secus propria perseverantia.

Utrum vero donum perseverantiæ cadere possit sub merito saltem de congruo, dissentiunt auctores etiam Thomiste.

At si intelligatur de merito congruo proprie et stricte sumpto, videtur conformius principiis et menti D. Th. donum perseverantiæ non posse cadere sub illo, sed tantum sub merito congruo late et improprie.

1° Quia non minus repugnat principium meriti cadere sub merito de congruo proprie et stricte, quam sub merito de condigno. 2° Quia meritum de congruo stricte infallibiliter etiam obtinet mercedem ; cum enim fundetur in jure amicabili, Deus non denegat homini quæ ipsi secundum leges amicitiæ sunt debita. ex quo ul ex merito de condigno sequeretur omnes ferine justos fore perseverantes.

Restat ergo justum posse mereri donum perseverantiæ merito de congruo late sumpto pro impetratione fundata in libcralilate et benignitate Dei. Et hoc sensu inlelligendus est S. Aug. dum dicit de Dono Perscv. cap. 6 : *Hoc Dei donum suppliciter emereri potest;* ut innuit το *suppliciter.*

§ VI. — *Utrum bona temporalia cadant sub merito ?*

Ib. a. 10. o.— *Dico.* Si bona temporalia considerentur prout sunt utilia ad salutem , cadunt sub merito, sicut et augmentum gratiæ et omnia illa quibus homo adjuvatur ad vitam æternam consequendam; quia in bonis operibus comparatis ad bona temporalia sic considerata possunt reperiri omnes conditiones requisite ad meritum , et respectu illorum operum habent rationem termini.

ibid. — Si vero bona temporalia considerentur secundum se, cum non sint bona simpliciter sed secundum quid, ita nec cadunt sub merito simpliciter, quod respicit solam vitam æternam et ea quæ ad illam conducunt, sed sub merito secundum quid, quatenus attenta Dei bonitate et liberalitate, congruum aliquo modo videtur quod operibus moraliter bonis bonum aliquod recidat ejusdem ordinis: unde S. Aug. lib. 5 de Civit, c. 15, observat Romanis profiter quosdam bonos eorum mores, mercedem temporalem fuisse redditam.

Digressiones historicas omisimus in hoc tractatu, quia prima dissertatio tota est historica. Sint ergo huc usque dicta, *in laudem gloriæ graliæ Dei,* Ephes. 1.

INDEX

Dissertationum, Articulorum, Paragrapbontm, Petitionum, Consectariorum Digressionum, etc., quæ in hoc tomo III continentur.

PROSECUTIO TRACTATUS DE INCARNATIONE.

DISSERTATIO X. De scientia beata animæ Christi. Pag. 1
Art. I. Utrum scientia beata fuerit in Christo , el quando? Ibid.
Ari. II. Utrum anima Chrisii per sciendam beatam comprehenderit divinam essentiam, aut saltem eam clarius videat quam quælibcl alia creatura ? 3
Art. 111. Utrum Christus per scientiam beatam cognoscat omnia in Verbo? 4
Solvuntur objectiones contra primam conclusionem. 5
Solvuntur objectiones contra secundani conclusionem. 6

DISSERTATIO XI. De scientia Christi infusa. 9
Art. 1. Utrum in Christo fuerit scientia infusa præter beatam? Ibid.
Art. II. Utrum Christus per scientiam infusam omnia cognoverit? 11
Consectaria notatu digna. 12
Petes utrum Christus per scientiam infusam cognoscat etiam omnia possibilia? 14
Art. III. Aliæ difficultates breviter expenduntur ex cætcris articulis D. Thomæ. Ibid.
Quæritur 1° utrum Christus potuerit uti hac. scientia infusa sine conversione ad phantasmata? Ibid.
Petes in quo consistat hæc conversio ad phantasma? Ibid.
Quæritur 2° utrum scientia infusa Christi fuerit collativa seu discursive? Ibid.
Quæritur 3° utrum scientia infusa in Christo fuerit perfectior scientia angelorum? Ibid.
Quæritur 4° utrum scientia infusa Christi fuerit habitualis? 15
Quærilur 5° utrum scientia infusa in Christo fuerit distincta per diversos habitus? Ibid.

DISSERTATIO XII. De scientia Chrisii acquisita. Ibid.
Art. I. Utrum scientia per sc acqiiisibills fuerit in Christo ct quomodo? An infusa per accidens, an propriis actibus acquisita? Ibid.
Solvuntur objectiones contra secundam conclusionem. 16
Art. II. Expenduntur breviter alim difficulta tes ex quatuor articulis quxsdoni« 12 D. I Thomæ. 19
Quæritur 1° utrum Christus per scientiam acquisitam omnia cognoverit? Ibid.
Quæritur 2° utrum Christus in hac scientia profecerit? Ibid.
Quæritur 5° utrum Christus aliquid ab homine vel angelo didicerit? Ibid.

DISSERTATIO XIII. De potentia animx I Christi. 20
Art. I. Utrum humanitas Christi habuerit omnipotentiam simpliciter? Ibid,
Art. II. De potentia humanitatis Christi circa immutationem creaturarum. 21
§ 1. Exponitur articulus D. Th. qui est secundus hujus Q. 13. Ibic.
§11. Utrum humanitas Chrisii sit instrumentum physicum graliæ, miraculorum el aliorum effectuum supernaturalium? Bid.
Solvuntur objectiones. 22
Art. Ill De potentia animæ Chrisii respectu proprii corporis el excculionis suæ voluntatis. 2ὐ

DISSERTATIO XIV.De defectibus corporis assumptis a Filio Dei. 27
Art. I. Utrum conveniens, an etiam necessarium fuerit corpus Christi subjacere defectibus? Ibid.
Ait. II. Utrum Christus omnes defectus corporales hominum assumpserit? 28

DISSERTATIO XV. De defectibus anima* a Christo assumptis, ubi di ejus impcccabi litate. 29
Art. I. Utrum in Christo fuerit potuenhe esse peccatum ? Ibid.
Art. II. Utrum Christus ut homo, vi precise graliæ unionis, sil impeccabilis? 50
Solvuntur objecliones. 52
Consectaria 35
Art. IU Utrum in Christo fuerit aut potuerit csm* fomes peccati? 3d
Art. IV. De cælcris animæ defectibus assumptis a Christo. 37
Quæritur 1· utrum in Christo fuerit ignorantia? Ibid.
Quæritur 2 utrum anima Christi fuerit possibilis? Ibid.
Quæritur 5° utrum in Christo fuerit doior sensibilis? 38
Quæritur 4“ utrum in Christo fuerit uistiiia?]bid.

Quærilur 5°ulrum In Christo fucrit timor? 58
Quærilur 6« utrum in Christo fuerit admiratio? Ibid.
Quœritur 7» utrum in Christo fuerit ira? 39
Quœritur 8« utrum Christus fuerit viator et comprchensor? Ibid.
DISSERTATIO XVI. De consequentibus unionem quantum ad ea quæ conveniunt Christo secundum esse et Ocri, seu de communicatione idiomatum. 39
Art. I. Utrum admittenda sil in Christo communicatio idiomatum? Ibid.
Rcrula communicationis idiomatum. 40
Art. II. Breviter discutiuntur cæterl articuli D. Thomœ. 41
Quærllur 1u utrum hæc propositio, *Deus est homo,* sit vera et propria? Item utrum sit essentialis et per se? Ibid.
Petes utrum homo prædicctur univoce dc Deo et dc nobis in hoc mysterio? Ibid.
Quæritur 2° qualis sil hæc propositio, *Homo est Deus* ? 42
Quæritur 3° utrum Christus possit dici horno dominicus? Ibid.
Quæritur 4° quid sil dicendum de istis propositionibus, *Deus factus est homo, Homo factus est Deus?* Ibid.
Quærilur 5° utrum hæc propositio sil simpliciter concedenda. *Christus est creatura?* Ib.
Quærilur 6° utrum hæc propositio , *Hic homo,* designato Christo, *incœpit esse,* sil vitanda ? 43
Quæritur 7° quid dicendum de istis propositionibus , *Christus secundum quod homo est creatura ; Christus <ecundum quod homo est Deus; Christus secundum quod homo est persona?* Ibid.
DISSERTATIO XVII. De pertinentibus ad unitatem in Christo quantum ad esse. Ih.
Art. I. Utrum Christus sit unum vel duo? Ib.
Petes utrum possit dici, *Christus est divinitas et humanitas simul?* 44
Art. II. Utrum in Christo sit unica existentia eaque divina? Ibid.
Solvuntur objectiones. 45
DISSERTATIO XVIII. De perlinentibus ad unitatem in Christo quantum ad voluntatem. 47
Art. I. Utrum in Christo sint duæ voluntates? Ibid.
Solvuntur objectiones haereticorum. 48
Art. II. Quædam quæstiunculæ circa voluntatem Christi breviter resolvuntur. 49
Quærilur 1° utrum in Christo fuerit voluntas sensualitatis? (bid.
Quærilur 2° utrum fuerit in Christo duplex voluntas rationis? Ibid.
Quæritur 3° utrum fuerit in Christo contranetas voluntatum? Ibid.
Quæritur '.· utrum voluntas Christi semper fuerit conformis voluntati divinæ? Ibid.
Petes utrum nor. possint admitti in voluntate Christi, ut rallo est, quidam actus inellicacei et imperfecti, non conformes divinæ voluntati In volito materiali? 49
Art. III. Utrum in Christo fuerit liberum arbitrium? so
Art. IV. Concordia libertatis Christi cum ejus impeccabilitale. Ibid.
§ I. Referuntur variæ sententiæ circa praeceptum moriendi, et impugnantur. 51
Prima sententia. Ibid.
Impugnatur. Ibid.
Secunda sententia. 52
impugnatur. Ibid.
Tertia sententia. 53
Impugnatur. Ibid.
Communibus argumentis simul impugnantur hæ 1res sententiæ. 54
§ II. Vera sententia stabilitur. Ibid.
§ III. Solvuntur objectiones contra libertatem Christi circa præceptum dilectionis Dei et alia præccpta naturalia. 56
DIGRESSIO HISTORICA. De Monothclismo, ad art. I præced. dissertat. 59
Sectio I. Synopsis historica Monothclismi. Ib.
Auctores ct fautores Monolhelismi. Ibid.
Impugnatores Monolhelismi. 60
Sectio ii. In quo silus siterror palmarlsMonolhelitarum ? 61
Sectio ih. Quis convocaverit concilium sextum generale? Quis illi præfuil? G2
Sectio iv. De Honorii Romani pontificis damnatione in sexta synodo generali. 65
Subjeciio i. Utrum Honorius fuerit damnatus in sexta synodo? Ibid.
Solvuntur objectiones. 64
Subjectio ii. Quo titulo Honorius fueritdamnatus in sexta synodo? 67
Solvuntur objectiones. 69
DISSERTATIO XIX. Dc operibus Christi meritoriis et salisfaclorils. 71
Art. 1. De merito Christi; an, et quando, et per quos actus Christus meruerit? Ibid.
Art. II. Quænam Christus sibi meruerit? 74
Ari. III. Utrum et quæChrislus meruerit angelis et hominibus? 76
Art IV. Utrum Christus vere ct proprie pro nobis satisfecerit, an improprie tantum et metaphorice? 77
Solvuntur objectiones Socinianorum. 84
Art. V. Utrum operationes Christi fuerint ab intrinseco valoris simpliciter infiniti tam ad merendum quam ad satisfaciendum? 88
Sohunlur objectiones. 90
Ari. VI. Utrum satisfactio Christi fucrit ab intrinseco non solum condigna , sed etiam superabundans? 94
Solvuntur objectiones. Ibid.
Art. VII. Utrum satisfactio Christi fuerit ex toto rigore justiliæ, seu ad apices juris? 97
Solvuntur objectiones. Ibid.
Ail. VIII. Utrum satisfactio Christi procedat a justitia commutative? 102
Solvuntur objectiones. 103
DISSER ΓATIO XX. De servitute, oratione et sacerdotio Christi. tot

Art. I. Utrum Christus ut homo fuerit vere servus Dei? 105
Solvuntur objectiones. 106
Art. 11. De oratione Christi. 108
Quærilur 1° utrum competat Christo orare? Ibid.
Quæritur 2· utrum Christus nunc existens in coelo vere et proprie oret pro nobis? Ibid.
Quærllur 3° utrum Christus oraverit secundum suam sensualitatem? 109
Quærilur 4° utrum Christus oraverit pro se? Ibid.
Quærilur 5· utrum oratio Christi semper fuerit exaudita ? Ibid.
Art. III. De sacerdotio Christi. 110
DISSERTATIO XXI. De adoptione Christi. 111
Art. I. Utrum Deo conveniat adoptare creaturam intellectualem? Ibid.
Art. II. Utrum Christus quatenus homo sit filius adoptivus? 112
$ I. Prænotamina, ubi de hæresi Felicis Urgelitani et Elipandi Toletani. Ibid.
§ II. Utrum Felix ct Elipandus filiationem adoptivam in Christo sensu Nestorianopropugnaverint? 113
§ III. Utrum concilium Francofordiense rejecerit filiationem adoptivam in Christo, non solum in sensu Felicis ct Elipandi, qui Nestorianus erat, sed etiam absolute et quovis sensu ? 114
§ IV. Impugnatur rationibus theologicis filiatio adoptiva Christi secundum humanitatem et adoptio humanitatis.
Solvuntur objectiones. 116
Petes 1° uirum Christus ut homo sil filius naturalis lotius Trinitatis? 120
Petes 2° utrum Chrislus ut homo sil filius naturalis B. M. Virginis? Ibid.
DISSERTATIO XXII. De prædestinationc. Christi. Ibid.
Art. I. Utrum Christus sit prædestinatus et ad quid? Ibid.
Art. II. An el quomodo prædcstinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis? 123
DISSERTATIO XXIII. De adoratione Christi et cultu imaginum. 124
Art. I. Prænotamina ad totam dissertationem. Ibid.
Art. II. Utrum una eademque adoratione sil adoranda Christi divinitas et ejus humanitas? 126
Art. III. De cultu imaginum Christi et sanctorum. 128
§ I. Synopsis historica Iconoclastarum. Ibid.
§ II. Asseritur cultus imaginum Christi ct sanctorum. 151
§111. Solvuntur objectiones Iconornachorum tam veterum quam recenliorum. 133
§ IV. Utrum imagines Dei ct angelorum possint depingi ct coli? 140
§ V. Quo cultu imagines sint colendæ? 141
Expenditur prima sententia et rejicitur. Ib.
Exponuntur duæ aliæ senlcnti*, 142
Resolutio qusitionis. 144
Solvuntur argumenta tertie lententie in qua» tum militant contra hanc secundam conclusionem. 145
Petes utrum cultus imaginum cadat sub præcepto? 147
Art. IV. De cultu crucis et reliquiarum. 148
Solvuntur objectiones. 149
Quæritur utrum Mater Christi sit adoranda adorations latrie? 151

TRACTATUS DE MYSTERIIS CHRISTI.

DISSERTATIO I. De beatissima Virgine Maria Matre Christi. 152
Art. I. De sanctificatione B. M Virginis. Ib.
Art. II. DeB. Virginis parentibus,orlu.educationc ct oblatione in templo. 155
Art. III. De virginitate B. Marie. 154
Art. IV. Dc volo virginitatis a Deipara emisso. 156
Art. V. De matrimonio B. Virginis cum S. Joseph. 159
Art. VI. De annuntiatione B. Virginis. 160
DISSERTATIO II. De conceptione Christi. 163
Art. I. De conceptione Christi secundum sc. Ibid.
Art. II. Ex qua tribu et familia ortus sil Christus. 164
Art. III. De genealogia Cbristl. 166
j I. Qoncilianlur inter se Pine Christi gcnealogiæ. Ibid.
§ II. Conciliantur bine Christi genealogis cum veteri Testamento. 168
Art. IV. De modo et ordine conceptionis Christi, necnon de perfectione prolis concepte. 170
Art. V. De peregrinatione B. Virginis in montana Judææ ad visitandam cognatam suam Elisabeth. 171
DISSERTATIO III. De nalivilaleChristi. 172
Art. I. De nativitate Christi secundum se considerata. Ibid.
Art. II. De circumstantiis nativitatis Chrisii·
§ I. De loco Christi nascentis. Ibid.
§11. Dc tempore Christi nascentis. 176
DISSERTATIO IV. Demanifcslalione Christi nati. 177
Art. I. Utrum manifestatio Christi nati convenienter facta fuerit? Ibid.
Art. II. De Magis Christi nascentis adoratoribus ? 178
Art. III De tempore adventus Magorum. 180
DISSERTATIO V. De legalibus circa puerum Jesum servatis, dc fuga in Ægyptum, de credo Infantium, necnon de instituto vitae Christi usque ad suum baptisma. 182
Art. I. De Christi circumcisione. Ibid.
Art. II. De purificatione R. Virginis et oblatione pueri Jesu in templo? 184

Art. HI. De fuga in Ægyptum. 188
Art. IV. An el quæ miracula pairala sinl mgrediente Jesu in Ægyptum? 190
Ari. V De cæde infamium , el vitæ Christi instituto usque ad suum baptisma. 192
DISSER TATIO VI. De Joanne baptizante ct Christo baptizato. 193
Art. 1. De Joanne baptizante. Ibid.
Art. II. De Christo baptizato. 194
DISSERTATIO VII. De modo conversationis Christi, necnon de ejus tcnlatione in deserto. 195
Art. J. Quæ fuerit humana speciei ct corporis Christi forma? Ibid.
Art. II. Utrum Christus debuerit agere vitam solitariam ct austeram ? 197
Art. III. Utrum conveniens fuerit Christum pauperem vitam ducere el secundum legem conversari? 198
Art. IV. De tcnlationeChristi in deserto. 199
DISSERTATIO VIII. De doctrina et miraculis Christi, necnon de ejus transfiguratione. 200
Art. I. De doctrina Christi. Ibid.
Art. II. Utrum Christus suam doctrinam scripto tradiderit? Ubi de mutuis Abgari ad Jesum et Jesu ad Abgarumepistolis. 201
Epistola Abgari ad Jesum. Ibid.
Epistola Jesu ad Abgarum. Ibid.
Art. III. De miraculis Christi. 205
Art. IV. De Christi transfiguratione. 204
DISSERTATIO IX. De passione Christi. 205
Art. I. De necessitate, convenientia ct acerbitate passionis Christi. Ibid.
Art. II. Variæ passionis Christi circumstantis breviter expenduntur; de Juda proditore. 207
De flagellatione. 208
De corona spinea. Ibid.
De sententia mortis in Christum lata. 209
De crucis bajulationc et Veronica. Ibid.
De crucis magnitudine el forma. 21)
De crucifixione. 211
De latronibus cum Christo crucifixis. Ibid.
De loco et lempore crucifixionis. 212
De apertione lateris. 215
De Maria matre Jesu juxta crucem stante. 21 4
De tortoribus Christi. Ibid
De prodigiis Christo in cruce pendente factis, ct primo de tenebris. Ibid.
De scissione veli. 216
De motu terræ. Ibid.
De magno Pane. Ibid.
DISSERTATIO X. De causa efficiente passionis Christi, de ejus causalilale cl efiectibus. 217
Ari. I. De causa efficiente passionis Christi ib.
Art. il. Quomodo passio Christi operata sit nostram salutem. 219
Art. 111. De effectibus passionis Christi. 229
VISSERTA ΓıO XI. De morte, sepultura oı descendu Christi ad inferos. 221
Art I. De morte Christi. Ibi^
Art. IT. Do sepultura Christi. *22
Art. 111. De descensu Christi ad inferos. 223
DISSERTATIO XII. De resurrectione Christi. 225
Art. I. Utrum necessarium fuerit Christum resurgere? 226
Art. 11. De die et hora qua Christus resurrexit. 227
Art. III. De Christo primo omnium resurgente. 228
Art. IV. DequalitatcChristi resurgentis. 230
Art. V. Dcmanifeslationercsurrcctionis 231
Art. VI. De veritate resurrectionis doniinicæ. 233
DISSERTATIO XIII. De ascensione Christi et missione Spiritus sancti. 235
Ari. 1. De ascensione Christisccundumse.Ib.
Ari. II. De tempore ct loco ascensionis, necnon de ejus sessione ad dexteram Patris. 237
Art. 111. De missione Spiritus sancti. 258
Appendix de actis Pilati circa gesta et miracula Christi ad Tiberium imperatorem missis. 240
DISSERTATIO XIV. De morte et assumptione Deiparæ Virginis. 242
Ari. I. De morte Deiparæ. Ibid.
Art. II. De assumptione B. Virginis. **244**

TRACTATUS DE GRATIA.

DISSERTATIO I PRÆAMBULA. De variis erroribus circa gratiam. 246
Art. I. De Pclagianismo. Ibid.
Ji 1. Synopsis historica Pelagianismi. Ibid.
§11. Varii status hæresis Pelagianæ. 2 48
§ III. Quid gratiæ tandem admiserit Pelagius ? 249
Consectaria præcedenlis doctrinæ. 257
Art. II. De Scmi-Pclagianismo. 259
$ I Synopsis historica el errores Semi-Pclagianismi. Ibid.
Auctores Semi-Pelagianismi. 260
Impugnatores Semi-Pelagianismi. Ibid.
§ II. An el qualem gratiam Scmi-Pclasiani admiserint ad initium fidei ct salutis? 261
Consectarium . in quo siimmalim exponitur lota hæresis Scmi-Pclagiana. 266
Art. III. De Baianismo cl Janscnismo. 267
§ I. Synopsis historica Baianismi. Ibid.
§ II. Synopsis historica Janscnismi. 270
DISSERTATIO 11 PR/EAMBULA. De variis naturæ hurnanæ statibus. 275
Art. 1. Explicantur quinque slalus naturæ hurnanæ. 274
§ I. Status naturæ puræ. Ibid.
§ II. Stalus naiuræ intégras. Ibid.
§ III. Slalus justitiæ originalis. 275
§ IV. Slalus naturæ lapsæ. 277
*» V. Status naiuræ reparatæ. Ibid.
Art II Ulrum slalus naiuræ puræ fuerit possibilis? 278
Solvuntur objectiones. 284
Art Ut. Ulrum homo in slalu naiuræ lapsae

nondum rcparalæ minores vires habeat ad bonum morale quam habuisset in statu natur® puræ? 296
Solvuntur objectiones. 300
Ari. Utrum lam Adamo quam angelis fuerit necessaria gratia per se efficax ad perseverandum ? 501
Solvuntur objectiones. 311
Prænotanda. Ibid.
DISSERTATIO III. De necessitate gratis. 323
Art. I. Quid intclllgalur nomine gratiæ? Ibid.
Observatio singularis. 324
Art. II. Ulrum homo absque gratia possit aliquod verum cognoscere? 325
f I. Ulrum homo lapsus possit absque gratia cognoscere veritates naturales? 326
î II. Ulrum homo lapsus veritates supernaturales seu quæ sunt fidei. possit absque speciali gratia cognoscere el amplecti? 328
Ail. III. Ulrum homo lapsus possil facere vel velle aliquod bonum absque gratia? 33!
§ I. An possil fieri in hoc slalu bonum opus morale sine gratia sanctificante et charitate? Ibid.
£ II. Ulrum sine fide pus»i· fieri aliquod opus moraliler bonum? 333
Solvuntur objectiones. 334
§ III. Utrum homo lapsus po'«It facere aliquod bonum morale sine spec.. li gratia actuali? 357
Art. IV. Utrum homo possil diligere Deum super omnia ex solis viribus naturalibus sine gratia? 339
Ari. V. Utrum homo lapsus possil sine speciali gralia omnia legis naturalis præcepta implerc? 343
Solvuntur objectiones. 345
Ari. VI De necessitate grati® ad vitanda peccata et vincendas tenlalioncs. 347
§ 1. Ulrum homo lapsus possit sine gratia vitare omnia peccata mortalia et vincere omnes tentationes? Ibid,
ζ II. Utrum homo justus possit sine speciali privilegio vitare omnia peccata venialia?349
Solvuntur objectiones. 350
Petes 1° utrum conclusio debeat intelligi de ornnibus peccatis venialibus, non solum quæ sunt ex imperfecta deliberatione, ut sunt motus secundo primi, sed etiam quæ perfecte deliberata sunt venialia ex genere suo, ut mendacium jocosum deliberate dictum? 351
Petes 2° an justus cum auxiliis communibus gratiæ sanctificanti annexis possil saltem aliquo parvo tempore esse sine peccato veniali ? 552
Petes 3° utrum sit de fido justos sine speciali privilegio non posse esse diu sine porcam veniali? Ibid.
Petes 4» an et cui concessum sil istud speciale privilegium? Ibid.
Art. VII. Ulrum homo possit se præpararc ad gratiam sine gralia? 353
Sensus vulgati axiomatis :*Facienti quod In se est beits non denegat gratiam.* 355
Solvuntur objectiones. 357
Art. VIII. Utrurn homo possit resurgere a peccato sine gratia ? 363
Art. IX. Utrum homini justificato necessaria sit gratia actualis ad singulos pietatis actus? Ibid.
Art. X. Utrum homo in gratia constitutus indigeat speciali auxilio gratiæ ad finaliter perseverandum? 365
Solvuntur objectiones. 366
DISSERTATIO IV. De essentia gratiæ' 368
Art. I. Utrum gralia sil donum animæ intrinsecum? Ibid.
Art. II. Ulrum gralia sit qualitas animæ? 369
Art. III. Ulrum gratia sanctificans sit formalis ct physica parlicipalio naturæ divinæ ? 370
Solvuntur objectiones. 371
Consectaria. 372
Art. IV. Utrum gratia distinguatur a charilale? 373
Solvuntur objectiones. 375
Art. V. Utrum gratia sit in essentia animæ tanquam in subjecto ; an in aliqua potentia? 577
DISSERTATIO V. De divisione gratiæ. 378
Art. I. Varia» divisiones gratiæ. Ibid.
Art. II. Varia systemata circa gratiam sufficientem et efficacem. 382
§ I. Systema Jansenii. Ibid.
§ II. Systema S. Thorn® etThomistarum. 385
§ HI· Systema theologorum Societatis. 588
Art. IIΓ. Ulrum detur in hoc statu natur® lapsæ gratia sufficiens? 490
Solvuntur objectiones. 392
Art. IV. Quo sensu sit admittenda gratia sufficiens? 393
Solvuntur objectiones. 394
Art. V. Quid et quotuplex sit auxilium gratis sufficientis? 397
Art. VI. De gratia efficaci. Unde repetenda sil ejus efficacia? clan sil per se efficax '398
Consectarium de systemate Honorati Tournely. 407
Art. VII. Expenduntur varii modi explicandi efficaciam el causalitatem gratiæ per se efficacis. 308
§ I. Expenduntur ct rejiciuntur tres priores modi. 409
§ II. Expenditur ct rejicitur quarius modus per delectationem victricem. 410
§ III. Expenditur quintus modus per præmotionem physicam. 413
DISSERTATIO VI. De causa gratiæ. 420
Art. I Utrum solus Deus sit causa principalis efficiens gratiæ? Ibid.
:t. II. Utrum gratia creetur vel educatur .ic potentia obedienliali animæ? 42l
Art III. Utrum ad gratiam requiratur aliqua præparalio seu dispositio ex parte hominis? 425
Art. IV. Ulrum aliquis possil esse certus se

esse In gratia ? 426
Solvuntur objectiones. 427

DISSERTATIO VII. De justificatione peccatoris. 429
Art. 1. Utrum in justificatione impii peccata sic remittantur, ul vere deleantur et auferamur, et non solum tegantur? Ibid.
Art. II. Ulrum ad remissionem peccati, quæ est justificatio impii, requiratur graliæ infusio? 43 i
§ I. Utrum de facto justificatio fiat per imputationem cxlrinsecam justitias Dei aut Christi sine infusione graliæ habitualis? Ib.
§ II. Utrum dc potentia Dei absoluta justificatio impii possit tieri per solum favorem Dei extrinsccurn, vel per solos actus charitatis el contritionis sine infusione gratiæ habitualis? 433
Aı t. III. Utrum de potentia Dei absoluta peccatum ct gratia possint esse simul in eodem subjecto? 430
Art. IV. De actibus ad justificationem peccatoris adulti requisitis. 437
j I. Quæ fides requiratur ad justificationem? 438
§11. Utrum sola fides sufficiat ad justificationem? 440
§ 111. De aliis actibus ad justificationem adulti requisitis. 442
§ IV. A quo principio effective procedant actus contritionis el charitatis, qui ultimo disponunt ad gratiam habitualem? 443
Art. V. Quædam quæsliunculæ ad complementum quæstionis D. Thomæ breviter resolvuntur. 54T
Petes 1° utrum justificatio impii fiat In initanti? Ibid.
Petes 2° utrum justificatio Impii sit maxi» mum opus Dei? Ibid.
Petes 3° utrum justificatio impii sit opusmiraculosuin? Ibid.

DISSERTATIO VIII. De merito justi. 418
Art. i. Quid cl quoluplex sit meritum; quai conditiones requirat? Ibid.
Art. 11. Ulrum homo possit aliquid mereri a Deo? 452
Solvuntur objectiones. 453
Solvuntur objectiones hærelicorum. 454
Art. III. Utrum opera justorum que fiunt cx gratia, sint meritoria de condigno vitæ æternæ? 456
Art. IV Utrum ad meritum vitæ æternæ requiratur influxus saltem virlualis charitatis? 458
Solvuntur objectiones. 459
Art. V. De his quæ cadunt sub merito. 4G1
§ 1. Ulrum homo possit sibi mereri primam gratiam? Ibid.
§ II. Utrum justus nossit alteri mereri primam gratiam? 463
§ III Utrum hon.ر justus possit sibi mereri reparationem >051 lapsum ? Ibid.
§ IV. Utrum humo justus possit sibi mereri augrnenlu*' graliæ vel charitatis? 464
§ V. Ulrum homo possit sibi mereri donum perseverantiæ finalis? Ibid.
§ VI. Utrum bona temporalia cadant sub merito? 4w

EXPLICIT indet.

lmp. de JaSoc. de Typ· -Nomrr», t, r.Campagne-Pramtire. Pari».